



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

L xxxIII Ale

194/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Si uales bene est ego quidem ualeo

Adhuc 90

Carolus Florentius

Vercellensis Omnium

Dominantium et dominat

ionum servus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

8-XXIV-4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

66230

APOLLO FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

OMNEM COMPOSITORVM, ET SIMPLICIVM NORMAM, SVO FVLGORE ITA IRRADIANS,

VT EIVS MERIDIANA LVCE CONTENTI Medici, & Pharmacopolæ.

omni librorum copia neglecta, omni denique erroris nebula fugata, ad quæuis opera, *facillimè se accingere valeant.*



Opus præclarissimum, tam vtile, quam maxime necessarium, Matthioli potissimum, ac Brasauoli, aliorumque errores insectans, multo insignius quàm dici, aut scribi possit, cum Indice refertissimo, cum capitum, tum omnium quæ scitu digna sunt, nunc primum exoritur.

Cum Priuilegio.

Del Medico Lanino.



V E N E T I I S,

Apud Gratiosum Perchacinum, & Socios.

M. D. LXV.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

AD FRANCISCVM AB ALEXANDRIS,

PHYSICVM PROPE DIVINVM,

IOANNIS LANCEAE SANDELIANI

Carmen.



STEMMATA quærantur de te si forsitan, ausim
Ducta ab Alexandro mox recitare tua,
Vt quod nomen erat, (tanta est mutatio rerum)
In cognomen idem sic abijsse rear.
Sin quis scire velit, quo præceptore resurgat
Ars tua fac dicas, autor Apollo fuit.
En oracla tuo Francisce feruntur ab ore,
Vox hominis tantum, cætera signa Dei.

ALEXANDRI EX ALEXANDRIS

PRIMITIAE.

PRIMA velut rudibus contenta coloribus ætas;
Excoluit vili numina ficta luto:
Aurea marmoreis quæ nunc simulacra figuris,
Multiplici exornat viuidus arte color;
Barbara ita insulso contexta volumine iussa,
Esse ab Apollinea credidit acta manu:
Lucida quæ terso nunc lumine reddita fulgent:
Quo nitidus Medicæ nunc micat artis honos;
Antidota hic iusto librata examine surgunt:
Simplicia insigni sunt quoque picta nota;
Eximit errores tenebroso è carcere cunctos,
Inuida quo Fratri sit Libitina meo;

Eiusdem Hexasticon.

ARCADES vt rigidis contenti glandibus olim,
Vt pomis Argi: ficubus Ionici:
Sauromatæ vt milio, velut Indus harundine, tali
Ars medica expleuit se male culta cibo:
Compede clausa truci, nimboso & turbine iacta:
Nunc placida, & rutilo lumine tota nitens,

Eiusdem Sapphicum.

TMolus vt flores croceos colorat:
Balsama vt stillant Hiericuntis orti:
Vt fauos ridens alit Hyble dulces:
Vt Tagus aurum.
Vellera vt seres, Chalybesque ferrum:
Indus vt dentes Elephantis albos:
Vt picem Locrus, numerosque vates:
Aera Corinthus:

Sic tuas ornat Medicina sedes:
Sic vagos pingit frutices, & herbas:
Nam coloratos patefecit amplo
Munere campos:
Qui fugat cunctas tenebras Apollo:
Qui suis totum radijs per orbem
Fulget, æterno celebrandus æuo:
Non moriturus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

SERENISSIMO EMMANVELI PHILIBERTO, SABAVDIAE DVCI, ET CAESAREI EXERCITVS IN GALLIA PROREGI, SVPREMOQ. DVCI.

Franciscus Alexander Vercellensis S.





VVM admirabilem omnium rerum parentem propius intueor, atque contemplor, Excellentißime Dvx, statim se se mihi offert, rationis compos illa animæ pars, qua potißimum à beluis differrimus, vitamq; acquirimus perpetuò duraturam: id quod etsi pulcherrimum satis, atque inexplicabile naturæ munus videatur, hominibus cunctis non modo commune, sed etiam proprium, atque familiare: innumera tamen præter hoc, in indiuiduos quosdam contulisse beneficia animaduerto, omnibus numeris ita absoluisse, vt vltra humanos captus, Deo simillimi, inaudita potestate, incredibili sapientia, in Cœlum euehantur, iactentur, atque extollantur. Siquidem præclarißimis adeò ornamentis illos illustrauit, amplißimis vsquequaq; fastigijs decorauit, vt omni amplitudine, gloria, integritate, ad omnia obeunda negocia, cæteros facilè antecellant, reliquos sui ordinis viros post terga relinquant. quæ quidem omnia, quum in te cadere penitus obseruem, quasiq; ad summum illud culmen euectum videre videar, hominem sanè, vel potius Semideum, alterum me hercle Alcibiadem, vel qualem accensa lucerna Diogenes in meridie quæritabat: non possum non admirari inusitatam, inauditam victoriam, quam nuperrimè, quam celerrimè, apud Gallos, tuo seuero, atque grauißimo iudicio, tuo inquam Marte consecutus es: quæ tota quantacunq; est, quod maximum est, tota est inquam tua; nihil enim ex ista laude ducibus alijs communicandum, non militibus, non locorum opportunitati, non copiarum multitudini, sed quicquid prosperè cessit, quicquid adeptus es, insperata, ac penè diuina fortuna, ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta, id totum tibi vendicat, tibi arrogat, nec se in istius palmæ societatem asciscit, tibi obuia, tibi cedit, tuam esse totam, & propriam fatetur, quasi omnis Deorum immortalium pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

stas, aud ad te translata sit, aut certè tecum communicata: si fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, si diuinarum, humanarumq́ rerum, non tam humana, quàm propè diuina scientia, si pacis, belliq́ consilia, si denique immensa laudum tuarum præconia considerentur, expendantur, atque adamußim perscrutentur. Tu nanq; in suscipiendis rebus alacer, in obeundis maturus, in perficiendis fœlix, in secundis modestùs, in aduersis æquanimis: & si Lycurgi Lacedemonij, potius quàm Numæ Pompilij partes sequaris, quorum alter, belli magis quàm pacis, rationem habuisse videtur: alter verò, pacis adeo studiosus fuit, vt nulla causa moueri ad bellum pateretur, vtriusq; consilio maxime polles: illi prudentia valde resistis: huic animi magnitudine vires subministras: ab hoc pacis ornamenta retines; ab illo belli pericula repellis: in his bellicis tumultubus, circunstrepentibus vbiq; armis, in castris furore, in curia timore, in campo exercitu, omni deniq; sede, ac loco, ferrum, flammamq́ minante, spe omni frustrari non desinis. Quandoquidem armorum strepitum, militum clamorem, tubarum clangorem, tuæ famæ celebritate, non ad Germaniam, Galliamúe vsque, verum ad totius orbis pomeria, tam paruo temporis curriculo volitare cogis, vt nullius tantum sit flumen ingenij, non dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaq́ copia, non Demosthenis Pisistrati, aut Romanæ eloquentiæ patris facundia, non Homerica, Vergilianaúe tuba, quæ eximias animi tui dotes, ne dicam exornare, sed etiam enarrare, vel propè attingere audeat; non .n. locus, non ora, non sedes in quo non extent huius cum fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum consilij impressa vestigia: ne igitur tanti Principis dignitatem, talia, tantaq́ trophæa, quæ vix cuiusquam mens, aut cogitatio capere potest, stylo nimis depresso, quasiq́ assentatiuncula demereri videar, Timantem imitatus, silentio veluti velo quodam inuoluam. Tanta .n. est apud scriptores omnes tuæ famæ celebritas, tam ingens laudum tuarum cumulus, vt vna omnium voce, vnicum totius orbis ornamentum, veluti Numen adorent, illi suos partus consacrent, suos labores deuoueant, sub cuius alarum vmbra, non pati naufragia, non perdere naulum tutißimi, ad eam tanquam ad sacram anchoram confugiunt, à te omnes contenti recedunt, vt non iniuria (etsi indignus) tum propter humanitatem, mansuetudinemq́ tuam, tum propter altißimam in omni scientiarum genere eruditionem, qua non minus affers

ad di-

ad dicendum authoritatis, quàm facultatis ad oraculum tuum, non secus atq; ad Apollineum tripodem, dirigere qualiacunq; sint nostra hæc præludia, operæpretium nobis visum est, vt hoc scuto munitissimi, hoc censore tutissimi, maledicis minus expositi, vnde tu te immortalitate protegis, iisdem auspicijs memoria seculorum omnium non inuidiæ stimulis, non gloriæ, proprijue honoris vento inflati, non ambitionis auiditate commoti agnosceremur; quum præsertim pro bonis artibus, earumq; professoribus non parum insudes, non ex aura vulgi pendeas, nec à vulgaribus recepta, & quæ diuturna iam consuetudine vix dum emendationem admittunt, nisi antea à sapientibus probata, (ceu olim Plato in suis legibus cauit,) tu quoq; probanda censeas, præcipue saluberrimis frætus consilijs, non minus præclarissimi, quàm fidissimi, iurisconsultorum eloquentissimi, & eloquentissimorum iuris consultissimi. Ill. Thomæ Langusci Comitis Stirpianensis, tanquam legum antistitis, & supremi tui cancellarij, sapientia animi, innocentia vitæ, magnitudine consilij, liberalitate naturæ, multijugo doctrinæ genere, religionis obseruantia, fidei constantia, omnibus præponendi, propterea non tam illustrem, quàm forte negociosam, & molestam, difficilemq; prouinciam ingressi, Matthioli hominis hoc seculo famosissimi scripta sub limam ducere, fereq; tota atterere ausi sumus: detractorum morosulas obiectiones, magnas iactationes, maximas tempestates sepænumero passuri. quòd multitudini potius imperitæ, quàm selectissimorum virorum iudicium nobis subeundum sit, veritatis tamen inquisitioni dediti, eius vt par est indagandæ studio commoti, ingenuæ mentis candore, ab omni prorsus maligno affectu semoti, magna spe, magno animo, magnis copijs, & in forum, & in campum venimus, in arenam descendimus, pro operibus commodi publici, pro artis medicæ dignitate, pro omnium statu, communiq; salute, nos ipsos in discrimen offerre, ingenij aleam subire non veremur, in defendendo officium, in accusando laborem statuentes, neq; enim habet quòd mihi irascatur, si illos defendo, quos ipse accusat, nisi ego quoq; non succenseam, quod accuset eos, quos ego defendo. Quippe quod Plinium, Manardum, nec non Brasauolum, aliosq; plures à Matthioli cauillis absoluimus, tutati sumus, eius impetus propulsauimus, non argumenta pertulimus, non verba exorbere potuimus, tantum gratitudinis in defensione, quantum in accusationibus, contentionibusue laudis promerentes: quæ .n. iustissima causa, ad horum

 tutelam

dirigamus

[handwritten margin note:] & siue ramadri

tutelam videtur, eadem nobis saluti esse posse existimanda. Huc accedit, quod insigni quadam animi moderatione, non ab re, illos vellicare videtur; à quibus omnia penè suffuratus est, illos hallucinari contendit, in quibus mea quidem sententia, maximopere carpendus, (tanti viri pace dixerim) aut illorum mentem non semper assequitur, aut illorum scripta interdum peruertit, violat, atq; obscurat, vel à recto veritatis tramite lapsus, ab his sub dubio relicta, de quibus vix suspecte, & timide quippiam pronunciare audent, ita esse iubet, atque affirmat: quæ res vt apertius de se loquatur, vt splendidius elucescat, quum neq; ad gratiam quicquam, neq; ad odium loqui soleam, nulla neq; authoritatis, neq; ætatis habita ratione, quum nihil hoc in genere perniciosius sit, quàm veterum quorundam institutiones, absq; delectu, oraculorum loco suscipere, primum quæ nostrum quisq; dicat, seorsum audies, dein vter iustius arma induat, conferes, atq; perpendes, quis verò acer, & vigil in argumentando, quis solers, & viuax, in confutando; quis prudens, & emunctus, in respondendo, exquisitissimo doctorum iudicio subijcies: quæ .n. minime limitata, imperfecta, obscura, falsaúe ab his prodita sunt, omnia dilucide explicuimus, parum discreta distinximus, quæ deficiebant supplere studuimus, insulsa succidimus, à verò abhorrentia ablegauimus, non modo nihil prætermisimus, sed pleraq; etiam perpoliuimus, atque adiunximus. Eia igitur Dux humanissime, non minus honestum, quàm laudabile, atq; pientissimum hoc negocium, qua soles humanitate accipe, totis viribus foue, & inter cætera, scriptoris animum in te maxime propensum amplectere, æqui boniq; consule, illi aspira, quo sub tua clientela, sub tuo patrocinio, ad longe maiora promotus, virilli, atque intrepido corde, digniora indies magis aggredi audeat. Vale: Vercellis M. D. LVI.

am

FRANCI-

FRANCISCVS ALEXANDER

REI MEDICAE STVDIOSIS S.





AXIMA, & penè incredibili rapietur admiratione Medicorum vulgus,
quod post tantorum virorum tot, tantasq; componendorum pharmacorum regu-
las simplicium exquisitißimas censuras, errorum qui in officinis paßim commit-
tuntur delectas castigationes summo denique in fastigio euectas medicinæ diui-
tias, solus in præsentia, aliam quasi normam constituere videar, eamque accu-
ratius enucleare, & veluti Lerneæ capita, in dies magis, atq; magis inualescen-
tia scelera, sæuientia adulteria, horumque ænigmata, vt œdipodes, aut verius
alter Apollo, dissoluere, edocere, cumulatius augere, emunctius, atq; exactius
absoluere, prohibereque velim: quum præsertim eruditißimus Hermolaus, acu-
tißmus Leonicenus, doctißimus Marcellus, præstantißimus Ruellius, versatißi-
mus Manardus, innumeriq; alij de re medica benemeriti, singulari eruditione, temporis diuturnitate, longaq;
experientia, grauitate, sapientia, prouidentia, iudicio, hac de re verbosißime disseruerint, atq; in his expur-
gandis non parum desudarint: ne familiarem Brasauolum, insurgentem Fuchsium, lepidum Syluium, ingenio
sum Matthiolum post terga relinquam: quibus sanè, me illis scientia non anteire liquido tenet, vt si post hos, no
ui quippiam emoliri mihi ipsi persuaserim, aut eos maledictis incessere, eorumue labores mihi vendicare, pri-
mum quidem temerarij adolescentis esse, putare quæ oculis lynceis illi non viderint, oculatius se videre, cinici,
ac contumeliosi, in tam probos viros debacchari, fatuiq;, ac improbi, ex Epigrammatario Poeta, in alienis
libris se ingeniosum præstare, quasiq; aliorum dicta duntaxat exscribere, & veluti post desectam messem, spi-
cilegium facere, aut post restinctam sitim, noua afferre pocula. quo fit vt inani quadam gloriola, adhuc tyrun-
culus, qui vix prima medicinæ elementa salutasse existimor, vix intra parietes famam aluisse, supra humanas
vires humeris herculeis impar onus, audacter satis, atq; impauide subijsse ausus videar. arduum. n. vastißimũ,
atq; difficillimum est negocium, totius artis intentum, salutem, atq; perniciem includens, quo nullum est salu-
brius, & quod plura in communem omnium vtilitatem afferat, quum omnis ars, huius præsidio, quasiq; tutela
gubernetur, cui omnis gloriæ, totiusq; honoris præmium merito tribuendum. quum omnia artis instituta, ni-
hil propius quàm sanitatem spectent, ea verò simplicium & compositorum cathena consistat, quum nihil in sim
plici genere omni ex parte perfectum natura exposuerit: id equidem nemo hactenus vt nos perfecit, nec in
vnum coegit: quanquam res videatur agitata in publicis lectionibus, iactata in iudicijs, vbiq; commemorata,
in amplißimis areis, & olitorijs foribus celebrata: Nempe vt rem ipsam, atq; animi sinceritatem, vobis pu-
rißimè exponam: ne quispiam fortaßis me insolentiæ insimulet, ne communi ambitionis inuidia sugillet, vige-
simo primo meæ ætatis anno, Ticini artium & medicinæ titulis decoratus, vix in Apollinea hac ciuitate pra-
xim exercere cœpi, vix dum speciariorum intricata negocia, nullo ordine hinc hinde sparsa volumina, varios,
scabrosos, inextricabiles codices euoluere, atq; meditari, simpliciumq; medicamentorum seriem quam veluti
supellectilem, & syluam quandã, ad compositiones parandas, in tabernis habent perscrutari, Barbara voca
bula, à ieiunis Arabibus emendicata traducere: quum quasi attonitus, miserandam prioris seculi calamitatem
tam scelesti facinoris immanitatem, medicorum quorundam ignauiam, socordiam, atq; incuriam, non parum
sum admiratus: quòd cymerias quasdam tenebras, densißimam caliginem, ambagum chaos, tam tetram, tam
horribilem, tam infestam pestem, tam importunam, meram ædepol barbariem pernitiosißima quædam (vt vo-
cant) luminaria adhuc viuere sinerent, adhuc in seplasiariorum manibus versari, & iuxta illorum mortifera
decreta, prhò scelus, compositiones omnes parari, venenumq; pro medicamine, & tanto cum discrimine, aliud
pro alio medicamentum, inexpertum pro experto, nocuum pro salubri, deniq; mortem præsentaneam, remedij
vice, istorum ignorantia, frequentißimè offerri, quum scilicet eggregij pleriq; viri, tanta librorum copia, tan-
ta industria, fœlicitate, ac fœcunditate, id his recensendis omnes ingenij neruos intenderint, iamdudum mul-
tip licitem hydram ita ablegauerint, vt vera ab adulterinis, suppositicia, atque in totum spuria secerni cœpta,
inueteratos illos errores, cum maximo mortalium damno extirparent, funditus delerent, fœdißimè hactenus
parata, ad pristinam dignitatem reuocarent. Siquidem rebus longa & obscura caligine mersis suus ille ni-
tor iam redditus, læuigata, ac splendenti facie, integer, purusque se se erexerat. id quòd compertum habens
fœcundißimi ingenij Matthiolus, quasi de medica materie actum esset, plurima accuratißimè simul, ac ele-
gantißime prosecutus, alieno labore, & opere, gratiam sibi, & gloriam quandoque ambiens, in conuellenda
aliorum dignitate, & æstimatione solam (quòd reor) vtilitatem excogitans, ne dicam opinioni sapientiæ, ma-
gis quàm veritati inhians: anxiè nimis, & scrupulose aduersus illos nescio quid commentus est, nouarumque
rerum prætextu, hac quidem versutia, erroneas astruxisse opiniones publicè concionatus, vt solus sapere, alij

desipere quum putarentur; in tractanda plantarum & medicinali doctrina, facilè princeps, difficillimarum rerum recessus omnes, mentis acie penetrasse existimaretur: nec ab re, tantam apud vulgares medicos, virosq; mediocriter eruditos, sibi comparauerat authoritatem, tam insignem dicendi lepore, atque vmbra, captauerat credulitatem, erudito sermone; linguæ volubilitate, istorum aures ita demulcebat, vt per plateas, fora, compita, vicosque omnes, quum multæ esset existimationis, ac fidei, solus imitatione, admirationeq; dignus appareret, quum alij compositorum partem seorsum attigissent, hic verò simplicia duntaxat: in animum induxeram meum, vtraque colligere, antidota omnia vsu communia, ad pristinum candorem restituere, honorem, ornamentum, atque commodum huic arti parare, nec vel tantillum à Matthioli opinione recedere: quasique diuino spiritu afflatus, potiusquam humanis viribus fretus tantopere expetitum opus, ad integritatem reducere, communi incendio subuenire, omnium vsui consulere. Quid enim quæso præstantius, quid memoratu dignius, quid laudibilius, quàm indefesso studio, huiusmodi negocia excolere, ijsdem insudare, quibus aut hominum vafrimonia, aut artis, & scientiæ inopia indies periclitamur, magna enim laus, et grata hominibus, vnum hominem laborare in ea scientia, quæ sit multis profutura, quæ inquam, suum opus illorum periculis subleuandis impartiatur: gloriam enim concitat magnitudo negocij, gratiam, & splendorem, animi ingenuitas, & candor: id verò studium, ad communē dignitatem defendendam, profiteri deberent, qui ad rerum publicarum gubernacula sedent, in quo, & si nullibi, minusquam pro vita diligentes, nec alicubi negligentiores, quàm pro suæ gentis, propriaque salute esse consueuerint, dum aut quæstuosiores artes exercent, aut in maiore fortuna, voluptatibus, & ocio languent, atque inutiliter sibi omnia perire patiuntur, quum nullum vitium, nulla pernicies serpat, nisi animo corporis domitore conniuente, aut præfectorum inscitia, siue indulgentia. perficeretur profectò, id quod maxime ars medica desiderat, huiusque artis authoritas, quæ apud priscos semper extitit, eadem nunc suæ integritati restituta esse videretur, non ex quauis herba manipulos colligerent seplasiarij, diuitias honori anteponentes, non his vanis, caducis, tumultuarijs, lubricis animum duntaxat adhiberent, in quibus tinca, aut ærugo demoliuntur, non idiotarum modo, non pecudum more, sua ignauia, sua inscitia, in detestabiles, flagitiosos, ignominiososq; errores, indies magis collaberentur; suis enim suppositicijs simplicibus, vetustate exanimatis antidotis, carnificina ædepol, non medicina paratur; hi sunt sicarij, hi homicidæ, & plusquam parricidæ, hi impij, hi latrones, misanthropi, atque humani generis inimici, teterrimi crudelissimique hostes, vt ex Galeno 1. de dieb. decret. cap. 11. quum inter sexcentos quo quo te vertas, vix vnus, artis absolutionem adeptus, sui muneris functione sedulo fungi possit, adeoque res in extremum adducta est descrimen; quamuis colchidici illius draconis instar, monstrosas vbiq; mendas circumspiciamus, tam altissimis fixæ radicibus, dimoueri hactenus non potuere: quum scilicet à male concepta iamdiu opinione desciscere nolint pharmacopolæ, nec debitum tempus ad medicamenta exactè paranda impendere, hominum vitas, incolumitatem, fortunas, medico hoc famulitio, hoc inq; velo, ac inexplebili auaritiæ studio diripientes. Quare enim compositorum idonea constructio? quæ integra permixtio? simplicium viribus, mixtorum dotibus diligentissimè expensis, nisi corporum communi, ac cuiusq; propria natura homogenijs atq; heterogenijs partibus apposite prius intellectis, actione, figura, situ, atque alijs ad medendi vsum necessarijs ad vnguem exploratis? quid denique apta præsidiorum materies? quid ratio experientia firmata? quid eruditissimus, absolutissimus, exercitatissimus medicus, qui omnia disquirat, consequatur, disponat, ordinet, naturæ conatum, crisim, virium facultatem, membrorum actionem, humoris qualitatem agnoscat, singulari iudicio, eximia prudentia examinet, sciat quibus, quando, quousque, singula horum sint adhibenda? vt ex Plat. in Phædro: ex Hippocr. 2. Epid. ex Galeno in eo de Ther. ad Pis. cap. 4. quid inquam laude dignum præstiturus est? vbi continua fraus, vbi inscitia negligentiæ comes, perdita nequitia, præstigium, improbitas? perfidia, impudentia, contaminet, corrumpat, inquinet, peruertat omnia, vbi in mille sordium sentinam desciscat, vbi facinoroso atque auaro pharmacopolarum generi, publicæ huic pesti, liberum huiusmodi negocium delegauerit, atque reliquerit: quum à fraudulentis herbarijs sibi non caueant, exotica ignorent, sacculos nominetenus sectentur, & conquirant, vix lactucam, betamue agnoscant, nec plantarum iconas, dotesq; ex optimus quibusq; legant, audiant, videant, non proprijs locis indagent, quum vnaqueq; stirps natali solo exultet, vigeat, fertilis, efficaxque probetur: secus verò imbecillis, languida, ac sterilis reddatur: quum telluris qualitate, Cæli constitutione, nutrimento, cultura, meliora deterioraue nō minus euadāt, ac si accuratè purgata, siccata, idonee reposita, à squalore, labe, atq; interitu vendicentur, non calore, non humore extraneo arripi sinantur. hi vero herili officio & sacræ medicinæ indignum existimant, si aromata atterant, pistellos exerceant, tametsi clam eos non sit, potentissimos Imperatores, summos Reges, Ducesq;, ac Philosophos, talia facere non eribuisse. Quandoquidem Alexander ille Macedo, Mithridates Ponti atq; Bithyniæ Rex, vt Gentius Illiriorum, Lysimachus, Iubas, Sabor, Archelaus, Attalus, Euax, Hermes, Hippocrates, Theophrastus, gloriosissimam sacramque artem diuinitus traditam excoluere, amplissimis honoribus prosecuti sunt. hoc tamen æuo pro cuiuslibet arbitrio famulorum curæ relinquitur: hi aūt vix dū in neutris versati, ignauia quadam herorum suorum doctrina contenti, non plus habent in discernendis rebus intelligentiæ, quàm aut asinus cytharæ, aut sus amaracino: immedicabili pertinacia, improba ignorantia ausu temerario, libellis quibusdam manu scriptis, perplexis, caliginosis, mendacibus, sine doctrina, sine delectu, sine censura, ceu sacrosanctis abutuntur: pro salute inexpectatam mortem interdum

afferentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

afferentes, vitiosæ consuetudini potiusquã veritati acquiescentes. horũ propterea nõ modo segnitiem, sed impe
ritiam, ac opprobrium, constanter accusare possumus, & confusissimum hoc Chaos, & discordiæ barathrum,
barbariem plusquam scythicam, iam tandem aperire: vt quantum inter se dißideant, colluctentur, ac digla-
dientur, in his omnem operam strenuè impendens, declarare haud facile potuerim, quũ alius aliam compositio-
nem magis prædicet, vituperet alius, authorem authori proponat, vel postponat, adeo sunt diuersa mortalium
ingenia, ut ne Iuppiter quidẽ omnibus placeat, præterea adeo grauiter desipiunt, ac torpẽt, ea sunt ignauia, ne-
gligentia, ac segnitia, vt ancipiti fide cõposita ab exteris libentius emat, quàm ipsi conficiant: tametsi non igno
rent in proximũ fraudem ab his exerceri, et tutiora domi potius quàm foris parata, ac oculis proprijs magis fi-
dendũ quã peregrinis: quũ vix dici posit quãtopere nobis imponant, hac præsertim ignominiosa & prodigiosa
turbulentissimi seculi conditione, in qua sanè arrogantes ac delyræ obstetrices, veneficæ, strigosæq; vetulæ, pro
ditores, recutitiq; hebræi, mechanici artifices, cane peius ac angue fugiendi, in tã gloriosæ medicinæ opera in-
trepidè insiliunt: & quod iniquius est, & multa indignatione deplorandũ, his ignauißimis lanionibus, nugaci-
bus circulatoribus se exponunt. O scelus pestilentissimũ, ò infelicia tẽpora, quæ in hos nepharios corruptores,
publicos præstigiatores non animaduertunt: quũ omnia fraudibus vitient, omnia in quæstũ conuertant, nephan
dißima temeritate, polita loquacitate, inexpiabili scelere, intolerabili discrimine, pessundãt, fucant, dehone-
stant, obscurant, deprauant, perturbant, & prophanant: quumq; fucos in infectorijs officinis legũ rigore cogno
scat, pro deprauatis uestibus sutores in iacturã redarguat, nec ulla in disciplina grauiori periculo peccetur quã
in medicina, vbi prætiosißima substantia, humana vita periclitatur: huius tamen consortij homines impunitos
relinquit, in hos lucripetas, salutis honorisq; nullam rationem habentes non animaduertit. hi .n. bene admo-
nentibus detrahunt, & pertinaciter aduersantur, rectius aliquid studijs adijcientibus maledicunt, adeo vt in-
ter hoc pecudum genus, qui impudentißimus, qui insolentißimus, cæteris præstare videtur: ac si vulgatißimis
Barbarorum vocibus immutatis, Latinis, Græcis, proprijsq; ob oculos positis, rudiores euadant, & obscu-
ritate caligent. quòd scrupulosa inquisitione præeunte, non alia ratione peregimus: ne cum ineptis, turpißi-
misq; nomenclaturis, rerum etiam obscuritate perpetuaq; caligine offunderentur, quanquam & Mauritano-
rum nomine, Arabes cum Matthiolo ac recentioribus quibusdam, falso nos quoq; sæpius intelligamus: quum
tamen non solum lingua, & moribus, inter se differant, sed etiam sub diuerso propè cœlo sint positi. omnes .n.
Arabiæ in Asia sitæ sunt, inter mare rubrum, ac Persicum. Mauritaniæ verò in ea Africæ parte, quæ ad
Hispanos vergit, quas quidem abluit mediterraneum mare. id quòd vt similia quædam, si Neotericorum causa
perpetrauimus, non ideo de rebus male sentiendo, quæ multorum infinita, atque intoleranda est licentia. hac
tamen de re certior factus, Illustris, atque vsu rerum consultißimus D. Paulus Vagnonus, dignißimus nostræ
ciuitatis Gubernator, se huic sanctißimo negocio oculos iã admouisse, mecũ egit frequenter, quũ illius sæuißimis
affectibus mederer calculũ addente omniũ linguarũ, ac disciplinarum peritißimo, ac vastißimo facundiæ tor-
rente, Ill. Io. Francisco Osascho, Præside meritißimo, cuius omnimodam eruditionem, incredibilem legum pe-
ritiam, summæ eloquentiæ coniunctam, non facile quis recitabit, & tenuiter paucas ex quam plurimis laudes
attinget, verius quàm explicare poterit. hincq; inito consilio, Vercellenses officinæ primum nitorem sibi con-
ciliare videntur, iam neruos, viresq; nostras expertæ, nos imitari cœperunt: hasque fructuosissimas elucubra-
tiones sectari. Nempè & si Matthiolus, doctrina, atque ingenio, celeberrimus sit medicus, omni laudum præ-
conio dignißimus, quem vna ex parte sequi debeant omnes medicinæ candidati: quo nemo emaculatius, nemo
tersius hac ætate simplicium seriem inuulgauerit: eius tamen friuola quædam argumenta, fucati sanè colores,
& Ruellij integra penè capita, omnia ferè ab eo excerpta, & furtim translata, nobis se se obiecere, votis no-
stris non respondere, quod non modo infeliciter probè inuenta sæpe instituisse, verum pleraq; idem corrupisse
nobis visus sit, quanquam scaturientem iam vndique ex ipsis fontibus medicinam, incredibili naturæ ingeniiq;
dexteritate propagasse credatur. Quandoquidem Senensi potißimum idiomate, natiua quadam sermocinan-
di phrasi, rudem plebeculam ad se allicit, atq; oppido quã argutis accusationibus, vulgarem quorundam medi-
corum auram expiscatus est: quum tamen in his iam periclitari inciperet, solicito, anxioque animo, in latium
illa vertere properauit, nobis immensum laborem, summumque incommodum peperit, quod in Italicas eius
enarrationes, iam triennio instructa, sæpe mutare, mox prælo subijcienda non sine bile transcribere coegerit:
quædam enim immutauit, aliqua adiunxit, potius dißimulando, quàm lapsus agnoscendo, potius sibi ipsi con-
tradicendo, quàm dißidia ab omni ratione aliena, iam tum omnibus cognita, castigando. quippe quòd dubia
dubitationibus adiunxit, ijsdem auxit, & locupletauit. Tantum enim sibi accipit authoritatis, vt non modo
in animis studiosorum, sed etiam in oculis, conspectuq; omnium, sine periculo, sine infamia aliorum lapsus ex-
posuisse, atque impunè publicasse, sibi ipsi persuaserit: quasi omnes contemnat, pertimescat neminem, quasi
omnia in terræ latibulis abdita reppererit, quasi hanc medicinæ partem penè abolitam, solus restituerit: cu-
ius quidem penè diuinum ingenium, cuius miranda solertia, ac in vtroque idiomate facundia, & si non modo,
maxima ex parte laudanda sint, verum quoque miris in Cœlum encomijs extollenda, non tamen timenda, non
ita probãda putauerim, vt ab eo nos deterreri, facilius quam decipi existimemus, eius hac in re authoritatem
tam parui facientes, quàm nihili, quamuis difficile sit tantã opinionem ex animis hominum tam penitius insi-
tam, tam vetustam, è tantis tenebris euellere: se se tamen colliget Matthiolus: addiscet demum quàm multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

esse oporteat in eo, qui alios ex professo reprehendat: si maxima illi fuit illecebra peccandi, impunitatis spes: quum vicißim illi in præsentia, hoc Talionis vice referam: illi non modo rescribendi, sed etiam me edocendi ansam porrigam: quòd si Italici sui in Dioscoridem commentarijs lapsus non mediocres, argumenta doctißimo homine indigna, quæ sacra aqua dilui & expiari minimè possunt, in Latino planè fateretur, & agnosceret: illos euellere, delere, & eradicare, aut saltem velo aliquo obducere Brasauoli more enixus fuisset: beneuolo quidem animo reconciliandus erat, minori sanè pœna plectendus: illis enim immortales gratias agere, & habere debemus, qui hanc scientiam in amplißimo dignitatis, & laudis gradu constitutam, Aesculapio dignam reddidere, qui alioqui primæ notæ medicis, non mediocre negocium facientia declararunt: nouaque in singulos dies astruentes, horrida, & velut architectorum initia, salutari admodum professione, maiorique studio, ad sydera vsque extulerunt: quum enim vnius hominis vita, ad omnium inuentionem sufficere nequeat, quæ imbecilla, & paruo quodam à principio ortum traxere, indies vires sumentia, per incrementa ad summum eriguntur: & ex multis tot seculorum hominibus, vnum illorum efficiunt eruditißimum: non enim Apelles nisi Pamphilus Macedo, non Agoracritus, nisi Phidias, non alij plures, nisi priorum artificum vestigia enixim sectati essent. nimirum igitur si Brasauolus, Fuchsius, alijque multi, varijs codicibus, simplicium & compositorum metam attingere conati sint, & imposture ansam abripere: quum tamē multa prætermiserint, nunc perturbatis rationibus, nunc consilijs dissolutis, & perditis, dum seditionum vias intercludere videntur, in ambages denique terminare, labyrinthum pharmacopæis parere apertißimè conspiciantur: præterea deprauatis ponderibus & mensuris, non sine errore quot quot sunt, non parum deficere & rem medicam obscurioribus tenebris, ac densiore ignorantiæ, caligine obtenebrare: sæpe enim contentiosis declamationibus, Oratorem magis quàm Medicum agentes, aniles fabulas decantant: herbas quibus ipsi met quotidie vescuntur ignorantes, peregrina atque his orbis tractibus prorsus ignota, tanquam domestica, ac vulgatißima erigunt; quum tamen impostorum mangonia, non modo Seplasiarios, verum quoque grauißimorum quorumq; oculos fallant, nisi adulterium gustu, & legitimarum collatione, ac scrutinio deprehendatur. Quo fit vt rursus sua luminaria verius errorum scatebras, latrina dignas, quæ nec nomina, nec medicamentorum compositiones, nisi mancas, & mutilas præ se ferunt, in quibus non tot literæ, quot lituræ esse deberent, adhuc prosequantur, quum tamen à publicis officinis proscribenda, arcendaq; omnino sint, at nescio à quibus medicis, rem medicam penitus ignorantibus, probari valeant, tot labeculis, tam sordida illuuie, tamque incomprehensibili, atque inexplicabili errorum caterua obruuntur, & conspurcantur: vt omni luce orbata, deformia & veluti lugubri quadam veste induta, viduarum modo degant: silentio inquam satius inuoluenda, quàm adeo trite, & fatue consectanda: ne quid de eorum authoribus infantißimis, & omni rerum vsu vacuis attingam: satiusque dum suis oculis tenebras inuicem offundunt: ex illorum ineptijs emergere, quàm erroris aspergine se se mutuum commaculare: propterea dum mihi parumper mentes vestras commouisse videor, ad reipublicæ opem ferendam, ad succurrendum saluti, fortunisque communibus, quæcunq; in his tribus continebantur, (tanquam purius aurum ex impuris cloacis eruentes) velut è medijs sentibus flosculos seligentes, notatu digna deprompsimus, omnes compositiones longe emendatiores, maiore nunc cura, & fide, ne quid deesse videretur, æquilibrio expendimus: quæ vsu exciderunt, non ob id improbantes, aut vitiosa existimantes, vt nec Hippocrati suum peplium, aliaq; antiquioribus magno in pretio habita, quæ quidem hoc seculo attingunt rari: ea enim est rerum vicißitudo, vt multa renascantur, quæ iam cecidere, cadantque vsurpata modo: quæ verò typographorum incuria fuerant excudendo corrupta, fideliter reposuimus, si quæ importune simul, & in vnum coaluerant, disiunximus, male natam prolem damnauimus, mutauimus, emendauimus, quæque inepte, superstitiosèue aliquo loco accreuerant, abstulimus composita per διὰ deflexa, ex primæ, aut secundæ Latinorum declinationis terminatione, vt per secundam, ac tertiam Græcorum, practicam fæcem non imitati, non Diacatholiconis, & similium, sed Diacatholici, diacatholico, vti græco latini Diaprunum, ni, no, διὰ τρίων σαντάλων, διὰ τρίων πεπερέων, vt δία exigit, expreßimus, purgauimus, instaurauimus, omniumq; huiusmodi rationem habentes, à præteritorum tēporum sordibus, & affectata recentiorum quorundam nouitate discesßimus, remis, velisque, huic omnem industriam intendentes, tam longe, lateque vt res postulabat euagantes, non tamen omnia exponentes, ne in Liuianam decadem, siue Myriadem succresceremus, vt omnibus satisfactum iret, tam è Græcis, quàm Barbaris, è Mesue præsertim, cuius constructiones officinis familiares: tam è Latinis promptuarijs, quàm è medicamentario veterum ac recentiorum penu, quæ inquam celeberrima, vtiliora, & ad multiplices vsus accommodatiora, quorum magnus vbique iam erumpit vsus, tum si quæ nobis methodo, & experimento quotidiano, comparauimus, singula exhaurientes, vt decoqui, aut teri, vel quo sanè pacto in formas digeri debent, quibus remedia polliceantur, quibus vitijs opitulentur, ad quæ impartiantur, proposuimus, vt nihil præterea cuiusquam neq; ingenio neque industria, neque vllo doctrinæ genere addi posit, adeò cumulatum, auctum, integrum, atque locupletißimum, ad vmbilicum tandem perduximus, tot amicorum obsecrationibus; tot præcibus efflagitatum, postquam illum paßim diuulgatum, præter nostram sententiam euagari conspeximus, postquam huius ætatis medicorum facilè princeps, clarißimus Protophisicus noster Antonius Thesaurus Fossanensis, constitutionibus illustrauit, & apud pharmacopæos haberi iußit. vt hoc solo contenti, isthoc labore nostro adiuti, ab omni barbarie, omniq; errore tuti, tam medici, quàm rhopolæ, omnes formulas, seu præscriptiones medicas, quas re-

ceptas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ceptas vocant, ne vel leui crimine expedire valeant: & ab indiligentiæ quo summe præmuntur veterno exci-
tentur, quum olim tam crassa ignauia, tam immedicabili cæcitate, tanto mortalium detrimento, quæ humana
est imbecillitas, prhò dolor, Barbaris his medicis, rudibusque, sine literis, & cognitione, pharmacopolis con-
tēta, antehac venena, aut certe ignota pharmaca, pro remedijs depromeret. hinc sæpenumero non solū nō iuua
bantur ægri, sed quod peius est, & lædebantur, plusque periculi à medicinis, quàm à morbo imminebat, medico
dedecus, ægris irreparabilis iactura: nunc cunctantius, & nō sine religione miseris mortalibus mederi possunt.
Quapropter nullis adductus inimicitijs, nulla lacessitus iniuria, non spe honoris, atque amplissimæ dignitatis,
nulla iactantia, nullo odio, temeritatis notam hinc maxime aufugiam, quòd nunquam Brasauolum aut Mat-
thiolum allocutus sim: quibus vt nec amicis, aut præceptoribus ignoscendum, pro communi salute, veritatis
studio, decore, ac maiestate: qua causa Arist. Platonem, Hilarium Hieronymus, Hieronymum Augustinus
reprehendit, quorum concertationibus bonæ artes illustrantur: probatissimis enim vt puto rationibus, viuentes
accusamus, & cohonestato Matthioli nomine, insusurrantem quendam Amathum Lusitanum retundimus, ac
multas istius variasq; iniurias, quàm apertissimè vobis, planissimeq; explicamus: quum aūt paulo post eosdem
nixus nobis surripuisse Matthiolum cognouissemus, dum acerrimos hosce impetus euertere cogor; eadem modo
comprobari, modo repudiari facilè intelligo, vt iam bis, terue hæc obliterare, illa addere, ijs respondere, hæc
diligenter cauere, operæpretium fuerit, quin nondum meo modo excocta, atque elimata, penè violenter, &
præter opinionem ab incude subtraxere. attamen quicquid erit, quantulumcunque erit: & si harum rerum
periculosa, simul ac lubrica tractatio sit: in qua non nisi decipi aliquando possumus: ne pigeat nostras contra
viros tam celebres rationes audire, quum mero charitatis zelo hæc adolescēs medius fidius conscripserim: quod
si quippiam in eo reperietur, quod aures vestras offendat, quòd elati ingenij, illustris, ingentisque spiritus non
sit: quòd arte elaboratum, industria expolitum, mente excultum, acrique diligentia elimatum non videatur,
non erit tamen me irridendi facilè vitiligatoribus locus: si quo animo acta sunt, obuijs vlnis excipiantur, pro-
uectiori enim ætate, quasi abortiua, prima hac fœtura maturescent, atq; ex rudiori initio, in auras prorumpe-
mus, sensim ad æditiora, vel si adhuc superstes Matthiolus, cuius responsa quàm primum expecto, vel iustum
vel probabile quicquam in nos obtorquebit, palinodiam uel recantabimus, aut firmissimis muniti præsidijs, om-
nique ratione obuallati, res nostras, nec non veritatem illæsam, atq; incorruptam semper tutabimur. Valete.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLO
HIC DVODECIM RADIOS
distribuit.

Primus	Pondera, & eorum characteres, Antidota, Electaria vocata, Confectiones, Hierasque, ac alia purgatoria, iniectiones intestinales, quæ & Clysteria, quibusdam Enæmata, Glandes, aliàs Suppositoria.
Secundus	Pilulas, Catapotia dictas, cõsistentia non multo duriores.
Tertius	Trochiscos, alijs pastillos.
Quartus	Succos medicatos, rob, vel robub, Sapas, Iulepos, Syrupos.
Quintus	Decocta, alijs apozemata, Infusa, siue diluta, Infessus, aliàs encatisma, Irrigationes, aliàs embrocationes, Gargarizatus, olim Gargarismata.
Sextus	Linctus, aut linctoria, aliis eclegmata, Barbaris loch, Errhina, quæ & caput purgia, Apophlegmatismos, vulgo masticatoria, Vomitoria, Dentifricia.
Septimus	Condita, vel Sacchara, aut Conseruas.
Octauus	Collyria, Barbaris Sief, Pulueres, illis sufuf, Epithemata, Odoramenta, Suffitus, quæ & suffumigia, Pessus, aliis pessaria, aut nascalia, Fomenta, Sacculos.
Nonus	Olea.
Decimus	Vnguenta.
Vndecimus	Cerata, vulgo cerota.
Duodecimus	Emplastra.

Pondera

PONDERA, ET EORVM CHARACTERES.

PONdera, & mensuræ, quum propè infinitæ sint, ex regionũ diuersitate, & vtentiũ consuetudine, tam à Græcis, quàm à Barbaris, aut Romanis prodeuntes, & inter se discrepantes, ideo nõ mediocre negotiũ medicis ac aromatarijs facessunt: quum alij breuiter nimis, profusius quidam, longis ambagibus in alterutram partem deliquerint: id quòd omni conatu euitantes, vt mediocris ingenij nostri qualitas patietur, Barbaris ingorantiæ professoribus relictis, Gręcis veritatis authoribus adhærentes illorum, pondera ad libram, vnciam, drachmam, scrupulos, grana, manipulos conuertemus.

Libra: vncias duodecim mensurales pendet, ponderales vero decẽ, ex Gal. 6. de cõp. m. per gen. cap. 8. id quod vox pondo sola, siue as, pariter designat, quæ ponderis nota subsequente, idẽ quod pondus significat. multa. n. est liquidarũ, atq; aridæ mensurę differentia, multiplex insuper ac promiscua uarietas Romanis, ac Gręcis.

Vncia drachmas octo.

Drachma scrupulos tres.

Scrupulus, alijs scriptulum, grana frumentacea viginti quatuor: quibusdam viginti electa, at quũ, alia alijs præponderent, vnde instabili interdũ sermone dissentiunt, eruditissimi quiq;: propterea in granis expẽdendis certius ageretur, si firmo ære auri fabrorum ritu fomarentur, vt perpetuo idem, iustumq; pondus granorum subsisteret, quum præsertim frumentum σῖτος Græcis triticum hordeum & plura significet; nec se explicuerint.

Manipulus, δεσμίδιον χειροπληθὲς fasciculus, qui manu deprehendi, & cõplecti potest, quamuis rutæ fasciculum scribat, Gale. 8. de comp. pharmacorum secundum locos, cap. vlt. quantus duobus digitis apprehendi potest. Pugillus, Aetio, δράξ quod pugno, seu compressis digitis capi potest.

Ana: idem potest quod singulorum tantundem, vel partes æquas, ijsdem subsequentibus ponderibus: quæ vbi non adsint, vt puta, hoc pacto scribatur, rhabarbari, agar. añ. vel partes æquas, non pondere, sed oculo metiendum credidere pleriq; at quum magis hęc, illa minus ponderẽt, eadem sensus magnitudine, stateram ideo tanquam ęquiorem mihi semper proposuerim, & si pondere grauitas, mensura rerum moles dignoscatur, atq; his liquida illis sicca expendi consueuerint; prętera non ignorandum, sæpe mensuras, aut põdera, quæ vnico numero complecti potuissent, tam ex Græcis, quàm alijs repeti nonnunquam, vt ex Gal. 2. de comp. med. secundum locos, in apophlegmatismis Archigenis, zingiberis drach. ii. strutii drach. ii. nitri rubri, drach. i. castorei drach. i. vt alibi pluries: quæ vel añ. vel singulorum partibus æquis enumerare potuisset: qua causa, & si in Reuerendos Mes. censores acriter commoueatur Fuchsius, in scholia Athanasiæ Nicolai, quoniam in annot. confect. alchermes, in hunc modum dictauerint, consuetudo generalis est multorum, & præcipue Arabum, quòd si in quouis antidoto, plura simplicia suc cesiue eodem pondere æstimentur, hac voce añ. omnia complectuntur, propterea vbicunque hoc in antidotario geminatum æquale pondus reperietur, vel cum añ. vel sine, nullo dato interuallo, eo loci errorem subesse. quum igitur Græcorum, nõ meminerint, & codicis morem, quem sibi exponendum suscepere, in medium adduxerint: non tantum est in eorum verbis peccatum, quũ præsertim Græcos vix à limine salutauerint, & toti in Mauritanorum hæresi consenuerint, hac etiam in re cespitantes. huius. n. ταυτολογίας exempla sunt multiplicia, vt ἴσον æqualem portionem significare potuerit.

Dosis: est certa, & limitata rei mensura, idem quod modus: siue datio.

Quia tamen rerum quorundam mutatio, & absoletarum nouitas, rudibus, & ty

runculis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

runculis imponere posset: Barbarorum nominum partes quasdam indicamus, potius ut eis morem geramus, quàm quod res ita exigat. Mes. n. mensuris admodũ paucis vtitur: & ferè Græcis, aut ab his detortis, vt λίτρα ex libra, οὐγκία vncia solido cum Actuario, ἑξάγιον, κιστ. pro, ξεστ, κερατίω chirat δραγμὴ & ὁλκὴ drachma, γράμμη autem .i. scrupulo raro gaudet, sed per vnius drachmæ partem vnam, aut duas, aut tertiam, &c. κεράμον .i. corniculum, vt Actuarius χερρουσιονι .i. κεράτιον appellat, qua voce etiam hodie vulgus, & Mesues siliquam ceratiam nuncupat, pondus quatuor granorum hordei, octo autem lentis, quot autẽ vncias libræ tribuat, quot drachmas vnciæ impertiat, non perinde compertum est.

Drachma autem pondus est minus aureo, tum ex eius simplicibus, tum ex antidotario, vbi electarij ex psyllio dat à drachmis duabus ad aureos duos, ex Gal. 8. de comp. pharmacorum secundum loc. cap. 3. ex Cleopatra, ex Scribonio, idem est quod Romanis denarius, recentioribus drachma argentea, Celso tamen denarij septem, propè octo drachmas constituunt, vt etiam Agricolæ, quanquã denarius, & drachma indifferenter sæpe accipiantur. Fuchsio autem pendeat drachmam vnam, & septimam eius partem.

Sesquidrachma drachmam vnam & mediam significat.

Aureus quibusdam videtur pondus sesquidrachmæ, alijs pondus granis, quinque, aut sex drachma grauius, quale est aurei solaris, idemq; quòd solidus: aureum autem scribit Mes. in hiera Archigenis: à Paulo descripta, vbi tamen Paulus semper habet drachmam, id quod in alijs ex Paulo sumptis obseruare licet. Auic. etiã lib. 5. penè, vbiq; vbi ex Græcis drachmæ leguntur, aureos ipse reddit, at in curando ascite dat pilularum quarundam aureum vnum debili, drachmam vnam forti: ex Serapione in probanda Theriaca, aureus est pondus duorum lupinorũ, alijs est septima pars vnciæ, in compositionibus purgatorijs: vt vt sit, nos drachmam vnã & mediam æqualiter vertimus, & iam toties hoc pondere parata medicamenta, strenua, & saluberrima visa sunt; & si Fuchsio sit pondus drachmæ vnius cum septima eius parte. at in antid. è gemis vertit scrup. iiij.

Vncia ex Græcis drachmas octo constituit, imperitis quibusdam vt Saladino, nouem, quamuis ex Mes. drachmas octo excedere videatur, nam in hiera Rufi scribit drachmas octo, vbi scribere potuit vnciam vnam, si illi drachmas octo tribueret, in decocto adianthi selegit vnc. i. mox addit lupuli, violarum siccarũ, añ. drac. viii. quum scribere potuisset, an. omnibus simul enumeratis: in electario Hamec scribit senæ, & aliorum vnc. i. aliorum drach. xvi. quæ quidem vnc. ij. cõplecti potuisset, in Tryphera persica myrabolanorum flauarum vnc. i. & med. cepularum indarum añ. vnc. i. bellericarum, empellicarum añ. drach. iiii. quas pro vncia dimidia non videtur accepisse, sed proportione quadam, pondere diminuto: quod etiam non sit drachmarum nouem, hinc coniicitur: quum in sua hiera scribat drachmas nouem, vbi scribere potuit vnc. i. si drachmas nouem tribuisset, nos tamen cũ Galeno, Paulo, aliisque drachmas octo conuertimus.

Scrupulo usus est Mesues, in confec. ex chermes, & electario aromatico Gabrielis, alias, drachmæ unius partes duas, tres dicere maluit, nos ubique scrupulos uertimus, tres verò scrupuli drachmam constituunt.

Sextarius: ob rerum metiendarum naturam, uarium pondus efficere creditur, uini. n. aut aquæ sextarius, libras duas mensurales capit pondere autem secundum Adamantium, ex Oribasio, vt ex Aegineta, & priore Galeno, 1. de cõp. med. per gen. cap. 16. Sextarius romanus est unciarum xx. ponderalium. Atticus uerò romano unc. ii. minor: at ex eodem 6. de comp. med. per gen. cap. 16. sextarius unc. iii. pendens describitur, olei sextarium libræ unius & mediæ quidam uoluere, mellis autem librarum duarũ & mediæ (nempe mel ex dimidio oleum, tertia parte uinũ pódere superat, uinum ex parte noua oleum excedit ex Aegineta, huiusmodi differentias facilè exhauriente, siccæ rei ut cinnamo. piperis, & similium esse drac. vi.

quia

quia Auicenna ſcribit kiſt. i. ſextarium eſſe drachmarum ſex, at quum paulo poſt ſcribat Heminam Romanam eſſe vnc. xx. & Heminam eſſe ſextaria xl. non paruo errore, nos vnc.xx. ponderalium, menſuralium libr.ii. græcorũ more conuertimus & ſi alii libram vnam & beſſem, .i. vnc.xx. menſurales exponant. Monachi autem, ſextarium & Metretam, non differre aſſerant, Diſt.5. cap.113. & ſi Metreta libras menſurales centum & octo accipiat.

Solidus exagium, & Aureus, idẽ pondus quibuſdam vſurpant: videlicet drachmæ unius & mediæ: quamuis in Aetii ſermone 1. Quaternionis primi, cap. de agarico legatur, potum exagii pondere, hoc eſt drachmæ unius. præterea, vbi Nicolaus legit drachmam dimidiam: in Actuarii antidotis exagium medium habetur; id quòd Syluius, ac Fuchſius, annotatione dignum voluere, Fuchſius tamen exagium ſcrup. iiii. ſtatuit 2. de comp. med.

Hemina, Græcis quibuſdam cotyle Attica, & Aegiptia, eſt pondus vnc.16. Romana etiam, ex Auicenna quibuſdam, ut ex Gal. 1. de comp. med. general. cap. 15. eſt vnc. xx. ex eodem lib. ſed cap. 16. vnciis nouem romanis quæ in cornibus conſuetis libralibus deſcriptæ ſunt, nonnullis ſtatuitur, quæ ſeptem vncias ponderales &c. pendunt ex eodem 5. de comp. med. per genera cap. 6. aliis ſexdecim vnc. romanas pondere, vt etiam 4. de comp. med. per gen. cap. 14. chœnices 4. Heminam conſtituunt, ex Actuario, cap. de oleo amygdalino, ubi ſemodium ſcribit Dioſco. lib. 1. cap. 33. quaſi modius, heminas dicas conſtituat: ex Fannio.

Heminas recipit geminas ſextarius vnus:
Qui quater aſſumptus, graio fit nomine chœnix.
Adde duos Chus fit, vulgo qui congius idem
A quo ſextari nomen feciſſe priores
Crediderim, quòd eos capiat ſex congius vnus.

Apuleius Heminam menſuralem libræ vnius, ſcribit, μνᾶ Latinis Mina, ſolonis augumento, vt ex Plutarcho, drach. centum pendet.

Amphora vrnas duas.

Amphora fit cubus, quam ne violare liceret,
Sacrauere Ioui tarpeio in monte quirites.

Amphora itaque libr. 80. vrna libr. 40. congius libr. x.
Huius dimidium fert urna, vrna Cõgios quatuor, Culeus amphoras 20. idq́; ex Pli. lib. 14. cap. 4. vt etiam ex Fannio .i. libr. menſurales mille & ſexcentas.

Eſt & bis decies quæ conficit amphora noſtris
Culeus, hoc nulla eſt maior menſura liquoris.

Eſt & quadrans, off. quarta, pondus trium unciarum: ut triens quatuor, ſextans duarum, quincunx quinque, ſextans ſex, ſeptunx, ſeptem, bes octo, dodrans uerò nouem, dextans decem, deunx undecim, ſed animaduertendum, hæc omnia nomina non per uncias ſemper, ſed interim per libras, quandoq; per drachmas, aliaq́; ponderum nomina oportere interpretari: vt quadrãs conſtituat quartam numeratarum librarum, drachmarum unciarum, ſcrupulorum partem, vt hoc exemplo. Recipe olei libr. iiii. cere quadrantem interpretare libr. i. & iterum. Recipe olei libr. iiii. ceræ quadrantem, .i. drachmam i. ita quoq; in aliis quibus uis formulis iudicabis, propterea Aetii locum reſtitue Tetrab. & ſerm. 2. cap. 49. quũ poſt euphorbii unc. i. ceræ quadrantem legit, ceu ex Gal. 2. de comp. med. ſecundum loc. cap. 3.

Eſt & obolus, idem quod ſcrupulus medius, ſiliquas tres accipiens, unum uerò ſiliquę granum ſex lentis ſeminibus pondere reſpondere, aſſerit Fuchſius ſuo experimento, 2. de comp. med. cap. 1. cui etiam aſtipulatur Valerius cordus, noſtro aũt octo, niſi admodum ſit exſucca, & tabida, aut lentes iuſto maiores, uel humectæ, idq́; in officina ~~eggregii Baptiſtæ Gataner~~, ſedulo obſeruauimus, hinc perperã Rhemnii Fannii uerſum, immutat hoc pacto. Attribuunt ſcrupulo lentes quatuor quater octo, nã præter hoc, quòd prima quatuor, quæ longa eſt, ex Poeta, Eclo. 5.

breuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

breuis fieret: crediderim equidem, lentes octo non ſcrupulo, ſed ſiliquæ aſcribi. i.

Semina ſex alij ſiliquis latitantia curuis
Attribuunt ſcruplo, lentes veraciter octo,
Dent ſiliquæ.

Eſt & danich Arabum, pondus ſex granorum, aliis gr̄. vii. & med. Fuchſ. gr. octo ut Chirat trium, aliis iiii. eſt & ſiccilliquum Actuarii drach. ii. ut ſextula ſcrup. iiii. & duella duæ ſextulæ.

Eſt & cochleare, maximum, drach. iiii. magnū ſeſquidrachmæ, paruū drachmæ vnius minimum drach. med. quibuſdā ligula ſiue myſtrum, cyathus ex Nicolao ut notat Fuch. in penult. Hadriani antidoto, unc. ii. pendet: & ſi aliis ulterius accedat.

Quoniam autem ut plurimum, literis non integris, ſed notis, ſigniſq́; pondera, ut etiam menſuræ demonſtrantur, ideo eorum characteres exponemus, hoc unum præcipue aduertentes ut notarum ductus, ʒ. & ℥. diligenter adſcribant, ne horum affinitate, capitaliter aberrent.

Libra ℔. libra una & media, ℔. i. ſ. quæ & ſelibra, Græcis ἡμιλίτρον.
Vncia ℥. vncia una & media, ℥. i. ſ.
Drachma ʒ.
Scropulus ℈.
Granum gr̄.
Ana, ān, uel ſingulorum ſing. uel ſs.
Aureus aur̄.
Manipulus, m̄.
Pugillus p.

Quibus uerò diſſidiis, quam prolixa, quàm multiplici contrarietate, in medicis ponderibus, ac menſuris non modo Græci uetuſtiores quiq; uerum quoq; & recentiores cum Arabes, tum Latini, inuicem diſcrepent, & tumultuentur: neminem doctum, induſtrium atq; ingenuum, latere poteſt: ſi apud Græcos Heſychium, Epiphanium, Adamantium Sophiſtam, Diodorum, Galenum, Iulium Pollucem, Oribaſiū, Aetium, Aeginetam, atq; alios plures, uti inter Latinos Scribonium, Frontinum, Voluſium, Rhemnium, Feſtum, Iordanum, Priſcianum, Plinium, Tortelium, inter Arabas Serapionem, Auicennā, atq; alios pleroſq;, ac ferè innumeros neotericos, non ſine ſingulari ingenii acrimonia, perlegere quiſpiam non recuſauerit: locum .n. uberiori oratione digniſſimum reliquere, ancipitem ac magis magiſq́; fluctuantem animum, uix ſuſpicione liberarunt: quanquam huiuſmodi libris omnes anguli, omnia ſcrinia, uariis lectionibus ſcateant, & inani labore, nullo commodo, tot chartas contaminauerint, tanta obſcuritatis nube infecerint, ut ad uitæ retinendæ aut emēdandæ fælicitatem, nihil penè conducant. propterea tametſi nutante ſciolorum uelitatione turbari quidem poſſum, blateronum continua æmulatione ſtudioſis infeſta moleſtari, naſturcium illis propinabo, niſi malint elleborum ſi quid communi mortalium calamitate, humana incertitudine deliqui, aut ceſpitaui, quū exquiſitiſſima cautione, prudenti examine, præclaris quibuſq́; ingeniis calculum, atq; iudicium in omnibus deferam (nihil temere, nihil pertinaciter, pro mea uoluntate aſtruam, in tanta rerum, regionum, lanciſq́; differentia, vſus ambiguitate, mercatorii, & medici ponderis diuerſitate, in cæca hac caligine, hac in contentione, nihil habui quod certius affirmarem. quum etiam antiquis, de ponderibus in numerorum perfectione diuerſitas extiterit, ex Vitruuio, 3. Architect. cap. 1. Nempe & libra, eſt ſexdecim unciarum metallicis, cuius dimidia ſelibra, marca vulgo, unciarum octo, quam quidem maiorem, atque minorem, ac in Romanorum beſſem partiuntur plerique. ut quanta ſit monetariis, aliiſque diuerſitas, facillimum ſit uidere ex Georgio Agricola, 7. de re Metallica.

ELECTARIVM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ELECTARIVM QVID SIT,

ET QVO SANE PACTO PARANDVM, LEGENDARVM STIRPIVM TEMPVS, RADICVM, FLORVM, ET ALIORVM OMNIVM REPONENDORVM

Ordo.

ELectarium; non secus atq; Antidotum, dicitur compositio, electa aliquot simplicia continens id quod omnibus compositis est commune: ea .n. summo studio, simplicibus non adulteratis succis, lacrymis, radicibus, seminibusq;, quibus congestis & operose tritis, præparari consueuere non exoletis, non senio squalidis, aut immaturis, sed præstantissimis quibusq; confici debent: radices.n. quæ vsui accommodantur, extento cortice sint oportet, non rugoso, neque ieiuno: hoc enim bonæ radicis est argumentum. si præter hæc opportuno tempore effossæ, è climate sibi proprio, idoneo loco siccatæ, ac repositæ. Si quidem tunc eximendæ sunt, quum herbæ suis folijs exuuntur ex Diosco. quumq; Autumno præsertim folia decidant, stipites tabescant, eo tunc frequentius eruuntur. at quum varijs anni temporibus, foliorum defluuium perpetiantur, vario itidem tempore euellendas esse, maxima animaduersione obseruandum: serena præsertim cœli constitutione non squaloribus, imbribusue infesta, ne extranea humiditate perfusæ, aut imbutæ corrumpantur, vel exsuccæ & humido natiuo carentes exarescant. Integræ itaque, ac abundè nutritæ, atque, vt ex Galeno elicitur, 1. de antidotis cap. 12. quæ conuenientem sibi magnitudinem non excesserint eligendæ: aliter enim nimia succi copia turgent, peioresque ijs sunt, quæ bene quidem enutritæ, minorem sint nactæ corpulentiam: quanquam autem superiori statuto refragari videantur nonnulli, quod ineunte Vere, ante foliorum incrementum, vberior succi copia, illis longè maiores suppeditet facultates, quàm Autumnalibus, quæ iam flores, fructus, ac semina emiserint, humore propè omni ab illis exhausto: res hæc, etsi à ratione abhorrere non videatur, vernales tamen radices, humore quantum vis copiosiore, minus tamen quàm par sit elaborato, diutius resistere corruptioni non possunt: præterea ex Vitruuio 2. architect. cap. 9. materies cedenda est à primo Autumno, quod Vere prægnantes, omnes suæ proprietatis virtutes efferunt in frondes, anniuersariosque fructus, &c. Autumnali verò tempore, maturitate fructuum flaccessente fronde, ex terra recipientes in se radices arborum, in se succum, recuperantur, & restituuntur in antiquam soliditatem, at radicum lactuosarum succatio, Aestate semper ferè agitur, partim ineunte, partim etiam prouecta: propterea scribebat Theophrastus 9. de hist. plantarum cap. 8. radicidium quanquam fieri per messem tritici, aliqua ex parte non negent, tamen largè Autumno post arcturum factitari affirmant, scilicet postquam folia defluxerint, & quorum fructus vtilis sit, priusquam fructum amiserint, primum itaque vbi à terra erutæ fuerint, vel squamis constent, vel carne, vel cortice vestiantur, vel nudæ adhæreant, aqua fontana ab omni limo, ac sordicie, diligenter eluendæ, radiculis, omniqúe appendice expurgandæ, ligno meditulio, si eius generis, in lungum dissectis exempto. Nempe & plures visuntur radices, neruea matrice carentes: eo igitur die, soli expositæ, quæ videlicet crassæ, ac densæ sunt, vt vitis albæ, gentianæ, rhapontici, mandragoræ, & similium: at nubilo cœli statu, Hyemeue, loco vento perflabili, aut moderato hypocausto, in frusta lino traiecta, non tamen contigua, suspendenda sunt, siue tegetibus expansa, quotidie frequenter versanda, aliter in vmbra siccata, situm contraherent, & facilè corrumperentur, nocte etiam sublimi atque aperta sede, procul ab humiditate collocentur, quoad perfectè siccatæ, eminenti loco, non vliginoso, non puluerulento reponantur, ne in eas radii solares penetrent animaduertentes: Si verò tenues sint radices, ac raræ texturæ, quales sunt quinque aperientes, & illis consimiles, in vmbra siccandæ sunt, & qua ventus efflet Orientalis. ne earum vis omnis ex sole dissipetur: quod si ad celerem istarum exsiccationem cogeris, terrea patella leniter ignita, extensas sæpe reuolue; refrigerata: semotis radicibus, rursus calefiat, priorem modum tandiu prosequere, non festinanter, sed placidè, ac prolixè, quoad perfectè siccæ videantur; ne tamen vrantur caueto: quot verò annis diligenter seruatæ perdurare possint, in quibus oportuit, suis capitibus insitum est: aliæ enim quolibet anno innouandæ sunt. Cæterum nosce operæpretium est, non modo in his, verum quoque in cæteris plantarum partibus, truncis, stipitibus, ramis, surculis, folijs, fructibus, pediculis, vmbellis, acinis, seminibus, floribus, lanugine, mosco, ligno, cortice, neruo, membrana, vena, matrice, seu medulla, humoribus, succis, gummi, & alijs plerisque, tam in arboribus eggregiæ magnitudinis trunco, quàm in fruticibus, stabili quidem, at multiplici caudice, vt rosis, myrtoq;, quæ quidem in æquam proceritatem non assurgunt, atque in suffructicibus, vt rusco, manente trunco, at herbaceo, ceu in herbis ab radice foliatis, sine caudice, vel illum singulis annis commutantibus, siue caulibus simplicibus, lignosis, nonnunquam adnascentibus ramulis, siue ex ramis, nodisue, è caulibus multifariam sparsis, è quibus surculi, velut annotinum germen producuntur; omnibus denique vel animalibus, vel eorum particulis, non secus ac in fossitijs, atque reliquis, denique omnibus ad Medicos vsus necessarijs, congruum cœli statum, & locorum, in quibus

Radicum optimarũ indicia.

Radices quo statu euellẽdę.

Succatio quãdo opportuna.

Radicum asseruãdarũ norma.

Ex Gal. 5. de cõp. m. per gen. cap. 2.

Arbores quæ. Frutices. Suffrutices. Herbę. Caules. Surculi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quibus oriuntur diuersitatem, non parum conferre. Quippe quòd terrenus humor suis proprietatibus saporum, in radicibus infusus, ex locorum proprietate, dissimiles edit fructus, ex clymatis inclinatione, solis cursu, ad eius potestatem, ac regionum proprietatem, variæ procreationis causa sunt. hinc fit vt in Syria, atque Arabia, herbæ omnes propè odoratæ sint, ex succornm discrepantia, dispari, innumeraque qualitate, ac proportione, locorum varietate, aquarum virtute, inclinatione Cœli. quum præsertim syluestres ac montanæ stirpes viuacitate, præstantia, atque odore, aquosiores antecedant, veluti syluestres quoque succi acrimonia, ac vehementia satiuas, ex Theophrasto, 1. de caus. plant. 19. ex Pli. lib. 19. cap. 12. at in aquilonijs, siccis, frigidisq; , ex Theophr. 9. de histor. plant. vltimo, maiore vi existimantur, verum hodie secus fit, nec iniuria, quòd medicam materiem ex meridie potius appetunt, nempe & mediocritatem quandam efflagitant, ne nimio æstu exhauriantur, vel immodica humoris copia, ac luxuria, redolentiam, generositatem, ac vigorem deperdant: quanquam calidæ & siccæ plantæ, in eiusdem qualitatis aere, præstantiores credantur, nec non similiter de reliquis differendum, vel maritimis, aut sabuletis, lacustribus, fluuialibus, paludosis, vel vrbanis, vel syluestribus, vel in montibus, apricisque collibus, vel vmbrosis, gelidisque locis, vel in planitiæ colligendæ sint, arridente præsertim Cœlo, non pluuijs, non nubilosis temporibus, quum iam debitam sunt assecuta proportionem, non deciduis folijs, non emarcescente stipite: nam quæ dulcedine aliqua prædita sunt, vt diu manserint, vermiculis eroduntur: quæ vero acerba, acriaúe sunt, id minus sentiunt, verum rarefacta, exinanitaque viribus tandem hebetantur.

Congruis locis, cœloque idoneo, singula expetẽda.

Idem modus in floribus seruetur, quum se se ritè explicuerint, non quum iam vetustate tabescunt, defluuntque: rosæ tamen etiam non prorsus expansæ asseruantur, capparum etiam flores, aceto, aut muria reconditi: sunt tamen & stirpes nonnullæ, quæ suis ornatæ floribus, in vigore existentes tunc legi postulant, vt minus centhaurium, origanum symphitum, pulegium, thymus, chamedrys, chamepytis, chamæmelum, quæ verò fruticosa sunt, sicut stœchas, trissago, polium abrotanum, seriphum absinthium, hyssopum, & alia id genus, semine prægnantia demetuntur:

Flores quo tẽpore legẽdi. Stirpes q̃ florib⁹ decoratę excerpũtur.

hæc autem omnia in vmbra siccanda sunt, procul à locis asperginem redolentibus, paucis quibusdam exceptis, quæ stipitum, crassitie humoris vbertate, ac lentore, vt portulaca, acanthus, ac persimilia quædam insolatum perferentia, aliter situ, quàm primum tabescentia, prius tamen omni sorde ablata, vel si luto, aut puluere obsitæ sint, ijs aqua clotis; quumque flores facilius expirent, ac euanescant, non in sole, nedum calente loco, sed vmbra temperata sæpius reuoluti, magis minusúe, pro diuersa ipsarum natura exsiccentur, ne proprio scilicet colore destituantur animaduertentes; quibus enim siccis natiuus color deperijt, vis itidem exoluitur, diligenter itaque siccati, ligneis capsulis, nullo situ obductis recondantur ad annum vsque perdurantes, chamæmelo, rosis, atque alijs quibusdam exceptis, vim suam etiam largius extendentibus, Albuchasis decem libras florum recentium ad vnam siccarum reducit, rosasque in suo alabastro integras, ne se contingant, siccatas, propemodum à calyce decerpit. sicci verò tractus, sicca anni conditio, ad florum, ac aliorum suaue olentiam plurimum conducunt, ventorum atq; aquarum proportione concessa: agrestes præterea cultis plerunque odorationes visuntur, vt primæ postremis: quæ autem odoratæ sunt plantæ, flores vel inodoros, vel exigue olentes, & celeriter spirantes frequentius pariunt: at quàm mirabili pictura, inexplicabili solertia, multiplici, varioque opere ludat natura, tam vagis, mirificisq; coloribus multifariam insignita; non est quòd difuso orationis ambitu agam: quum verò oluscula quædam, etiam num viridia, tam ad quotidianos, quàm medicos vsus vsurpari consueuerint: qualia sunt lactuca, intybus, duplex buglosum, beta, brassica, &c. vt calorifica quædam potestate prædita, adhuc virentia sæpe accipiuntur, retusæ quum sint caliditatis, quæ in siccatis promptius elucescit, in quorum albo visuntur eruca, nasturcium, mentha, calaminthes, sampsucus, saturcia, atque alia non pauca.

Herbę, ac flores, quo loco siccãdæ.

Prędictorũ repositio ac perduratio.

Rosæ quo pacto siccentur.

siccatæ igitur herbæ, non in fasciculos congestæ, non chartis semiuolutæ, non raris lintheis exceptæ trabibus, concameratisúe fornicibus appendendæ sunt: ne muscarum sordibus, aranearum telis, puluere, vento, calore obiectæ insidente spurcitie omnino exoluantur, atque exsucto peculiari humore tabescant pedibusúe attritæ, vel sæpe in officinarum angulis bimestri spatio, prho scelus mucidæ effectæ marcescant. arculis itaque tiliaceis, vel sacculis coriaceis stropho rite obturatæ asseruentur; horum enim ratione medicamenta aut valent viribus, aut euanido, nulloque munere funguntur.

Herbę quibus locis reponẽdę.

Fructus autem, surculi, & germina, vegeta, multaq; vnà esse debent, cum his quæ fructibus adhærebunt. Semina eligenda sunt altilia, & præcellentia, quæ perinde atque radices ob extensionem cognoscuntur: nec minus in his demetendis elaborandum, tam quæ siliquis, ossibus, vasculis, corniculis, aut capitibus includuntur, quàm quæ nuda proueniunt, aut quibus vis inuolueris, aut quarundam fructuum medulla obsessa, ex fructibus videlicet summe maturis, vbi siccari cœperint, priusquam defluant, ex stirpibus iam siccis, nec amplius virentibus, qui sanè in sole suspendendi potissimum ex cucurbitæ, cucumeris, & huius generis fructibus, vt eorum omnis caro exsiccetur. exempta autem huiusmodi semina, & à glutino lota, aliquantisper soli exponenda sunt, & ad annum vsq; , vixq; vlterius perdurant, rancorem non sentientia, nec ideo ad trituræ commoditatem diu soli committantur ne exucta & euanida fiant, nam inter ea quæ fortissima constant, ex Theophrasto, 7. de hist. plant. cap. 6. nullum vltra quadrimatum durare potest, ita scilicet, vt ad sementem adhuc vtile sit, sed bima sanè meliora, trima nihil ferè deteriora, quadrima iam deteriora, verum ad vsum cibarium diutius permanent, quanquam inualidius alant necesse sit, vt quæ partim respirarint, partim læsa à bestiolis sint, interius maxime:

Sẽia quã optima sint: quando legẽda quomodo recõdẽda, & quãdiu durent.

nascuntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nascuntur .n. in omnibus etiam acribus, atque acerbis; cæterum vel humore exhausta, amara, & ideo ad vsum
deteriora, at 8. de histor. plant. cap. 11. ita dictat: ad exortum, vniuersamque sementem semen anniculum
optimum putatur, bimum deterius, & trimum: quod autem vltra acceperis, sterile fermè est, quanquam ad
vsum cibariorum idoneum constet. Quare, quot annis innouare satius crediderim, & charta, aut membranis,
apte inuoluere. Fructus autem rei medicæ competentes, quum maturitatem senserint, ex arbore decerpendi
sunt, præter astringentia quædam, quæ immatura efficaciora perhibentur, in quorum repositione cauendum,
ne post exsiccationem humido in loco relicta, mucescant: quædam autem, vt medica mala, hordei, aut milij
aceruo sepeliuntur, alia paleæ instrata, quædam appensa, fructuum verò cortices, non secus, ac radices siccan-
di, atque reponendi, succos & lacrymas eligere conuenit, non vetustas, non elanguescentes, & euanidas, non
aliena qualitatum suarum conditione, sic vt gustus iudicium subeuntes, nihil resipiant. de his autem succis,
cap. de absinthio, ac proprio; de succis medicatis nonnihil disertum est. herbarum verò succus, & foliorum,
ex Dioscoride, elici debet, germinantibus primum cauliculis: attamen seruata tanti viri pace quum eo tem-
pore, cruda ac illaborata humiditate turgeant, nimioq; humore prægnantes infantiæ comparentur: ex adul-
tis potius, iam tum vigentibus, nondum lignosis, aut tabescentibus exprimendos esse putauerim. Lac, & la-
crymæ, excipiuntur inciso per summum adolescentiæ, vigorem caule, post quarum concretionem, adeo siccari
ibidem non permittenda: vt digitis atterantur in puluere, hæcque duo, vt gummi, ac resinæ, triennio vt plu-
rimum vigent, postea tabem persentiunt: gummi verò genera non prius decerpantur, quàm concreta, ac con-
globata suis stirpitibus, idoneam maturitatem assecuta sint: resinæ tamen igne sæpius sibi concrementum asci-
scunt. Quæ verò animalium sunt partes: non ex strigosis, at ex adultis, bene habitis, & sanis, nullo morbi
genere emortuis accipiuntur: hoc vnum præ oculis semper habentes, vegeta exilibus, grauia debilibus, com-
pacta flaccidis, tempore non consumpta, cito absumptis, potioria iudicari, veluti ex Galeno 1. de compo. med.
secundum loc. cap. 2. idq; non solum in sumendis, & admouendis, vt oleis, vnguentis, &c. perpetuò seruandũ,
verum quoque in his; tam quæ in farinam leuigata, modo conuenienti humore subacta, aut plana, aut in circu
li formam, aut exiles globulos coguntur, atque vt rerum series pro magnitudine paucis perstringatur, tam in
liquandis, quam dissoluendis, triturando, vrendo, lauando, extinguendo, in omni coctura denique ac forma,
non mediocris adhibenda est diligentia, quum alia facilius terantur, quædam promptius dissoluantur, alia
vtrunq; patiantur, nonnulla humorem quempiam exigant, secus multa citra eum mollescant, & soluantur: in
quibus vitandum, ne humore natiuo absumpto, nimium exarescant, & quãuis duo etiam causarum salubrium
materias præcipue comprehendant, magni sanè momenti in multis morbis educenda scilicet, & facienda, absq;
his probè paratis, omnia pessum eunt, vt qui medendi viã, ac rationem percallent, de his iudicium ferent, qui-
bus tuto non ea tantum vsurpare, sed istorum exemplo alia condere. Medicamentum autem quid sit, & quo à
nutrimento differat, vide ex Gale. 1. simplic. & 3. de temperam. Compositorum igitur quædam liquida, aut
mollia, quædam solida, aut dura cõponuntur, vt confectiones vocatæ, & si id perpetuò non seruetur; quædam
aqua simpliciter incoquuntur, alia vino, melle, saccharo, sapa, sirupo ex succo cotoneorum, myuæ cognomen
to: hæc autem mollibus conuenire aiunt, saccharum etiam, penidia, mannam, duriusculis at quia contingit,
saccharum, mel, & prædicta quædam, aut omnia, multa electaria ingredi: hinc dubitare cœperunt Pharmaco
polæ, cum his ne tantundem mellis accipiendũ sit, ac si illa non inderentur: quum sæpe reperiatur limitata sac-
chari mensura, mellis verò non; cui ambiguitati hoc modo satisfacimus. Si saccharum præscriptaúe non nume
rentur, Electarium omne, tritis omnibus dum in vnitatem coeant, melle curiose spumato, & tepido, excipi de-
bet, vt antiquiorum alia ferè omnia, quod raro saccharo vsi sint, tum quia mel optimum sibi talem vendicat na
turam, vt sua commixtione diutius ea inoffensa seruet, magis terget, maiori quàm saccharum dulcedine pul-
uerum amarorem magis temperat, ingrata gustui suauiora reddit: ad cuius libram misceri debent vncias iij.
specierum, nisi aliter præcipiatur, nunc in tenuißimum pollinem, nunc craßiusculum reductarum: quæ enim
purgatoria sunt, & flatus dißipantia, præter colocynthidem, craßius, deobstruentia autem curiosius te-
renda sunt; vt ex Galeno quarto, de tuenda sanitate capite septimo: Mes. autem tres triturandi scopos pro-
ponit, nam crassa multum, tenuia, parum mediocria, medio quodam modo conteri postulant, prius radicibus
comminutis, secundo seminibus adiectis, postea his confractis, herbis concisis appositis: singula autem per se,
quoniam nonnulla parum, aliqua minus, quædam conteri non postulant, vt gummi, & succulenta, quæ melius
idoneo aliquo liquore dissoluuntur, post vero ponderanda, non ante, hocq; fit vt diamoscho, quod Mes. docet
excipere mellis crudo quadruplo, his non estimatis, si quæ insint, cribratu difficilia, vt amygdalæ, dactyli gum
mi, &c. Si vero cum melle ex præmißis aliqua, aut omnia ab authoribus videantur, tunc mellis quantitas mi-
nuatur, mixtis saccharo, melle aereo, penidijs, & syrupo cum melle, & ad huius massæ libram, puluerum vncijs
tribus immißis, hac verò in lege facessant Mantuani, aspera antidota nullo culto elaborantes: hicque sit Ca-
non vniuersalis tam in electarijs purgantibus, quàm non, hiera Galeni excepta, omnibusque alijs, quorum aloe
est basis purgatoria, quibus mel quantum species, miscendum contendit Albuchasis, vtpotè ad libram mellis di
midiam, puluerum pariter librã mediam: qua de re cap. proprio, arcanum tametsi pharmacopæis gratißimum
non præteribo, quo videlicet sex, octoúe, & plures puluerum vncias, vnica sacchari libr. in morsulos excipiãt.
pulueres saccharo in pila diligenter admisceant, addant postea aquam, cui tragacanthæ nonnihil præmacera-
tum

Fructus quo statu colligẽdi, & quomodo reponendi.

Cortices qua lege exsiccãdi, atq; seruandi.

Succi quo tẽpore exprimendi; pter Dios. mentem.

Lac, lacrymę, gũmi, resinę quãdo depe- ctenda, & q̃diu vim suam tueantur.

Animaliũ partes quales eligendæ.

Cõposita tã dura, q̃ mollia ex quib⁹ fiãt.

Dubii solutio.

Pro libr. mellis vn. iii. pulue- rum.

Mellis specierũ, quã paritas in Hiera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tum fuerit, in placentam citra ignem redacta, incisa, valde calenti hypocausto siccari permitte. sunt qui in omnibus opium accipientibus, opiata vocant, mellis libram, puluerum vncias quatuor iniiciant: alia autẽ antidota, si languentium gustui blandiri magis arrideat, fiant ex sesquiuncia specierum, plus, aut minus: quanto autem minuentur pulueres, tanto inualidiora erunt, quum vis omnis ex eis pendeat, & à dulcium istorum copia obtundatur: possunt etiam fieri ex libra vna sacchari, ad syruporum formam decocti, vel (vt dicitur) syrupizati, post immissa vncia vna specierum, aut dimidia, pro ægrotantium voluptate: mollia autem electaria siccis præstantiora sunt; quia aromatum plus habent, melius feruent, ægrius expirant, ac promptius in corpus distribuuntur. Aestate autem saccharata, & solida minus coquenda, syrupi autem nec non iulepi, liquidaúe electaria magis, Hyeme contra ad exquisitam consistentiam tamen, quia sic suam vim tueri, ac seruare possunt: parantur etiam aliquot fructus fugaces, aut iam cocti, aut in salgama, plana redacti, ex melle tantisper excocti, dum iustum crassamentum obtineant, in formas deinde coacti, quæ quandam bellariorum imaginem exhibeant. Fiunt etiam ex saccharo, in quopiam ad rem propositam opportuno liquore dissoluto, ac ad crassitiem cocto tabellæ, & morsuli: in quibus vt in aliis, omni diligentia cauendum est, ne aromata prædictis liquoribus efferuescentibus, aut plus iusto calentibus permisceantur: hinc enim fit vt purgatoriæ placentæ, interdum his ustis, nihil expurgent, vel iisdem male cõmixtis, immodicè subducant. Aduertendum itidem, quod auari quidam rhopolæ puluerum pretiosorum minus imponunt antidotis cardiacis, mel verò augent, adeo sunt palustri hoc cœno immersi, omnia tamen quum sint, vno & eodem pondere medico pendenda. præterea, vasis vitreis, argenteis puris, vel aureis, aut corneis lapideisúe, bisq; vitreatis seruanda sunt antidota singula, non autem stanneis, aut plumbeis, ex Galeno 1. de antidotis cap. 8. & si ea sit myropolarum incuria, vt Theriacen, pretiosáque antidota, plumbeis vasis seruare perperam assueuerint, adipes autem & medullas, stagneis vasis recondit Dioscorides, vt ocularia medicamenta æneis, nec quoque paruifaciendum, decocta, & ad vsus medicos reliqua, æneis vasis haud incoquenda, quia sic virus quoddam concipiunt, tetra & gustui horribilia redduntur, præsertim si acetum incoquendum est, æruginosum aliquid contrahens, & erodens: non ab re igitur, vel lapidea, aut ærea, sæpe stanno delinita, accipienda; Denique diligenter obseruandum, ne coquendo, ex superioribus contabulamentis animalia decidant, exigua quidem, sed quæ non modicam pernitiem moliantur, vt scurpiones, aranei, ideo vel subdiali loco, vel habita animaduersione, coctio peragenda est, igne carbonum molli, & non fumante, quis enim vsus ex fumo expectandus? ne etiã muscæ, aut formicæ dedecori sint, euitantes, postea clausis, & probè operculatis vasis recondenda: ne virulentum aliquod reptile, aut insectum, ingredi possit id vnum quoque memoriæ mandantes: omnium rerum corruptelam, aut alieni cuiuspiam miscella, vel proprii inopia, vel repositionis negligentia prouenire; propterea opercula pro necessitate aptentur, ne aromata puluerata euanescant, transpirent, aut quoquo modo euolent. Cribra etiam pro rerum varietate multiplicia deligantur, ne pusilla semina, aut alia quæpiam male comminuta, insciis pharmacopæis excutiãtur, & transeant nisi angustissimum sit incerniculum: quum alia, linthea magis minusque rara, aut densa requirant. Vltimo officinæ situm licet animaduertere, quum ex Vitruuio primo Architecturæ cap. 2. etiam & granaria quæ ad Solis cursum spectant, bonitatem cito mutent, obsoniaque & poma, quæ non in ea cœli parte ponuntur, quæ est auersa à Solis cursu, non diu seruantur: nanque Sol quibus locis mediocriter profundit vapores, his conseruat corpora temperata, quæq; proxime currendo deflagrat, eripit, exugendo temperaturam humoris: quin ex eodem lib. 6. cap. 9. ratio redditur, quòd cæteræ regiones procreant curculiones, & reliquas bestiolas, quæ vt frumentis, ita his possunt nocere. attamen in Illustribus opidis, & præclaris quibusq; Vrbibus: vbi frequentes admodum, contiguæque ædes, ideo aeri æquè opportuno obuiæ Tabernæ esse non possunt, liberiores saltem, apertæ, ac Soli peruiæ, modo ab eius radio absint composita, perflatiles inquam, a latrinis eminus seligantur, à rheumaticis, asperginosis, mucosisque parietibus, longissimè distent. ne sterquilinys et cœno fœtentibus locis impuro aere vitientur q si ad orientem extructe uenti saluberrimi inde spirantes et solis calor citius irrumpens attenuat et dissipat omnem aeris crassitudinem ac caliginem quanq̃ n. ad meridiem plurimum solem diutiss. habeant id neq requiritur at neq in domos sitæ quia Auster a meridie spirans humidus et inæqualis ac morbosissimus existat ceu quoq ex Constatino 2o Agricult. cap 3.

Mollia antidota cur salubriora

Medicaminũ coctio æstate ac hyeme qualis.

Modus in morsulis.

Pharmacopolarũ lapsus.

Vasa ad medicinarum tutelã idonea.

Quæ vasa ad usus medicos cõmodent.

Cribra qualia.

APOLLI-

APOLLINIS,
FRANCISCI ALEXANDRI, VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Primus Electaria decorat.

Electarium de aromatibus Galeno ascriptum.



ECIPE ligni aloes, rosarum an. vnc. ij.& drach.ij. galliæ moschatæ, macis, doronici, piperis longi, nucis moschatę, menthæ siccæ, spicæ nardi, casiæ aromaticæ, mastiches, cinnamomi, caryophyllorum, asari, an. vnc. med.& drach. med. calami aromatici drach. vj. croci, cardamomi maioris, & minoris, trium santalorum, rhabarbari, costi, cubebarum, zingiberis, seminis fœniculi, & anisi, ligustici, an. drach. iij. sacchari lib. med. syrupi cotoneorum aromatici libram vnam, mellis despumati, quantum sufficit. Datur à drach. ij. ad tres, alijs ad aureos tres, & vltra: Monachi legunt cheisim, anna aur. ij. & med.

Ad ventriculi & hepatis affectus frigidos, ex pituita crassa, & flatibus natos efficax: flatus enim dissipat, coctionem iuuat, ob id acidos ructus, nauseam, cibi fastidium compescit: colorem cuti floridum affert, caniciem tardat, oris & sudoris odorem commendat, sed hepar, & renes immodicè calefaciendo, venerem excitat.

Hoc Electarium non esse Gal. ex simplicibus multis illi ignotis, vt Gallia nuce moschata, doronico, caryophyllis, santalis, rhabar. cubebis, & sacchari vsu raro, facilè conijcitur: etiam si non id modo, sed alia plura, tam simplicia, quàm cõposita, Galeni esse censeantur: citeturq; sæpenumero Gal. non solum à Mes. sed etiam Auic. atq; alijs: fortè quia antidotarium aliquod Galeni titulo circunlatũ viderint, cuius quũ nusquã meminerit in suo de libris proprijs Gal. homo huiusce rei studiosus, etiã ex hoc adsciticiũ iudicari potest: & si Reuerendi illi, qui in Mes. cõmentaria edidere, vix adduci patiantur, vt credant non esse Gal. inani ædepol cõiectura. Monachorũ inanis ambiguitas.

Electaria, vel antidota, excogitata sunt, ne largior humor qui in potionibus congeritur, & facilius corrumpitur, adeo facilè pernitiem sentiat: vt cum mellis, sacchari, alioq; idoneo liquore commixta, diutius inoffensa remaneant, & formam quandam specificam nanciscantur: ijs magna ex parte, ex rerum calidarum mixtura conflatis, interdum ex mediocriter, & summè refrigerantibus, atq; stupefacientibus, ad contemperandos partium quorundam affectus contrarios: purgantibus etiam pro morbi ratione, ad cõplicatos inuicem varios, ad simpliciũ vel augendam, vel coercendam vim, aliasq; ob causas, vt fusius ab Auic. lib. 5. cap. 1. ac ex Gal. 1. de antid. 1. cui subscribit Paulus, lib. 7. cap. 11. ac Aetius Tetrabiblo 4. serm. 2. cap. 24. quas operæpretium non est, loco recensere: quum ab ipso artis medicæ exordio, ad nostra vsq; tempora, quasi per manus, compositio medicaminum emanauerit, modo solum præparationis atque vsus mutato, hæcque & si diutius perdurent, peculiaremq; & vernaculã tueantur conditionem, vasculis potissimum densis, & angustioribus seruata, vetustate tamen, & tempore vires remittunt, ac insuper procedentia facultatis quoque formulam exuunt.

Hoc Electuariũ in vsu esse desijt, quorundã simpliciũ inopia, ex cuius succedaneis paratũ nõ ignauius erit.

Lignum Aloes, quibusdam Xiloaloes, & lignum aquilæ, Græcis agallochon, Persicis calambuco, vel calampat, Aetio Tarum, Tetrabiblo 4. sermone 4. cap. 122. ex Dioscoride lib. 1. cap. 21. lignũ est, quod ex India, atq; Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, maculatum alijs ἐσμμένον *idest cõpactum, odoratum, gustu astringens, cum quadã amaritudine, cute verius quàm cortice vestitum, aliquantum versicolore. huius variæ sunt species, ex Serapione, quarum Indum præstantissimũ dicitur, præsertim subnigrum, variegatum, durum, crassum, graue, glutinosa humiditate prægnãs, qua in igne diu durat incõsumptum, & accensum ægerrime flagrat, quam coquendo supernatantem, separare solent Indi, & institores, odoris excipiendi gratia, vel ad odoratissima regaliaq; lauacra: ob id Mesue, ac Nicolaus, ligni aloes crudi mentionẽ faciunt frequentẽ, quod si quando crudũ non additur, intellige, non obscuræ etiam bonitatis præsumitur, quod suo pondere, statim aquæ imum petit, nulla albedine distinctum; officinis selectissimum hisce dignoscitur, colore, odore, sapore, & pondere, quod sit nodosum, fusci ac obscuri coloris, quod carbonibus, aut ignium flammis diu resistat, fragrantissimumq; odorem eiaculetur, spumamque, sapore amarum, quòd præ grauitate in aquam iniectum, non innatat, sed statim subsidet. hoc Indici Gangis vndis insanientibus rapi, & ad litora deferri nonnulli arbitrati sunt, ideo omni ex parte laceratum, exesum, & comminitum videri, à Lusitanis in Sumatra insula, alijs Taprobana, confinibusque locis, magna copia esse fertur, quod solo etiam manuum attritu, suauiter redoleat, è Calecut, atque Alexandria Aegypti Venetias conuolat, verum in pharmacopolijs*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quibusdam Vercellensibus, non oleastri Rhodij frusta, olim pro agallocho vsurpata, vtpotè demersa
aquis non emergentia, quadantenus amarulenta, nec odoris iniucundi, sed quod iniquius est, veterum ligno-
rum segmenta, nardino quasi odore imbuta, toto (quod aiunt) cœlo à veri agallochi notis diuersa, in medica-
menta inseruntur, Venetijs tamen expetita: quoniam Dij boni, absq; delectu, nulla inquã solertia, à Christiana
fide semoti, pecunias potius curant, & illegitima synceris præponere malunt, eaq; minoris emere, quã præstan
tißima paulo maiore, obtritã prioris seculi barbariem adhuc prosequentes: quum illis præcarias corollas, globu
losq; torno expolitos, nec exigua Agallochi frusta, præscriptis omnibus indicijs subiacere indicauerim, quo
verum ab adulterino, excutere poßint: probi ideo, atq; solertes hæc boni consulãt, his verò mali, erores emen-
dent suos, videant quæso humanæ vitæ miserrimos casus, instabiles, citosq; cursus: eã propterea deligant par
tem, ad quã nos illius vtilitas, salusq; conuertit, ne arcem faciamus ex cloaca, ne lapidẽ sepulchri veneremur
Fuchsii tutela ĩ Matthiolum. pro Deo. Hic nouæ laudis studio Matthiolus, Fuchsii sententiã refellit, quoniam in antidoto alia ex cinnamo-
mo, per crudum aloes lignum intelligit, quod non putruit, quod terra non obruitur, sed statim ab arbore exci-
sum, ad vsus rapitur: qua quidem in serie quod nã vitij genus insit, docti viri dijudicent; merũ.n. creditur odiũ,
in eundem profusum, arida inquàm laurea, id enim inferre voluit Fuchsius, crudum id est, quod nõ putredine,
non aliena qualitate imbutum, quippe putruisse dicendum, quod diutius aquarum gurgitibus resedit, quòd in
terræ latebris, natiuo loco, plus iusto derelictum est, ideo emarcuit, quum verò recens decerptum seligit, non flu
minum inundationibus arreptum, non ijsdẽ feruenti sole elixum, non alio quouis modo excoctum intelligit. cõ-
uenit igitur vel nolens, nec ab eo dissentit Matthiolus, at nõ videt, quum recens locorum interuallo haberi ne-
queat, cur potius insepultum crudum vocauerit Myrepsus, quod puluere vel terra conditum, coctum vocari
non debeat, quia nullus ibi sit ignis, neq; calor, ac si ligno innatus non sit calor, nihilq; nisi ab igne, excoctũ di-
ci debeat: tã largo existẽte coctionis significatu, maturitatem ac perfectionem indicante: quod .n. annua sepul
tura, potius recrementicia humiditate exuatur, quæ fortasse eius odorẽ obtundat, vt inquit Matthiolus, aliter
sanè existimandum: si Chealfetbenio ex Serapione, aut Simeoni Sethi neoterico græco confidimus: nõ .n. ege-
ret infoßione, quum humido expirante, simul ẽt aboleatur odor, qui humida est euaporatio, ex Arist. lib. de sen
su, & sens. vel partis siccæ sapidæ, indiaphanæ demistio, ex Theophrasto, 6. de causis plant. cap. 5 siquidẽ vel
sole, vel temporis curriculo, superfluo eo humore, odorẽ hebetante, potius exueretur, nec .n. humorẽ nimium
subesse oportet ex Arist. 10. Probl. 3. at ligni aloes genus quoddã esse potest, triplex scribente Ludouico Rom.
calampat præstantißimum, Bochor vilißimum, iubã mediocre. quod quidem nisi terra sepultum, celerrime ex-
piret, terreo autẽ aggere intrusum, concẽtratis eius partibus, difficilioribusq; ad exitum redditis; ideo per re-
trocessum, hac arte elaboratum, præparatum, excoctum, non iniuria appellandum, nec ideo ab vsu medico reij
ciendũ: & si omne terra obrutum immeritò respuat Fuchsius, hac tantum in parte taxandus, quanquã primo
de cõpo. med. secundum loc. cap. 14. non consequi illud bonum odorẽ, nisi putrescat, ex Sethi prodiderit: putre-
scere autẽ si conditum sub terra opportune educatur, crudum expetit ambarum Mes. in confect. ex Chermes,
non quia coctura, vel adulteretur, aut elixum sua facultate destitutum, venale exponatur, sed vt præstantißi
mum, non prius colliquatum indatur. Quare vel magis recondita, diutiusq; excocta proferat, vel deteriores
lapsus in medium adducat Matthiolus, aliter consulto præteriri poterit, ne pili quidem faciendus, in his enim
argumentis confutandis, vel reluendis, non multum est elaborandum.

ROsarum permultæ sunt differentiæ, lib. & cap. 6. Theophrasti de hist. plant. foliorum multitudine, pau-
citate, asperitate, læuitate, colore, odore: alijs enim quina, senaúe, aut duodena, vicenaq; alijs nume-
rosiora: vt ex Plinio, lib. 21. cap. 4. omnibus ferè à Theophrasto translatis. nobis earũ tria præcipua
genera, puniceæ, candidæ, & ex rubro dilutæ, vulgo incarnatæ, quod floridũ viuidumq; carnis colorẽ represen
tẽt: quibusdam persicæ ex florum persici similitudine, vel quia à Persis, in nostras translatæ sunt regiones. sunt
& aureo colore fulgentes, odore admodum ingrato, atq; insuaui: ex Gal. 1. de antidotis, cap. 12. decerpendæ,
quæ plus alijs bene olebunt, & rubicundiores fuerint. à Mesue in rubras, & albas diuiduntur, in vtroq; gene-
re præstantiorem, cui color genuinus est perfectior, & folia adsunt pauca, & plana: albæ nihil aut minimum
soluunt: nobis præstantißimæ, & eædem odoratißimæ albicantes, vulgo damascenæ, alijs moschatæ, etiam
ad aluum deijciendam insigniores, tricenis, pluribusúe deuoratis folijs, proxima laus puniceo colore rubenti-
bus, ex quibus conserua rosarum, oleum, & electaria parari consueuerant, earum deinde minus frequenti co-
pia, non minus magnificandæ ex albo rufescentes, ferè vbiq; rosarum sedem occupauere, tanquam rosetis ac
viridarijs soluendo communiores albæ vulgatæ vilißimæ, & ad liquorem stillaticium tantumodo aptæ. silue-
stres odoris suauitate, & solutione, cæteris inferiores. Porrò quum rosarum partes ex Theophrasto, Dioscori-
de, Plinio, alysque recentioribus, multæ sint, non solum nomine, sed etiam viribus dißidentes, scitu quidem
dignæ, & in præclarißima antidota saluberrimæ: & si à paucis admodum pharmacopœis separatim reponan
tur, breuibus illas recensere non grauabimur. primo granosus cortex, in viridi alabastro intumescente paula-
Rosarum partes q. tim rubescens, vix dum rosarum calathis dehiscentibus emergit: fitque fastigiatus globulus, qui turgidus,
nec tamen apertus, integer reponendus off. rosa incompleta vocatur: electarijs ac pilulis quibusdam idoneus,
probe enim exsiccat profluentem aluum, & sanguineas reiectiones sistit. folia proxime succedunt in duas par
tes diuisa, in vnguem parte infima albicantem, & calyci insitam, quæ à pharmacopolis præcidi consueuit

rhodo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rhodosaccharum, vel etiam succum paraturis, vnde tales rosæ exungulatæ dici solent, quæ pars abiecta, quasi nullius vtilitatis in decoctis tamen, & intestinalibus iniectionibus, ad inhibendas fluxiones, commoda est, reliquum foliorum expressum, & per se, ad plura valet, siccantur etiamnum integra folia, cõtinuo versata ne mucceant, neúe situs in his insideat. Flos sequitur, videlicet luteus ille apex, velut minutũ semen, in rosarum medio folijs circumquaq; ambitum, in capillos, qui sunt velut tenuia fila, rosarũ vmbilico annexa diductus, gingiuarum defluxus, & alba fœminarum profluuia, ex Plinio mirificè inhibentia caput, vel fructus postremo discutitur: solidum illud, quod folijs, & floribus, ceu basis substernitur: quod rubescit, crassiusque fit, vbi maturuerit lanugine plenum, in ipso rosarum alabastro, verum semen ambiente: quæ astrictoria facultate euidenti, ad alui fluxiones, ad muliebres quoscunq; fluores, aduersusq; gonhorræam potissimũ excellunt. Icirco decipiũtur, qui flauescentem florem, semen vocant, illudq;, aut hoc antheram, quæ ex Celso lib. 6. Plinio lib. 24. Diosc. 1. & Gal. præcipue 6. de cõpo. med. secundum locos nusquam simplex est medicamentum, sed cõpositum ad oris vlcera &c. Cæterum silentio non dissimulandum duxi, rosæ echinum siue cinorhodon .i. globulum castanearum tegmini spinoso assimilem, Spongiola vulgo, rosarum præcipuè syluestrium ramulis adnascentem, exsiccatorium, ad gutturosos plebi in botij medicinas acceptum, Nempe cauernosus quum sit, suis domunculis, candidas quasdam tineas occludit, quibus pulueratis, ad cõficiendos interaneorum vermes, efficacissimè vtimur, vulgato experimento docti, vt etiam toto cõtextu læuigato, vel vsto, aduersus calculum ac vrinæ difficultatẽ, nimirũ, quòd ex his vermibus, cantharides prosilire assertum est, vt ex Hermolao, 2. sui corolarij, cap. 264. In rosarum partibus delineandis recentiores diuersimode sentientes, quid calyx significaret, minus rectè accepisse nobis videntur. quippe Ruellius 1. de natura stirpium, cap. 127. & si latinis græcisq; literis peritissimus sit Manardus etiam, lib. 4. Epist. 3. scripsere, in capite aliud cortex, aliud calyx. Brasauolus etiam corticem qui calycem circundat: ac si cortex, & calyx, diuersa sint, quum ex Plinio, lib. 15. cap. 22. his verbis; nec non & honor his peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis, vt castaneæ, & amygdalæ habent suos calyces, ideo quiuis folliculus, quo flores, vel fructus teguntur, calyx sit, annuente etiam Ruellio, lib. prædicto, cap. 2. ideo sibi aduerso. Græci vetustiores nullam solutionem rosis tradidere, & si Manardus in annotationibus s. Mes. à Diosc. inter solutiua collocari velit, quoniam lib. 1. cap. 41. Vnguentũ rosaceum potũ, aluũ soluere tradidit, quod aliunde solutio, quàm à rosis prouenire non possit: vbi vir aliàs limati iudicij, non parum hallucinatur; quũ olei plusquam viginti libræ subductionem illi impartiantur, id etiam hæminæ mensura, cum pari ptisanæ succo, aquæúe haustum, eodem lib. cap. 27. ventrem subducere asseruit; ideo verisimile est vel olei causa, vel quia ab antiquiore scriptum, fortasse ijsdem dotibus præditum edidit, non animaduersa, huiusne, an illarum ratione, vim purgatoriam vnguento reliquerit, quam capite de rosis nullo pacto præterijsset, vt nec astrictionem, hinc maxime mirandum esset, quod extra omnem ingenij aleã Gal. præsertim 4. simpl. vlt. alijsq; astrictionis tantum meminissent, solutione omissa. quum Serapion, sexcentis annis post Galenum, ex Rasi: Auic. aũt subdubius, vix rosas soluere, asseuerare ausi sint, nec à Græcis id hausisse memoriæ prodiderunt. Aliud est in quo Manardus Mesuem reprehendit, scribentem in abscissione rubedinis, nõ plus est rosa, quàm homo mortuus: primo, quia rosa nõ habet speciẽ ex rubore: alioqui alba rosa, non esset rosa. præterea colore deperdito, odor seruatur, & astringendi vis. ad hæc Brasauolus, inconsultam accusationem ita deponit, quod Mesues cõsiderauerit impressiones, quæ fiunt vt amaritudo efficiantur, & rubor nouisse maiorem impressionem fieri, à virtute dante ruborem, quàm amaritudinem: hinc ruborem magis quàm amaritudinem, aut etiam odorem perfectionem illius conseruare; ideo Mesuem scriptum reliquisse, in abscissione ruboris &c. at quo pacto valentior fit vis, quæ ruborem impressit, quàm quæ amaritudinem, probare tenebatur Brasauolus: quum propter eam rosæ recentes, præsertim succo purgare dicantur à Mes. siccatæ verò resoluta caliditate, amarorem excitante, substantiam stipticam & constipantem ostendant, vt contradictione arguitur Mes. qui in abscissione amaritudinis ipsius, quæ sola exsiccatione remouetur, eius non resolui speciem dixit, quum tamen liquido constet, amarorem in rosa, præualere rubori, potissimum ad solutionem, quæ quidem differre facit, à rosis illis albis, subducẽte vi destitutis: nec vllo pacto Mesuem tueri potest, nec se ab errore explicare Brasauolus, scribens, si humido loco dimittantur rosæ breui ruborem amittunt, & tunc non sunt rosæ. Enimuerò vt ruborem, ita amaritudinem, & quæ ad eam sequitur vim purgatoriam deperdunt, senio, putredineúe fiat, quo non huius potius quàm alterius iactura, æquiuocè rosa dici possit, vt vnicum restet quibusdam pro Mesue suffragium; quoniam rubor, visu saltem. signum est inseparabile, formæ rosarum rubrarum manentis, quam solutio pariter comitatur, sola autem siccatione corrumpitur, hinc rubore amisso, rosarum rubrarum & soluentium species aboletur, quod re uera, viaq; philosophica, haud satis rectè dici potest: propterea qualitatem solã, nõ speciẽ, aut substantiã spectasse. quũ verò infert Manardus, ergo alba rosa, nõ esset rosa, nõ cũ Brasauolo respõdemus, sed hoc pacto, ergo alba rosa nõ esset rosa soluens, neq; eiusdẽ speciei cũ rubra soluente, quũ præsertim ex eodem Manardo lib. 15. Epist. 5. multa vni speciei inesse possint, quæ alteri nõ insunt sub eodẽ genere cõtentæ proinde Logica fallacia peccat Manardi argumentũ, à simpliciter, ad secundũ quid: quòd vni rubræ rosæ congruit, omni rosæ attribuens: quumq; eius rubor nõ sit forma rosæ sed formæ opus propriũ: nimirũ si illa percunte, eius quoq; operatio examinetur, prætcrea arguẽdus nõ est Manardus, scribens colore deperdito, odorẽ seruari, & astringendi vim, quoniam & si aridas rosas, verus, genuinusq; color destituat, remittaturq;, vt

Anthera q̃

Spõgiolæ vires.

Calix qui sit, in Ruellũ Manardũ, ac Brasauolum.

Manardi error.

Mes contradictio.

Brasauoli error.

Manardi tutela.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

etiam odoris quædam particula, nihilominus odor rosarum remanet; id referente Theophrasto 6. de hist. plant cap. 23. rosæ suum odorem etiam siccæ conseruant, dū deficiant penitus, virides tamen à longe redolent, siccæ non nisi proxime admotæ, nec astringente vi destituuntur, quæ ex aquea mediocri, & terrea astringente, materiam illis multam præbent, proinde nec eundem admiretur, quòd Damascenas rosas de sceni vocet: quia Serapion cap. de Nesrin, authore Isach scripserit, & dicunt esse rosam agrestem, & rosam sceni, quod his non refragetur, re sub dubio relicta, nedū Auicen. qui sub nomine Nersin, de rosa sceni, nusquam meminisse visus est, cuius sanè quū nemo hactenus mentionem fecerit, quid ea sit, certò consequi non possumus: nec Manardum Brasauolus taxare. & si Bellunensis, & cum eo Anguillarius, hoc nomine rosam moschatam interpretentur; quidam autumnales Plinij putant, non tantū autumno, sed & hyeme, tepidioribus locis apparentes, tanta in tam amabili flore, naturæ fertilitate, quæ aūt pro Mes. tutela, prius à Brasauolo, postea à Matthiolo repetita, hæc sunt. & si Manardus Mes. vitio vertat, quia albas rosas vi deiectoria carere censuit, credendū tamen est de moschatis non intellexisse Mes. vtpotè illi incognitis, verū de his albis, passim vulgatis: cuius rei illud maximo arg. esse pōt, quod in Italiam nuper allatæ sunt Damascenæ: quod igitur est ratiocinium: quo doctis stomachum moueat, ac si Mes. Italus extiterit. Quandoquidem & si nobis nouissimæ sint ex nominis ethymo, Mesue Damasceno potius familiares, ac perspectissimas dici æquum erat, quū rosas albas paucifolias agnouerit, ijs nō dissimiles, quas vnà fortassis complecti excogitauit etsi multifoliæ etiam sint moschatæ loco vero natiuo, propriaq; patria solutionis expertes, eam forte in aliena adeptæ. Nempe ex diuersitate regionū mutatio sequitur, aliusq; ager ad alias vires idoneus est, ex Theoph. 6. de causis plantarū, cap. 20. quod si in Italia purgatoriam vim nactæ dicantur, ita ab hac vendicaretur calumnia Mes. quum aūt à moschatis rosis, tanquam à pernitioso mendicamento, naturæ vim inferente abstinendū censet Amath. quod potentissme aluū subducant, nō minus ac scammonium, rem profectò à veritate adeo alienam, adeo absurdam fabulatus est, vt cuilibet vel mediocriter gnaro, liberum sinatur experimentū, quum. s. carū millies à nobis periculo facto, nulla vnquam noxa, benignū, mitissimumq; subductoriū, ab omnibus mirum in modum cōmendatum, fuerit, omnis prorsus expers acredinis: quis igitur Amathum nō subsanauerit, qui mel ros. Aui. ex floribus persicorum parandū exposuerit, quū vox hæc Geleniabin, de quo Aui. lib. 4. cap. de cura tertianæ nō puræ, atq; alibi pluries, arabistarū omnium cōsensu rhodomel, aut rhodosaccharum designet. quod etiam lib. 5. D. 6. tract. 7. ex rosis exunguatis parauit Auic. vt quàm magno errore, nō modo seipsum sed etiam parum eruditos misere decipiat, hinc facilius elucere possit, qui ex persicorū floribus syrupū clementiss. ac nō laboriosum dictitat, quod tamen vulgari experimento, maximis torminibus, aluū deturbat, maximo cruciatu, ac vomitu, ad syncopim vsq; sæpe conflictat, cōtra verò moschatas rosas, periucūdo odore fragrantes, facillimè subducentes, tam acriter detestatur, adeo temere scammonio æquiparat. Cæterū tametsi Hiero. Cardanus, olim præceptor noster, à quo nō nisi docta, & omni eruditione elaborata, proficisci cōsueuerunt, in libello de simplici med. rosas nō simpliciter offerendas esse velit, quoniam ad lipothomiam ducant, à veritate desciscere, & rem minus diligenter cōsiderasse, multorum iudicio conijcitur: rosam verò mansam quū spiret rhodia radix, de qua Diosc. lib. 4. hic propterea & sicca virideq; in viridario nostro haberi breuibus ostendimus, at post strumosam oblongis complicatisque radicibus visitur, etsi in Matthioli pictura desiderentur.

Mes. protectio in Manardū.

Matthioli opinio reprobata.

Amathi ridiculus error.

Gelenia-bin.

Cardani opinio non accepta.

MAcis, nucis miristicæ cortex, inter supremum viridi iuglandium simillimum, & corticem alterum nigrum, durum, ligneo nostrarum nucum putamini assimilem, raro totam nucem tegit, sed velut cancellus fimbriatus, per eam discurrit, ante fertur qui colore ruso, vel flauo rutilet odore, nec acumine iniucundo, damnatur nigricans: hunc sæpe Macerem appellat Manardus, nec ab eo dissentit Brasauol. his verbis: est aūt macer, vel macis, vel macir, aut machir, superior nucis myristicæ cortex, & si paulo infra cōtrariū demōstrasse videatur, cuius argumenta suffuratus Matthiolus, vt alia penè omnia, authorum nomine suppresso, magna calami fiducia sibi operosius vsurpat, quàm proprij quicquam inserens, examinata contingat: hic. n. vt ad vnguem Brasauolum nō refert, Marcello frigidè cōtradicentem, quum nō neget, aroma nostra ætate, ex India aduectum, macis appellatione odoratæ nucis corticosum operimentum, & quasi villosum folliculum. sed an idem sit cum xilomacere Gal. peritorum iudicio relinquit, & à proprijs sedibus inter aromata, in alienū locū temere translatum fuisse, et vbi legitur. Ex τῆς βαρβάρου, ἐν τῆς ἰνδικῆς. legendu, aut saltem intelligendum, & si ex Barbaria Indiæ vrbe dici possit, vel ex Arabico sinu, à Barbaria insula barbaricus appellatus, quum ex Strabone in australi India prouenientia, non minus in Arabia producantur, eius tamen vtitur rationibus, quod non modo dubitandum, sed etiam credendum sit, magnam inter macerem, & macim esse differentiam, quoniam in hunc modum dictat Diosco. Macer qui ex barbaria aduehitur, est cortex flauescens, crassus, gustu, perquàm astringens: officinarum autem macis tenuis est, os vellicans, odoratus, acris, amariusculus. Huc accedit Plinius lib. 12. cap. 8. scribens. Machir ex India aduehitur, cortex rubens, radicis magnæ, nomine arboris suæ, qualis ea sit incompertum habeo: his tamen animaduersis, Brasauoli modestia seruata, tam friuolis argumentis calcaria non addidisset, & si hæ notæ tanquam fidissimæ, ac valentissimæ ab eo, Fuchsioque, ac Syluio, plurimi fiant. Quandoquidem Gale. aut quicunque sit in eo de subfiguratione empirica, cap. 9. macerem esse arboris corticem, ex Arabia delatum, alijque rei nescij tradiderunt, propterea Plinius Matthiolo non subscribit: sed in eadem naui cum græcis, vera hic sentiente Ruellio: ac Brasauo-

lo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lo, quid esset Macer, proculdubio ignorauit, & indigena fide, multa scriptis committit: quare nec verum in omnibus cosequitur: hic potissimum radicis incognitæ arboris, corticem enarrans, à vetustioribus inauditum: nec verisimile videtur, & si græci de nucibus moschatis non meminissent, ideo & earum corticem ignorasse, si comacum Theophrasti sint, quum hodie etiam plura sint vulgatissima aromata, arboris, aut fructicis nobis ignoti. quod verò corticem crassum non scripserit, Diosco. verbumq; illud adsciticium sit, non solum ex Gal. qui corticem tantū appellat, verū quoque ex Serapione infra ostendetur: quamuis Brasauolus hoc nō animaduerterit. quod autem gustu sit feruens, nimirum, quia noster recentior est, tunc forte senio consumptus, & infrequens, ideo Gale. 7. s. cap. 93. macerem fecit corticem, cum leuicula quadam acrimonia, odoratum, iucunde sanè olentem, quem tametsi amariusculum non dixerit, vt nec Brasauolus, quum modicus is amaror penè imperceptibilis sit, tam leui ratione moueri non licet, alijs ferè inuicem non discrepantibus. perperam enim Serapionem interpretatur Matthiolus, quum adducit scribentem authoritate Isach, macim esse nucis moschatæ operimentum, at secus esse de quo loquitur Diosco. Nempe propria hæc sunt Serapionis verba, sed aliter nominat eum Diosco. machir: quibus exactum vnicuiq; iudicium relinquimus, an ex his diuersum quippiam insinuet, quum potius, vt nostra fert opinio, id intellexisse videatur: quia Macer arabice bisbese vocatur, ex Diosco. Machir, ideo & si vocis varietate diuersum videatur, idem tamen est. præterea quum Gal. talisfar vocari asseruerit, qua barbara voce his nusquam vsus est, vel eo loci mendum subesse, vel Serapionis authoritati derogare necessum est: aut si adeo mirus est interpres Matthiolus, quum legerit è Dioscoride, macerem esse corticem flauescentem, crassum: non ligni corticem, aut corium duntaxat, eo fit vt crassum illud demere sit necessum, Serapionis lectione non repudiata, sicq; corruit eius, ac Brasauoli primum argumentum, quum etiam suo macero craßitiem non ascripserit Gal. in simplicibus Dioscoridem exactißime imitatus. Quamobrem existimare æquum erat, aut Serapionis textus corruptela, aut ex græco in arabicum violatum esse, arabum more, vt hinc Auicennæ authoritas omnino deleatur, & si de vtroq; seorsum tractauerit cap. 456. vt nucis inuolucro, & 694. sub voce Talisfar, vt radicis cortice. Quandoquidem de populo arbore, quater eodem libro & semper diuerse disseruit: vt de agalugin, quod est agallochum .i. lignum aloes, postea iterū separatim de xiloaloe: prius de abrotano, postea sexdecim interiectis capitibus, de beregensif, quod abrotanum interpretantur, de butyro quoq; & intermedijs duobus capitibus, de butyro non recenti, bis de saliua, bis de squilla, bis de olere iameni, caput etiam de scinco diuersis variat capitibus, capite de sceitragi. de quatuor rebus diuersis tractat, talia sæpe corrumpit, & nescio qua licentia implicat & inuoluit. quem si tanti facit Matthiolus, si eius authoritatis est fautor, ob capitum diuersitatem, vbi de Zeodaria, Zurumbet, ac Zarnabo, seorsum tractat, respuere non debet: vt infra in Electario de gemmis. capiat igitur animo non mediocrem voluptatem, quod cuius officium illi saluti fuit, nostræ etiam tutelæ splendorem obtineat, nec disparem certaminis fructum pariat, quū què Serapion Diosco. cardamomum cordumenum vocet, deinde sui cardamomi, authore Isach, peculiare caput instituat, hinc probationem quandam inire possumus: quod si arabum macim à macere diuersum existimasset, separatis etiam capitibus pertractaturus erat, & si non perpetuo huiusmodi normam seruauerit. Quo ad maceris temperamentum, quod Gal. 7. s. ex mista constare essentia, pleraque terrena, frigida, paucula verò calida, & tenuium partium, in tertio exsiccantium, in caloris frigorisq; differentia, neutrum insigniter efficiens: vt etiam Auero. 5. collect. qui macim describens, Galeni mentem in macero sectatur: hunc tamen 6. de compo. pharma. secundum locos, multum calefacere scribit, græce enim ita legitur καλουμενον μάκερ φλοιός τις ἀρωματικὸς ἱκανῶς θερμαίνων τε καὶ σύφων *at aduerbium* ἱκανῶς *vt solum significet* σύφων, *hoc modo Gale. non iniuria tutantur, calefaciens, multum & astringens, quia alioqui in actiuis qualitatibus temperatum fecit, vt immerito Auicennam extollat Brasauolus, quia macerem calidum & siccum in 2. constituit, quum non propria, sed quorundam opinione ita sensisse scribat, cap. de Talisfar, vbi quo ad gradus qualitatum, idem etiam esse macer, ac Macis, proculdubio elici videretur. at demus vera non esse, si inter se longe distant, vt credis Matthiole, præter hoc, quod tempus in huiusmodi cauillis absumitur, his prius à Marcello, ac Brasauolo explicitis, quid maceris loco, in græcorū antidotis substituendū erat, declarare debueras: nec ideo tua ratiocinia vsquequaq; aspernenda tradiderim, & si ab Amatho intacta, neq; diluta relinquantur. illi enim sat est, nulla ratione, vel authoritate niti, at natiua iactantia scribere, se non approbare illorū iudiciū, qui macerem à Maci officinarū diuersa statuūt, quicquid sit, omni pertinacia exuti, pro macere, Macim semper suppeditemus.*

Plinius nō semper audiendus.

Matthioli interpretatio, atque opinio explosa.

Auicennæ authoritas nulla.

Galeni varietas.

DOronicum ex Serapione, radicula est alba intus, extra subflaua, duriuscula, grauis, pollicarem crassamentum non excedens, quibusdam Mamiras Pauli existimatur, lib. 7. ex quo nescio quandam imaginem referre videtur: quoniam radicula est herbæ, frequentibus nodosis tuberculis cincta. præterea in Esdra Actuarij, ac Nicolai, mamiræ siue mameræ, idest doronicum exponitur: obstat tamen Auicen. lib. 2. per diuersa capita Durungi, & Memiræ recordatus, quæ an oloconitis Hypocr. sit, in posterum seruo: ex Alexandria Aegypti, Venetias ferri consueuit, vt etiam ex Gargano, Romanum doronicum vocata, radice candicante, graminis modo, crebris internodijs, subdulci. hæc minori acrimonia, aspectu, & uiribus, ab Aegiptia longe distat, & si promiscue eiusdem sedem usurpet. folijs ferè oxylapathi ex Ruellio depingitur. at Monachi Mesuem commentati, folijs leucoi æmulis tradunt, ex planta cubito nonnunquam altiore, vt plurimum vnicauli, recta, ac rotunda, plurimis in cacumine ramulis, in quibus crocei flores, &

 copiosi,

Manardi in monachos defensio.

Matthiol. ignorat.

Matthioli parua animaduersio

copiosi, buphthalmo maiores, ac simillimi: addunt præterea, orientales licet exigui, non ideo ingrati odoris esse, Italicas vero in Nursiis montibus à se ipsis effossas, cum dulcore gratum aroma præseferre. non est igitur quod Manardo iurant & si odoratum fecerit, præter notas Serapionis. Matthiolus quanquam non eludat, non dissuadeat, ac reprehendat omnia, dum stirpes incognitas patefacit, dum germanas erigit, & controuersias luculenter expellit, doronici faciem nescit. Quandoquidem è Bugellanis collibus, pratisq; non longè à putei pistrino, virides ad nos, & omnes officinas nostras, folijs violæ instar, pinguioribus tamen, candida superflorescente lanugine, allatæ sunt à Ioanne Burgundo, id quòd ex aliorum auribus scriptum reliquit Brasauolus: hallucinati autem sunt Ruellius, ac Monachi Mes. interpretes. Doronicum Actuario Carnabadium dici scribit Matthiolus, at mirum est, quum Fuchsii annotationes in Nicolaum percribrauerit, in quarum limine, carnabadium cuminum esse æthiopicum, ex Nicolai met declaratione, facile ostendit, vt etiam in antidoto ad stomachum refrigeratum, & si Simeoni Sethi, atque recentioribus quibusdam earum exponatur, vt in Micleta 2. de comp. med. cap. 9. vel hos nō præterire, aut sententiarū varietatem saltem excipere tenebatur. Doronici quadantenus effigiem reddere videntur, Trasi neotericis appellati, alijs Mamiras, Venetis dulcichini, dulces sanè radiculæ, sericis vermibus vellere exutis, & calida aqua contractis non absimiles, in Veronensi agro copiosi: ex planta folijs triticeis, vel cypero æmulis, mollioribus tamen, cuius radicibus Trasi innituntur, quorum cremore ad pectoris affectus, vsus est non contemnendus: valide enim expectorant, ideo tussiculosis valde auxiliantur, sunt qui ad Venerem vsurpent, his prius contusis, iure maceratis, postea expressis, flatuosum enim quiddam obtinent. Doronicum pardalianchem seu Thelyphonon aconitum Theophr. 8. de histor. plant. cap. 19. ingeniosa profectò mirandaq; assertione contendit Marantha pluralitatis similitudinis foliorum dubitationem tollet id superest quòd diuersæ admodum facultatis vbicunq; natum experimur.

Trasorum considera tio, & vires.

Piper, ex Diosco. lib. 2. cap. 150. primum est longum, offi. Macropiper, quod in India nasci breui arbore traditur, quæ inter initia, prælongum fructum velut siliquam promit, aliquid tenui milio simile habentem, quæ tandem in perfectum piper euadit: id autem suis temporibus dehiscens, pandensq; se se, racemos emittit grana ferentes, qualia videmus. ea acerba piper album faciunt, leucopiper dictum, nigrum verò melanopiper vocatum, tempestiua maturitate collectum est. Eligi oportet grauissimum, plenum, nigrum, sine multis rugis, recens, ac minime furfurosum: quum huius generis inueniantur semina, nutrimento defecta, cassa, inania, minimiq; ponderis. addit Gale. 4. de tuenda sa. cap. 6. quod exile non sit, nec crassi corticis. Piper autem longum, quod integrum esto, minimeq; foratum, & verum illud, quod ex barbaris affertur, quum duplex sit, quod adulteratur: alterum quod herbæ cuiusdam germen est, alterum quod in Alexandria præparatur. principio enim experiendum gustu est, diligenterque æstimandum an piperis qualitates seruet, postea in aquam mittendum, nam quod facticium est, si per diem totum in humore maceretur, illico liquatur, ac soluitur: si ergo tum piperis ei qualitas planè inest, nec maceratum resoluitur, sitque foraminibus minime pertusum piper id longum idoneum iudicandum: nam ex Galeno, in lib. de Ther. ad Pisonem, cap. 12. quidam ipsum confingunt, verò piperi longitudine æquale, & imposito pyrethri, vel napyos aliquantulo, quia sensum hoc pacto mordet, gustantem fallunt; verum qui circa hæc peritus fuerit, & suaue, acutumq; gustu, dijudicare nouerit, præsertim si pediculum ipsi adhærentem, accuratius inspiciet, verum piper inueniet, & ab istis decipi non poterit: vt etiam 1. de antidotis, cap. 11. Album simili modo eligatur, quod maximum est, atq; plenissimum. Hæc tria piperum genera, ex eadem arbore, modo prædito nasci, credidere vetustiores ferè omnes. Theophrastus tamen 9. de hist. plant. vlt. eius genera duo tradit, vnum rotundum, erui modo, tegmine carneq, constans, sicut laurina bacca, subrutilum: alterum oblongum, nigrum, semina papaueris continens: at plantarum faciem omnino intactam præterijt: propterea inquit Matthiolus, ab his non longe dissidere videretur Plinius, nisi plantam iunipero similem reddidisset, quam nullis notis repræsentauit, nec alicui similem fecit Dioscor. id quòd & si verum sit, quia à Diosco. prætermissa, nullum tamen obid inter eos dissidium visitur, quum historiæ augumentum, cæteris paribus diuersitatem non pariat. dissidere verius dicendi sunt, diuersamq; ab antiquioribus opinionem afferre, qui nostro æuo occidentales Indias, & regiones Gæographis ignotas perlustrarunt: vbi piperis vtriusq; vberrimæ visuntur plantæ, vt in Calecuto orientalis Indiæ. siquidem nigrū, ac rotundum prodire tradunt, ex arbuscula prælongis, imbecillibusq; flagellis perreptante, & propinquas arbores clematis modo circum plectente, folijs quasi plantaginis, at parte pediculo iuncta, rotundis, summo vertice mucronatis, neruis recurrentibus vt in septem neruia, at obliquè dispositis, nec vnico exortu, singulis maleolis, senis dependentibus racemis vuarum labruscæ instar, confertius tamen, deinde matura, Octobri, ac Nouembri decerpi, calentibus radijs exposita, cratibus expandi, tandiu relinqui, donec nigrescant, ac corrugentur: idque triduo plerunque: longum autem ex alia arbore quæ compactiles callos, racematim coeuntes, pari cum nucis ponticæ iulo forma, quod tamen nusquam in candidum, nigrumue piper euadat. sunt Neapoli piperiferæ plantæ, ijsdem viticulis prædite, esse & Venetijs piper racematim ferens, ribes vulgari nō dissimilis scribitur. Quare quū peregrinæ hæ plantæ, apud Italos diuersæ cōspiciantur, loco natiuo multo magis variare facile excogitandū, ideo nimirū quoque, si in eadem historia varient authores, pro piperis radice costus, & pro pipere simpliciter, nigrū intelligendū, & adeo secernenda inania grana seu piperella illis permista. nec longū tot lustris seruatū admittatur, & si inexplebili quæsta quantumuis vetustissima nunquam abijciant pharmacopœi.

Pliniū perperā exponit Matthiolus.

Piperis variæ opiniones.

Nux

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

NVx myristica iunioribus, græcis moschocaryon, siue moschocaridion, & caryon myristicon, ob odoris præstantiam, moschata vulgo quibusdam vnguentaria, quoniam recens, pingui succo & oleoso madet, sic vt vnguentum exteri queat. ex Serapione præfertur rubescens, pinguis, & grauis, hoc est recens, non cariosa, & humore ita redundans, vt adacta acu, confestim è vulnusculo exeat humor. damnatur leuis, exsucca, nigricans: earum arbores persicorum nostrarum faciem exprimunt, angustioribus tamen folijs, ac breuioribus, post harum germen, flore syluestrium rosarum, modo statim erumpente, in cuius medio, nux constituitur, quam temporis tractu maturam, flos ille, verus videlicet macis, flauescens reticulatus, sub nucamento, prætextus instar perreptat duro prius putamine conclusam, auellanarum modo, colore subnigro, quo fracto, nuclei vice, nux ipsa subest, leuibus quasi strijs extrorsum virgata, at minime cauernosa, sed cohalitu intus non denso, intercursantibus venis rubris, ac candicantibus, eius meminit Aetius, in nardini tertia præparatione, & aromaticam nucem quandoque vocat, nec ab re, ad condienda obsonia in popinas venit. cæterum quia Hermolaus, ac Manardus, alijque myristicam appellant, ideo falli notat. Amathus, & myrepsicæ respondere: verum modo sciamus, myristicam à myrepsica diuersam: non est cur ita appellari non poßit, at quoniam præter has sunt vomicæ, nec non metellæ arabicis nuncupatæ, magno vt Matthiolus credit errore, non modo promiscue acceptæ, verum altera, alterius locum paßim vsurpante, & si honesto quidem studio, Serapionis mentem reddere conetur, dum officinis reluctatur. ab eius opinione distrahimur, siquidem tametsi vomicam nucem, colore inter glaucum, & album, auellana paulo maiorem, nodosamque depingat Serapion: Metellæ vero semine sint citrij arbori, mandragoræue prædito non vt fallitur Matthiolus, duntaxat eius viribus affine, oleoso tamen hirsutoque cortice, saporis non ingrati, & si legitimas vomicas, tuberosas, nodisque, ac oculis cinctas: Metellas verò pressas, & hirsutas cōtendat Matthiolus, cui maxime refragatur Auic. vulgo plurimum fauens, quum metellas similes nuci vomicæ, at breuibus, craßisque pinnis tradit, vel (vt alij legunt) spinis, nam vel his, vel tuberibus in acutū tendentibus. vtcunq; præditæ sint metellæ hinc castaneæ effigie, vel planæ, lanuginosæ tamen, atque orbiculatis quibusdam eminentijs præditæ, non iniuria off. vomicæ fuerūt, nullo præsertim semine præditæ, nec radices esse ob duritiem crediderim, eoq; iustius, quo Georgij Portæ nonagenarij medici non incelebris experimento, hodie etiam in tenuißimū scobem detritæ, quæ videlicet cōpressa sunt facie, tenui lanugine obductæ, ad interaneorū vermes cōficiendos felicißime vsurpantur, & nihilū somnolentiores reddūt myristicas nuces veteribus græcis ignotas fuisse, ait Matthiolus: nos comacū esse Theophrasti arbitramur, 9. de hist. plant. cap. 7. fructum quem vnguentis permiscere sumptuosißimis assueuerant.

Macis.

Hermolai ac Manardi scutū in Amathū.

Nux vomica, ac Metella.

Matthioli sententia reprobata

MEntha cuius plures sunt species, non magnifaciendas accipit differentias, omnibus siquidem vulgatissimæ, & hortenses visuntur, vna & si sit flosculis purpureis, internodia coronantibus, verticillato ambitu: altera sub purpureo flore, spicatoque, circa cauliculorum fastigia, vt quæ romana dicitur, ijsdem floribus, at folio longiore, acutiore. syluestris autem latinis, & vulgo menthastrum, vbique tam frequens est, & copiosa, vt nusquam non pedibus conculcetur, si vel tantillum in agros, vel itinerum margines diuerteris. mentha in vmbra siccanda, vt eius superflua humiditas corrigatur, vbi vero infundi tantum postulat, vt in syrupo de absinthio, passa tantum requiritur, idq; in omnibus infusis perpetuo seruandum.

Mentha romana. Menthastrum.

NArdus, vel spica simpliciter, aut spica nardi, officinis coincidunt: quum alia spica, seu nardus Celtica, aut Romana appelletur ex Diosco. lib. 1. cap. 6. duo sunt nardi genera, vnum Indicum, alterum Syriacum. præcipuum est leue, largam gerens comam, flauum colore, perquam odoratum, ac cyperum redolens, breui spica, amaro sapore, linguam siccante, quod diu in sui odoris gratia permaneat. Nos Indica nardo carere scribit Manardus, lib. 6. Epist. 3. vebi autem spicam, atque vtinam nardi esset, quod suauitate odoris penitus careat, & saporis sit valdè ingrati. Matthiolus etiam, Indicam nardum in Italiam non aduehi, ob regionis distantiam credit: ideo Syriacam esse, quæ in officinis, inde in Alexandriam à Venetis mercimonia exercentibus, per Ionium facile adducitur, ob id se in Manardi sententiam non ire, quoniam Venetijs pluribus in emporijs, quàm multos saccos nardi spica refertos viderit, nullo deficiente indicio, quo selectißima nardus ex Diosco. lectione explorari poßit: propterea Manardum longe hallucinatum: at in latino suo volumine, statim in huius capitis limine impingit, statim labitur, & vacillat, sibi ipsi hetrusce cōtrarius, vt etiam absurdum esse fateatur credere, nardum ad nos non deferri ex India, quare quum etiam Brasauolus, montanam nardum pro maiori parte, haberi Venetijs enarrauerint, non alia ratione, quàm quod illam, veri nardi facultatibus, carere compertū habuit, quod ita fuisse eo tempore potuit, vel quia vt sæpenumero contingit, dum per vndas in Alexandriam, & inde Venetias triremi conuehitur, ascito pelagi humore, quod facile fit, quum nardus sit siccißima, vel situ obducta, vel sub putris effecta, amissa suaueolentia, male olere his visa sit, nec esse vera, vel forte Gangitis grauiter olens, vel cariosa, admodumque languida, qualis hoc æuo improbe nimis accipitur, quo fit vt nimirum videatur, si Manardus talia protulerit, cui etiam falsò ab eodem, atque Amatho, inscitiæ nota inusta est, quod planè ignorauerit, quæ nardi pars spica esset, quum tamen lib. 6. Epist. prima, talia scripserit, qui spicam quidem vocari apud Galenum, esse tamen radicem: id quod in medicum apprime eruditum, & in Galeni operibus versatißimum, cadere nullo pacto potuisset, quandoquidem, & si Galenum paruipendere spicam, & pro nihilo habere tradiderit primo de antidotis, cap. 14. ex quo textu patere idem esse, nardi spicam, & nardi radicem proponit Matthiolus, quia inquit, iubet

Matthioli lapsus.

Manardus defēditur aduersus Mathiolū, ac Amathum.

deinde Andromachus, Indicam nardum imponere, quam ex eo quia spicæ figuram imitatur, nardi spicam nominat, quamuis radix sit: certe si huius textus verba accurate perpendantur, non palam nedum probatorie eadem omnino fuerit nardi radix, quæ spica, quoniam etsi eadem spica vocetur, quasi eiusdem figuræ, & inuicem vel nomine simili cum alia ab radice prodeunte, tanquam duæ sint nardi spicæ, non ideo intentum assequitur Matthiolus, à quo ijdem Galenici textus adducti, vel maxime dissentiunt, vel Gal. sibi ipsi repugnantem facile demonstrat, quum 9. de compo. med. secundum locos, cap. 4. super commento antidoti Philonis, legatur carmen. Et drachmam dictæ falsò radicis. quod ita exponit Gale. quin & nardi ipsius drachmam conijciendam censet, quam radicem falsò dictam appellat, quandoquidem spica nardi vere nominatur, idem vero 6. de compo. m. secundum locos, cap. 3. radicem nardi Indicæ, vt etiam montanæ vocat, ex quibus si nardi spica falsò dicitur radix, sitq; vere radix, & si spicæ cognomentum assecuta esset ex similitudine, non propterea radix falsò diceretur, & profectò minus proprie spica, at ni fallimur: non modo hoc in loco, aliud esse veram nardi spicam, à radice etiam spica dicta consequi possimus, verum etiam 8. s. cap. 2. quamuis Matthiolus ac Amathus, de nardo caput facturum Galenum illud inscripsisse nardi spica velint, vtpote quæ pars sit, in tota stirpe præstantior, minime quidem ignorans, se radicem nardi describere, quod si sensisset spicam à radice differre, eam planè silentio præterijsset, tanquam inutilem, & capiti nomen indidisset, aut generaliter ab ipsa nardo, aut à radice tantum, vti viribus præstantiore, quo in proloquio, probent me hercule oportet, qua causa ei tacendum erat, spica etiam à radice differre cognita. quam quidem eodem in capite, non inualidam conspicue decernit, scribens: nardi spicam excalefacere, ac siccare, à terra eminentem, elatamq; spicam intelligens: & paulo post, ex ijs constare facultatibus radicem, & ad iecur, & ad stomachum, &c. tanquam præstantiorem, ideo has differre faciens, vel superuacue radicis nomen subijciens. quo fit vt tacite, alteram in radice, alteram in cacumine spicam, deduxisse videatur, proinde nec Brasauolum damnare, eadem Manardi nota possunt, quod (vt ait) Dioscorides quum de nardo scribit, de spica intelligat, aperte his verbis: ex nardo syriacâ dicta, melior est leuis, largam gerens comam, quod leuitas, & comæ magnitudo, nullis nardi partibus, præterquam spicæ competant. hæc Matthiolus: in quem maxime eadem reflectuntur, quod largam gerere comam, radicibus improprie ascribatur, & si ex his quædam fibris capillatæ, nec non capillamentis fibratæ, & veluti crinibus quibusdam cirrate comentur. Quandoquidem coma, metaphorice dicitur de arboribus, harundinibus, fructicibus, atque herbis, quibus foliatum est cacumen, quod sæpe, vel flores, vel corymbi, sua venere comant: quin ex eodem Matthiolo. cap. de hyssopo, coma non solum de floribus, & corymbis intelligitur, sed etiam de folijs, ac ramusculis, dummodo hæc hilari quadam venustate, vel plantam totam, vel summam eius exornent. huc accedit Marcelli interpretatio, quæ auferendas in vsu nardi radices, & tanquam inutiles, à reliqua nardi materia separandas, abijciendasque esse, facile demonstrat, non solum ex probatissimi codicis fide, sed quia ad nullius mali medicinam, radicibus nardi vtitur Dioscorides, quodque superuacaneum erat, monere hoc loco iterum, quod in proemio de radicum ablutione communiter præceptum à se fuerat, id quod, & si Gale. ac alijs plerisque repugnet: Dioscorides met in eodem capite, Matthioli opinionem refellit. Sampharitícum nardum adducens, frutice breui, in magnas se spargentem spicas. frutex enim ex Theophrasto, primo de hist. plant. cap. 5. ab radice, caudice multiplici ramosus se attollit. his etiam Pliniana adiungitur sententia, & si contentiosus Matthiolus, iactabundus Amathus, hunc grauiter hallucinatum contendant, lib. & cap. 12. dum inquit: Nardum frutex est, graui, & crassa radice, sed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pingui, situm redolente, cyperi odore, aspero sapore, folio paruo, densoque cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote, nardi spicas, ac folia celebrant. quam quidem authoritatem, amplexantur Hermolaus, Ruellius, & ambo Ferrarienses, & si petulanter satis, hanc à Gale. & Dioscori. mente abhorrere, contendat Matthiolus: quod is nardum describit, plures ferre spicas, non quidem à caulibus, sed ab vna tantum radice prouenientes, non tamen quod alia radix viribus præstans, ipsis subsit, sed quoniam, quum plures in radice sint spicæ necesse est, vt basi vel firmamento aliquo consistant, à quo originem trahant, vt in allio, & lilij radicibus conspicitur. at quàm boni interpretis officio fungitur: quum rei nescius, aliud quid potius, quam veritatem adducere, nec aliquo pacto rem dubiam explicare videtur. neque enim ire inficias potest, vnicam illam radicem, quæ plures gerit spicas, à spicis diuersam esse, ex Diosco. cui quum apertissime repugnet, idem velle videri vult, vt leuiter, ita suo modo, & verba, & nardum implicans, prius solam radicem confessus, ex qua plures spicæ, quas etiam esse radices firmiter credit, quæ capillaceis fibris, à spicarum basi oriantur, vt in allio, cepis, ac bulbaceis, vsque adeo vt tres fateatur radices oporteat, comparatione ita singulari, vt quum nardi cespites, spicato nexu, in pluribus emporijs, diligentissime perpenderim, ijs ferè omnibus capillaceas, quasdam radiculas, nigricantes, vnicæ radici, spicarum fundo hærenti intertextas, & concinne ita adnatas nouimus, vt dimidiæ aristæ effigiem quadantenus præseferrent, ac etiam lipis ipsis apertissime ostenderent, vulgares nardi spicas, sub solo haud quaquam occludi, at extra prosilire, & supra terram eminere. vt denique quantum equidem reor, Matthioli occultæ obtrectationes, & subdola machinamenta corruant, quum præsertim latine loquens, Dioscoridem in primi libri initio, non in efferendis caulibus, floribus, folijs, ac spicis, quæ caulium summitatibus innascuntur, verum in probandis tantum radicibus, quæ odore commendantur operam impendere, nulli sanè incompertum existimat: ipse autem in capite de nardo celtica, statim

Brasauoli protectio.

Coma quę sit.

Propugnacula i Matthiolū, ac Amathū, p Plinio.

Hermola⁹ Ruellius, Manardus ac Brasauolus, in Matthiolum.

caulicu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cauliculorum usum proponat. En igitur studiosi, quibus argumentis insolescat? quibus coloribus doctissimos quosq; adoriatur? è quorum cancellis vbi eggredi putat, etsi non vulgaris sit medicus, ne verbum quidem existimatione dignum adducere fertur, & quamuis Brasauolus officinarum nardum radicem ~~esse~~ asseueret, hoc ~~etiam~~ argumento, quod mercatores spicam portare non student, quoniam maius lucrum ex radice, quàm ex spica faciunt, suam ipse opinionem infirmat: quoniam quum nardi vnica tantum sit radix, plures autem spicæ, ex Dioscoride, maius profectò lucrum assequerentur ex tot spicis, quàm ex vnica radice, in qua ~~etiam~~ defodienda, diutius quàm spicas legendo laborarent. non tamen ea inconstantia, hacùe contradictione damnandus, vt mussat Matthiolus, non intelligit Amathus, etsi senem secum colloquentem, his verbis instruat. ne igitur in his montibus nardum quæras, sed Venetijs spicam, caulem, & radicem emes, & non multis post lineis, aliud sunt spica, & flos, quæ ad nos non afferuntur. Nempe (istorum pace dixerim) si authorum mentes assequerentur, verba diligenter perpenderent, seriem vere disponerent, non omnia sursum deorsum voluerent, non adeo corrupti iudicij existimarentur, vt horum peruersitate propolata, & à proposito, & ab existimatione concidant. Quandoquidem Brasauolus, montanam nardum, pro maiori parte, Venetias ferri scripserat, ea autem caule, & folijs eryngio similibus, radicibusque binis nititur: nimirum ergo, si caulem, & radicem, quæ tunc temporis coriaceis sacculis, non in medicinæ tantum vsum, sed ob suaueolentiam afferebatur, & si nunc raro, & casu, cum alijs mercibus asportetur, Venetijs emendam censuerit, per spicam, Syriaca intellecta: idest ne nardum hanc, aut illam quæras in his montibus, verum Syriacæ spicæ vocatam, montanæ autem nardi caulem, & radicem, Venetijs require. Quod enim vnius nardi, partes illas tantum non intellexerit, hinc etiam elicitur, quod spicam Syriaci nardi, differre facit à montana, hancque non ~~esse~~ spicam, sed radicem probare molitur, vt nemo eò dementiæ deuenire possit, nemo eò cæcitatis, atque insolentiæ, posthac procedat, qui alioqui exquisitissimum hominem sui ipsius oblitum, in re tam aperta contradicere & caligare sibi persuadeat, & si Matthiolus ~~etiam~~ commento de nardo montana, ex Brasauoli scriptis, aliam nardum quàm montanam ad nos non vehi dictitet, in quibus tamen talia leguntur. Quum dixeris Venetijs, & Ferrariæ, vtranque nardum haberi, & Syriacam, & montanam, quumque radices montanæ nardi, nigras depingat, Syriacæ verò luteas, mirum est profectò, quomodo vnicam nardum ex Brasauolo deferri scriptis committere ausus sit, cuius fortasse erroris conscius, ceruice inclinata, in latinis commentarijs aliter dictat, videlicet ex Brasauolo, Indicæ nardi vicæ montanæ plurimum ad nos afferri. Is autem non sic, sed montanam pro maiori parte haberi, scriptum reliquit. Quo fit, vt ex his ~~Matthioli~~ eruditissimi quidem hominis fides, doctis quibusque innotescat, quod si explicari non potuit à textus Dioscoridæi corruptela, doctissimus Anguillarius tenebras facile excussit.

Brasauoli lapsus.

Brasauoli protectio aduersus Matthiolum, ac Amathū.

Matthiolus recantat.

CAsiæ complura sunt genera, ex Diosco. lib. primo cap. 12. eligenda est fuluescens, pulchri coloris coralij æmula, perquàm angusta, longa, crassa, & fistulosa, gustu mordens, & cum aliquanto feruore astringens, alijs cum multo aromatica, vinoso odore: Zigir cognomine, purpuræ nigrantis aspectu, crassiore sarmento, rosam spirans, huic præfertur. hanc Theophrastus lib. 9. de hist. plant. cap. 5. fruticem amerinæ magnitudine scribit; Plinius etiam lib. 12. cap. 9. at lib. 21. cap. 9. & 16. vt quoque Theophrastus, 6. de hist. plant. cap. 2. casiæ duo genera tradens, candidam odoratam, nigram odore carentem, cneorum græcorū intelligere affirmant quidam, & Italicam igini casiam, olim inter coronarias herbas, & circa apum aluearia seri solitam, vt hæc herba, illa frutex, inter se maxime dissideant, cneoros autem alteram candidam aspicum vocatum siue lauendulam, nigrum rosmarinum coronarium, vbique legitur odore caret δοσμος substituendum, idest odoris grati exponit Anguillarius: quanquàm nescio quo pacto ad chamelæam, thymelæamùe, retulerit Guillandinus, etsi thymeleæ folia cneorum peculiariter appellari tradat Diosc. hinc factum est, vt quasi sarmenta quædam, & virgularum frustula, pro casia lignea capesserent pharmacopolæ, plantæ inquàm ignotæ inodoræ, nullarum penitus virium, quam forte Italicam casiam, hoc æuo neque hinc, neque aliunde delatam, verum omnino abditam suspicabantur, de qua tamen neque hic intelligimus tametsi in maiore illa Romani populi fortuna, multis hortorum locis consita casia, cinnamomi æmula, hisce orbis tractibus nasci desierit, & ob id, alij alia pro voto suppeditarint, longe virgultis illis valere iussis, fraude iam à clarissimis medicæ materiæ indagatoribus detecta. quapropter Alexandrini institores, nouum casiæ genus, crassi corticis, paululum odorati, vix acris, intus caui quidem, sed lignosi afferre cœperunt, ad pseudocasiæ notas potius accedens, alij quædam cinnamomi vocati fragmina, insipida, & inodora, in eius locum substituunt, deterius sanè, quum verò ex Gale. hæc legantur, in lib. de Ther. ad Pisonem, cap. 12. casia quoq; & ipsa, nisi quis in iudicando peritus existat, fallere sæpenumero consueuit, nam extat quædam falsa casia, quæ quidem similis veræ plurimum est, sed tam bene non olet, & medullæ corticem adhærentem habet, in summa vero, quæ censetur optima, modice rubet, rosam spirat, gustatu suauis euadit, concaua est, vinum refert, & valde redolet, Zigir ab incolis hæc nominatur, hinc mirari non licet, si vsque in hodiernum diem, falsa casia veræ locum occupauerit, quamuis cinnamomum perperam vocatum, canella vulgo, quod suo volumine tubos & canales imitetur, legitimam proculdubio casiam referat, si quis diligentius expendat ac officinarum qui illam continent saccos euoluerit, vbi omnia illa casiæ genera, à Diosco. scripta facile reperiet, nec propterea Fuchsio accedendum, 2. de compo. med. pro casia duplum eiusdem sumenti. at quia mercatorum ea est natura, vt

ra, vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ra, vt bonas merces sibi putere velint, carum lenocinio prauas diuendentes, peioresque extrudentes, hinc raro primaria casia ad nos conuolat: & si ab his non vt claua è manu Herculis, sed paulo maiori peculio extorquenda: discant igitur delectum medicæ materiæ venditores, ne temere & suas profundant pecunias, & alios illudant. cæterum admonendi sunt imperiti quàm plures, ex Gal. 1. de antidotis, cap. 14. authoritate iunioris Andromachi, casiam hanc fistulam dici, quam Mauritanorum interpretes ligneam exposuerunt, vt casiam ijsdem repertam, nigri succi, aluum emolientis fistulam, quæ & recentioribus quibusdam græcis σύριγξ τῆς κασίας, hoc est fistula casiæ, quæ res errandi ansam posteris tribuit, quum in antidotis quibusdam ad ciendos menses, difficiles partus, remorantesque secundas, casiam fistulam lectitassent. hi enim crassa nimis ignorantia, grauissimoque abusu, casiæ siliquæ cortice vsquequaque vtebantur, talis casiæ dote ab Arabum scriptis omnino recedente, astrictorij videlicet corticis. Hæc itaq; euitantes, casiam fistulam, ligneamue, tam in græce, quàm Mauritanæ familiæ proprijs compositionibus, vel ex aliorum fonte emanantibus antidotis, casiam aromaticam vbique vertimus, & si Trallianus Alexander, & Nicolaus Myrepsus, qui etiam latinas voces, græcis literis proferre consueuit, quod multa à Mauritanis hauserint, ideo nomina confundant nonnunquam, vbi verò flos, pulpa, aut medulla, siue succus casiæ, siliqua Aegiptia intelligenda: nobis enim, ita vertere placuit; si vero simpliciter casia scribatur, expendendum est, ad quos vsus paretur medicamentum, & quæ casiæ insit aliorum respectu quantitas, vel si insit bis casia lignea, vel fistularis, vt doctissime annotauit Fuchsius, in antidoto Hadriani, nam si leniens non sit, nec soluat, aromaticam accipit, si alterutrum præstet, vnius drachmæ, aut paulo maiori pondere, vel aromatum catalogo insita, vt in Electario Indo, aromaticam accipe; casiæ nigræ meminit Gale. 7. de compo. med. secundum loc. cap. 5.

(Margin: Casia fistula quę sit. — Recentiorũ quorundã error. — Per casiã absolute quę accipienda.)

Cinnamomum ex Diosc. lib. 1. cap. 13. magis collaudatur recens, nigrum, ex vinoso in cinereum vergens, leue, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctum, perquàm iucundæ olens, cui peculiare est, odor rutæ aut cardamomo proximus, insuper acre, mordens, & cum calefactione quadantenus salsum, quod non cito confricanti asperum, aut fricanti lanuginosum, leuibus tamen internodijs appareat, addit Gal. in eo de Ther. ad Pisonem, cap. 12. quod frangi facile potest: præterea in eo de antidotis, cap. 13. optimi cinnamomi notas quasdam explicat necessarias: summopere ipsum bene olere, inexplicabilemq; præ cæteris bonum quendam odorem spirare, ac calidum gustantibus se multum exhibere, non tamen ita: vt mordicatio tristitiam palato inferat: colorem denique talem habere, qualem si quis lacti nigrum colorem admisceat, atq; cærulei quem vocant, aliquantulum addat. ex Theophrasto 9. de hist. plant. cap. 5. in quinas partes distribuitur, à Gal. in sex. prædicto in capite, vbi illud cognitu facillimũ narrat, ex omnibus esse illis, qui optimum cinnamomum viderint: optimum verò consequi neminem posse, nisi repositum ab Imperatoribus, vt huius fuisse, penuriam Gal. tempore constet. quod si Imperatoribus ipsis, quibus tum omnia patebant, chara hæc planta erat, vt pro thesauro asseruarent: nihil mirum si nostro seculo incognitum sit, selectum illud, atq; rarissimum. nimirum etiam, si vsque in hodiernum tempus inualuerit consuetudo: vt casiam aromatitem, cinnamomi nomine dignauerint: semperq; pro cinnamomo venalis vsurpata sit, quod ad eius dotes propius accedere videatur: cognatæ enim adeo sunt plantæ casia, & cinnamomum ex Galeno, eodem lib. cap. 12. vt perfectæ casiæ ramos quosdam cinnamomo, penitus similes, aspectu, corticis tenuitate, & præterea hisce signis, quæ cinnamomum certissime ostendunt, ac gustu, olfactuque percipiuntur, se frequenter vidisse prædicet: propterea non longius à scopo aberrabunt, primæ classis casiam seligentes: quum sicut in casia, ita in cinnamomo optimi at deterrimum magna sit differentia, vt suprema casia ab infimo cinnamomo parum distet: casiæ autem, cinnamomique, non modica sit, ex eodem Gal. quæ plurimos fallere consueuit: nam etiam adulteratum cinnamomum, licet vero simile sit, gustu tamen, & olfactu, multo deterius esse deprehenditur, atque à xilocinnamomo differt, quod lignosum hoc plus sit, durioresque ramusculos habeat, nec tam bene redolentes. nam verum cinnamomum, illud quod in montibus nascitur, nec subtile, nec longum quum sit, colorem habet ad modicam rubedinem magis tendentem: reliquum autem aliquantulum nigricat, & veluti quasdam fibras habet: aliud reperitur cinnamomum planè albicans, fragile, inodorum, nec magnam radicem habens. Est aliud rufæ casiæ simile, redolens & leue: omnibus tamen præstat, id quod ab incolis mosylicum appellatur: colorem habet cinereum, virgas paruas, & subtiles, ramos densos, vehementer redolentem, quod seligere consueuit. Quare quum optimum cinnamomum deperierit: ac ex Diosco. casia duplo pondere medicamentis mixta, cinnamomi vicem suppleat, eosdem effectus præbens: vt etiam ex Gal. primo de antidotis, cap. 14. pro qualibet cinnamomi parte, in componendis medicamentis duæ electæ casiæ adhiberi posse scribantur: omni conatu primi gradus casia requirenda est, eiusque duplum cinnamomi loco rependendum, nec propterea Matthioli sententiæ adstipulandum: qui Gal. mente non bene cognita: ex eo infert, nos omni carere cinnamomo, si quidem primarij maximam fuisse inopiam demonstrat Gal. non quod tũc temporis passim desideraretur, vel optimo propius, vel secundario accedens. Sed quia hæc quoque, vt nostra etiam ætate, non admodum frequenter viserentur: qua causa Quintus, ac alij nonnulli cogebantur plerunque, casiæ duplum, vel carpesium, eius loco miscere. id enim fateri possum: pluribus in emporijs, me interdum vidisse cinnamomum, si non præstantissimum, saltem præstantiori omnibus indicijs propinquum, ex zeilam insula, nisi me oculi, gustusque fefellerint, & si hanc esse Amathi fabellam contendat Matthiolus, quum eius iniurias persequitur, quum falsi accusatoris signa permul-

(Margin: Casię duplũ cinnamomi loc. Matthioli opinio repellitur. Amathus defẽditur Matthiolo exploso.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

permulta, inimico animo ostentat, antequàm vicerit laudationes in se effingens, atque decantans, vt quæ adhuc nondum audistis, commemoret, & proferat, & si non sit nouum, non insitatum, suum hoc dicendi genus ~~à vero quandoque alienum~~, iam enim se obtinuisse existimat, se fideliter consecutum, non corticem esse cinnamomum, nec in eo tantum, sed in ligno odoratam reperiri facultatem; ideo virgultum esse tenue, nec solum cortice præstare, sed ramulis, quos maxime præferant Diosco. ac Gal. at quum lignosum circa radicem, vt inutile reijciat Diosco. & quintum genus cortice fuluæ casiæ simile tradat; tantaque sit cognatio, tanta similitudo casiæ ad cinnamomũ ex Gal. eius verò cortex tantũ, in vsu medico veniat, nec sibi constet Gal. modo arborem cinnamomum efficiens, modo paruum fruticem eodem in capite 1. de antidotis 13. id saltem ex Theophrasto ediscere debuerat, ita scribente 9. de hist. plant. cap. 5. in cinnamomi cortice, summa gratia est, non in ligno qua de causa præferri cacumina solẽt, quod plurimum corticis habeant. Cæterum quia in Electarijs quibusdam, vt in diacinnamomo, & cinnamomum, & darseni legitur, quod Syluius, ac Cordus, alijque crassius cinnamomum falsò conuertũt, ne Monachorum Fuchsijq; scholijs seducamur, qui non darseni, & cumini, sed darseni cinnami, idest cinnamomi crassi, legendum contendunt, quod antea primæ classis cinnamomum legatur, cinnamum verò ex Rasi 3. ad Almansorem, crassum designet cinnamomum: quum darseni absolute, selectum cinnamomum significet: vt ex Auer. 5. Collect. proprijs capitibus, vt etiam in calce tractatus de Iunipero: nisi soliditate damnentur, aut consueta offundantur caligine Mauritani: qua Aedepol ratione, ad darsenum adderent cinnamum, vt ex subtili, crassum factitarent, nisi talium esse inuolucra, & mille ambagibus impeditas lectiones fateamur, vtcunque igitur sit; vbi & darseni, & cinnamomi legatur: pro altero, primariæ casiæ æquale pondus, pro altero autem, duplum eiusdem substituatur. Manardus in fine confectionis alchermes, per darseni, cinnamomi genus, Mesuem intellexisse inquit, deinde sui oblitus, in censura aromatici moschati in hunc modũ dictat, darsem electi, secundũ Serapionem, est cinnamomũ: Sed mirũ est, quod hactenus dixerit cinnamomum, nunc vtatur alio nomine, vt potius aspalathum, arabibus darsisaban, intelligendum putet, hæc ille duplici crimine accusandus: quod iam antea in confectione prædicta, darsenum exposuerit, secundo quod darsisaban legendum putauerit, præter omnem rationem sunt qui cinnamomum laurum vsquequaque referre asserant, vel eandem ferè ~~esse~~ regionibus distinctam, calore Indico, corticis humorem optime concoquente, id quod nostræ non vsu venit, baccis in cinnamomo candicantibus, & minoribus cuius delibrati stolones, mensis tractu, eam odoris suauitatem sibi concilient, neque enim liber è trunco detrahitur, ne exarescat planta, idque ex Ludouico Romano patricio.

Galeni incõstantia.

Syluii, ac Cordi, Fuchsiiq; lapsus.

Monachorum falsa expositio.

Darsenum quid.

Manardi obliuio ac duplex cẽsura.

Darsisahã

MAstiche off. mastyx, alijs lentiscina resina, ex Diosco. lib. 1. cap. 75. optima & copiosissima in insula Chio prouenit: præfertur nitedulæ modo resplendens, & candore Tyrrhenicæ ceræ similis, adulta, retorrida, friabilis, odorata, stridorem ædens, ex Gal. 7. simpl. est Aegiptia, nigra, magis desiccans minus astrictoriæ facultatis, oleum tamen, & vnguentum ex Chio confici debent: ex Plinio quoque, lib. 12. cap. 17. mastix quoque gemina est, ex herba quadam in Asia, Græciaque, quæ vix dignosci potest à vera mastiche: tertiam in Ponto bitumini similem, nigram vocatam addit, lib. 14. cap. 20. at cap. 6. 24. libri, quum liquidarum generi lentiscinam resinam ascripserit, hunc aberrasse tradit Matthiolus, cap. de Terebintho, & ob id Plinium quoque incuria taxat Amathus. nempe in siccarum genere reponenda est, nostro potissimum æuo, quum mastichem propolis more ductilem scripserit Diosco. nostra autem vix calido adacto pistillo, vel masticata ita lentescat. In Italia, tum alibi, tum in Lyguris, Senensibusque maritimis nascitur lentiscus, ac in ruinarum Romanarum macerijs, & toto illo maris Thyrreni tractu, Caietam vsque, & circa Neapolim, vbi & proceræ & humiles nascuntur, mastichem, producentes, sed non ea abundantia, qua in Chio, & Creta insulis: frigida enim loca natura horret, ideo ob remissiorem calorem, hæc quàm illa, minus resudationibus sunt apta. Ruellius præter lentiscum pistacij folijs, alium sorbi folio, terebinthi odore, roboris magnitudine scribit, veteribus indictum, qua causa, illum hallucinatum decernit Matthiolus, Aetius lib. 8. cap. 67. & vlt. eiusdem, nouem scrupulorum pondere aluum mouere, & duodecim alui excrementa deijcere mastichem scribit, hisque auxiliari multo experimento, qui pharmacum biberunt, & non purgantur, Tetrabiblo 1. serm. 2. cap. 117.

Plinius reprehẽdit.

Ruellius leuiter accusatur.

CAryophylon ex Paulo, quasi dicas nucifolium, non eam habet substantiam, quæ nomine prætenditur, sed ex India, veluti flores cuiusdam arboris festucacei, & nigri sunt, longitudine ferè digitali, acres, odorati, subamari, ex Serapione, authore Isach ad ruborem quendam inclinantes, præstantiores sunt, singulatim ex arbore manubus decerpti: & quamuis ibidem Gal. inserat authoritatem, in interpretatione atabarith, vt etiam Auer. ex Gal. coctioni prodesse tradens, vel ex Paulo, lib. 7. mutuantur, vel ea interijt, in legitimis eius libris incomprehensa. In Monoc Indica insula nasci traduntur, ex arbuscula buxei caudicis, folijs laurinis, vel cinnamomi instar, verum rotundioribus, flores ferente, qui in hoc grano terminantur, paruo, ex atro rufescente, in claui modum capitato, exertis in aduersum quatuor denticulis, se se stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli, sinu medio, vmbilicatim prodeunte. hi ante integram maturitatem, harundinibus decutiuntur, storeis prius in ambitu expansis: maturi autem, idest grandes illi caryophyli, qui & masculi Auicennæ, alijs antophylli vocantur, oliuæ nucleum referre videntur, sapore non vsque adeo acri. olim odoris gratia tantummodo commendabantur, ex Plinio, lib. 12. cap. 7. nunc in præcipuo medicorum, epularumq;

Antophylli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

larumque vsu, at eorum frustula, stipitesque frequenter immiscent, & si nullius in re medica vtilitatis audiueramus nos, citream malum indicæ regionis esse: id quòd etiam comprobauit, omni virtutum genere clarissima, omnibus animi, ac corporis dotibus ornatissima, Mentia Lusitana, illustrissimi Renati, comitis Chialani, & Producis nostri dignissimi vxor, quæ nihil non diu consideratum, & multo ante meditatum, proferre solebat. quum enim œdematosis eius cruribus mederer quæ iam duum insignium medicorum remedia illuserant, flores nostratium citrearum afferri iussit, hosque ablatis barbulis, viuam caryophylorum imaginem prorsus repræsentare indicauit: torrido autem Indicæ regionis Sole, pomum non maturescere, at in eo grano terminare asserebat: si est, illi acceptum refero, vt alia multa, miro enim rerum medicarum studio tenebatur, nobisque moschum ambarum, lasserem odoratum, myrrham, onychem, legitima, ac sincerissima obtulit, vt alia pleraq; aromata, sibi è Lusitania allata, quorum partem etiam hodie mecum seruo, ad sophisticorum dignoscendorum normam, plurima etiam è Lusitania, atque Augustensi valle, in dies nobis afferri curabat, nisi durissimo fato, dum solatij gratia Turbicij degeret, ad Ticini, nauigijque ripas, tertiana correpta, nescio quibus medicis curata, in grauissimum coma deuenisset, & Nouariam aduecta, quum nos ad eius curam, maximis obsecrationibus accersiti, fortissimis causis non adijssemus, paulo post in fata concessisset.

Mētię Lusitanę laus ac mors.

ASarum, quibusdam syluestris nardus, de quo Diosco. lib. 1. cap. 9. & Baccharis, de qua in 3. cap. 42. diuersa sunt, maleque actum est ab his, qui baccharis in asari caput retulerunt, nam reuera, asarum bacchar vulgare est, in pluribus hortis copiosum, in asperis mōtibus, syluis, ac sitientibus locis præcipuum, laudatur radicibus: præsertim numerosis, geniculatis, tenuibus, obliquis, odore tenui, sapore acri, vehementer mordente: ex Mes. hæc ellebori albi modo purgat, & alia præstat ex Diosc. Vere, & Autumno floret: in fine Augusti colligitur, baccharim autem legitimam, omnibus adstipulantibus notis, Romæ, & Arimini plerique vidisse fatentur, vt nemo posthac asarum baccharim esse existimaturus sit. hic Matthiolus, in Brasauolum venenatas adeo vibrat sagitas: vt ea accusandi libidine, quamuis alioqui doctissimus, iccirco ab omni grauitate alienus, mendacijs codicem suum, quandoque repleuerit, quod illum Plinio notam inurere dicat, atque in eodem errore versari, vt asarum baccharim existimauerit, qua in re, & Brasauolum hallucinari supponit Amathus, at propria hæc sunt Brasauoli verba, duæ herbæ sunt baccharis, & asarum, si quis Diosco. & Plinium rectè considerabit, & fortè hinc error emanauit, cur à nostris vulgaribus asarum bacchara appellaretur: quia multæ baccharis notæ, in asaro positæ sunt, & quamuis non multis ab hinc lineis, contradictione argui videatur, hæc subdens: baccharis diu authores digladiari fecit, adeo vt eam Plinius asarum existimauerit. En si vera fatetur ex Plinio, lib. & cap. 12. baccharis vocatur nardum rusticum, vt etiam capite subsequenti asarum, quod & ipsum aliqui syluestre nardum appellant: & quamuis lib. 21. cap. 6. eorum quoque errorem corrigendum notet, qui bacchar rusticum nardum appellaucre, ideoque seipsum tutari contendat. Matthiolus mitius agere debet, & iudicij tratina, authorum mentes altius expendere: prius enim Brasauolus ex Plinio, duas herbas asarum, & baccharim esse prædixit: textus proxime allegati nō inscius. quomodo igitur tam inepte subiecisset? ex Plinio idem reputari, nisi vt indicaret, etiam Plinij ætate, idem existimatas, qua & protracta consuetudine, idem nomen hac quoque tempestate obtinuit, non quod idem esse, ex eo voluerit, id iam prius seposito, verum fortasse, hinc errorem emanasse, quia idem vocari alibi docuerat Pli. quem neq; arguit, neq; vt ei aduersetur verba proponit: vt nisi aliam cotem, nisi lapidē molarē, ab hoc alterū reperiat, à suis armis rubiginem nō excutiet: quū præsertim Italica lingua asserit, baccharim nō esse sclareā satiuam, & si Brasauolo in id inclinasse animus, cum Leoniceno visus sit, latinæ aūt Leonicenū, & Brasa. ipsum secutū, magno errore idem esse ratos supponit. at quid hoc clarius dici, aut fingi potest? quū Brasauoli senex ita illum percunctetur. Baccharis est ne reuera sclarea: aut sancti Ioannis herba. ipse autem respondeat. hoc in præsenti non assero: sed laudo tantum, vt interim sclarea, pro bacchare vtaris, vt Leonicenus edocuit, quousque meliora inueniantur. Italicæ etiam multo magis damnandus Matthiolus, coronariam asarum interpretatur in textu, quū Plinius, lib. 21. cap. 6. asarum uocitari inuenerit, quod in coronas non addatur: & quamuis Manardus, lib. 8. Epist. 1. disputet, an asarum, coronaria herba dici debeat, tandem ita Diosco. sentire, & coronariam appellare affirmat, idque inconstanter in dubium reuocat, eodem lib. Epist. 2. scribens asarum coronariam à Diosco. uocari, nisi error in communibus exemplaribus sit, atque ulterius sui immemor, in annot. Simpl. Mes. fatetur, à Diosco. herbam coronariam dici, errore ut credit scioli, cuiusdam librarij, baccharem asaro miscentis, ut nunc uulgus facit. qua re animaduersa, nullam coronarij mentionem fecit Ruellius. bacchar tamen in coronamenta additur: ut ex Plutarcho 3. sui Symposij, ex Virgilio quoque bacchare frontem: Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Quod autem Gal. asari uim purgatoriam ueratr albi modo non agnouerit, mirandum sanè: quum præsertim 8. de compo. med. secundum loc. cap. 2. euacuationem affligentis humoris per solam aloen in hiera contingere dictat, simul ac cap. 3. asarum per urinam uitiosos humores deducere, aloen aūt eos expurgare, Arabibus, atq; experimento, Diosc. astipulantibus. an autem Pædacio. ascripticiū sit baccharis caput, ceu firmiter contendit clariss. Anguilla. uel Germanum, ut Senensis nō multifacio

Brasauol^o defēditur à Matthioli, ac Amathi calumnia.

Plinii tutela.

Matthiolus inconstans.

Manardus variat.

Galenus notatur.

CAlamus aromaticus, uel odoratus, ex Diosco. lib. 1. cap. 16. in India nascitur: melior est fuluus, dense geniculatus, & qui assulose frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus, in mandendo astringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus, eius meminit Theophra. 9. de hist. plant. cap. 7. ac Plinius,

lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lib.12.cap.22. hancque à cæteris sui generis non differre, aspectu, idest ab harundinum effigie tradiderunt; ideo hoc tempore penitus ignotū scribitur: quod officinarum cōmunis calamus non sit, sed radix, neq; præscriptis notis insignita, ut ex Manardo, lib.6. Epist.3.lib.8.Epi.1. cuius rationes mutuatus Matth. & si aliorū armis muniatur, feroci admodū aspectu, ea in Brasauolum tela contorquet, vt sibi ipsi Vulcanus videatur: magno enim errore Brasauolum duci, satis palam esse supponit: quod tam facile sibi persuaserit, legitimum odoratum calamum, illam esse radicem, quæ temerè omnibus in seplasiis, illius vicem explet: cuius opera si interijssent, quis non misellum hunc Brasauolum cachinnis irritaret? hem quis non admiraretur tot contradictiones? tot lapsus? tantam inscitiam? tot grauia crimina? quæ tamen ab astuto hoc homine, eius sententias peruertente, corruptis verbis, diminutis clausulis, ei falsò ascribuntur: vt per Iouem lapideum iurare cogar, me suis lineis depictum Matthiolum, uobis planè indicaturum. ita enim scribit Brasauolus, decimus agitur annus, quod Venetias verus calamus aromaticus affertur, qui calamus est, & non radix, at communis aromaticus calamus, qui paßim venditur, radix est, & non calamus, id verò de quo in præsentia loquor, calamus est, & non radix, qui folia habet circumcirca in aliquibus calamis, quæ nostrum calamorum folijs aßimilantur, & nisi putassem galangam esse acorum, non potuissem non arbitrari, vulgarem calamum aromaticum esse acorum, & forte radix hæc, quæ calamus aromaticus vocatur, est odorati calami radix: calamus autem verus odoratus, in officina Campanæ Venetijs vendebatur. En igitur studiosi quibus verbis peritas insectetur? quàm fideli sermone candidißimos laceret? quàm tumultuosis rixis, se ubique molestißimum, ac infestißimum exhibeat? hæ sunt argutiæ quibus prægrandem confarcinauit librum, solo lepore illos lacessens, suisque obruens calumnijs, non aliam ob causam, nisi vt doctißimis aduersari videretur, & quocunque modo in eos argumentum effunderet, hac importunitate excruciaret, tantum sibi arrogans, vt quæ non dixerunt, dixisse velit. quæ enim in eius sententiam pedibus non eunt, tergiuersatur, si quis nodus incidit statim transilit, velut angue conspecto, aut saltem lipis oculis intuetur, & si clarißimo suorum scriptorum testimonio sanißimi ingenij videatur. vt quum minime compertum habet dixisse Diosco. & Gale. calamo aromatico aliquid inesse amaritudinis: quod vel Ruellij versionem quam se imitari pollicetur, in sui operis initio, paulo segnius perlegerit, vel in eam, si quid perperam ex græco translatum, vt sui moris est, aliquid inijcere tenebatur, quod cum aliquanta acrimonia amarum calamum transtulerit: id quod Segobiensis Lacuna, græcis latinisque literis eruditißimus, qui Ruellium fidelius restituit, corrupta loca resarciuit, aucta imminuit, mutata ad pristinum candorem reduxit, male huic tributū amarorem non annotauit: & si Marcellus quod ad amaritudinem pertinebat, se reliquisse asserat, quia in melioribus illa vox non legatur. Manardus etiam lib. 8. Epist.2. probans calamum non esse canellam, inter alias differentias enumerat, quod in ea canella non sit amaror, innuens calamo amaritudinem inesse, vt hinc Fuchsii sententiam improbare non poßit, atque an communis illa radix, calami odorati propria sit, quæ amariuscula, nec ne, nullum est in hoc euidens argumentum, quod & si harundinis trunculum, cacumini annexum non deferant: folia iridis similia, harundinacea quadantenus præseferunt, sicca potißimum, an vero acorus sit, eo in capite discutiendum relinquimus. hic tamen præterire non possumus Amathi authoritatem, ne dicam ambitionem, aut insolentiam, qua calamum aromaticum officinarum Diosc. legitimum, suis notis repræsentare non ambigit, potius vt credimus somniando, quàm sensuum libertate, tam absurda proferendo: nec Matthiolum cōtraria astruentem, hoc est calamum aromaticū harundinem, siue calamū, non radicem esse debere, deceptū asserere veretur: quod licet Theophrastus, ac Plin. in calamo odorato calamum, & non radicem, laudare videantur, alibi tamen radices cæteris partibus anteferunt: idque ex Plinio manifeste percipi, lib.24.cap.11. quum odorati calami facultates enumerans, inquit: Efficacißima autem in omni harundine, quæ proxima radici, efficacia & genicula; ex quibus in omni calamo radicem efficaciorem esse partem contendit: id quod si Plinius intellexerit, vel ipsi pedagoguli dijudicent: Quis enim etiam num mediocris ingenij ita argueret? Plinius proximas in harundine radici partes alijs præfert: ergo radix efficacior est pars? Quis nam etiam ex Paliotenus medicis, qui stultißimum hoc arguendi genus non excludat? qui in re vulgatißima illum cæcutire non deprehendat, qui inquàm dum sitim sedare cupit, sitim alteram crescere non videat, vt quanto plus biberint, tanto magis sitiant Parthi: quum scilicet huiusmodi radix, quæ in multa segmenta nunquam assulose frangitur, non fistula araneo velo simile quidquàm occludente, quæ quidem harundini debentur, non radici, sit saltem calami aromatici radix: cuius nulla est ab Amatho probatio, tot autem oculati testes ex Manardo, ac Matthiolo, contrarium asseuerantes, tot ab his rationes, quas hic rursum inculcare, operæpretium non est, vt quum Brasauolum huic suæ opinioni assentire testatur, secus quàm ipse dictet, vt supra: quum Diosc. calamum odoratum, non radicem, sed calamum esse debere, scriptis mandauerit, quumque calamos equiseti, graminis, ac aliorum geniculatos reddiderit Diosc. non est quod radici proprium esse geniculatum, calami autem nodis cinctum asserere debeat: quum autem calamum aromaticum esse officinarum schœnanthum arbitrantur Calopodiani, qui in Mesuem scripsere, nec illorum spernunt opinionem, qui radicem calami aromatici vice acceptam, legitimi calami radicem statuunt, quàm magno implicentur errore, non animaduertunt. si quidem schœnanthi officinarum radices tradunt, capillorum modo tenues, huius verò adulterini calami radices crassæ sunt, & effatu dignæ; propterea eius schœnanthi radices esse non possunt, & per consequens: si schœnanthum vulgare calamus est aromaticus, hæ radices nō erunt calami odorati radices: quumq;

Matthioli nota perperā Brasauolo iniusta.

Matthioli incuria.

Fuchsii tutela.

Amathi turpis error.

Monachorū maxima īscitia. Schœnanthū nō esse calamū aromatic.

in

in assulas non disiliat schœnanthum id,non fuluum sit,non in mandendo lentum,melius discant,ne ru lcre potius,quàm erudire videantur, veri tamen calami loco,radicem hoc nomine vsitatam substituere malo, etiam si acorus sit, quæ multas calami qualitates obtinet, quàm sphagnum, latinis muscus arborea,off. vsnea: & si Auic.cap.de musco,pro quo thaleb reposuit Bellunensis,muscum fluuialem,aqueuum,terreum, petrosum,maritimum cõplectatur,& cap.de vsnea arboreum videatur distinguere,aperta separatorum nominum & capitum confusione. Gal.verò,ac Paulus in suis succedaneis, pro calamo sphagnum cum Matthiolo supponant: hæc enim in alienam messem irruisse creduntur, doctorum omnium iudicio,quod plura his ignota inserant,aut facultatibus dissimilia suggerant, vt myrtum pro cardamomo, &c. quorum est sylua; moscus vero arborea, hypnos etiam vocata,hoc est villosa illa canicies,arborum caudicibus adhærens, multiplex est: quædam procerior, prominentibus barbis assimilis: vmbrosarum syluarum, & vallium arboribus trunco agnascens, rara, & velut per floccos sparsa,ac distributa:alia breuior,crassior,densior, quercui, populo, larici abieti, alijsque agglutinata: alia odora,alia non,optima est cedrina, proxima populnea, candidissima, atque altissima, cui primus est locus,vt secũdus rutilis,nullus nigris,atq; in insulis,ac saxis enatis,quibusq́; genuinus odor abest.

CRocum,de quo Theophrastus,lib.& cap.6.de hist.plant.certis olim in prouincijs nascebatur excellentissimum, ex Diosc.lib.1.cap.25.nunc verò in Italia,Gallia, & Germania abundè optimum prouenit. Eligatur recens, boni coloris paulum candidi gerens in capreolo, oblungum, omnibus suis partibus: constans,non frangibile,plenum à quo detractum est nihil,quod madefactum manus inficit, nec situm redolet,aut cariem sentit,subacre odoratissimum,eius magnæ probitatis indicium est,ex Gal.1.de antidotis cap.14.si tale permaneat,quale repositum fuit: adulterati nanque croci tam color, quàm odor,citissimè aboletur, vel Sole,aut igne siccatur: quo facilius teri possit: sacculo coriaceo diligenter occludendum,nec humido loco florem ante folium ædit per autumnum,in Vergiliarum occasu, non vltra mensem, quibus decidentibus, folia angusta,penè capillamenti exilitate tota hyeme virent. in Monteferaci studiosè colitur.

CArdamomum,ex Diosc.lib.1.cap.5. eligi debet plenum, frangenti contumax,occlusum, farctumque, gustu acre,subamarum,& odore caput tentans: quod enim huiusmodi non est,exoletum iudicatur. id Serapion cordumenon appellat, quoniam autem de cardamomo, peculiare caput instituit, Iscah authore, saccola maius,& minus vocitatum: id fuit erroris vehiculum,nõ insita, græci alicuius memoria: quod aliud semen Arabibus familiare,græcis nobisque ignotum, alio forte quàm cardamomi nomine exponendum, est eorum saccola: hinc medici,ac pharmacopolæ cespitarunt: qui tria olim semina cardamomi loco indifferenter accipientes: neque hoc,neque illud,neque ex quatuor Plinij generibus aliquod,de quibus lib.12.cap.13. ad verum cardamomum referre potuerunt, ablegata iam seorsum nigella citrina,vt myropolarum vocabulo vtar,reliqua.n. duo in maius, & minus cardamomum partiuntur.primum melegetta, alijs malagretta, alio nomine granum paradisi, semen multangulum, colore fuscum, vinaccis minus, gustus acerrimi, sine vlla astrictione, secundum triangularibus siliqulis contentum,tunica siliquarum tenui, flaua, colore & consistentia maci officinarum similis,minutis acinis,colore ex terreo flauis,& inter se compactis,quorum nullum, vel ad græcorum cardamomum, vel ad barbarorum cordumenon, sed nedum ad horum cardamomum, propè accedit. quum enim gustu non amarescant, parum densa sint, & facilè frangantur: hinc græcorum cardamomum esse nõ possunt. quod præterea ab Arabicis dissideant,cum illis collati,ne vel tantillum affines deprehendentur: & si hac in re apertè hallucinentur Fuchsius, ac Ruellius,alioqui doctissimi. Quandoquidem Serapioni maius cardamomum alabastris rosæ corticeis,baccas fert loti magnitudine, paulo magis, minusúe euariantes, seminibus paruis,pinguibus, angulosis, suauiter olentibus, & puluerulentis refertas, gustu astringente,capite,ac cortice potissimum,hac quidem facultate minus cardamomum antecellens, illi tamen acredine cedens: minus verò nullo septu, nulla siliqua includitur, eodem quo prius colore amictum. Matthiolus tamen granis obnigris ac rotundis interpretatur, secus quàm ipse dictet Serapion. Auicenna enim is est,qui ciceris amplitudine, nigrum candido intus grano describit, tam inter se conueniunt Arabes,in viribus quoque discrepantes: alter.n. calidum & siccum in tertio ordine statuit: alter in primo,nec modo in his,verum quoque in alijs nonnullis differunt: vt vel ex hoc disci possit, quàm parum tuto ægrotantes barbaris authoribus committantur. quæ autem sit inter illos officinarum, & hos disparitas: qui minus cardamomum officinarum, maius esse Serapionis sibi persuadent,quia minoris descriptioni non quadrat,quum capite concludatur: vtriusq; notas vicissim admoueant: neque enim capite est è rosis prodeunte simili,non astrictorium, & si in hanc opinionem ceciderit Brasauolus,in tractatu syruporum nu.77.non pro minori cardamomo nigellam intelligens,vt scribit Italicè loquens Matthiolus,hac fortè simultate in latinis commentarijs non recordatus,etsi Brasauolus sibi opponi maxime videatur, in examine simplicium,officinarum cardamomos illegitimos statuens, nec non res barbaras, sibiq́; incertas,hinc etiam cum Amatho reprehendendi sunt religiosi Mesuem commentati,quum melegetam ex Bellunensi cardamomum minus firmiter credunt, ea verò,capitulis excepta suboriatur,nec alijs etiam respondeat in dicijs,quod verò etiam maius non sit melegetta, & si capitulo contineatur,nullum tamen intra se granum gestat,minutis seminibus plenum,nec astrictoria sentitur. Cæterum quum Amathus arbusculam cardamomi, non semina, ex Dioscoride scribi contendit,eiusq́; dotes ligno cardamomi attribui, easdemq́; in siliqulis recentibus exactè cognosci, in vetustis ad Italos commeantibus nequaquam crassissimam suam ignorantiam non ab

Cordumenum

Saccola.

Melegetta Granũ paradisi.

Ruellii lapsus.

Matthiol⁹ Serapioni attribuit quæ sunt Auicen.

Arabes discrepant.

Brasauol⁹ aliter sentit, q̃ illi opponat Matthiol.

Brasauoli contradictio.

Amathus vna cũ Monachis reprobãtur.

apprime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

apprime erudito, sed à semidialectico facilè confutandam ostendit, quum præsertim occlusum, farctum, plenum, ligno non æquè arrideant, cui plenum esse penè satisfaceret, sicque esset occlusum, ac farctum, at semen plenum quidem, at non occlusum, hiante quo videlicet concluditur cortice, ideo non refertum esse, sed paucis seminibus, hisque euanidis comprehensum dici posset, præterea ineptißimam eius opinionem maxime redarguit Gal. 1. de antidotis, cap. 15. vbi ita legitur, semina verò hæc napi petroselini, thlaspis, ameos, anethi, fœniculi, dauci, cardamomi, vt etiam 3. de antidotis, Rufi mentem reddens, tantundem miscet cardamomi seminum 7. etiam de compo. med. secundū locos, cardamomi exentrati meminit 2. de antido. cap. 10. in Ther. Laodicei, cardamomi demptis inuolucris, denique quid vltrò egemus testibus; quum suam ipse sententiam depopulatus, inquit Plinium semen potius, quàm lignum delineare, secundumque eius genus esse Diosc. cardamomum, quod si sic: semen quum sit ex Plinio, sequitur & Dosc. quoque semen esse, quum autem Fuchsio inurit Matthiolus, quod siliquastrum, siue Indicum piper, ex Hispaniola noui orbis, cardamomum Mauritanorum putauerit, quicunq; in suo de hist. plant. cap. 281. perlegerint, id siliquastrum Plinij, lib. 20. cap. 17. ac zingiber caninum Auicen. nullius cardamomi habita mentione ab eo deductum cognoscent. id & si in annotatione, alijs cardamomi genus putari scriptum reliquerit, præterea 1. de cōpo. med. minus esse, quòd Actuario, alijsq; recentioribus græcis capsicon, vulgo piper Indianū affirmat. Ruellius. n. is est, maxime castigandus, quū Indicum id piper, ad cardamomos referre contendit. Nempe & si pyramidalibus siliqulis, rosarum ferè instar, semen occludat suum, planum idest, lentium modo, gustus acerrimi, quum Serapioni angulosum sit, bene oleat, gustu astringat, & baccis loti magnitudine contineatur, ex Auicen. etiam pro sui tutela, necquicquā astruet, & si minus cardamomum, lentis mole, aromaticum scripserit. Planta hæc in fictilibus, ac testaceis conseri solita, folijs exit, hortensi solano non dißimilibus, & si laurinis comparauerit Cardanus 8. de subtilitate, nimirum quum hebetis sit acici, alioqui opticus acutißimus, & scientiarum indagator accerrimus, cubitali caule, quadrangulo lateribus leniter striato prodeuntibus geniculatim, & surculis, & frondibus, floribus è luteo pallescentibus, è quibus cornicula primum virentia, per maturitatem in purpura splendescentia, cute leui, lucido ruberrimoque colore, oculos allicientia, at sensum gustus admodum vellicantia, seminibus intus flauis, planis miri inuicem nexus feruidißimi itidem gustus, radice vnica, subalba, capillamentis fibrata, qua propter quum scribat Gale. 2. de compos. pharm. secundum locos, cap. 2. pro cardamomo sinapi duplum, hyemis tempore, & si non vlcerare idoneum per se illitum 7. s. Aetius autem Tetrab. 1. serm. 1. exulcerare, minus tamen quàm nasturcium, in græcorum antidotis sinapis æquale pondus, vel duplum, hyeme substituerem, pro arabijs Serapionis quasi scriptis innitentibus, granum paradisi maioris cardamomi loco, & pro minori triāgulum illud semen vsitatum legitimis enim magis æquipollere videntur viribus aromaticis insignibus prædita quum sint, quàm myrtus, vel cyperus. Quum autem versatißimus Anguillarius cardamomum vsitatum, quia folliculis inclusum, non facilè frangitur, acre gustu, & subamarum, ideo legitimum statuit ad arabum minus non aduertit, nec illis vel tantilum amaroris inesse.

Fuchsii tutela cōtra Matthiolum.
Siliquastrum.
Ruelli opinio reprobata.
Cardani habetudo.
Sinapis pro cardamomo.
Cardamomi vsitati pro legitimis vsurpari pñt.

Santala, quæ & triasandala, off. trium specierum ligna dicuntur, à Serapione alba videlicet, rubra, & citrina, quæ & lutea, vel flaua appellantur, cæteris odoratiora: imò sola ferè inter alia odorata, quamuis alba, hoc est communem ligni colorem habentia, & flauo interserta aliquantulum etiam redoleant; & si Brasauolus in examine vnguenti santalini, falsò nihil omnino habere odoris censeat. Matthiolus autem lutea, ac alba odoratißima, in Italicis lucubrationibus: at in latinis remissus: hæc duo suauiter spirare constituat, nimirum eiusdem arboris quum sint. rubra enim omni fragrantia destituuntur, & si pro santala absolute, hæc quidam accipienda velint, ceu magis infrigidantia, nobis tamen flaua magis arrident, & si calidiora, scribente præsertim Serapione, & melius ex santalo est flauum, quum verò apud Mesuen non raro legantur sandala machoziri, vel ex Genuensi mazahari, Valerius Cordus speciem citrini santali, à vulgari diuersam, atque odoratiorem supponit, at hoc eius adolescentiæ ignoscendum, quod vetustate examinata citrina santala, recentibus collata, minus fragrare compererit, proinde in specie diuersa existimauerit, quum præter enarrata non sit, dare quartam santalorum speciem, quidam cedros putarunt, & calida officinarum santala, cum Syluio? id quod in rubro nullo pacto est admittendum.

Brasauoli lapsus.
Matthiolus retractat.
Sandala machoziri.
Cordi error.
Syluius aberrat.

Rhabarbarum, illustris illa radix, ad multiplices medelarum vsus vulgatißima, tanti alioqui facta, vt auri pretium pari pondere æquarit, ex Mesue quoddam est Indicum, qui & sinicum alterum Barbarum, generis nomine appellatum, tertium Turcicum, omnium ignobilißimum, vt Indicum est præstantißimum, præsertim si recens est, & subnigrum, in rubrum inclinans, si rarum graue tamen, si fractum, ex rufo et glauco alternat: si mansum, vel aliquo liquore solutū, croci modo tingit. id ex annotat. Baptistæ Rhamnusii, in 2. volumen Marci Pauli Veneti: folijs est duos, palmos altis, labris lanuginosis, ex arcto infra in latum vsque ad rotundum apicem tendentibus (dicamus rumici similibus rotundis, & densioribus) prodeunte trunco quaternum digitorū, interdum palmari, vnde viridia folia rap arum more prostrata vetustate flauescunt: deque eius medio, ramulus vndique flosculis uiolæ purpureæ æmulis, paulo maioribus, colore inter purpuram, ac candidum decoratur, odore tamen graui, semine croceo, ac minutißimo, radix pro terræ ubertate maior, minorúe, humanæ coxæ magnitudine interdum uisitur, cortice sanguinei coloris, radiculis pluribus agratis hæc in frusta secta, qualia apud nos uisuntur, succum emittit cum flauitiæ fuscum, uiscidum, manibus adhæren-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tem, insignis amaroris, per mensem siccatur in regione Simarum, iuxta montes Succuir, & Campionis, amplis ciuitatibus, in prouincia Tangut, in quibus adeo uilescit, ut plaustrum ijs onustum, sexdecim libris Venetis uenundent, & lignorum loco urant, nec fouerent, nisi ab Indis mercemonia exercentibus solicitarentur, ut in montibus propè regiam Tauris, id & rauedseni ducitur. E Cataio ad Persas, unde quibusdam Persicum uocatur, uti & Barbaricum à Trogloditis, quæ quidem ut plurimum ad nos afferuntur legitima sanè, nec ijs in locis ob ubertatem supposititia, & si eius adulterium ex Gal. rheo 1. de antidotis cap. 14. Mes. cum Rhabarbaro communiter, & ad unguem declaret. quod quibus in locis nascitur, accipiunt impostores Rhabarbari multum, totumque aqua macerant, quinque diebus exemptum, deinde siccant, subtractaque ui exanimatum uenundant, dilutum uerò liquorẽ, igne aut calentibus radijs addensant, & in placentulas redigunt, ad regia medicamenta. adulteratum itaque, colores interni uarietatem amisit, subnigricat, densum est, ualenter astringit, nec croceo inficit colore, uendicatur à carie, atque teredine, annos tres, aut quatuor, si cera sola, vel cum terebinthina circumlinatur, vel melle, aut psyllio, milioue mergatur. hoc an idem sit cum rha (aliqui rheon, siue rhaponticum vocant) à rha fluuio, cuius in ripis copiosè nascitur, nomen sortitũ, de quo cap. proprio, inter classicos, & multæ eruditionis medicos, non parua extitit controuersia, delitescente iam diuturno tempore rhapontico, cuius loco maioris centhaurij radix, pro legitimo habebatur, vt etiam hoc æuo, ab his qui malunt cum imperitis errare, quæ eorum est pertinacia, quàm cum eruditissimis bene sentire, quo recognito, à pristina discessere sententia: id quod Manardus manifestè indicat, lib. 6. Epist. 2. vbi idem esse, aut saltem eiusdem speciei, eodem lib. Epist. 5. constanter crediderat, mox lib. 5. Epist. vltima, verum se consecutum rhaponticum, nullis Diosc. reclamantibus notis, seipsum retractans insinuat. Verum tamen, quia Auer. 5. Collectanearum, non modo Gal. uerum quoq; alios medicos damnat, qui rhabarbari deiectoria vi omissa, astrictoriæ tantum meminere, istorum acerrimus defensor Matthiolus, rhabarbari nostri vsum illos latuisse, proinde & ex eo procedentem deiectoriam facultatem: hinc Auer. maximopere culpandum tradit, quod cum Auic. tum etiam Serapion, cap. de rhabarbaro vetustiorum mentem adamussim reddiderint, nec aliud prorsus, quàm rhapõticum, quem Arabes interpretum potius culpa, confusance ipso nomine, & viribus cum rhabarbaro confundunt, nec deiectoria vi pollere reminiscuntur. Quo circa vel Auer. nostrum rhabarbarum innotuisse constat, vel idem esse cum rhapontico opinatus est, quum Græcorum dotibus præditum illud representauerit, purgatrice vi addita, vel pari interpretum ignorantia, sub rhapontici titulo, rhabarbarum Auer. irrepsit, idque non modo cogitandum, verum etiam credendum persuaserim. ad id enim nostra magis promouetur opinio, quod summus philosophus, acutissimusque dialecticus, & in medica materiæ versatissimus, hac turpi admodum nota, hoc insigni crimine, haudquaq; signandus fuerit: vt in re diuersa, in Gal. argumentatus credatur, sed per rhabarbarũ rhaponticum intellexisse Auer. id etiam suspicionem auget, quod Auic. Auer. coæuus, rhaponticum intellexerit, quin etiam Aegineta ex Matthiolo, nullam intercedere cognationis differentiã existimat: at quum deiectoriam facultatem in rhapontico agnouisset Auer. vt etiam Manardus, lib. 5. & Epist. 5. scribens, nec ponticum hoc rha vi purgandi caret, licet minorem habeat, & quæ vix vnica drachma exhibita deprehendatur, vt etiam lib. 18. Epist. 6. non minus purgare quam nostrum, ceu quoque in annat. simpl. Mes. experientiam attestari in vtroq; rheo, Pontico scilicet, & Indico, vim deiectoriam, quam etiam comprobat in suo Simplicium Brasauolus, quæ quidem quum vera non esse putauerit, si horum sententiam minime probandam duxit Matthiolus, diligentissimus simplicium scrutator, si exiles quoscunq; errores, nulliusque momenti lapsus insectatur, & digito monstrat, huic studio operam nauat, in id nauiter impedit, vt de re medica bene sentientes imitetur, ne quasi rhinoceros, in eorum opera passim obringat, ne inquam inhumana ingratitudine, alienis spolijs adornatus, & perpolitus, tam egregiæ in furando prudentiæ credatur, vt cruentis telis illos post terga adoriatur, ne videatur ab his omnia suffuratus, qui etiam in latinis suis commentarijs Mesuem errasse non dubitat, quod turchicum vocatum illi rhaponticum sit, quem falsò inter rhei genera aluum ducentia enumerauerit: aut hos etiam recensere tenebatur, aut negligentia carpendus, vel falsitate accusandus, quod rheon antiquiorum non soluere, tanquam sensus expers, tam apertè commentus sit, & in re clara, adeo facilè aberrauerit, vt etiam Fuchsius, in bechica antidoto Philagrij, suam ita astruens opinionem, vti & pluribus 1. de comp. med. cap. 84. quoniam Nicolaus centhaury magni, tum symphiti radices, rheo succedaneum faciat, quorum neutrum ne minimam quidem purgandi vim obtinet: prætereo igitur vnguentarium, & talia asserentem, perexiguæ authoritatis græco barbarum. at si quispiam contendet, Diosc. sensisse, omnibus viribus pollere rheon, quibus agaricum: quum inquit. dari in singulis valetudinibus, pari quo agaricum pondere, videbit Manardum dubitantem, lib. 6. Epist. 2. vt etiam 5. & si lib. 9. Epist. 5. nullam ne purgandi vim ex Diosc. ascriptam crediderit. vtcunq; sit, quid Brasauoli, ac Manardi argumenta expiscatus, in eruditissimum Ruellium inijcis Matthiole? huc exurgas? qui tuæ farinæ ratiocinia, omnibus statim vulgatissima reddis: & si in stirpiũ historia, multum studij, ac temporis consumpseris: præsertim quum id obstare tuo marte effingis, diuersum ideo esse rha antiquiorum, à nostro rhabarbaro, quod nostrum purgatorium sit, illud nequaque, vt leuiter, ita nullis fultus argumentis, nec ad horum probatissimorum virorum authoritatem, quotidianumue experimentum quicquam deponis. quod autem Amathus subductorium non repererit, vel illegitimum expertus est, vel in Hispanis, alijsue solutioni renitentibus. quod enim nos Ticini, ab officina Iusticiæ, & Mauri accepimus, verissimum rhapon-

Rhaponticum.

Auerro. in Mathiolũ defensio.

Rhaponticum subducit.

Fuchsii, ac Matthioli inscitia.

Ruellius sustinetur

Amathi ignoratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rhaponticum, vbi cum Syluestro Bernerio, praxim exerceremus, non bis, terúe, at sæpißime soluere compe-
rimus. id quod quum ignoraret Hieronymus Cardanus alioqui præceptor noster doctißimus, & in omni di-
sciplinarum genere instructißimus, vt eius luculentißima ac laboriosißima monumenta testantur, à nobis postea admonitus in suis medicis contradictionibus, se præter experimentum aliter sensisse, coram fassus est, & mutata sententia nobiscum nunc asserere non dubitat. id etiam Paulus primo libro capite 43. solutiuum fecit: quum inquit, terebinthinam oliuæ magnitudine exibitam corpus soluere, quod si amplius laxandum sit: paulum addendum è radice pontica, vel rheu: nec ideo rhu legendum, sola vi astrictoria sensui repugnans, & si Cardanus comprimendo solutioni addere crediderit. potius enim librarij culpa, è desiderari suspicandum, quamuis codices quidam manu scripti aliter legant, vt etiam pro rheo, nitrum substituendum libenter amplectatur, Manardus libro decimo octauo, Episto. prima, ita tamen sonat græcus codex. τῇ δὲ κοιλίᾳ συνεργητέον τερεβινθίνης διδόντας, ἐλαίας μέγεθος καταπίνειν εἰς ὕπνον τρεπομένοις. μᾶλλον δὲ ὑπάγειν βουλόμενοι ῥῆον βραχὺ καταμίξομεν. Matthiolus etiam, atque alij, sua ducti opinione, pro rheu rhabarbarum nostrum intellexisse coniecerunt, in communi vsu ante eius ætatem, & cuius meminit in antidoto Diacoralliu, Agapeti, atque Atactos, libro septimo capite undecimo, at quum Alexander libro vndecimo suo Diacorallio, Ponticum apposuerit, atque in simplicium censu, rheon simpliciter vocet Aegineta, cur prædicta in compositione, hoc potius, quàm illud selegerit, nulla ratione defendit Manardus. quandoquidem si diuersa putasset vt etiam Aetius, qui rhei barbarici meminit, Tetrab. 3. serm. 4. capite penultimo, vt alibi nonnunquam, vel diuersis capitibus, vel deiectoriam facultatem conspicuè declarasset. eiusdem igitur credantur speciei, locorum varietate, qualitatibus paululum euariantia. Quandoquidem si rei intuitu proprio sibi satisfecisset Matthiolus, non tot argumenta vt sabulum sine calce cohærentia paßim inculcaret, non tot nugamenta, doctis quibusq; & tedio, & remoramento: ceu quum idem sceniticum ac Indicum Mes. falsò dici tradit, atque Loniceri opinionem demolitur, multifarias reprehensiones ita ogganiendo componens, vt hasta spoliatus fugere, ac delitescere cogatur. Quis enim facilè ex hac sententiarum varietate se explicabit? Quis non hæsitabit in barbari, ac pontici, tam varia nomenclatura: quòd si ex tripode omnia pronunciauit Matthiolus, agè paucißimis, quasique laconice declaremus. Indicum rauedsini vocat Mes. à Sinis extremæ Indiæ gente, propterea quum Scenicum, vel Sceniticum, Indicum non esse contendat Lonicerus, sed à Scenitis Arabiæ populis, quid inquit, quid non confutat, Barbaricum quibusdam à Barbaria Aphricæ prouincia, vel à Barbaria Erythræi maris insula vocatum, quum in hoc mari nulla ponatur insula, sub hoc nomine demonstrata, sitque Barbaria Aphricæ, nouum penè nautarum vocabulum, ea omne litus Aphricæ Mediterranei maris intelligentium: ne quid de Indiæ vrbe Barbari dicta, vel ex Trogloditica Aethiopiæ regione, vetustioribus Barbaria dicta comminiscar: quum hæc nominum varietas nihil ad rei substantiam conferat, poßitque ex alijs in alias regiones delatum, ab Emporio vbi maximè venale est, & vocem sortiri, & natiuæ regionis cognomentum amittere. Nempe & rhaponticum, non à rhaponti fluuio, quum Sarmatas vtrosque abluat, Asiaticos nempe, & Europæos, ac in Hircanum, siue Caspium mare fluat, non in Pontum Euxinum, à quo, vt à regione Pontica, distat per multa terrarum spatia, sed quia à Rha flumine in Pontum comigret, ibique à mercatoribus venundetur: vel fortè à Pontico sapore, cuius maximè est particeps, nam gustu vehementer astringitur ex Galeno 2. tamen soluere si viscera astringendo roboranda sint, post purgationem, puluerem contriti rhabarbari propinandum censet Mes. si astrictio maior expetatur assum, si maxima vstum. at Fuchsius cuius fortaßis errore seductus Amathus, parum expertis vbique cespitandi ansam præbet, in annotationibus antidoti è moscho Nicolai, uti etiam secundo Paradox. capite decimotertio, inquit, non esse hoc rhabarbarum assum dyssentericis propinandum, sed rhaponticum, cuius uires confuderit Mes. Amathus uerò ea ratione non nisi graui excessu tostum, uel ustum, dyssentericis exhiberi ait, quòd omnia quæ igne torrentur ob contractam acredinem abradunt: quum tamen tenuiores & si substantiæ, non tamen acriora reddantur, ut etiam ex Syluio, capite de Sory, atque in alumine usto, cepis, allioque; sub cineribus aßis. deposita itaque acredine, ad stipticitatis opera strenuius profectò redditur, nec igneæ facultatis tantum assumit, quo maior non exhalet acrimonia, quàm illi ignis impartiatur. præterea usque adeo imprudens, ac somnolentus, non legit apud Galenum, tam nono de compositione medicamentorum secundum locos, combusta torrefactaque medicamina dyssentericis exhiberi, cochleas uidelicet, cornu ceruinum, malicorium, & alia, quàm etiam undecimo simpl. cochleas exustas, cum galla, & pipere, dyssentericis commendari, non modo non timere combustorum acredinem, sed nedum piper acerrimum, & mordentibus maxime medicamentis tum potißimum mederi, quum utique est grauißima, duodecimo methaphisic. primo, si quos autem mortuos eò assumpto uidit, non in id causa reijciat uerum in morbi vehementiam: nos enim transacta æstate vltra sexcentos eius usu seruauimus. præsertim gregalium quorundam consuetudine relicta, immaturum præmacerantium, exprimentium, ac postea vrentium, vt sola terrea facultas asseruetur, quum in asso amaroris particula astrictioni cum apertione terminosis non parum accommodet, acrius propterea excutiendum est, quòd asserunt nonnulli, rhabarbarum immaturum idem esse quòd Dioscoridis ac Galeni rheon, quia nullo ferè odore

Cardani lapsus.

Manardi A rō iualida

Mes. auxi liū in Mat thiolum.

Rhabarba rū vnde di ctum.

Rhapō ti- cum.

Fuchsii, ac Amathi, error.

præditum eſt, iccirco & turcicum vocari, quòd è Ponto, Boſphoro, Thracio, Mæoticiſq; paludibus Byzantium affertur. Quandoquidẽ vanã huiuſmodi aſſertionem, omniaque quibus ſe fulcire poſsit vnico diluit contextu Dioſco. cap. de rha. exibilat vulgus, cui facilè palã eſt, quàm bene ſibi reſpondeat nouiſsimus hic Meſ. annotator: quum eadem in Sinica regione quod vere colligitur, aut æſtate, immaturum eſſe fateatur &c. quòd autem dilutum minus purget quàm tritũ, nemo eſt quod ignoret, & ſi contrarium ſtatuat Fuchſ. 3. de comp. med. cap. 8. Anguillarius etiam credit rhabarbari iunioris atq; acerbi radices rhapõticum eſſe, id autem nunquam perſuaſerim, ſi quantumuis exilius rhabar. atque acerbius, rhapontico comparaueris.

COſtus, ex Dioſcoride, lib. 1. cap. 15. optimus eſt recens, albus, abundè plenus, denſus, à teredinibus non eroſus, ſine graueolentia, guſtu calidus, & mordens, Arabum ſectarij habent amarum, & dulce, ſapore quadantenus glycyrrhizæ, colore fuſco, guſtu acri, ſubſtantia radicis ſolida, & ponderoſa, à Dioſcoride vt etiam Plinio, lib. & cap. 12. in album, & nigrum diuiditur, Galenus leuiculam coſto ineſſe amaritudinem ſcribit, qui tamen inter Græcos dulcis meminerit, non reperitur, Actuario excepto. at qui in noſtris pharmacopolijs, imò per totam Italiam venditur: illegitimus eſt, cum odoris grauitate, non vſque adeo acris, vt appoſitus exulceret, ceu aſſerit Galenus proinde vulgaris deſpectus fieri debet, quia quid ſit ignoratur, ſatius, helenio vicem explebimus, quo etiam adulterari ſolet: & ſi neque linguam accendat, neque eundem expiret odorem, alij ammoniacum, vel angelicam ſuggerunt in pratis noſtris ad vaſſalorum priſtinum vberrimam quod eius radix coſtum non obſcurè æmuletur, cum eximia odoris iucunditate acris, nec citra amarorem, hæc raphani inſtar grandis, in plures diuaricatur partes, planta eius cubitum tranſcendit, intus vacua, & geniculata alarum ſinu copioſo, folijs oblongis, ab vno articulo pluribus, cum virore nigricantibus, circum ſerratis, floſculis ſub candidis, in vmbellam cohærentibus, ſemine tenui, ac plano: hæc ad venena, & peſtilentiæ contagia, ad cordis noxas, animi defectus interna vlcera, concretum ſanguinem, imbecillem ventriculum, tuſsim ex frigido, manifeſtiſsimo experimento valet, & mirificè ſuccurrit, aperit, attenuat, diſcutit, calefacit, ac ſiccat, proinde hac minori errore, quàm pſeudo coſto vteremur, niſi verus, & Græcorum notis omnino reſpondens, Venetijs inueniretur, ex Syria, aut India, per Hiſpanorum nauigationes allatus, vnde ſibi comparare debent ſeplaſiarij, nec diutius in ſuis erroribus inueteraſcere. biennio ſeruatur. Eſtque vulgaris Zedoaria, Tercius videlicet Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriens.

Angelicæ cõſideratio, ac facultas.

CVbebæ, inquit Serapion, idem quod myrtus ſilueſtris, & carpeſium, & ſi Dioſcoridis ac Galeni appellationibus diuerſa videantur, quod alter myrti ſylueſtris, alter carpeſii non meminerit, re tamen coincidunt, Actuarius etiam recens græcus, ac Auicenna cubebas carpeſium appellarunt: id verò ex Galeno 7. ſ. ſimile eſt valerianæ, non guſtu tantum, ſed & facultate, maioris tamen tenuitatis, nec vſque adeo, vt liceat cinnamomi loco vſurpare ſicuti faciebat Quintus, at 3. de comp. med. ſecundum locos, vt etiam primo de antidotis cap. 14. perinde atque viribus optimæ caſiæ, non multo inferiorem annuere videtur. cubebarum igitur loco carpeſium veniret; quo incomperto, phu radix, vel primaria caſia ſubroganda eſſet, propterea quum odore, guſtu, ac viribus, non parum diſsideat carpeſium à myrto ſylueſtri, ruſco videlicet, quum legitima ſylueſtris myrtus, quam hoc nomine alibi vbique intelligimus, valde etiam diuerſa ſit, vt cap. de myrto: hinc quàm turpiter hæc implicuerit Serapion, facilè vnicuique eluceſcet: quum verò interpretis errore, titulum de myrto agreſti, in cubebas perperam verſum, vbique legitur. Ego poſtquam aggregaui, &c. adſciticium eſſe, non Serapionis, ideo illum à calumnia vendicare conantur Reuerendi Meſ. annotatores, non viderunt remouenda quoque eſſe, quæ ex Galeno 7. ſ. de carpeſio, ſub myrti agreſtis nomine tractat: propterea male propria, peius aliorum crimina, ſub cucullo recondi: quum verò aliorum admiſſa opinione, nulla ex parte differant carpeſium, & cubebæ: vulgares autem ſemina ſint aromatica, & amariuſcula: hinc multis, & his quidem non contemnendis rationibus, huiuſmodi baccas non eſſe carpeſium, ſed nedum eius ſemina, contendunt Braſauolus, ac Matthiolus, aduerſus Hermolaum, Ruellium, ac Fuchſium: quod crediderint communes in myropolijs cubebas, illas referre, de quibus ſcripſere Serapion, Auicenna, ac Actuarius, nec non eſſe carpeſium: quod iſtorum repererint neminem, cubebas plantæ fructum, aut ſemina dixiſſe, & ſi cum ruſci planta ſemen pariter deſcribatur ex Serapione. Ruellius etiam ab his diſſentit, qui ruſci fructum cubebas maurice vocatas credunt. quoniam autem phu radices in medicamẽta tantummodo inſeruntur, & Galenus carpeſium herbam eſſe, phu appellato genere ſimilem dixit, atque tenuia ſarmenta, cinnamomi virgultis ſimilia: igitur facilè credi poſſe, Galeno potius radicum eſſe ſarmenta, argumentatur Matthiolus: ad hæc quia vſitatæ cubebæ, nullum prorſus phu ſaporem reſpirant. ideo iſtorum opinioni aſſentire non poteſt. attamen & ſi vetuſtiorum nemo, carpeſii ſemina eſſe dictauerit, quum in rebus dubijs ſuſpendenda ſit ſententia, vulgares has baccas, eius ſemina non eſſe, tuto aſſeuerare non poſſumus, neque enim omnia nouere, neque eorum etiam vires explorarunt. præterea & ſi valerianæ radix duntaxat Galeno uſuueniat, non ideo eadem tantummodo particula utendum cenſuit in carpeſio Gal. nedum aliarum partium uſum prohibuit. Quandoquidem piper ſapore gingiberi reſpondet ex Dioſcoride, nec ideo utriuſq; radice tantum utimur, nec cinnamomi radicibus, aut carpeſii ſarmentis, uel è contra, ex Galeni ſimilitudine, & ſi Fuchſio hic aſtipulari in Paradoxis poſsimus, præter Matthioli opinionem, quũ ſarmenta propriè ſint uirgulta, ac uiticulæ, radicibus minus competentia, id quod quum effugere non leuiter poſſet, diluere aliquo modo tentauit, nihil ex hoc conſtituti præſeferens: denique quum ſibi perſuaſerit ex

Myrtus ſilueſtris duplex.

Serapionis obſcurus.

Monachorum vana expoſitio.

Carpeſiũ. Hermolai Ruellii, ac Fuchſii tutela.

Cubebæ nõ ſunt ruſci fruct⁹

Sarmenta quę ſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Galeno, carpesium Valerianæ odore respondere, propterea & eius semina eodem prædita esse debere: fallitur meo quidem iudicio, odorem, ac gustum confundens, diuersa & si sint: vt cap. de lacca discutietur: gustu enim conueniunt, atque aromaticum quiddam plus spirant, nec ob id simili odore pollere dicendum crediderim. Brasauolus etiam talibus probat cubebas nostras, non esse carpesii semina. quis vnquam dixit, festucas fructum habere, ac si carpesium festuca sit, eæq; nullum semen emittant, herba tamen quum ex Galeno vocetur, quantumuis tenuissima ad semen pariendum habilis. Cæterum vt paucis absoluam verbis, relicta hic, atque alibi millies, minuta loquendi curiositate, citra omnē censurā, multa prætermittemus, quæ ne seculo quidē, vel examinaturis, vel diligenter inquisituris complecti possent. horum enim loco, succedaneis prædictis potius vtendum, censent alii piper rotundum Theophrasti, 9. de historia plantarum. quum verò augurari Matthiolum scriptitat Amathus, quod Zedoariam, siue Zurumbeth, Arabum carpesium dictauerit, eius scriptis accuratissimè perpensis, vel hispanum somniasse, vel lethargicum esse, omnibus facilè persuasum: puto quod in hanc nusquā deuenerit opinionē, huic maxime præferendus Matthiolus: à quo si quid eruditi in eo est, omnia etiam fœdissimè euulsit: vt.n. alteri non deest ingenium, ratio, memoria, studium, doctrina, lepor, ac diligentia, Amatho hebetudo, temeritas, stupor, ignauia, vitium, fœditas, incuria non absunt: & si illum bis septies, nec multo plus, tam segniter vellicet, vt in eius explodendis calumnijs, tribus, quatuorúe duntaxat exceptis, non multum sit insudandum.

Matthioli ridēda sententia. — *Brasauoli lapsus.* — *Amathi demētia* — *Matthioli laus.*

GIngiber, ex Diosc. lib. 2. cap. 151. in Trogloditica Arabia magna ex parte nascitur: huius radices cyperi modo paruæ sunt, candicantes, ac odoratæ, atque piper sapore imitantur. Eligi debent quæ teredines non nouerunt; nā perforari facilè solent: à Lusitanis ēt in India nasci traditur, non minus frequens quàm apud nos allia, diuersi sanè gustus, ex vario effossionis tempore, quod si arescēte scapo, maturum scilicet colligatur, non facilè corrosioni subijciatur, & cariem sentiat, ac si per ver importunè euulsum sit, huius radices geniculatis serpunt internodijs, in morem graminis, è quibus subinde nouas radices, & ex acumine dispergit: folia harundinacea habens, exilitate tamen, & fastigio breuiore, quæ bis, terúe in anno pergerminant, at non plus agitur in profundum radix, quàm ad ternos, vel quaternos palmos, harundinum modo. quum eruitur Zingiber, relinquunt internodium radicis, eadem in fossa, terraque aggesta, ineunte vere repullulans, vberes quot annis suggerit partus. hæ recentes, sacchara, aut melleo, quodam liquore condiuntur, natali solo delicatiores, & fictilibus in Italiam asportantur, itidem fit Venetijs, & Mediolani, officinarum mangonio, ex aridis veterascentibusq; radicibus; veruntamen facillimè deprehenditur ex Brasauolo, quoniam ex recenti zingibere conditum, minus acre est, & gustu delectabile, ex veteri autē mordicat, nec ita gustum satiat, ac in fine nonnihil velut filamentū in ore relinquitur; hunc taxandi desiderium, vel captandæ gloriæ cupiditas, eò Matthiolum prouexit. ut more solito, eius verba corrumperet, nec synceram hominis mentem assequeretur, ni bene sibi actum putet, si probos authores vexet, & perturbet, si textus violet, atque euertat, potissimum quod acrius illum dixisse notet, Venetijs mangonizatum gingiber, dulce autem viride propria in patria conditum, quod si scripserit prædicta legentes dijudicent, Enimuero minus acre legitimum censet, idest minoris acrimoniæ, sophistico comparatum, quod tum acerrimo lixiuio, ex querneo cinere, calceq; maceratū, modo muria, modo dulci aqua maceratur: in his enim & si odoris, ac natiuæ acredinis parte spolietur, non potest tamen temporis curriculo, nō extraneam, ac intima subeuntem induere acrimoniam, ex maceratione præter naturam imbuta, eaq; acquisiticia acrius quàm recens asseruatum appellari. quod si aridum, non præmaceratum, condituram, suffer ret, maiori profectò acumine, gustum vellicaret, sicq; Matthiolum etiam impugnaret, quod humiditas aquea in viridi zingibere, de qua Galenus 7. s. acrimoniam hebetat: vt nisi alios sales, reconditioraúe afferat, anagyrum mouebit, & à probatissimis viris facilè refelli poterit.

Brasauol. à Matthioli morsu liberatur.

ANisi planta, & semen, vulgaris sunt noticiæ, idque etiam hodie, vt ex Dioscoride, lib. 3. cap. 54. melius est recens, plenum, non furfurosum, odore præstans, inter prima laudatum est creticum, proximo loco Aegyptium, eius in vsu semen solum, ad triennium vsque non inefficax, in siccando tertij ordinis, sicut & in calefaciendo, ex Gal. 6. s. at Auicenna duplici errore, in secundo siccum, ex Galeno ex Dioscoride vtrunque in 3. dictat, & si qualitatum gradu relicto, hoc pacto scribat Diosco. Anisum in summa calefacit, exsiccat. halitum iucundiorem facit, &c. id subamarum, fecit Galenus propterea nostrum esse γλυκανισον, idest dulce Actuarij, crediderunt nonnulli. quum nostrum furfurosum nunquam sit: vide cap. de anetho.

Auicennæ lapsus.

FOeniculum satiuum, nulli non nothum, floret Iunio, & Iulio mensibus, semine crassiore oculus, & gustui magis blandiente, quum alterum sub nulla olitoris lege minus sit, atque acrius. per fœniculum absolute, eius semen accipiendum, radice etiam maximi in medicina vsus, id quidem nobilitauere serpentes, gustu eius senectam exuentes, eiusque succo oculorum aciem recreantes. Fœniculum calidum in 3. & in 1. sicuum, constituit Galenus 7. simplicium, Brasauolus cum Auerroe, 5. collect. siccum esse in secundo contendit. hacq; ratione in Galenum medicorum antesignanum inuehi audet: quod ad rem nihil facit, illorum ratio, qui in primo tantum ordine siccum esse dicebāt, quoniam lac procreat, quia nihil impedit, quin sit siccum in 2. Nempe: quod lac non procreet, quia in lac conuertatur, sed alia conuertit, vt sanguinē in lac conuertat, & ad mammas ducit, quas suo calore roborans, & mammarum vim concoctricem perficiens, sanguinem in lac facilius cōuertit hoc illius argumentū medicinæ initiatis indignū: quod siccū in secundo nō impedire lactis procrea-

Brasauoli irrita cō.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tionem, sibi falsò persuasit. quum Galenus 5. simpl. cap. 21. scribat. siccitas enim vt non iuuat, ita non parum nocet, ad lactis generationem, vel res apta sit in lac mutari, vel vt medicamentum pituitam extenuans, ad quæ requiruntur quidem excalefacientia, non tamen desiccantia, quoniam ea quæ desiccant humorem sanguinis depascentia, ipsum crassiorem, simulque pauciorem efficiunt, tum si natura quoque sint calida, iusto calidiorem, sin frigida frigidiorem: debet. n. modice esse calidus, ac neuti quam crassus, vt lac generet, &c. quam Galeni rationem, si non accipiebat, vt falsam reprobare tenebatur, vt quum erucam, fœniculum anethum, adhuc virentes herbas, non tantum vt medicamenta, sed vt nutrimenta, lac gignere scribat, velitq; virides esse, vt humiditate magis participent: sicca enim minus idonea sunt, & tunc menses prouocant, quum in siccitatis gradu excedunt: quòd autem hippomarathrum siue errasicum dicitur crassiore, duriore, breuioreq; folio, sexcubito caule, minore vmbella, flore coloratiore apulo, ac samniti agro cognitissimum est.

Galeni tutela.

LIgusticum, seu cum Galeno, libisticum, ex Dioscoride lib. 3. cap. 49. plurimum in Liguria nascitur, in mõte apenino, alpibus contermino, semine nigro, solido & oblongo, fœniculo proximo, gustanti acri, & aroma olente: &c. non est vulgare leuisticum, caule alto, crasso, cauo, & geniculato, folijs nihil ad fertulam campanam accedentibus, at vt apium incisis, crassioribus tamen, & maiusculis, flore licet fœniculi æmulo, semine, tamen non solido, non aroma olente, sed friabili, squamoso, & ingrati odoris. quum igitur verum lygusticum, passim in tota Lyguria, à qua id nomen adeptum est, & nascatur, & Genuæ etiam, in ciborum condimentum veniat, plebi potissimum, obsonica, & pulmentaria, sapore piperis commendans: curauimus à mercatoribus, qui indies illhuc accellerant, ad nos quoque asportari ex stirpe illis imperatoria semine seseleos non absimili nigro, ac aromatico: quid autem sit planta hæc, Leuisticum dicta etiam hippomarathrum an ad apij speciem, aut dauci redigeret, formidauit Manardus, lib. 11. Epist. 4. hanc sub quo comprehenderet, silentio inuoluit Brasauolus, at qui in stirpium doctrina diutissimè versatus est Matthiolus, non modo in lygustici commento, legitimum censet hipposelinum, sed etiam capite de hipposelino, suo se telo confodiens, sibi met vulnera infligens. Constat enim ex Dioscoride, lib. 3. cap. 62. hipposelinum dependentibus in cacumine corymbis, antequam florescat consistere, semine turgere nigro, & oblongo, acri, solido, aromatico; quid igitur ego argumentor? quid plura disputo? quum leuisticum ex eodem Matthiolo, semine sit non solido, non aroma olente, sed friabili, squamoso, & ingrati odoris, vt supra: id quod quum ipse met firmiter asserat, opus sanè non est, contradictorem pluribus comprobare: quanquam latinè, cum eiusdem erroris pertinacia, leuistici seminis indicia, hoc dolo fortasse corraserit: at præter alia in eum reijcienda cap. de olusatro, & si alioqni peritissimum se ostentet, præpropera nimis celeritate, quicquid in buccam eccidit, inconsulto prælo sæpe comisisse perhibetur, quum neque leuistici radix cruda, aut cocta, neque folia cum caulibus elixa ingrati maximè odoris teterrimiq; gustus, quibus sanè ac alijs Laserpitij species esse non potest, vt proponit Anguillarius mandãtur: id etiã eum, nec non Amathum, erubescere planè cogebant, vt quum caule altissimo, non nisi in hortis prodire, vulgari idiomate subiecit Matthiolus, melius tamen in latino volumine, inter omnia apiorum genera, grandius scribens, nec hortensem appellans, obliterata videlicet clausula, non inscius (vt credimus) huius generis plantas, secus campestres uias, etiam exoriri, ceu apud nos in agrorum scrobiumq; marginibus innumeras, at quod peius est, Venetijs ex horto clarissimi Medici, è Maphæis, quam lygustici effigiem appinxit, se accepisse tradit: ea tamen quum sit herbariorum siler montanum, cimicum fœtorem præseferens.

Leuisticũ.

Matthioli error, ac repugnantia.

Amathi lapsus.

SAccharum, barbaris zuccarum, uoce parum mutata, extremam suauitatis lineam claudens ad gancam, secundasq; mensas desideratissimum, nulla non forma introferri solitum, in crustula, placentas, bellaria, liba, alijs permistum, & superdatum nullum cibi genus corrumpens, magno gulæ delectamento, omnium saporum domitor, acria leniens, acida retundens, salsa demulcens, austera superans, acerba mitigans, fatua, ac insipida commendans. succus est plantæ harundinaceæ humido solo, quum semine, tum surculis satæ milium Indicum, melicam uocant, uerius quàm harundinem præseferentis, intus enim succosa, mollis, graui pulpamento obstruitur, quum harundo è contrario sit leuis, dura, uacua, quæ mox senescens, fissili inarescit ligno: ex huius calamis diligenter attritis, igneque decoctis, cogitur succus in imò uasis, salisq; instar cõcrescit, at purius, ac elaboratius, niueoq; candore, plus minusue obdurescit, quo magis defæcatum, diutiusq; excoctum est. Iccirco quoddam finum appellatur, purissimum uidelicet, ac præstantissimum, nomine à fine mutuato, quia ad finem bonitatis peruenerit, candore, duritie, suauitate præcipuum. Aliud infimum, ab hoc prorsus euarians, lentum, humidum, nigricans, insuaue, & fæculentum primæ decoctions nominatũ: inter hæc extrema, duo quoq; sunt media, alterum infimo proximũ secundæ reliquum summo, tertiæ decoctionis nuncupatũ: quarto etiã, & quinto excoqui solet, donec candidius, ac cõcretius, aluminis modo translucceat: quibusdã ẽt sub equino fimo reponitur, candidũ uocatũ: post horũ cõfecturã, relinquitur etiamnum melligo quædã, quasi recrementum, iniectionibus intestinalibus non inutile, excrementosum, ac uilissimum sacchari genus. Nostrum itaq; saccharũ sit, ne id quod sub mellis specie Dioscorides ac Gal. describunt, nasci in India, & in Arabia fœlici, & ab eadẽ ne plãta prodeat, è qua nostro seculo è Medera, fortunatis insulis, nũc Canarijs in ripa fluminis Nigui, multifariã paratũ, ut 4. lib. historiarũ Indicarũ, cap. ult. & alijs multis locis in frusta, panesue piramidales cõdensatur: ingens inter eruditissimos medicos orta est dissensio, in qua ultro, citroq; laboratur uehementer, si quidẽ Manardus libro 2. Epist. 2. multis nititur rationibus, ad diuersitatem probandã, ut ẽt lib. 9. Epist. 5. lib. 15. Epist. 5. & lib.

18. Epist. 1. quæ omnia nunc refricare, hominis esset nimium ociosi, nam idem sint, uel non, ad uitam hominis magni momenti non sunt: satis enim constat, in eandem sententiam doctissimis quibusque concurrentibus, nostrum saccharum antiquioribus ignotum, proinde à vetustiorum saccharo diuersum, & si Amathus idem esse mera authoritate defendat, quum forma, efficiente, alijsque differant, quæ omnia alibi in suis Epistolis sparsa, collegit Manardus, lib. 9. Epist. 5. ac se viriliter tutatur, aduersus Vincentium Caprilem: nihilominus acerrimi ingenij Matthiolus, iterum audet, non spernendis quibusdam ratiocinijs Manardo infensus esse, eo quia antiquiorum saccharum, non ex ipsa met planta, è qua huiusce ætatis saccharum exprimitur, ac quod rori congenerem, in morem mellis aerei, noctis primo frigore agglutinari, de hinc superueniente solis calore, super harundinum folia conglabari dixerit. primum itaque: quia nusq; reperijt, Dioscoridem, Galenum nec veterum, aut recentiorum quenquam scripsisse, id saccharum in ramos, vel frondes è cœlo deciduũ, eo pacto vt mannam concrescere; ideo fit, vt illi refellenda videatur Manardi sententia: quàm igitur argutum sit cauillum, hinc liquido patet: quod & si Diosc. lib. 3. cap. 74. asserat; in harundinibus inueniri saccharum, salis modo coactum, dentibus fragile, vt etiam Plinio talia referenti consentit Matthiolus, quamuis ex rore concrescere non scripserint, vel in arundinibus, vel in extima earum parte, ex ἐπὶ significatu, ita tamen intelligere voluisse credide rim: quoniam inter mellis species enumeratur, mel verò ex Arist. 5. de hist. animalium, cap. 22. ex rore aeris, syderum exortu potißimum, & arcus cœlestis incubitu apes contrahere, non autem ipsas facere apes, sed rorẽ candentem deferre, quæ argumento sint indicat, idque non negaturus est Matthiolus ex Gal. adducens 3. de aliment. facult. eiusdem cum rore generis mel esse. diluat igitur Mmanardi obiecta si potest: quum inter mellis speciem Diosco. Gal. Plinius, saccharũ reposuerint, ac mellis materia sit ros, ergo patet conclusio, debebat pro fectò hæc refellere Matthiolus, non tam tenuibus moueri argutiolis secundo, quũ infert, non modo non esse credendum, sed ne cogitandum quidem, Dioscor. qui diligentißimè simplicium medicamentorũ historias, literis, memoriæque mandauit, silentio præterijsse tam pulchrum, & admirabile, scituque dignum naturæ opus, in saccharo conficiendo, nec minus id reticuisset Gal. naturæ operum maximus indagator, vt nec roscidi mellis historiam, 3. de aliment. facult. cap. 39. sua ætate super arborum frondes reperti. his respondere facillimũ est, Dioscor. ac Galenum, non latuisse, saccharum suum rori congenerẽ, vt mel, quum mellis speciem esse dixerint, verũ eius originem, quoue modo coalesceret, aut his insideret ignorasse. quippe quòd existimare, æquũ est, ita saccharum in calamis concretum, his traditum fuisse, eo in India, aut Arabia non viso, ceu ex Galeno potißimum elicitur, his verbis, 7. s. sed & sacchar, (vt vocant) quod ex India atque fœlici Arabia conuehitur, in calamis (vt aiunt) concrescit: addit enim vt aiunt, subdubius, & rei nescius. non mirandum ergo, si illotis ferè (vt dicitur) manubus, & pedibus, ita rem hanc, vt ad vsus medicos, tunc temporis non multam expetitam pertransiuerint. Quandoquidem calami speciem, ex qua oriebatur saccharum audiuerant: at si plantam hanc appositè agnouissent, harundinemq; putassent, non erant prætermissuri, vbi multiplices harundinum species enumerauerunt: vtque calami aromatici, & odoratæ harundinis, ita & eius quæ dulcem profert succum, simul meminissent, præsertim 4. s. cap. 15. vbi priusquam aruerint dulces esse maluarum radices. Aegyptias potißimum, vbi harundinum maluarum loco transferunt quidam ex græco codice καὶ τῶν καλαμοι αὶ μαλαχαὶ ῥίζαι. *idq; perfunctorie vel saltem vt ex Solino cap. 65. succum ex harundinum quarundam radice expressum, ad suauitatem mellis, quasi saccharum interpretari possemus, ceu ex Hermolao, 1. sui corollarij, cap. 122. Arbitrari autem vetustiorum saccharum, nostratium met plantarum lacrymam, extra harundinem, vt gummi ex arboribus erupisse, ac resudasse, voluntatis affectum, non probationem, demonstrat: nam hoc confundit Manardus, lib. 9. Epist. 5. erga Vincentium Caprilem, qui hanc persuasionem ante Matthiolũ induerat: quod non rectè ab allegatis authoribus mel diceretur, ac inter mella locaretur: quo ad Plinium, qui lib. 12. cap. 8. quum etiam ipse mel in harundinibus collectum, non extra, & si gummium modo candidum, ac dentibus fragile scripserit, non tamen lacrymam, seu liquorẽ, qui nimia succi copia, aperto in latere calamo, perinde ac gummi exterius concreuerit, scriptum reliquit, sed potius contrarium, id etiã defendente Manardo, lib. 2. Epist. 2. tertia ex Matthiolo, efficacior sanè ratio accedit, quod quemadmodum in Calabria, manna à sole tacta, dum arborum inhæret folijs, paruo temporis spatio in auram euanescit, eadem sanè ratione, id saccharo euenisset, si ex rore conciperetur, vt hi contendunt: dissolueretur enim potius solis ardore, quàm concresceret. hæc ille: qui vbi vires suas ostentare, strenuiusq; dimicare animo volutat, & boni Imperatoris more, fortioribus semper copijs pugnam redintegrare, segnius & imbecillius se gerit, hoc præsertim argumento, quo Manardo ac Fuchsio prorsus aduersari putat, obstat enim quod hi, quorundam calamorum dote, roris adminiculo, vetustiorum saccharum fortaßis ortum traxisse asseuerabunt: vt in robore ex Theophrasto, 3. de hist. plant. cap. 9. melleus humor cœlo cadens, nec alijs magis insidens frondibus: qui si manna esset, non robur potius, quàm aliarum plantarum folia inspergeret, eaque ratione radios phœbeos non pertimesceret: quum non à solo rore, vt manna, sed etiam ab harundinum virtute, humoris suppetias habeant, cuius tenuiorem partem, sol inhalitum vertẽs, craßius magis, ac durius residuum linquant, sicque forte gummium modo appareat, non quod per internodiorum fissuras exiens tenuior pars, in harundinum sacchariferarum medulla, solis calore addensetur, vt nostrum saccharum ignis potentia: præterea Manardus libro 15 Epist. 5. se non dixisse saccharum, speciem esse mannæ, sed sub melle, veluti sub genere contineri vtrunque asseruit. Cæterum*

Sacchar ũ vulgare, vetustiores latuit.

Amathi falsa opinio.

Pro Manardo calumnia cõfutatur in Mathiolũ

Matthioli argumẽta diluũtur. Fuchsii tutela.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

non videt tela suis iugulis intenta Matthiolus: quum cap. de mannæ, ardente Syrio, mannam in Calabro solo, hac tempestate è fraxino, atque orneoglosso, vt gummi collacrimare fatetur: quia sic, nimio solis æstu, in auras euanesceret, potius quàm concresceret: propterea hæc Matthioli arma, centuriones, & cohortes, non periculum nobis, sed præsidium denuntiant, neque auxilium modo defensioni nostræ, verum etiam magnum animum pollicentur: si quidem non disparem adducit figuram, qua per harundinum internodia, vetustiorum saccharum emersisse tueamur: si verò ea manna sit, quæ diebus superioribus easdem in arbores deciderat: huc adeste animis iudices, huc iudicium conuertite: ita enim dictat, quum illis regionibus vsu euenit, quod præ cæteris prædictæ arbores, eo mellifluo rore affatim, abundeq; madescant, sitque cortex solis ardore nimio sitiens, ac rimosus, magnam liquoris quantitatem intra se absorbet, quo fit vt post modum exurente canicula, inciso eodem cortice, idem liquor exiliat, & in grumos concrescat, idque occulta harum plantarum proprietate, quod alijs melleo rore aspersis, non contingit. quæ igitur sit horum causa, iam delitescit, & humanæ sagacitatis captum excedere videtur: quid autem obstet, quin orientalibus in locis, vbi mannæ ingens copia quotannis defluit, alijsque, in quibus mel roscidũ fraxinos, non minus quàm in Calabriensi patria irrorat, nec proinde vel sponte exudat, monachorum relatu, vel aperto cortice, aut truncis perforatis, vel tantillum eius destillat liquoris: hæc enim naturæ sunt archana, Philosophis ipsis incomperta. quod non ab re excogitandum sit, tantam mellei roris copiam intrudi nequaquã posse, quantus per tot dies, etiam vi ignis forzata vulgo à Calabris exhauritur, quin potius solis ardore dissiparetur, colliquaretur, retrocederet verius quàm ab hiante cortice imbibita, in intima harũ stirpium se se diffunderet, harum propterea propriam resinam arbitrantur quidam, potest verius, eleomeli species appellari, eo modo, quo aliquod discrimen esse inter id, & aeromelli censuit Hermolaus, 1. sui corollarij, cap. 37. non ideo vocum affinitate illusus, & si eò Matthioli, vel ante eum Brasauoli pedicæ, falsò illum deducant. alterum enim ex oleis Syriacis, alterum ex æthere emanare non ignorauit. Quantum sit ad Auicennam, cuius authoritate, inuiti Manardum prædicat, lib. 9. Epist. 5. qui locũ attentè perlegent, curiosum quidẽ, at minus probe sentientẽ Matthiolum agnoscent: quod notã Manardo inure re velit, ac si Auic. nõ intellexerit, tametsi eius dicta non probet, sed scribat mentem Auic. quod eas vires ille ascribit zuccharo albusar. quas Diosc. Gale. Paulus suo, vt non tanquã testẽ, sed quia Caprili medico aduersaretur, nec subscriberet: imò si Auicennæ fides adhiberi potest, quem supra mendis scatere, protestatione tamen præmissa, dono hoc se fecisse, non ex debito testatus est Manardus, id præstitisse, ob agnitas inter Auicennam, ac Serapionem discordias non ignorandum. Nempe Serapion, authore Isach, & Abriafinæ, zuccharum albusar esse mannam non tradidit, vt Auicenna, sed neque amarum absolute, at aliquantulum quasi minus dulce, ipse autem & in eo est amaritudo, in fine autem, & in eo est dulcedo parua, conferre etiam hydropi, cum lacte camelæ nouiter fœtæ, Serapion authore Isach, cum lacte mandragoræ. hæc itaque Arabum dissidia, hos Auicennæ lapsus, Manardum nouisse quis dubitat? vt in eius Epistola, at quamuis ex Serapione, alia esset ab harundine planta albasser, id non refert: Arabibus prius à Manardo reiectis, & reprobatis, confusis, & terra caligine obrutis. hinc enim cadunt, corruuntque vno ictu, tot strepitus, tot Matthioli artes, mera verba, caduca, & inania, nec ad rem facientia, nec Manardi opinionem vt par est afferentia. quũ præsertim ex Auic. probare nititur antiquiorum saccharum, perinde ac gummi ab interiori medulla exterius emanasse, ibiq; post modum solis ardoribus concreuisse, quia assumptum sicut gummi, abstergere oculum, capite præcitato asseruit, vt planè hallucinatur Matthiolus, & si ex Plinio, in harundinibus, non supra eas collectũ tradatur, vt Græcos relinquam, ob vocem Epi, quæ in, & supra significare potest. quum autem antiquiorum saccharum, quod in India, fœlicique Arabia, in harundinibus coagulabatur, Sal Indum Paulo, ac Auicennæ extitisse asseruit: non cernit quæ postea falsò sibi persuaserit, aduersus Fuchsium, quum ex Gal. sitim excitare contendit, & si non perinde ac mel, nam sic Gal. saccharum, sitim sedans, & humectans, in 1. ex Auic. cap. de melle, per mel thabarzet, & de canna, idem conyciens, & si alij aliter senserint, vt cap. de sale Indo: quumq; eiusdem siccitatis cum melle asserat Gal. hinc etiam nullam prorsus inire probationem potest, vel rationi, ac veritati prorsus refragatur Matthiolus: si illud humectat hoc vero siccat, vel Gal. verba, Fuchsii modo astruenda sunt, & si 8. meth. med. cap. 4. inter mulsam, & oximelli, medium, statuat apomelli, & inter hæc medium saccharum arbitretur. Porrò quatenus nec inimicum stomacho, ceu nostras, nec sitim afferens, quum catenus ab illa substantia differre censuerit. vt vt sit, priscorum, saccharo non amplius afferri cognito, nunc ex nostro facticium fit, candum vocatum, quod salis instar infringitur, ac transparet, quo etiam præstantius est, quod in fictilibus vbi iulepum violaceum asseruatur. æstate concreuit, humectans videlicet, leniensque magis: ex quibus aũt calamis, suapte natura, prioris æui saccharum exorietur à nemine hactenus, vt res postulabat explicari potuit, quod temporis iniuria, aut loci distantia, nõ solum primos authores, sed etiã nouissimos sub dubio reliquerit. opinari .n. harundines nostratibus similes, sacchari liquore prægnantes, annis iam pluribus falcem non expertas, per se liquorem exudare, vt gummi, ac resinæ ab arboribus emanant: Indos autem spe lucri postea edoctos quotannis vniuersos incidisse calamos, præssosq; & coctos, illis vberiorem sacchari copiam suppeditasse, hinc naturæ impeditam operationem, & vetustũ saccharum deperijsse: hominis est potius creduli, quàm qui Indiã visere malit, nulla ad id ratione impellente, credi equidẽ verius posset, senioribus incognitas extitisse plantas, è quibus suum sacchar, quod earũ effigiẽ vix dũ præterijssent Gal. autem incomptas

Matthiolus, ac Brasauol° inaniter Hermolaũ accusant.

Auicenna ac Serapiõ discordes.

Sal Indũ. Matthiol° in Fuchsiũ retũditur. Mel tabarzet.

Saccharũ candum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

dubio vocat, quod aliorum opinionem expresserit, ex quibus ruerent etiā omnes Manardi rationes, quibus se tutatur, dum inquit, ergo male ab his, sub mellis specie comprehensum esset, nam concedi posset, perperam ab antiquioribus ita actum esse, vt in peregrinis, & longinquis, abditisq; fieri planè consueuit, tuncq; neque ex rore vetustiorum saccharum, neque sub alia harundinum specie concrescere, vt tutè dici non posset, ita temere, ac sine vlla ratione, omnia de saccharo Manardum pronunciasse, quasi conuinceremus. propterea si has rationes obtulisset Matthiolus, sacchari dulcedine allectus, non nisi dulcissimam expuisset saliuam, vtq; obiurgandus est, ita verisimile aliquid protulisset. Animaduersio in Manardū. Deniq; vt vela complicemus, multa prætermittimus Laconicos imitati, quæ propediem fortassis in lucem prodibunt. nam & si ante Gal. tempora, expressas fuisse harundines, & saccharum nostrum cocinnatum, testentur quidam ex Marco Varrone, qui ante Christi aduentum vixit, Cæsare imperium occupante, Statio Papinio, lib. 1. syluarum tempore Neruæ Imperatoris, Strabone lib. 15. sub Octauiani corona; Gal. verò sub Antonino Cæsare, his iuniore vixerit. Matthiolus latinè loquens, facticias Indorum potiones esse contendit, non quod ex eorum harundinibus, saccharum aliquod pararetur: quum verò Lucanus, 3. pharsaliæ & Varro, ex his tantum cecinerint, quibus innitatur videant alij: quum præsertim vulgari idiomate, in huiusmodi lapsum inciderit, vt Varronis ætate elicitum ex harundinibus, atque addensatum saccharum, & si non pari vt hoc æuo coctione asseruerit. nec se aliter olim sensisse confessus est, nec mutatæ opinionis veniam poposcit, ac si eius sapientiæ ratio, eiusq; doctrina, ea sibi dignitatis insignia adoptauerit, vt more Gnatonis Terentiani, nutet, ac fluctuet, & rem se dignam facere polliceatur. Matthiol[us] sibi ipsi opponitur. Clarificatur pari aquæ pondere, & per saccharum absolute purissimum est accipiendum: albissimum, & exquisite coctum: rubrum enim impurum est, & ignea spuma qualitatis temperiem excedit, versus mel, longe vilius, vt vilissimum recrementicium, & veluti fæx, ac sordes alterius cocturæ: quibus tamen promiscue improbi aliquot syruporum coqui, in artis vilipēdium magno ægrotantium damno abutuntur: saporem, colorem, substantiam corrumpentes. proinde publica censura castigandi: quum priuatim corrigi nō malint, & huius pili hominum maxima semper affuerit fæcunditas. Sunt & harundines Indicæ vocatæ, aureo, argenteo, vel eburneo, limbo succinctæ, primatibus senio confectis, Scipionis vice, gradum stabilientes: quas nescio qui veram papyrum arbitrantur, de qua Theophrastus, 3. de hist. plant. cap. 9. & lib. 1. Dioscor. Harundines Indicæ. Papyrus

Syrupus cotoneorum aromaticus, vulgo myua, in syrupis declaratur.

MEl apum, vbiq; tam cognitum est, quàm cognitissimum, ideo saccharo cedit: quum omnium cupido elanguescat, quorum facilis est occasio: propterea in eo explicando immorari operæpretium non sit: id certis olim in regionibus probatissimum, nunc etiam in Italia familiarissimum, vberrimum, & excellentissimum, rusticorum curæ relinquitur, ex Dioscor. lib. 2. cap. 74. magis probatur dulcius, & acre, odoratius, subflauum, nec humectum, graue, & minime fluxum, quod ob sequacem lenticiam non facilè abrumpitur, fractumq; resilit in digitos. primatum tenet in mellis genere vernum, deinde æstiuum, hybernum verò vtpotè quod crassius constet, deterrimum reputatur, ceraginis halitum expirat: difusius id declarat Gale. 7. meth. med. cap. 6. quod mel colore flauo sit, & odore suaui, tum purum adeo, vt totum pelluceat, ac gustanti parum acre, iucundissimumq;: præterea tā sibi cohærens, vt si digito attollatur, continuū sibi, nec intercisum, ad humū defluat, id omnium est optimū, si verò abrumpitur, nec demissum, ad terrā vsq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut ex dissimilibus partibus compositum: deprehendas autem id, si diligentius inspicias, aut crassitudines, aut humiditates habere innatantes, quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti cerosum: itaq; magis mel est, quod & crassius est, & cui tales quæpiam crassitudines innatant: excrementiosus verò, ac concoqui, perficiq; difficilius, tum quod totum humidum est, tum in quo multæ in partibus sparsæ apparent humoris guttæ. Porrò in quo vel ceræ qualitas aliqua, vel propolis, vel id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est optimum, vt etiam malum sit: quippe nullam penitus alterius cuiusque rei eminentem in se qualitatem continere debet. Optimum raro expetunt pharmacopolæ nec delectum curant, lucro, & Mammonæ tantummodo vacantes. vbi mel simpliciter scribitur, ablata spuma accipiendum, crudum etsi quandoque inijciatur: vt in Diamoscho, est & venenatum mel in Heraclia ponti, quod ex Plinio, lib. 21. cap. 13. mænomenon quibusdam appellatur. Est & mel siliquaceum ex Strabone, 15. Geographiæ, quin & ex Pomponio mela 3. de situ orbis: mella ex arborum frondibus, quibusdā Indiæ locis emanant. ideo cuius rei mel sit. & plerisq; vocari cōsueuit: vt hoc mel apū, aliud mel cannæ .i. saccharū, olim ex sacchariferis harundinibus simpliciter expressum, huius æui artificio adhuc incomperto: hodie hispanicū mel vocatum, ad nos interdum affertur, quandoque violas subolens, purissimum, & præstantissimum ac non exigui candoris, & si flauum à coryhpeis nostris præpositū fuerit. melli despumando quadruplum aquæ permisceatur, ex Gal. 4. de tuend. s. cap. 6. quū verò aiunt nonnulli, vulgarē consuetudinē laudatā obtinuisse, vt mel crudū per se pauca effusa aqua despumetur, alys aūt pro diuersis scopis interdū æqualē, duplā, triplamúe immitere, receptæ consuetudini nimis indiscrete satisfaciunt: quum melli multam spumam euomenti, quadruplum aquæ, nec minus Mellis despumandi modus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

integre conueniat: vel æstimata mellis præstantia, industrio artifici plus minusúe adijciatur, & si nostrum iusto aquosius sit, nec optimum, apibus aqua submersis: quũ alibi fumo eiectis cõpactius, mel & flauũ magis fiat.

Diaromaton basilicum Actuary.

RECipe spicæ, caſ. aromaticæ, mastiches, caryophylli, cinnamomi electi, aſari, ſing. vnc. florum maioris roſmarini, croci, triũ ſantalorum, coſti dulcis, maceris, cinnamomi, zingiberis, ſemis fœniculi, anethi an. vnc. i. & med. nucis moſchatæ, calami odorati, an. vnc. med. mel ex ſucco cotoneorum, aut malorum punicorum coquito, igne molliuſculo, quo deinde ſpecies ſubigito.

Proficit contra craſſam pituitam, imbecillo ſtomacho oppitulatur, appetentiam excitat, erumpentem tumorem abigit, concoctionem adiuuat, colorem corporis purgat, mentem exacuit, fugat interaneorum ſpiritus, viſcerum morbis remedio eſt: ſumitur ante, & poſt cibum.

Hoc ex odoramentis regium antidotum, cum inscriptione, tum viribus, tum ingredientium catalogo, à Meſue præſcripto non abſimile annotauimus: nec iniuria, vt inuicem comparatis, melius quiſque ſeligere ſciat: Eſt & antidotus aromatica optima Galli, ex Aetio, Tetrabiblo 4. ſerm. I. cap. 103.

Electarium de gemmis.

RECipe margaritarum, ℥. iij. fragmentorum ſapphiri, hyacinthi, ſardonij, granatæ, ſmaragdi, an. ℥. i. & med. zedoariæ, doronici, corticum citrii, macis, ſeſemis ocimi caryophyllati, an. ℥. ij. coralleorum rubrorũ, ſuccini, eburis, an. ſcrup. ii. ben albi, & rubri, caryophyllorum, zingiberis, piperis longi, nardi, folii, croci, cardamomi maioris, an. ℥. i. trochis diarhodon, ligni aloes, an. ℥. v. cinnamomi, galangæ, zurumbethi, an. ℥. i. & med. foliorum auri, & argenti, an. ſcrup. ii. grana vi. moſchi ℥. med. ambari ℥. ii. excipe melle empellicarũ, & melle roſ. partibus æquis: Datur ab aur. med. ad vnum: cum aqua bugloſſi & vino odorifero.

Ad frigidos affectus cordis, cerebri, ventriculi, hepatis, vteri efficacisſimum, ad melancholicos ſine cauſa manifeſta, triſtes, timidos, ſolitarios iuuat, exhilarat, ad mores probos inuitat, emendat cordis tremorem, ſyncopem, ventriculum à frigida intemperie imbecillum roborat, & coctione tum eius, tum hepatis meliore reddita, corpus bene coloratum, & odoratum efficit: *ob ſumptum regibus, & primatibus magis in vſu.*

Fuchſ. 2. de cõp. med. pro argenti, an. aur. med. legit ſcrup. ij. ac ſi aureus, ſic ſcrup. iiij. quem alioqui drachmæ vnius, cum ſeptima parte, drachmæ videlicet rependit.

MArgaritæ, Romanis vniones, ex Plinio, lib. 9. cap. 35. à marinis animalibus haud multum oſtrearũ conchis diſsimilibus producuntur, vulgo matriperle. Dos earum omnis in candore, orbe, magnitudine, læuore, & pondere: integræ item, & perlucidæ, perforatis, rufis, obſcuris ſunt præſtantiores: quæ tamen artificio foramen habent, non ſenio, modo prædictis fulciantur indicijs, reſpuendæ non ſunt, vetuſtatem ſentientes corrugantur, & flaueſcunt: quum vero inquit Serapion, pro eis ponitur pondus earum, & dimidium ponderis concharum ſuarum, magnarum, ſplendidarum, & fulgidarum, Patres illi venerandi qui in Meſuem ſcholia conſcripſere, præmiſſa religionis ſingulari venuſtate: non ſine pœna vt par eſt, internam partem margaritiferæ conchæ vſurpari poſſe fatentur, inuentis margaritis, at in eorum defectu, omnimodaque inopia, concedi poſſe; quod quidem ſcelus, nunc ſcio latius opinione diſſeminatum, propterea monachis præſtaret theologica ſtudia amplecti, quàm adeo inepta ſuffundere. quum violatam eſſe Serapionis ſcripturam, hinc non abſurdum videatur conicere: quod pro margaritis par pondus earum ſubſtituit, idem, per idem quid enim hoc ineptius dici poſſet? præterea quum earum loco, medium concharum ſuarum pondus ſuppeditet, ſi duplũ acciperet, neſcio quandam credulitatem ex Gal. decreto inire viderentur, at textu illo abolito, ſi margaritiferarum concharum copia ſuppetet, vix fieri poterit, quin etiam margaritæ reperiantur. Quare hæ ſemper, & ſelectæ vbi opus eſt indantur. Nos duce pretioſiſsima Margarita, hac quidem vnione, aurea ſecula mox mox reuocabimus: ita enim emicat ſplendidiſsima hæc gemma, vt quamuis me totum propellandis morbis impẽdam, ei vitæ generi addictus in noſtro ad eam Epithalamio, reuocatis Muſis, ita cecinerim.

Monachorũ imprudentia.

Serapionis tex deprauatus.

Huc Philiberte adſis, ſuperas qui numine Phœbum.
Qui decus es noſtri laus, ſpes, & gloria ſecli.
Ni quatiat me forte tui graue pondus honoris.
Vnio vt inſigni tantum exoptata decore,
Iam quocunque loco radio fulgentior omni.

Splendeat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Splendeat, Herculeas & transeat ultra columnas.
Nam pretiosa tuo fit Margarita nitore,
Quæ cunctas superat gemmas, fuluumque metallum.

FRagmenta cordialia, vel pretiosa, hoc est ad vigorem cordi excitandum, & quæ in cardiacis, instaurantibus, pretiosis antidotis in pestem, & venena componuntur, ex quinque absolutè consistunt: sapphiro videlicet, hyacintho, sardonio, granatis, & smaragdo: & si alij septem esse censeant, corallium, & margaritas connumerantes, in quibus sanè, suæ artis peritos, & probatæ fidei gemmarios consulere operæpretium erit: vt vera à Sophisticis amussim secernantur, ne quasi deludi cupidi, miserando delectu, hæc vt alia obtrudant. Quandoquidem antidotum est præstantissimis viribus præditum, saluberrimum, & apprimè necessarium: rarum tamen in tabernis, atque imperfectum, non .n. veras gemmas indunt, quæ verius misceri deberet. sed fragmẽta, & rasuras quasdam, veris gemmis solo colore affines, quod si saltem quæ decidunt frustula, dum veræ gemmæ aptantur, pro illustrium virorum, ac mulierum ornatu acciperent, ob nimium gemmarum sumptum, vitio verti non posset, ita authore statuente: & si earum velut purgamentum, aut rudimentum sint (si gignuntur gemmæ, & aluntur in terra, metallorum modo, vt Chymistis placet, varia quum sit Philosophorum, ac Astrologorum sententia) à natura excoli cœptum, nondum tamen absolutum. at Dij immortales, aut vitra, quæ veneni naturam sapiunt, aut metallica ex argenti fodinis collecta imponuntur, quum flammam edant in igne, præsertim sapphirus, & smaragdi, qui passim in myropolijs habentur. Quare & si extra usum mehtodo constantem videatur, quia hos gemmarum pulueres, græci veteres non sumpsere, tamen esse efficaces, modo legitimæ sint gemmæ, aut saltem vera illorum fragmẽta, Arabum, & posteriorũ experientia comprobauit, nec à Græcorum placitis abhorret: quum etiam integrum iaspidem viridem, è regione stomachi appensum roborare ipsum affirmet Gal. 9. simpl. & si Brasauolus hæc vbique naucifaciat, præsertim in tractatu de suffuf. propterea tenuissimum puluerem sub lapide porphyrio prius læuigatæ, singulatim reducãtur, ita vt per pollinariũ cribra excuti valeant. multis .n. maxime execrandum videtur, in cupreis mortarijs huiusmodi fragmenta atterere, quod his corrasis, atq; elimatis, metallica ramenta admisceantur, quod æris ac ferri naturam, ac substantiam maxime in se contrahant hæc lapidacea: id quod si fieret, dum languentium student vtilitati, molestiam ampliorem, vel fortè præsetaneam mortem offerrent: Verum & si tutius sit, laudabiliusq; sub porphyrite læuigare, iam multis seculis communi more in mortarijs præsertim marmorcis emolita, ac puluerata, neq; æris, aut ferri naturam sapere visa sunt, sed meram contritorum substantiam, nec aliquam, vel minimam noxam pepererunt, nisi parua ante cibum mora oblata, vt perperam fit, ex his lapidibus, & cibo, quasi cemẽtum fiat obstructioni promptissimum, quibus verò modis suppositiciæ gemmæ, à legitimis secernantur, fusissime tradit Georgius Agricola. 6. de natura fossilium. Primo itaque veræ gemmæ graues sunt, plerunq; smaragdo excepto, falsæ verò leues. amplius naturales limam non tolerant, præter smaragdum, ac topazium, ad hæc quo diutius naturales contemplaris, eo magis oblectat, pascitque oculos, nequaquam satiat: contrarium in adulterino. deniq; igne verissimo censore, naturales illæsi persistunt, alij omnes vel perniciẽ sentiunt, vel maculantur. Vera gemmarum cognitio.

SApphirus: ex Plinio, lib. 37. cap. 9. aerei coloris est, aureis punctis collucens lib. 2. cap. 17. ex Alberto melior est ex cœruleo flauus, seu cœruleus ex purpureo, optimus qui in præditus, ceu nubibus subobscuris, & subrubris, ob id subobscurus perspicuum antecellit: ex India probatissimi afferuntur, ex alijs autem regionibus non ita: nostra ætate, & si lapis sit omnibus notus, annulis, & monilibus quæ collo gestantur frequenter insitus colore, vel candicante, vel cyano, adamantis modo translucido duntaxat, non aureis collucere scintillis visitur: qui autem in officinis passim habetur, ad nigredinem vergit, nullo pacto admittendus, pro his emenda sunt fragmenta, quæ à gemmistis abraduntur, dum veros lapillos decoris gratia concinnant, postquam veras gemmas emere, tanto pretio non datur: quod hæc ut aliarum gemmarum frustula, tanti non licent, ut emptores pretio deterrere, ac ab officina abigere ucreantur, quod si ab omnibus eodem modo, ut res, & uita hominum exigit pararentur antidota, idem esset sumptus, eademque, nec maiori pecunia ab hoc, quàm illo aromatopola diuenderentur, at quæ illorum est auaritiæ amica auri sitis, & dulcedo, quod desidiæ, quod pertinaciæ, temeritatisq; uinculum: prho dolor, nullis non seculis gloriosa, ac diuina medicina, ut alia omnia hac tempestate, sursum deorsum, à bruto hoc hominum genere, sine metu, sine periculo, ac si uita hominis fungus, napusúe esset, negligenter peruertuntur, sordidè adulterantur, & incognitis succedaneis substituuntur, pro salutaribus auxilijs, non tantum noxia, sed etiam lethalia sæpe offeruntur, nullisque authoritatibus, nullis argumentis suaderi possunt, ut ueterem semitam penitus detestandam, linquere uelint. paruo enim quouis lucello adulterina potius, aut exoleta quàm uera coemere exoptant: ut uenalia minori pretio, non tradere, sed extrudere uideantur, hincq; uulgi gratiam ineant: at bone Iuppiter, quid optandum illis est magis quàm uita? quæ necessitati debetur, ne hominibus minus restituta, quàm naturæ reseruata uideatur? quid tamen in tam magno hominum dispendio uitas fallere curant: modo quàm primum diuites efficiantur, modo scrinia ad summum usque impleant: nos ideo qui omnium usui, ac saluti consulimus, talia nunquam dissimulanda uolumus, ut palàm omnibus fiat, quibus strophis, quibus uersutijs, quàm ingenti clade, miselli ab his nebulonibus irretiantur, negotientur tamen suarum animarum periculo, uita .n. breuis est, cursus gloriæ, atque ignis sempiternus, in horum quoque fragmentorum defectu, iaspidem accipi mallem.

Hyacinthus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

HYacinthus, ex Plinio, lib. 37. cap. 9. colorem habet amethisto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem, in qua est fulgor uiolaceus; ex Serapione trium est specierum, ruber, flauus, & coloris antimonij, hoc est in cæruleum, & cœli colorem inclinantis. Alberti etiam testimonio, lib. 2. cap. 8. alter aquaticus, alter sapphirinus, flaui ut plurimum, & uulgares sunt, nimioque non licent: uel igitur eorum frustula, à gemmarijs expetantur, uel ipsæ gemmæ: nec abutamini uitris illius coloris transparentis, ex quibus fenestræ in templis fiunt, ut mala hactenus inoleuit consuetudo.

SArdonius, uel sarda, quæ nomen cum sardonyce communicauit, ex Plinio, lib. 37. cap. 7. gemma est vulgaris, & primum sardibus reperta, in India trium est generum, rubrum & quod demium uocant, à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis, & circa Aegyptum aureis sublinitur: Indicæ prælucentes crasßiores sunt: Arabicæ & in his mares, excitatius fulgent, fœminæ pinguiores sunt, & crasßius nitent, nec fuit alia gemma apud antiquos frequentior, ex Alberto, album nigro, rubro, aut nubilo commixtum, cui si candor, ceu vnguis permisceatur, sardonix dicitur. hæc quamuis gemma, ut apud veteres, æque apud nos vsitatißima sit, quid esset tamen, qualisque, ignorauerunt ferè omnes eius locum explente vitro quodam, rubro colore supposito: quum corncola vulgi, verus sit sardonius lapis, aut gemma sarda, vt Manardus etiam in annot. simpl. Mes. existimat. utrum autem sardonyx, idest corneola, uenis quibusdam velut vnguibus interstincta, non rarò apud nos reperta accipiatur, non refert, at cur id pluribus non placeat, nescio vnde expiscati fuerint Franciscani Mes. interpretes. & si Albertus lib. 2. cap. 3. de Corneleo, at cap. 17. de sardoniche, sardonio, & sarda variare uideatur.

Friuola Monachorũ opinio.

GRanata ex Alberto, trium videtur specierum, prima quæ modo balaustij rubet, ac transparet, ob id vulgo granata dicta, & si ex genere carbunculorum, quum dicatur Constantino lib. 2. cap. 7. ideo carbunculus nuncuparetur: qui tamen omnium pretiosißimus, gnomon, & gemmarum regula Alberto scribitur lib. 2. cap. 3. de his Plinius, lib. 37. cap. 7. Secunda est rubore quidem prædita, sed in Hyacinthi colorem inclinans. Tertia rubra est, in violæ colorem decliuis, vulgo rubini appellantur, & qui legitimi sunt, ac orientales, maximo licent, alij quum sint rupei, plebeis de rocha, tam noua, quàm veteri, non multæ æstimationis, quos tamen accipere satius est, quàm vitra. sunt qui granatas, chrysolitos putent, & carchedonium, ac primam hyacinthi speciem: quanquam lapis sit pallidus fuscus subobscurus calcedonius.

SMaragdus, de quo Albertus lib. 2. cap. 17. ex Plinio, lib. 37. cap. 5. gemma est, qua nullius coloris aspectus iucundior, qua herbas, frondesque virentes despectamus, & tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret: præterea soli gemmarum contuitu, oculos implent, non satiant, quin & ab intentione alia obscurata, aspectu smaragdi recreatur acies: eius genera sunt duodecim, Scythici præstantißimi sunt, hoc etiam æuo maxime sunt pretij, dignitatis, ac nobilitatis, rarique: ideo huius etiam, vt illorum fragmentorũ loco, vitra quædã aut virida marmoris frusta imponebantur: & si veri smaragdi minutißimas micas, ad ornatum ineptas, emere oporteat, aut uiridẽ iaspidẽ, pro smaragdo substituere, idq; minori ægrorum iactura, facultatibus inuicem respondentibus, teste Diosc. ac Gal. Est & lapis prasßius, quod succo porri similis sit, quibusdam prasßites, vulgo plasma: cuius tria genera statuit Plinius, lib. 37. cap. 8. id proprium esse smaragdi stratum & ex Alberto lib. 2. cap. 14. & in eo contineri fertur, splendoremque statim amittere, vbi in præsentia cuiusque veneni fuerit: eius loco viridi marmore abutuntur nostrates officinæ: quum uerò in Mesue, hic legeretur feruzegi, quidam lapidem turcois .i. turcicã uocatum interpretati sunt, Thyitem Diosc. asserit Fuchsius & Gal. Iaspidem subuiride Matthiolus qui erroneas alienasque opiniones confutare, ac euertere videtur, nec planè contendit, nec cursim quicquam notat, sed neque hactenus inuenisse, neq; ab alio compertum scire. de Iaspide Albertus lib. 2. cap. 8. & cap. 18. Turchois dißimilis est coloris, à vulgari.

Smaragdi loco Iaspis.

Lapisprasßius.

ZEdoaria, alijs zadura, siue zaduara, Aetio Zador, tetrab. & serm. 3. cap. 12. ex Serapione, radix est teres, aristolochiæ rotundæ, non absimilis, gustu & colore zingiberis, huius non meminere Diosc. ac Gal. tametsi idem cum Arnabo Pauli opinentur plerique. verumtamen Matthiolus non minus doctus, quàm elegantißimus Serapionis testimonio. Arnabo apud græcos, nihil aliud designare, quàm Zurumbeth apud Arabes, scriptum reliquit: quoniam capite de Zurumbeth, eadem scribat Serapion, quæ de Arnabo, ante ipsum annotauit Paulus: quæ quidem ratio, an explodenda sit, nisi Auic. Arabs extiterit nemini dubium erit: constat autem ex Auic. Zurumbeth herbam esse, cypero similem, cap. verò de Zarnabo, & si omnia ad vnguem reddat, quæ Serapion authore Isach, cap. de Zurumbeth, distincto capite, seorsum à Zurumbeth, Zarnabum distinguere. quo fit vt Matthiolus negaturus sit, Auic. Arabem esse, uel si, ut capite de Macere dictum, est ob capitum diuersitatem, illius authoritate nititur, in præsentia ob hanc eandem reiecere nullo pacto debet: quomodo igitur idem sit apud Arabes Zurumbeth, & Zarnabo, tutetur, edisserat clarißimus Matthiolus, quasi Mauritanorum labyrinthos, cymerias tenebras, contradictionum scrinia, perturbationum vastula, & istorum litigia non agnouerit. quum autem ex earum vocum inscitia, ortographia, aut latinorum interpretum vitio, millies inter se dißideant, quo nihil constituti ex his elici, ut plurimum queat: ueluti hoc in loco, scite à Ruellio animaduersum est: nomenclationis aucupio nobis imponente: hinc nimirum si Amathus pede prolabitur, re indistincta recedens: nec propterea culpa vacat Matthiolus, illum accusans, quod Zeduariam, & Zurumbeth, Mauritanis idem esse putauerit, interpretum causa potius, quàm sua: quum autem Simonem Ie-

Arnabo.

Zurũbeth

Zarnabũ.

Matthioli lapsus.

Arabum dissidia.

Amathus ĩdistictus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nuensem admittat Brasauolus, per Zeduar Zedoariam exponentem, minus accuratè Auicen. scripta rimatur, quum in capite de Zeduar Diosc. adducat, quid aliud fortè intelligens, capite prius de Zedoaria inscripto. per Zedoariam itaque, vel cyperus Indica, quam Auicen. Zurumbeth, uel cum Bellunensi Zurumbad, existimant nonnulli, vel Zingiber accipiatur, nam vulgata Zedoariæ nomine radix, legitimæ parum respondet, & incognita est è Germania radix ex Cardano, in lib. de malo medendi usu: quanquam eruditi quique huius ætatis, costum Syriacum Diosc. existiment, & longam Zedoariam, ad rotundæ differentiam appellent: id quod à Matthiolo silentio prætereundum non erat, quum lucernarij pharmacopæi curam gerit, quum eorum fuligines excutit, rem causam, & vtilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere conspicitur, quum ait faciem Zingiberis repræsentare radicem illam, quam Mauritani, & officinæ Zedoariam appellant: ac si hoc æuo vsitata, communis sit & Arabibus, & Seplasiarijs.

Pro zedoaria ciper° Inda, vel zingiber. Costus Syriacus

CItria, latinè medica mala, Persicaue, aut Cedromela aurea, Assyriaca, Hesperica ex Diosc. lib. 1. cap. 131. nemini non cognita, ex arbore omnibus anni temporibus pomifera alijs deciduis, alijs subnascentibus, alijs maturescentibus, vt ex Theophrasto 4. de hist. plant. cap. 5. malum oblungum est, rugosum, colore aurum imitans, cum grauitate odoratum, semen habet pyri: ex Gal. 7. simpl. non amplius malum medicum, sed citrium nuncupatur: olim è Media translaticia, nunc triuiales ferè arbores, Palladij diligentia, qui & medullas eius acres, dulcibus mutare docuit, non solum in maritimis, verum quoque in mediterraneis, sibi coaptarunt pomeria, eaq; usq; adeo opulentissima vt in Adriatici, Aegæique pelagi insulis, in quibusdam lacuum ripis, felicissimè germinent: & si è Lygurum citretis, omni ferè anni tempore ad nos afferantur, multifarijs formis, & remissiori sapore, vehementioreq;, ita & dilutiori, saturatioriq; colore differentia, nec desunt Vercellis, vbi vt in tota Italia, cedri appellantur, quamuis cedrus diuersa sit à citrio, ex Diosc. eodē libro cap. 89. ubi cedrus arbor magna dicitur, è qua pix cedria nuncupata colligitur: hæc iuniperi modo fructum parit, flauum sanè, baccarum myrti magnitudine, rotundum, odoratum, gustatuque suauem: Iuniperum adeo æmulatur, ut quidam ambo cedros appellent: cedrum tamen cum adiectione cedrum acutum, vt ex Theophrasto 3. de hist. plant. cap. 12. in Cypro autem cuius fuerit molis, uide ex eodem 5. de hist. plant. cap. 9. id à tineis nunquā exterminatur, & putredinem nullā sentit, ideo ex huius ligno, statuæ olim perpetuitati dicatæ, & carmina cedro digna celebrabantur, quasi incorruptibilia hoc ligno talem sibi vendicante naturam: quare pro citrio, nunquam cedrus substituenda, de qua cap. de larice in fine. Citrij folia quod innumeris scatcant foraminibus, visum ferè effugientibus, ideo aranearum telis ex Theophrasto comparata, ridicula nimis interpretatione exposuit Matthiolus, at mutato idiomate, re diligentius perpensa, ab huiusmodi labe, se ex Plinio reuocatum animaduertit: quod antea extritam literā, dicamus literas Gazæ imposuisse, Theophrasti textus corruptela sibi persuaserat, quod ἀνδράχνης, idest portulacæ exposuisset: ipse autē ἀράχνης, idest aranearū telæ, propterea Theodoro potissimum inurit, quod lib. & cap. 4. de hist. plant. perperam interpretatus sit. habet hæc arbor folium simile, & penè æquale, atque portulaca: quibus cum citriorum folia nullis notis cōsentiunt, idq; ex Plinio apertissimè declarari, lib. 13. cap. 22. quum adrachnem arborem arbuto admodum similem inquit, quum omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, quum illa sit herba & andrachne vocetur, vnius literæ diuersitate. Græcum igitur Theodorum instruet, natiuam linguam age dū edocebit Matthiolus? græcarum vocum significata eò rectius explicabit? qui suo ingenio candida denigrat, & nigra dealbat, qui Plinium accuratius se perlegisse iactat: Quousque igitur patiar Matthiole? prho Deum atque hominum fidem, qua tandem hebetudine, quàm pingui Minerua, probatissimum Theodorum inuadis, quē oppugnas, quem circunrodis, qui validissima tormenta eiacularis, quæ omnes perhorrescant, & cuncti subire formident. Eia ergo? quum honoris amplissimi existimetur accusare improbos, & insontes, miseros, calamitososque defendere, quis adeo stupidus, adeo obtusus fuerit vnquam? qui portulacæ herbæ folia, citreis comparari ex Theodoro, in animum induxerit suum, quum 1. de hist. plant. cap. 15. ita verterit. Portulaca, atq; unedo folia inferiora dimittunt, cacuminibus perpetuò uirent, hæc in arborum genere. arborem igitur perpetuò uirentem, portulacam hanc, non herbam intelligit: quam sanè hyemem tolerare non posse scribit 4. de causis plant. cap. 3. quam etiam inter herbacea numerat 7. de hist. plant. cap. 1. at 3. de hist. plant. cap. 16. Portulacam folio arbuti similem esse, magnitudine, non nimium præstanti, cortice circumrumpi solito, fructu vnedoni simili, huic igitur citreæ folia comparasse Theodorum, quis dubitat? quis nisi hebetissimæ aciei, oleris, ac arboris æquiuocum nouisse non potuit. hinc Matthioli apparentes ac friuoli sermones prostrati, ferocitas compressa, audacia fracta, loquacitas ueritatis studio detenta: quum præsertim ex Plinio discere potuerit, omnibus ferè Græcis adrachnem. i. portulacam uerti, quam ideo ab herba clarissimè seiunxit, ne quis uocum cognatione n litera intercisa illuderetur, dicat me hercle qua Latina uoce uocabulum adrachne interpretari possit, alio quam portulacæ nomine: delineet quæso etiam subiratus Matthiolus, ferulæ manum subducere Theodoro cogatur, adeo peritus magister, qui primi erroris excusationem subiens ~~tanquam è Iuliano fugam arripiens, fune sibi ipsi gulam fregit~~, nec aduertit arbutum vulgo arbatri, Patauinis Comaro, non esse Diosc. sed Theophrasti arbutum. Portulacam uerò hanc, quæ & Græcis corrupte hoc tempore andrachlos appellatur, esse Diosc. arbutum. Cæterum quum citrij uariæ sint partes, ex acido succo, fit syrupus ille in pestem, & febrium omnium feruorem laudatissimus, semen verò in venena, & vermes mirificè valet, cortices, & citria ipsa, à situ, ac tabe diutius asser

Cedrus.

Matthiol° recantat

Theodorus absoluitur Matthiolo cōuicto.

uantur

uantur hordeo, milioúe sepulta, vestibus insita, ea inoffensa tuentur: quidam extremum corium relicta eius pulpæ particula, semipollicis quantitate, in syrupum ex corticibus inijciunt: tuncque non adeo calet, ac si paulatim, & leuiter cultro acuminato excorientur, omni carnis portione diducta: de his sermonem habens Auicen. 2. suorum canonum, tam apertè sibi contrarius creditur, vt vix ab Appolline extricari possit, talia scribens: cortex citrij calidus est in primo siccus in fine secundi, & eius caro est calida in primo, humida in ipso, alijs frigida & humida in primo, frigiditate siccitatem vincente: & ipsius acetositas frigida est, & sicca in tertio, & eius semen est calidum in primo, siccum in secundo, at in tractatu de viribus cordis inquit: & eius acidus succus corroborat, calidi & sicci temperamenti, conferens cardiacæ calidæ propriaque dote venenis, & venenatis morsubus, frigidus & siccus in tertio, ut eiusdem semē: pro cuius tutela Manardus, lib. 11. Epist. 3. duabus rationibus, vel altera earum, à contradictione vendicari posse deducit: primo, quod in secundo suorum canonum, de citro, in eo de viribus cordis, de arantio intellexerit, quæ quidem ratio non satisfacit: secunda, quum in vnoquoque semine duplex reperiatur pars, una extrinsecus, quæ velut cortex est, & tegmen, alia interior, veluti nucleus, de hac in commentario de viribus cordis, de alia in secundo libro locutum, quum eius etiam sit sententiæ Gal. 7. simpl. ubi agit de citrio, per semen, totum id intelligens, quod carnem & nucleum interiacet, in quibus dominari acidam qualitatem, & siccandi vim fassus est, adeo vt in tertio ordine sit siccantium, & infrigidantium, at propè finem capitis, nucleum quod est uerum semen, amarum dicit, siccareq; & discutere in secundo ordine, in alijs autem quantum labatur Auicenna, ac veritati, & Gal. contrarius sit, abundè eadem Epistola demonstrat Manardus, nihilominus Brasauolus, in suo simplicium, credere non potest, Auicennam in re tam clara, adeo stupidè hallucinatum, cui dum patrocinari studet, quanquam medicus sit non imperitus, fatuum tamen est, quicquid effutire conatur. Quandoquidem & si in domo Pinamontis Bonacolli, in antiquum Auicen. codicem inciderit, in quo eadem legantur de citro, in tracta. de viribus cordis, quæ in secundo canone (ut ait) non ob id illi maior est fides habenda, quàm per tot lustra vulgatis, & impressis uoluminibus, in quibus apertissimè à seipso dissidet: hoc enim pacto soluerentur omnia dubia, omnes contradictiones, quod in quodam antiquo codice, non ita legatur, ideo alijs omnibus mendū subsit, quod absurdum esset credere: si quidem potuit esse manu scriptus, & scribentis voto, quum ex innumeris etiam diu excusis, maior fides accipienda sit: præterea hoc ei gratis concesso, non ob id eius errores in secundo canonum, aut demit, vel diluit, præter alios qui breuitatis causa omittuntur: quum citri decoctum corpus pinguefacere scribit, à Serapione indictum, omnem ex Manardo excedens rationem, vt acidam eius partem esse bonum medicamentum gutturi, & pulmoni: quod etiam rationi dissonum creditur, & Serapioni repugnare, pulmoni nocere affirmanti, nec non succum eius acidum, sedare infirmitatem mulieris, alieno à Diosc. sensu: huc accedit Matthiolus, quem tamen alioqui ingeniosissimum admiror, quod Auicen. in citrij semine ob id cespitasse tradit, quia Gal. sententiam non assequitur 7. s. eamque vt par est distinguere ignorauit, nullum quidem verbum faciens de acido citrij succo, quem à Gal. sub seminis nomine comprehensum fuisse demonstrauit, de quo tamen Manardus loco præallegato, Auicen. & scripsisse, & iuxta Galeni mentem, ideo acidum succum frigidum & siccum in tertia classe reposuisse testatur, quamobrem nisi alios intinctus, aliosúe sales nobis offerat Matthiolus, cedrina statua indignus, vix aurentiorū succo donandus erit: nauseā .n. astantibus prouocabit, & rē per se claram, obscurā reddidisse videbitur: quippè & eum, & Manardū plus debito, ac sine ratione in Auicen. inuectos, mox mox aperiemus, has viperas, hos tygrides sæuire, & virus eiaculari non permittemus. Brasauolumque ignorasse, quo nam pacto illum ab istorum probris tueretur, facilè iudicabimus: quum aliæ coloratiores inquàm rationes, iustiores sanè excusationes, in eius gratiam adduci possint, sui codicis exoleta senectute relicta. primo enim, vbi Manardus asserit, Auicen. in tract. de viribus cordis, partem internam quæ verum est semen intellexisse, quum id frigidum & siccum in tertio statuerit, à veritate abhorret, æquius semini .i. humido illi acido cōdonandum, vt fortè contrarium scripsisse voluerit Manardus, videlicet in tract. de viribus cordis, vbi in frigidorum & siccorum serie semen ordinat Auicen. semen impropriè cum Gal. accipere, in simplicibus verò, vbi semen in primo calefacientium, & secundo siccantium numero relegat, nucleum, uerumque internum semen: & quamuis lib. 18. Epist. 1. pro sui tutela quædam astruxerit, nec ad rem, nec longæuo sene digna perhibentur: addit tamen à veritate deuiasse Auicen. quia scripserit corticem citri calidum esse in primo ordine, siccum in fine secundi, quum Gal. siccum absolutè in secundo, sed calidum, vel commoderatum dicat, vel parum infra temperamentum, qua in re, uir quidem doctrina, & ingenio præclarissimus, admiratione dignus uidetur, quum Gal. scribat, citrij corticem desiccare in secundo excessu, nō esse siccum in secundo, ut hic insimulat, quumq; frigidum non esse, sed uel temperatum, uel paulo infra, restat esse calidum in principio primi gradus, ut etiam sentit Auer. non igitur à Gal. recedit, qui & si citrij carnem frigidam uoluerit, Auicen. autem calidam, hoc modo conciliare quispiam poterit: Gal. intelligere carnem per se solam, & excoriatam, per ea Gal. uerba: nam & ipsa editur, sicut & cortex, addo quia fortassis ætate Auicen. ut etiam nostra, cortex & caro non separata, in mensas ueniebant, totum id complexus, propter corticem, aliquā carni inesse caliditatē adijcere uoluit, hoc subiungens, & aliqui dixerunt, Galeno intellecto, quod est frigida, & humida, uel quia hac in parte Galeno repugnare uoluit, ut alibi nonnunquam: quod autē calidū in primo, siccum in secundo semen effecerit, quamuis Galenus scribat, & digerendi uidelicet, siccandique facultatē obtinet, secundo quodāmodo

Brasauoli opinio exploditur.

Matthiol⁹ refellitur.

Manardi censura in Auicennā diluitur.

do ordine à temperatis recedens: atque semen cum acida parte refrigerare, ob acidum succum, quum in eo uerum semen contineatur, si calidum est in secundo, vt deducit Manardus, ea caliditas ita infringet succi frigiditatem, vt non in tertio frigidum, sed saltim in secundo constituendum sit: validior tamen ex Auerroe siccitas existit, & calore intensior: quo fit vt his inductionibus, nec aberrare, nec Galeno repugnare videatur Auicenna, & si calidum in secundo non reposuerit. præterea quia citri decoctum pinguefacit ex Auicenna, huius autem facultatis Galenus, aut Serapion, nusquã meminere, ideo à ratione abesse deduci non potest, vt putat Manardus, quinimò, quum appetitum inuitet ex Serapione, vt sine eò tabescit corpus, & cum eò instauratur, ac pinguescit, pari modo causa pinguedinis, & ideo pinguefacere aliqua ratione defenditur: nec scripsit Auicenna eius acidam partem esse bonum nutrimentum gutturi, & pulmoni, vt peruertit Manardus, verum hoc pacto: & nutritum est bonum gutturi, & pulmoni per nutritum, melle, aut quouis alio liquore permixtum intelligens: quo cum terget, leniet verò admixtis, sicq; paratum non officiet: quum postea subijciat, & eius acetositas est mala pectori, alludens Serapionis verbis. quod verò mulieris infirmitatem sedet, & si sub obscurum sit, interpretum vitio, potius quàm suo, forte picam, alijs cissam, & desiderium illud præter naturam prægnantibus peculiare intellexit, quas equidem rationes, si Brasauolus obtulisset, aut Tractatum de viribus cordis spurium, & ascripticium allegasset, ob tam manifestas in eò contradictiones, vt doctiorum fert iudicium: aut quod verò similius est, violata à librarijs volumina, res nõ infrequens in alijs probatissimis authoribus, aliquem ex his titulum promeruisset: neque enim hæc affero, vt Auicennæ partes suscipiam, vt eius onus sustineam, non propterea pro eo pugno, non defensum esse volo, nec in idolum nostrum erigo, quem scio innumeris scatere erroribus, sed ut veritas ipsa firmum artis præsidium, & clarissimum omnium lumen elucescat.

Ocimum sui odoris fragrantia, & oculis periucundo virore, non modo in viridarijs pensilibusque hortis, verum quoque in tessellis, vasisque figlinis, diligenti cura passim excultum, triplicis visitur differentiæ: primum folijs mercurialis, helxine, ac amaranti emulis, crassis, latis, longiusculis, vulgo rusticum basilicum dicitur, Serapioni non caryophyllatum, Dioscoridi lib. 2. cap. 134. ocimum simpliciter, ideo per ocimum absolutè, istud accipiendum, quoniam & si capite prædicto non delineetur, quia lib. 1. capite 61. scribit. hortense solanum, folio maiore, & latiore quàm ocimum, ac etiam eodem lib. cap. 169. linozostim folijs cõstare ocimi, helxine cognatis, sed minoribus, primam hanc speciem certissimè demonstrat: secũdum folijs exit, ac ramulis dicto longè minoribus: tertium folijs minutioribus, atque angustioribus, cæteris iucundiorem efflans odorem. quum igitur ex Serapione, aliud sit ocimum carmenum, aliud verò caryophyllatum, quin & capite 175. Hamechin inscripto, ocimi satiui speciem quandam, quadrangulo caule folijs latis, authore Isach deduxerit, sitq; & citratum ocimum, quibus frequenter Arabes, atque Arabistarum vulgus reminiscuntur. Brasauolus per caryophyllatum, odore præstantius, arctioris folij, quod tertium est, innuere uellet. Si caryophyllorum odore fragraret. Matthiolus qui totus in cauillis versatur, nec huius, aut carmeni, sed nedum citrati Italicè verbum quidem fecit, latinè autem citratum, à folijs citreæ malo similibus, horum quàm effigie, Arabes vocasse opinatur, nec nõ primum in ordine ocimum, mediũ uerò Serapionis non caryophyllatum, idẽq; à Dioscoride expressum: caryophyllatum autem tertij generis esse, ideo in cucullatos Mes. censores inuehitur, quod in Apulis quibusdam montibus, se primum inuenisse caryophyllatum ocimum glorientur, quoniam Serapioni folijs exit paruis, & caulæ quadrangulari, illis verò folijs citrariæ maioribus, per ambitum serratis, caule minime anguloso: attamen quum Serapionis interpreti inurendum putent Monachi, qui eodem errore ductus, folia minuta posuerit, vbi uidelicet magna legi debuerant: præterea quadrato caule, sed non angulosò depinxerint, eius seriem honesto quodam mendacio sectari sibi persuasere, ac si quadratum angulosum non sit: Citratum etiam Serapionis hamechin esse, Venetijs Romam translatum contendunt, folijs adeo citreis persimilibus, ut sola mollitiæ internoscantur, cum his odore potissimum respondente, qui sanè interpretis forte incuria, vel authoris imprudentia, omissus sit: denique carmenum ocimum nobilius id esse arctiore folio, iucundius spirans: Valerius Cordus citratum cognomento, à citrij odore appellatum dictitat: Iacobus Syluius in interpretatione vocum aliquot Mes. melissophyllum putat, nec probatorum authorum testimonio suam comprobat sententiam: quum nemo hactenus, inter ocimi species melissam collocauerit, nemo eruditus idem esse persuadere potuerit: quum neque à Mesue figuretur, quanquam eius videatur meminisse in Diamoscho, quo quidẽ in loco, librariorum lapsu, ocimi & citrariæ loco, ocimi citrati irrepsisse, non modo cogitandum, verum etiam credendum obtulerim: quum præsertim ad eos vsus maxime competat citraria, nec propterea Matthiolo astipulandum putamus, qui grandius ocimum, citratum supponit: nempè & si eximia doctrinæ luce enitescere videatur, non cernit quàm falsa opinione ducatur, quum medium ocimum, etiam olitorum iudicio, ne dimidio quidem foliorum helxines, aut mercurialis magnitudinem consequatur, nã quod maioribus folijs constat, minusq; hodie in pretio est, Dioscoridis est ocimum, etiam ex Manardo lib. 8. Epist. 3. & consequenter Serapionis non caryophyllatum. quid autem sit caryophyllatum, quum stipite sit, quadrangulo, quo nostrum minutius ocimum destituitur, ut etiam quid carmenum Serapionis, quum illis in capitibus græcum non afferat authorem, Oedipo egeret coniectore, neque enim inter se differunt, hæc ocimi nostri genera, nisi per maius, & minus, vt etiam in sampsuco videre est, & si crediderint recentiorum plerique tenuius ocimum acinum, siue Aconon esse, tenui siccoque ramulo herbam, ocimo similem, odoratam at hirsutiorem, quum scripserit Dioscorides lib. 3. cap. 41. sitque

Ocimum carmenũ caryophillatum.

Monachi hallucinãtur.

Siluius aberrat.

Matthiol° cespitat.

Acinus.

Matthiol° variat.

sitq; tenui folius ocimum, non modo non hirsutius, sed etiam glabrescat: iccirco vulgaris noticiæ plantam, rusticanis basilicum sylvestre, in areis camporum, & viarum marginibus, odoratam credidit Manardus, nec ab eius opinione abhorruit vulgaris Matthiolus, at latinè, se à veritatis semita deuiasse deprehendit, quod acinum nunquam florere Plinius testetur, lib. 21. cap. 15. ideo quum huiusmodi herbam florere animaduerterit, acinum esse nequaquam. verum tamen quum in dictamo florem negauerit Plinius, præter experimentum, & tussilaginem aperto errore, caule, ac flore viduam fecerit, ob id illum, verius quàm Manardum errasse, suspicari debuerat: quum præsertim syluestri illo ocimo, ad menses, & aluum sistentia non inefficaciter, vti assueuerit rustica plebs nostra: in quæ acinos ex Dioscoride potissimum commendatur. id verò quum ocimum esse caryophyllatum existimant Monachi Mes. annotatores, suam profectò non agnoscunt inscitiam. Quare caryophyllati vice, minutius ocimum, cæteris odore, ac facultate præstantius, atque in roborando corde longè aptius, succedaneum omnibus fiat: ne nos ipsos hisce implicantes, Brasauolo, ac Matthiolo similes, maius flagitiū perpetremus. Quandoquidem præcipitem Brasauolum appellat Matthiolus: quia tantam de ocimi viribus, inter Plinium, & Dioscoridem controuersiam esse scribit, vt alterum ipsorum errasse dicendum sit, propter eos qui a scorpione transfixi sunt: quod si patienter vniuersum Plinij caput expleuisset lib. 20. cap. 12. cognouisset vtique Pliniū illorum sententiam refellere, quam in capitis initio proposuerat, quantum autem impatiens, ne dicam temerarius, eò magis caligauerit Matthiolus, Brasauoli verba pensiculatius expendentes, facillimè dijudicabunt, vbi ait, nisi quis dicat Plinium aliorum sententias referre, ex quibus velit, nolit, fateatur opus est, vniuersum Plinij caput. ad extremam lineam non oscitanter ab eò perlectum, & annotatum, quod si ex impressorum voluminum diuersitate, secus esse contenderit, quum Venetijs excussum, omnium manibus teratur, postremumq; sit, diuersimodè sensisse, vt nos in Matthiolum inijcere poterat. neque .n. tam deses censendus non tam præceps, quo summis labris capita exosculetur, degustando, quin potius omni diligentia expēdat, & accuratissima attritione præmandat, denique excocta distribuat, quum probi viri partes subiens, si quid dubij minus oculatis occurrere videretur, vt prouocet lac, extinguat ne, id quidem conciliare tentet, siquidem Chrysippus Diodorus, atque Aphri, Galenus etiam, ac Paulus, ob excrementicium humorem, internis partibus vt nocuū, cibis abdicarunt, secus quàm dictent Dioscorides, Plinius, Philisto, & stomacho prodesse, & flatus dissipare, ac insanos odoratu recreare asserentes: quibus sanè in varios detorquetur sensus, doctorum opinio. sunt qui ocimum per .y. herbaceam segetem, vel è pluribus pabulum contendant: ceu ex Plinio lib. 18. cap. 16. alij ab οζω, quod est redoleo, ocimum. quicquid sit, grammatici certent, in Emplastris herba, in Electarijs semen accipiendum: ocimastrum de quo Dioscorides lib. 4. semitibus pratisque nostris atque inter septa niueis floribus ac subinde albo semine per maturitatem nigro cunctis facillimè innotescere potest. Corallium ex Dioscoride lib. 5. cap. 86. laudatissimum est rubens, colore anthericis aut sandycis saturato terenti facilè cædens, æquabili vsque quoque concremento: rursus algæ, aut fuci marini odore, quàm ramosissimum forma fruticis, cinnamomi æmulum: hoc alto extractum duratur, statim atque emergit, tanquam offuso aere protinus concrescat: quod autem in lapidis duritiem coit, scrupulosum, inane, & lacunosum, vitiosum existimatur. Est nigrum antiphates vocatum, specie à rubro distinctum, ex Dioscoride, nec deest album corallium ab Auic. additum, in maris Thyrreni tractibus. non tamen vt rubrum compactum, ponderosumque, sed leuius, ac rarius. est & viride, & ex rubro dilutum, vel subrubrum, vt plurimum tamen per rubrum, & album distinguuntur: quumque simpliciter corallium profertur, rubrum semper intelligendum: vbi vtriusque corallij, rubrum, & album, quod alijs valentius refrigerare creditur: proinde eò vtuntur medici, vbi refrigerandi se offert occasio: è mari circunquaq; muscosa eximuntur, at artificum industria perpolita, nitorem acquirunt. quomodo, & quibus locis proueniant, edocet Georgius Agricola in fine quarti libri; de natura fossilium, vna cum his euellitur corallina, inde nomen mutuata, capillacea videlicet planta, cuius ad interaneorum vermes necandos, atque pellendos, vsus est præclarissimus, Græcis bryon thalassion dicitur, idem quod muscus marinus, inuentu facillimus in mari, rupibus & testis adhærens, & circumplicitus corallio, haud aliter quàm muscus cortici, & arborum radicibus innexus, isq; cæteris præfertur: probatur secundo loco qui saxis adhæret, colore rubicundo: cinereus verò improbatur. quo autem pacto in voce trichodes, & Thridacodes, cespitauerit Plinius, vide ex Manardo lib. 11. Epist. 4. nec ignorandum aliud esse brium, de quo Theophrastus 4. de hist. plant. cap. 7.

Plinii errata.

Manardi tutela.

Monachorū inscitia

Explodit Natthioli iniuria, in Brasauolum.

Corallina

Bryon thalassion.

Brium.

SVccinum, Electrum, & charabe, idem sunt cum ambra crocea vulgi, à nostris mulierculis transpadanis potissimum, monilium vice colo appensa, aut in orbiculos funiculo traiectos concinnata ad precula Deo vouendas: in cuius enarranda historia, varij de re incognita differentes, in diuersas iuerunt sententias. ideo eius origine ignorata, dubitatiuè proponitur ex Dioscoride lib. 1. cap. 93. Plinius tamen lib. 31. cap. 3. rē ipsam ita enucleat, ac tangit acu, vt eius legitimos natales complectatur: quum etiam hodie notissimum sit, in insulis Germanici Oceani, ex arboribus pinei generis defluere succinum, & postquam in terra congelatum duritiem cōcepit, à marinis fluctibus rapi, & ad Germanorum litora excerni, rude sanè, ideo excoctum ad quem videmus nitorem, à Germanis expoliri. Cardanus tamen 5. de subtilitate, bitumen proculdubiò esse contendit, aliudque esse candidum pretiosissimum, & gustu dulce, è mari Germanico erutum, aliud melleum, vinosum, & aureum, Sueuiæ in fonte inuentum, iuxta Cœnobium Degeræ lacus. Agricola etiam 4. de natura fossilium, è scopulorum crepidinibus quibusdam emergere, ac maritimæ salsuginis aduentu durescere contendit, qua qui-

dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

confricatū festucas trahit estq; odoris nō ingrati

dem perterritus authoritate, succini historiam sub iudice pendere asseruit Matthiolus: quum in Italicis commentarijs, quia resinas, ac pinum resipit, tam attritum, quàm accensum, pari etiam pacto deflagrans, firmissimo argumēto crediderit, à stirpibus pinei generis emanare delapsumq; suo lentore culices, formicas, ac stramenta, tam lucido cōgerere sepulchro: quapropter Metrodori, Niciæ, Philemonis, Pythie, Sudinis, ac Sotaci opinionibus prætermissis, vtrunq; esse; idest ex arboribus copiosum resudare, ac etiam bituminis modo prorumpere posse coniectamus. Matthiol⁹ diuertit. Hic soliti moris non immemor Matthiolus, Brasauolum accusat, quod deceptus, existimauerit Arabum charabe, succinum esse nequaquā, sed verum populi albæ gummi, Serapionis & Auicennæ testimonio, & si eorum neuter, sicut nec Diosc. quem illi sequuntur, & à quo quicquid de charabe annotarunt, verbotenus descripserunt, id quidem pro comperto asseuerarit; hæc ille: quem arguendi peritiam calluisse, at Brasauoli animum non apprehendisse facilè constat: triplici enim errore accusandus, dum aliorum lapsus insectatur, in alteros non minores mihi quidem incidere videtur: Pro Brasauolo pugna in Mathiolum. Nempe Serapion, ex Galeno gummi populi nigræ charabe esse, apertissimè asserit, idque etiam affirmatiuè ex Paulo, quod tamen & si falsum esse constet, quum neuter istorum talia protulerit, quàm profectò ad vnguem Græcorum verba transtulerint, hinc colligi potest. Serapionis error. quumque Auicenna, nulla in re tam varius extiterit, tam implicitus, adeo sibi repugnans, etiam teste Manardo, lib. 1. Eipst. 5. scribatque gūmi esse arboris nucis Romanæ, parumper calidum cap. de charabe at cap. de nuce Romana, extremè calefacere, vt etiā cap. de Hauro Romano. Auicē. cōfusus aberrat. En si Anazarbæi sententiam sectatur, aut præcise eadem verba reddit, sitq; idem illorum charabe, quod Græcorum Electrum, vt fortassis illorum animo insidebat. has enim controuersias secum reuoluens Brasauolus, inquit initio sermonis de charabe, nescio an alia simplici re inconstantiores sint authores, his tamen mutabilior, vt tempestates certo aliquo Cœli signo commouentur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur, sic equidem, modo gummi vtriusque populi, Mauritanum charabe esse dictauit, modo concludere videtur, gummi populi albæ græcorum, & charabe idem esse, Electrum verò nequaquam, postremo vt res se se habet, succinum charabe, & electrum, vnum esse, quas quidem tam varias, adeo subitas, sic repentinas mutationes, non iniuria annotare poterat Matthiolus. Brasauol⁹ reprhenditur. at quum Brasauolum minus fortasse accurate, Dioscoridis verba legendo percurrisse inquit, quoniam de charabe agens, scribit Dioscoridem huius fuisse sententiæ, Electrum esse lapillū, in quem vrina lincis concreuit, falsum id quum sit, vel à veritate libenter declinat Matthiolus, vel nescio qua mentis hebetudine corripitur: quum subdat Brasauolus. hæc autem incertè proponit, vt de re ipsa incertus esse videatur, ex quibus quum Dioscoridem non affirmare, verum dubitare subiecerit, omnem ex hoc accusationem refugiens, Matthiolum somniare facilè demonstrat: seque in alijs vacillare, & denique quid velit planè ignorare. Somniat Matthiolus. Est & ambra nigra, de qua capite de Gagate: Est & succinum orientale, ambracani dictum, de quo cap. de Ambaro: Brasauol. delirat Est & Electrum quibusdam etiam succinum, vel chymistarum phaeton ex argenti, aurique implexu de eo Albertus lib. 5. cap. vltimo. Sicinum orientale.

EBur, est elephantinorum dentium materies, è qua speciosius prodit, quamuis omnia Elephantis ossa, Eburis nomine appellentur, plura de Elephante Plinius lib. 8. qui tametsi in eorum coitu, ab Aristotile dissentiat, non ideo manifesto errore notandus: ut arguit Matthiolus indicta causa, quum itaque non conueniant, vtri magis fidendum sit, naturalium exploratores ostendant curiosioribus. Pro Plin. censura in Mathiolū Nos illum Ticini vidimus, à Bohema Regina inuictissimi Caroli Quinti filia, in Italiam spectaculi gratia aduectū. at quamuis Eburis copia non desit Venetijs, præsertim ad pectines conficiendos, pro explicandis, aptandisque capillis, costarum torsioni admoueri solitis, rarum tamen est Ebur verum in Tabernis. at quod eius vice prostat, marinorū pisciū sunt dentes: legitimū itaq; expectatur, non tantum lima derasum, uerū quoq; porphyrij planitie intritū.

BEhen, ex Serapione album, ac rubrum, radices proferunt minoris pastinacæ similes, contortas, odoratas, & mansulentas, ex Armenia allatas. ex Auicenna sunt aspera radicum frusta, ariditate corrugata, pulposa tamen: Haliabbas secundo praticæ, cap. 43. adeo pastinacam referre nouit, ut nullum inter behen, & pastinacæ syluestris radices discrimen posucrit: has igitur cmentiri simpliciarios quosdam liquido constat, quod officinarum behen, vix vllo odore commendatur, nullum commanducatu lentorem, nullamq; pastinacæ effigiem representat; nec deest behen rubrum, ac album, in serui nostri, Padiq; sabuletis frequentissimum, folijs oleæ minoribus, & mollioribus, radicibus in altero, extra rubescentibus, intus albis, vt foris candicantibus, intus subrubris alteri, vel omni ex parte rubentibus, vt à nobis exploratum est, rudi quadam cum erraticæ pastinacæ cognatione, odoris leuissimi, ramulis hinc inde oborientibus, floribus in album purpurascentibus, stellæ instar, in cacumine multis, aceruatim agnascentibus, ad quandam lasseris odorati fragrantiam leuiter inclinantibus, seminibus prius albis, vbi maturuerint nigris, & mansu lentis, oblongo vasculo inclusis, concusso obstrepentibus, cuius quidem radicibus vti ne debeamus, asseuerare non ausim: non quod his obstet Matthiolus, quoniam hæ in Italia, illæ uerò in Armenia producantur: Vana Matthioli sententia. Nempè modo cætera indicijs responderent, quid esset impedimento, quo minus nostro sub cælo & gigni, & proinde in medicinas cordiales usurpari possent: quum præsertim behen illud rubrum, ex Gargano hodie allatum, multis conditionibus accedere legitimo videatur, & si contra senserit Fuchsius 2. de compo. med. quod si non arrideat, ad quamuis harum radicum, satisfaciet non minori efficacia, linguæ auis dimidium pondus, ita Auicenna sentiente: uel nucis myristicæ par dosis, seminis fraxini loco, eius quum sit succedaneum ex Serapione cap. de lingua auis. Ligua auis vel Nux myristica behen loco. Fuhsius behen

scribat Matthiolus 3.° Epist. bin rubri radices uel aliud q̄ bistorti seu colubrini
odore pastinacæ radicibus dissimiles et si ob facultates in venena comode substitui
debeant eidem tamen meo iudicio nunq̄ fuerint nec apud nos rubri bin loco
habita in quo eum errori ....

ben album Polemoniam putat 1. de composi. med. cap. 8. at ramulis non est utrinq; pinnatis, nullos profert corymbos, sed siliquas ocimoidis instar, non solum in montosis, & asperis, verum quoque in pratis exoritur. rubrum autem behen, tripolium esse nonnihil assentiuntur Florentinorum scholia: at quum ex his, radice rubra nitatur, tripolion autem alba ex Dioscoride rem herbariam parum callere facilè deprehenduntur, nec magis imperitißimi illi, in dictionis been ortographia, non parum laborantes, & in re nullius momenti se se obiurgantes: quippè albi, aut rubri behen additio, vt vt scribatur, à nuce vnguentaria, alijsque distinguit: quumq; ita dictet Brasauolus: recentes inter ben vel simplici, vel been duplici e scriptum, differentiam faciunt: primum fructus quidam, secundum radix: reuera hæc nomina barbara sunt: vel been, vel beehem, suo modo tractent illi, & scribant: si religiosi qui in Mesuem conscripsere sacræ legis præcepta memoriæ commendassent, non quenquã temerè vellicarent, non Brasauolũ obiurgarent, ac si sub voce ben, & been fructũ intellexerit, quod been non sit fructus, sed radix superest & si tuderi albi, aut rubri nonnunquam legatur, vbi pro tuderi behen versum est: quum tamen Auicenna separatis capitibus, alterũ ab altero distinguat: præterea in fine capitis de ben, asserat: tuderi succedaneũ esse behen: at cap. de tuderi, horminũ depingere videatur, non refert si tuderi loco, behen exponatur: illiq; succedat quũ præsertim horminũ, albi, aut rubri appellationibus nõ distinguatur.

Matthiolus à Monachorũ nugis vendicatur. Tuderi.

MAlabathrum, falsò folium Indicum, Paulo phyllon, nardi Indici folium, ceu ante Dioscoridem creditum est, falsi quadam odoris cognatione, ab Indicis gignitur paludibus, lentis palustris modo innatans aquis, sine radice, ex Dioscoride lib. 1. cap. 11. laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu in sua vi, odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu, hodie incognitum est, nec ab Indicis regionibus à quibus aduehi solebat, ad nos affertur: varia proinde eius loco substituerunt seplasiæ, vt folia quædam è Lusitania adducta, ex herbaceo pallida, diuaricatæ manus longitudine, arnoglossi effigie, at neruis diuersimodè recurrentibus: alij folium oblongum, odoratum, gustu acre, feruidumq; ut caryophyllus, id quod folium caryophylli censuit Brasauolus, vt casiæ odoratæ Matthiolus, quæ tamen folijs est piperis ex Dioscoride, eadem verò clematidi non dißimilia, acutæ videlicet, & smilacis folio, vel malo assyrio æmula scribuntur, ex Matthiolo cap. de pipere, nec adeo longitudini respondent, quo verius casiæ, quàm caryophilli existimanda sint, & si casiæ quidam Iridis folia tribuant, quod in quibusdam græcis codicibus legatur ὡσπεριρεως, in aliquibus ὡς πεπερεως, multi folia quædam, tribus cen fibris per longum discursantibus firmata, folijs lauri arbutiue similibus, etiam hoc tempore vsurpant, hæc verò non esse Arabum Tembul, aduersus Hermolaum, Ruellium, pariterque Brasauolum contendit Matthiolus: at quum nõ sola nigritarum tutela, à quibus huiusmodi folia Tembul vocari asseuerant Hermolaus, ac Anguillarius, sed etiam quia desquamatas gingiuas, emendare fortaßis nouerunt, quod Tembul attribuit Auicenna, aut quoniam ex Brasauolo, in examine Trochis, eò addentes tergendos medicamentum componitur, talia iccircò protulerint: si his rationibus tuti non sunt, probet Matthiolus aliter esse, quum tembuli historiam, & notas describentem, inuenerit neminem, Auicenna etiam cursim aufugiente. satius itaque spica nardi, easdem cum folio fortita vires ex Dioscoride, atque Galeno 7. s. uel casia aromatica etiam rursus lecta succedaneum facienda: Malabathrũ tam à Græcis, quàm Mauris, ac Neotericis foliũ Indicum communiter appellari, tradit Matthiolus duo implicans distincta, craßiore, inquam errore, quàm vt excusari à quoquam potuerit: propterea codicis latini cursum immutans, plerisq; folium Indicum vocari Malabathrum inscripsit.

Hermola' Ruelli', ac Brasauolus à Matthioli morsu immunes. Tembul.

GAlanga Græcis vetustioribus indicta, ex Serapione, radix est extra rubra, intus puluerulenta, magnitudinis casiæ: hodie duplex visitur, maior videlicet, alteram craßitie quidem superans, colore tamen atque odore remisso, intus Zingiberis palliditate, & filis, ac facultatibus impar: id quod quum approbauerit Matthiolus, suis in Dioscoridem cõmentarijs, in censura aduersus Amathum, non genere, nec uiribus, sed tantum magnitudine differre prodidit. Minor tamen geniculis, atque internodijs uallata, gustu acerrima, cyperi effigiem quandam refferre videtur, ideo quibusdam cyperus Babilonica dicitur, intus & extra in purpura rufescens, præstantißima, ponderosa, densa, subrufa, saporis admodum acris, ac odorata: quæ verò crebris scatet foraminibus, & in puluerem fatiscit, vana est, adulteratur cyperi radicibus contortis, aceto, & pipere, vel zingibere maceratis, at externa pellicula derasa, dolum prodit, nec gustu, aut acredine galangæ respondet hanc galangæ nomine usitatam, uerum esse acorum cum Leoniceno, Brasauolus constanter affirmat. Matthiolus contra, quoniam acorus folio est iridis, angustiore tamen ex Dioscoride, Galanga autem, è Syria ad nos affertur, adeo sicca, & exsucca, vt Iridis, nec ne folia habeat, dijudicari non poßit, quum etiam radicem in acoro candicantem scripserit Dioscorides, galanga autem, intus & foris rufa sit, gustumque acrem in acoro requirat, non acerrimum, qualis in galanga est, nullius demum amaritudinis particeps, & si cum acredine nonnihil inesse amaroris contendat Brasauolus, sed adeo ab acredine vinci, vt id pauxillum amari uix persentiatur, nõ tamen habet unde pertinaciam tueatur, quum ex his insignis acrimoniæ galangam concedat, acorus autem non multum acer existat, in foueam incidit, quam ipse defodit. Verum quia maior galanga huic uoci ὑπολευκους quadrare non immeritò potest, nimirum nec uerè rubescens, nec candidum prorsus colorem referens, sed ex candido & rubro intermixtum: tametsi Matthiolus multo magis rufescere, quàm uox prædicta designet, annotauerit: quòd ad colorem attinet, nihil planè in eum inijciet, & si Brasauoli, ac Amathi opinionem improbandam crediderim, quicquid ex Plinio comminiscatur, quum uerò galangam, legitimi schœnanti radicem. opinantur

Matthiolus variat

Leoniceni ac Brasauoli error.

Brasauolus sui ipsius laqueo captus.

Amathus reprobatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nantur Monachi Mes. interpretes, facilè præter alia exploduntur, quũ ne vllam quidem præseferat astrictionem, at iunci odorati radix, astringentior scribatur ex Dioscoride. Cæterũ aliud esse acorum, aliud Galangã, Serapionis testimonio cõprobare credit Matthiolus, ac cũ ex Dessennius: quoniã diuersis de acoro, & de galanga capitibus tractare constet, vtpotè de rebus genere, & facultate diuersis: at at, quo ædepol infortunio, ne dicam Logicæ facultatis imperitia, galangã officinarum, acorum non esse repellent, supponente Brasauolo, vulgatã galangam illegitimã esse, & quæ nõ afferatur, ex Monachorũ sententia. Nempe & si Actuarius, ac Myrepsus, vtrauq; seorsum, suis in medicamentis distinxerint, nec non Serapion de his separatim egerit, si vulgata hoc nomine galanga descriptioni propriæ haud respõderet, acoro autẽ cõpeteret, qua equidẽ ex causa acorus dicenda nõ esset. neq; .n. ignorarunt Amathus, aliiq; galangã, et acorũ plurimũ inter se differre, & vegetiorẽ galangam, abusiua nomenclatione ita dictã, idest radicẽ eò nomine prolatã, in acorũ cõmutauere, vt hinc nõ paruã admirationẽ nobis pepererit Matthiolus, vir alioqui peritissimus, quod ẽt censura in Amathũ, obrepticias has nugas, omniq; succo inanes, rursus extruere ausus sit, & doctissimas suas lucubrationes, hac vanitate fœdare. Auicẽnæ caput est de galanga, & separatim aliud de casurdã, quod ẽt galanga exponitur. Cardanus in lib. de malo medẽdi vsu, galangã ætiti simillimã, ex Serapione scribit, quòd tamẽ ex eo non credimus.

Stolidum Matthioli erratum.

Auicenna varius.

Cardani error.

ZVrumbeth: ex Auic. herba est similis cypero, ideo cyperus Babilonica quibusdã creditur, vulgo Curcuma, de qua cap. de cypero, huiusq; loco non incõmodè suggeri põt, eadẽ sit, vel ne. aliis videtur Zedoariæ species, quia Serapiõ vtrũq; Zurũbeth appellat distinctis cap. Matthio. Zurũbeth dicitur Arnabũ Pauli, quod est Aui. Zarnabũ vt cap. de Zedoaria discussũ est. et quãuis Paulus, lib. 7. arborẽ esse magnã nõ tradiderit, quia tamẽ casiæ, & carpesio similẽ, atq; in cinna. inopia eo vtẽdũ suadet, Auic. aũt, & si more solito multa peruertat, ideo Bellunẽsis in eũ castigationes ediderit, & si vir sit nõ obscuræ eruditionis, veteri traductioni pluries & libẽtius credimus, quod Mauritanũ vix calleat idioma, nec propriis scriptũ characteribus viderit, hocq; semel dictũ sufficiat: quũ cap. de Zarnabo, eius virgulta parua, rotũda, calami scriptorii similia, cinnamo. loco stare deduxit, idẽ cũ Paulo voluisse conĳcitur, quũ aũt Serapionis interpreti inurit Brasauolus quod cinnamomi inopia Zurũbeth succedere exposuerit, quod Paulus cõtra, pro arnabo cinnam. poni posse tradiderit, quo maturo iudicio, qua implicatus inscitia in illũ aĩaduerterit: videãt quæso medicinæ cãdidati, quasi propositiones sint nõ cõuertibiles: hodie desideratur: olim cũ Zedoaria afferri solita, cuius defectũ supplere põt vel zingiber, vel legitima Zedoaria; ideo nõ tã lõge hallucinaretur Cordus, vt Matthiolicũ supponit iudici[illegible].

Curcuma

Bellunẽsi nõ satis fidendum

Brasauol. cõfutatur

Tollit Matthioli calumnia in Cordi gratiam.

AVrum, & Argentum, de quibus lib. 33. Plinius ceu ẽt Albertus lib. 4. adeo vulgatissima sunt, ad omnia explenda facinora, vt ad vitæ pernitiem nos premant, nos ad inferos agant, quæ natura occultauerat, atq; demerserat: quum innocens, beata, imò & delicata esset vita, si nihil aliud de ea nisi quod supra terras concupisceret, haberetq; non nisi quod secum est, ruunt .n. nesciunt quo ferantur, nec opportunũ quicquã agunt, qui omni studio pecuniis cumulandis incumbunt, quum tamen horũ ingluuie, atq; inextinguibili auiditate, humana æstuet natura: nõ est silentio prætereundũ. Aurũ potissimũ omniũ metallorũ præstãtiss. omniũ rerũ tẽperatiss. & à corruptione tutiss. coloris adeo splendidi, & Solis æmuli, vt propter splendorẽ, Phœbo, Ioui autẽ ob tẽperantiã sacratũ, tradiderint sapiẽtes pleriq;, vt argentũ, vel stannũ Lunæ, ferrũ Marti, hydrargirũ Mercurio, æs Veneri, plumbum Saturno, quorum quod magis illi actu, aut potẽtia cõicet, ostendit Geber, lib. 1. cap. 17. vt eius essentiã, lib. 2. cap. 4. id .n. ex substãtia elementari, amicissimo nexu, ferè indissolubili, sibi inuicẽ proportione adeo respõdet, vt nullius sanè recrementi, nullius saporis, ac odoris, diuturnis ẽt seculis, limo aquaue obrutum, nec situ obducatur, nec igne absumatur, nec in cinerẽ vertatur, sed purius defæcatiusq; fiat, deuoratũ ẽt, nõ modo nõ nocet, verũ maxime vitales spiritus atq; eorũ officinã mirificè roborat, illustrat, ab omni labe præseruat, quibus quidẽ fit, vt ad sui amorẽ desideriũ, ac amplexũ nos alliciat, irretiat, rapiat, & quasi cogere videatur: huius verò ager noster Vercellensis, & si qua alia totius orbis pars, olim fertiliss. ex lege censoria cognosci potuit, idq; hodie ẽt ex aureis Serui arenis, nõ sine max. emolumẽto expiscãtur, & si purũ, ac obrizũ illud, vix nobis cõcedatur, quin omni auro, vt ẽt ex Plinio, insit argẽti nunc æris vario põdere alibi dena, alibi nona, alibi octaua pars, vt argento metallorũ, aut æris norma: nã monetarii nõ necesse habẽt aurũ prorsus purũ efficere, sed coquere, donec talis tẽperatura sit, qualis esse debeat aureorũ nũmorũ quos cudũt, ex Agric. 10. de re metallica quo equidẽ adulterio pernitiosa esse, nõ sine rõne credidere quàm plures, ideo à medicinis quæ in corpus assumuntur, omnino reiciendũ: quin & aurũ vt cætera metalla, potius exitialẽ vim habere, quàm quod cardiacum sit, potiusq; ad decorẽ, sumptũ & ostentationem indi, quàm secus. Arabum tamen & posteriorũ experientia, ad animi mærores, & atrabiliarios affectus, efficacẽ inuenit: quin & argento viuo epoto, ex Diosc. auri limata scobs, mirabili est auxilio. sileat igitur Dessennius, qui intra corpus antiquitus vsurpatum, nullibi quàm in aurea Alexandrina sibi persuasit, defæcatissima itaque, ac puriss. tã aurum, quàm argentũ, ab integerrimo aurificè secernantur, & cõcussa in foliorũ formã, aqua rosacea irrorata, sub porphyrite, aut marmore, linimenti instar redigantur: nã vulgata auri ac argenti folia, suspicione nõ vacant. sunt qui Pannonicos ducatos, vtpotè ex puriore auro, sub lapide pictorũ leuigatos, quàm tenuissimè accipiant, alii aspero lintheo cõtinuè affricãt, aqua madefaciunt, in quã descendat: sunt & qui tenuissima lima deradant, verũ vt ab innato calore, aptius in actum redigatur, laudabilius priorem modum sectabimur: ita .n. in his attrahendis minimè laborabit, eruntque penetratu facillima, quum eius limatura antidotis inæqualiter

Dessẽnius notatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

permisceatur, ac suo pondere ad ima subsidat. stultum verò est aureas monetas, anulosúe, aut catenas, inter capones, & stillaticios liquores, aliosúe quos vis incoquere, quum in his nil aliud absumatur, quàm multarum manuum sudor, qui ipsa tractarunt inhærens: quod à sordibus aqua feruenti, vrinaúe detersis, nihil penitus ponderi detrahitur, post illorum coctionem, quum aurum necquicquam aquæ imprimat, non minuatur, non odorem, non saporem adijciat, quamuis Auenzoar lib. primo, in principio, ita scriptum reliquerit, & ponere denarium auri in coquina, post ipsius ablutionem, coquendo, præstat fortitudinem coquinæ, & iuuabit toti corpori, robore, & auxilio inde fortaßis prodeunte, quod certò sciant se inedia mori non posse, quibus aurum seruatur in lebete, ea propè ratione, qua vt melancholicis gaudium inferatur, pelui aureorum nummorum donandos asserunt: nihil enim est quo hilariores reddamur, sacculis, scriniisque auro refertis: itaq; humore melancholico potius priuari, quàm auri puluere deglutito. quod si aurum ignitum, aqua, vel vino frequenter extinguerent, eius facultatis nescio quid verius conciliare viderentur: nunc bractearum instar, papiro rubenti distinctim seruatur, idque in cardiacis antidotis superdari paßim consueuit: quo autem, modo argentum ab auro secernatur qua neutrum pereat quum olim veteres in pretiosioris indagine vilius absumerent edocet Agricola 7. de re metall. vti quomodo misturam æris & argenti quis experiatur argenteos aureosúe nummos acu coticulaque vsque ad vicesimam quartam acum ex auro puro, quotque duellis.

MOschus, hoc est pus illud aromaticum, tam late, fuseque, fragrantißimum halitum eructans, tædia alarum, & graue sudoris virus occultans, in plures diducitur species ex Serapione. primum, & præstantißimum, vomica est animalis, capreæ nihilum dißimilis, caninis, exceptis dentibus, valde candidis, quos verrium instar exertos, palmi longitudine habet: hæc enim proprio eius innata genio intumescit, indiesque turget, quo tunc natura irritata titillantis humoris lancinatu noxio laceßita exardet, commouetur, ac se ipsam concutit belua, cotibus, ac saxis aduoluitur, vt apostema infringat, è qua deinde succus ille odoratißimus, velut ab abscessu mira delectatione exprimitur, saxisque affricatis affigitur, nec non solis ardore cogitur, ac densatur: id quod incolæ, huiusce rei, locorum, & pabuli in quibus versantur familiares, facta animaduersione occurrunt, colliguntque effusum liquorem, ac inibi concretam saniem, folliculisque asseruant, quos ad hanc gratiam, ab huiusce generis animalibus euulserant, viuis alias prætentis caßibus, laqueis, & sagitis deprehensis, idque odoratißimum est, ac præ alijs excellentißimum, solisque Regibus sacrum: eius enim parsimonia, atque præstantia, isto nos priuat, vix dicam suis principibus ad vectigalia, & odoramenta sufficiens: quod enim Thebetici, ac Scenici venatores immaturum abscindunt odoris tetri, atque ingrati tantisper loco perflabili suspenditur, donec abolito prorsus fœtore, coctione perfecta, eandem sibi conciliet odoris suauitatem, qua saxis, & truncis ablutatum, innata animalis natura: idque secundum à primo obtinet gradum, atque vtinam legitimum hoc modo ad nos traduceretur: quum Senici ab his tertij gradus moschum, parum blandiente cælo demetant, Tumbascino longè inferiorem, caprearum pastu minus odorato, herbis ac nardo, Tumbascinis imparibus: quin etiam Senici apostemosam vesiculam exprimunt, & exclusa colluuie, adulteria quædam admiscent, & vitreis vasis recondunt. quod si propria in patria ab imposturis tutum non est, in alienis tamque longinquis regionibus simplex, & sine fraude ad nos peruenturum est nequaquam. præstantior creditur subflauus: huic bonitate cedit subniger: odoratißimus tamen semper est eligendus. nempe ex Catay, niger, & ferrugineo nihilum cedens, interdum affertur. Matthiolus Ruellium imitatus, ex
Matthiolus recantat. *Aetio paulo aliter depingit, vt quod belua sit vnicornis, prægrandi corpore: vt diligentißimè Aetij volumine euoluto, nihil tale inueni, et si eius sæpe meminerit, propterea latinè loquẽs dubitatiue proponit, hoc modo: si tamen ea Aetij legitima sunt, quum potius Simeonis Sethi esse videantur. non desunt qui animalculum muris similitudine prædicent, geminis vtrinque dentibus recuruis, iuxta cuius vmbilicum, vomica craßiore sanguine prægnans, cum suo folliculo excisa, siccataque iucundißimum eiaculatur odorem: alijs ex barbulis caprarum more, ex mento pendulis prodire, M. Paulus Venetus, primo de regionibus orientalis cap 62. Cati ma*
Amathi figmẽta explodũtur. *gnitudine tradit: vt autem venales Amathi vesicas vobis quoque impartiamur, vt eo vtamini, ac aniculis pueri ad confabulandi iucunditatem, moschus animal est leporis magnitudine, natiuo loco non infrequens, quod quidem venabulis deprehensum, vitam agens virgis tantisper ceditur quoad expirauerit, exentratum deinde, atque excoriatum, ad minima vsq; contunditur si os, vel quid aliud comminutionem præterierit, illud reijcitur, reliquum in globos compactum, eiusdem corio in frusta dissecto aduoluitur, eamq; sibi asciscit figuram, qua vtriculo, chistiúe inclusus, à nobis dicitur: quod si sit, si eruditiorum auribus arrideat, vnusquisque suam hac de re afferat sententiam: quum præsertim scripserit Theophrastus 6. de causis plantarum, cap. 26. animal nullum penitus odoratum esse, nisi quis pardalim dixerit, sensu beluarum bene olere ceu ex Aristotele 10. probl. 18. quicquid sit, adulterinum moschum experimur: eius verò synceritatem hac arte expendimus: quod ori inclusus, sanguinem è naribus cieat, vel æstum, vehementißimumque calorem, vel si præstanti proximus, ingentem capitis dolorem. alij pondus trutina examinatum, in peluim aqua perfusam immittunt, paulo post moschum æquata statera, iterum ponderant, si primo ponderi detrahitur illegitimum existimant, sin excrescat, & superferatur, non spurium, sed syncerum haberi: vitreo, aut plumbeo vase diligenter occludatur, procul ab aromatibus. Est & huic similis vligo primo statim occursu, vehementißimum odorem*
Zibetum. *eiaculans, Zibetum vocata, è genitalibus Cati Syriaci, veluti sudor erumpens, primo butyri colore, mox cum*

lentore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lentore liuescens, auricularia spathula excepta, alabastris postea reponi solita, id verò animal melim quadantenus æmulatur potiusquam feram gallinis infestam, in veteribus ædificiorum ruinis oberrantem, fuinum scilicet appellatum, & mustellam, ceu ex Ruellio ad vnguem mutuatus est Matthiolus, plura verò sunt mustellarum genera, & si duo tantum recenseat Plinius lib. 29. cap. 4. Matthiol. aberrās ex Ruellio trāscribit.

AMbarum, alijs ambra grysea, vulgo ambracane, Hermolao succinum orientale, alijs Africanum & Asiaticum Serapione fungus dicitur, cum prouolutis impetuosè saxis, ad litora fluitans, trium specierum, præcipuum, ac præstantius globulosum est, ac cæruleum, album enim improbatur: id vbi Azelus piscis deglutierit, confestim moritur, undisque fluctuat, ac emergit, quod quidem animaduertentes accolæ, maris insultus præsagientes, vncis ferreis, funibusque iniectis, piscem in siccum appellunt, eiusque scisso ventre, ambarum primum euellunt, ineptum sanè, quod verò ad dorsi spinam propius adhæret, defæcatum est, ac purum, multumque commendatur, coque magis, quo diutius in eius ventre moram traxit. Ambari quatuor assignat differentias Auicenna, primum scilicet valde cæruleum, secundum versicolorem, proximum flauum, postremo nigrum omnium infimum, non raro è piscis interaneis, eius esu expirantis erutum: alij quia eius originem nusquam viderunt, reuera admodum variant, vt quidam pelagi spumam, alij animalis stercus, qui flos salis est, ambarum fabulentur, plures iecur piscis, nonnulli arboris fructum in maris alueo existentis, aliqui etiam Lusitani sperma ceti contendunt, singuli suas astruentes opiniones, Auer. etiam caphuræ speciem, & in maritimis fontibus oriri dictat, postremi ambarum quibusdam in locis scaturire vt bitumen, ac sulphur in India atque Arabia asseuerant, trium videlicet generum, primum fuluum, & præpingue cæteris prælatum, à municipio quodam Indiæ Silacheticum cognomento, aliud subpallidum, sechra, vel Sinchrium nominatum, ab Arabiæ felicis oppido, tertium nigro colore micat, cæteris ineptius, damnatur quod struthio cameli oui more candicat, ad officinas allatum imposturam sapit, non tanti faciendum, quanti æstimatur: reuera cetacei pisces bituminis genere nimium auidi, eo copiosius ingesto moriuntur, & ab eis exemptum cæso ventre præstantius eruitur, alius verò sæuiente pelago, impetuose ad litora euadit, & ab Insulanis legitur.

MEl empellicarum est mel album, quo velut syrupo myrobalani empellicæ conditæ seruantur, vt cap. de empellicis conditis, nec est à Rasi descriptum 9. ad Principem, capite de melancholia, cepulas vnà complectens. Manardus succo Epellicarum conficiendum statuit: at quum recentes præsto non sint, macerandas vino, vel aqua, & exprimendas verum Monachi Mes. censores, in Manardum inuehuntur, quod mendi inscius, id perperam factitandum docuerit, ijs tamen facilè responderi potest. Manardo verisimile potius videri, ex succo legentibus, quum statim subijciat, & geneliabin pari portione, quæ vel saccharum, aut mel ros. significare potest, melle fortassis accepto, nimirum si è duceo recentium Empellicarum, vtpotè suo melle præstantiore, parandum censuerit, at quum recentes habere non possimus, nec ipsarum succo pulueres, excipere quidam Empellicas ossibus purgatas, crassiusculum tritas numero quinquaginta, in tribus aquæ libris excoquunt, ad libram unam, exprimunt, & colo transfundunt, adijciunt mellis, libr. i. feruefaciunt donec omnis aqua absumpta sit: alij ipsarum pertritarum unc. ij. in aquæ libr. ij. infundunt diebus octo, post coquunt ad dimidij consumptionem, colant panno lineo, & ualenter exprimunt, expresso immittunt mellis, libr. i. priorem modum seruantes nonnulli ex Empellicis, aqua buglossi diutius maceratis, & ualidissime expressis componunt: quouis autem modo fiat, non refert.

Manard. à Monacorum obiectis defenditur.

Geneliabin.

MEl ros. uide in syrupis, idque impone si molle facturus, si solidum saccharum ros. potest etiam siccum, & puluere seruari hoc Electarium, aut sacchara in aqua buglossi, cui infuse sint myrobalani Empellicæ soluto effingi, & siccari in offas.

Electarium lætificans Conciliatoris, diff. 196.

REcipe succi pomorum dulcium, succi buglossi despumatorum, añ. drach. v. doronici, corticum citrii, florum boraginis, ros. behen albi, & rubri, coralliorum, eburis, quinque generum myrobalanorum, añ. vnc. med. antispodii, macis, galliæ moschatæ, succini, cartilaginis osseæ cordis ceruini, santalorum rubrorum, margaritarum, añ. drach. iii. seminis ocimi, malabathri, myrtorum, melissæ, coriandri pp. cinnamomi, galangæ, Zedoariæ, spicæ nardi, ligni aloes, serici crudi minutim incisi, croci, añ. drach. ii. berillorum, smaragdorum, hyacinthorum, sardonii, sapphirorum, granatarum, añ. drach. i. auri, & argenti, añ. drach. i. & med. aliis drach. ii. & med. ambari, caphuræ, añ. scrup. v. moschi, drach. i. fiat electarium arte.

Efficacissimum in omni cordiaco affectu, totius corporis odorem commendat, exhilarat, omnem fugat mœrorem, moribundos in vita prorogat, præscripro non ignauius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Liberis, tranquillisque animorum motibus fungantur oportet, huiusmodi lætificantia hausturi, infortunia, mœsticiasque omnes, valentes, lubentesque liberaliore sinu excipiant, ingruentes fortunæ ictus, læta manu tolerent, aliter vana futura sunt antidota omnia, remedijs aditu negato, omnibus Dei Optimi Maximi nutu pendentibus: quum multi præ sola læticia morbos euaserint, multi etiam præ mœrore ægrotauerint, vt ex Galeno, in libello de paruæ pilæ exercitio.

POma, quæ & mala vocantur, ex Dioscoride, libro primo, capite 131. diuersarum sunt specierum, & certè ludentis naturæ varietas, in tot colorum differentijs, tanto figurarum discrimine, tam vario saporum, odorumque sensu, nunquam satis in tanta istorum maiestate, tam diuersis appellationibus, & quotidianis nouo ingenio insitionibus enumerari poterit, nec in tanta gentilicium vocabulorum discordia pernotari: si in quibusdam sessilis, vel globosa, orbiculataue effigies in alijs informis pulmonis lobus, aut mammarum crassior longitudo, lanosa cutis, leuor, panuceæ rugæ, colorum varietates, mixtiones, in singulis agris mutationes, sensu deprehendantur. quæ tamen in tres, quatuorue præcipuas reduci possunt, vt gustu, ita functionibus varias: ceu ex Galeno secundo, de aliment. facultatis, capite 21. alia enim acida, frigida quidem, verum tenuium partium, quædam acidodulcia, & dulcia, quæ ad calidius vergunt, alia insipida, aliqua austera, frigidiuscula, quæ quidem per tria pomorum genera, vt in condito buglossi aromatico intelligenda sunt, videlicet acida, seu acerba, dulcia, & dulcacida. sunt & syluestria, his magis astringentia, quæ affectum ratione diuersimodè inseruntur. hicq; odoratiora, qualia sunt Parisiana, alijs Paradisi, accipi debent, quæ potissimum in arbore maturuerint vel domi seruata ad maturationem rectè peruenerint, & si per multū inter se differant, ceu ex Gal. in documento pueri epileptici, & quamuis Auer. 5. collect. cap. 40. authore Auenzoar, scriptum reliquerit, poma flatulenta esse, malo quodam genio pulmonis arterias exurentia, iccirco phtisim facillimè inducere. præterea ex Aegineta libro 1. cap. 53. non copia tantum obsint, verum etiam vitiosos procreent humores, & inflationes qua fortassis ex causa, non solum inutilem pomorum succum, vtpotè quasi inodorum, sed etiam noxium, recentiores quidam opinati sunt: quum in superficie commoretur odor, quo principes partes corroborat, & refocillat, nihilominus & si non pari effectu, membra illa stabiliat, quum tamen rei naturam à qua deciditur retineant, & ad calidum lapsa demulceat is succus, aut ad leuem inclinet calorem, ex dulcibus potissimum, ea etiam ratione, adeo flatuosus non est, nec permittunt aromata flatus dissipantia, ex pomorum succo, quandam veluti temperiem adepta, in succo medicato ex pomis, & syrupo myrtino maiori, accida, vel syluestria acerbiora eligenda: quidam mala vocant fructus, quæ edendo sunt, foris habentes, & durum intus includentes: nuces autem, quæ foris duro terguntur, & intus habent quod esui est.

℘ tria pomorū genera quid.

BVglossum ex Dioscoridis historia, libro 4. capite 112. nil aliud est quàm vulgaris, & hortensis borrago: idque euidenter expressit Auicenna libro secundo, à boum linguis, quas folia eius imitantur lingua bubula vocitata, longitudine, asperitate, latitudineue, illi vt etiam verbascio assimilis, quibus sanè symphitum alterum repræsentat, quod folia buglossi æmula, gerere tradit Dioscorides, Apuleio etiam in libello de herbarum medicaminibus: buglossum Lucanis corrago nuncupatur, prioris tantum literæ mutatione, folijs etiam est ad terram procumbentibus, vt hinc nemo non intelligat, nostram borraginem legitimum esse buglossum, Hispanicum præsertim, pluribus hortis familiarissimum, omnibus notis legitimum referens, id quod facilè à Monachis Mes. censoribus didicisse potuit Cardanus, quum rei inscius, in controuersia esse dictauit. quæ verò buglossi nomen falsò sibi vendicauit, syluestre, seu erraticum buglossum appellari poterit, eadem enim iuxta commune pratum copiosissima sponte visitur, folijs enim est longis, Echio similibus, non vsque adeo latis, vt bubulas referant linguas, minus humi depressis, verius è toto fermè cespite sursum aspicientibus, nec aliqua ex parte verbascum, aut Symphitum alterum referunt: quidam Echij genus putarunt, alij perperam lycopsim cum Anguillario, verum herbariorum bona pars, vt etiam Dessennius cum Fuchsio Cirsion: obstat tamen caulis rotundus, qui in Cirsio triangularis est, sicut nec foliola, ab imo rosarum specie, spinosis angulis producit, verum longa & continua, floribus & si purpureis, non tamen capitulorum forma, non in papos abeuntibus, sed integris ferè decidentibus, succedaneo terno quaternoue, inæquali, in acutum finiente, & herbaceo nigricante in folliculis semine, quæ quidem omnia & si obstent, Amathus tamen Matthiolum hac in re minus bene dixisse sibi persuadet, his (vt solet) nullo pacto dissolutis, nec ideo tollitur, tametsi borrago, & buglossum, in planis, & sabuletis, passimque in hortis nascentia specie, & forma inter se differant, quin altera, ad alterius vires proximè accedat, atque ijsdem ferè dotibus polleat. Quandoquidem eadem vtriusque asperitas, idem sapor, manifestum præbent, eiusdem facultatis indicium, vbi itaque buglossi vtriusque inscribetur, borrago, & buglossum, hodie etiam satiua accipienda, quod si ex horum floribus succus elliciatur, pretiosis potissimum in Electarijs, ad omnia valentior existimandus est: & si folia, ac radices, ad vsus medicos transferri possint: Anchusam in publicis vijs copiosissimam, buglossum syluestre vocant rurales nostri.

Cardani inscitia.

Echium Lycopsis. Cirsion. Fuchsii lapsus.

Amathi calumnia in Mathiolū depellitur

MYrobalani, off. mirabolani, fructus nobiles, ex Aegypto, & Syria comportati, callo corporis compactili, in quinque genera, aut species vsu communes distribuuntur, quædam enim flauæ, aut citreæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

treæ, alias citrinæ, à coloris flauitie, spissæ ponderosæ exili nucleo, cute crassa: aliæ cepulæ, corrupte chebulæ, cæteris ampliores, grauioresque, carnosiores, & ex fusco rufescentes. his succedunt nigræ, alijs Indæ, quibusdam Damasoniæ, à colore nigro, solida nullo intus osse, oliuæ forma. proximæ sunt Empellicæ, vel empelelicæ aliàs Emblicæ, cute oßibus hærente, lapillorum penè figura, colore in cinereum languente, perfractæ potius quàm integræ ad nos allatæ. Quintum genus Bellericæ, graues, densæ, & multæ carnis, turbinata pyrorum forma. In his Arabibus deuincti, immortales gratias agere debemus, quod hos optimos fructus, earumque vires nobis delinearunt. Citreæ ex Serapione, authore Aben Mes. præstant è citreo in viridem vergentes. ex Mes. quinque notis celebrantur, colore in viridi planè flauescente, graues, & farctæ, si frangantur gummosæ, cortice crasso, & denso, ossa exigua complectente: Chepulæ ex Serapione, è nigro purpurascentes. Mes. quatuor signis distinguuntur, vt magnæ sint, & quo maiores, eò meliores, subnigræ, ad rubrum decliues, graues adeo vt statim aqua mergantur, cortice denso. Nigræ ex Serapione pingues, & gustu iucundiores, ex Mes. præstant quinis proprietatibus præditæ, nigræ vt sint, carne densa, magnæ, ponderosæ, & exosses. Emplicæ præstantiores sunt maiores, craßiores, densiores, ponderosioresque, pumilo oßiculo. Bellericæ optimæ sunt, quibus craßities, grauitas, densitas non desit, crasso in vniuersum cortice. ex Serapione authore Humaino, chepulæ quædam nigricant, quum summam adepta fuerint maturitatem, ideo quibusdam myrobalanorum nigrarum loco habentur, quæ vero Indæ sunt, hoc nomine vulgatißimæ. Citreæ vero acerbæ quidem, ac immaturè decerptæ; ideo minus pingues, magisque excarnes. Auicenna alias inquit flauas, præcoquas sanè, alias nigras Indas, extremè maturas, & pinguiores, quasdam chepulas, omnium maiores, alias seneas leuiores, & minores. Mes. rem dubitatiuè proponit, quod citreæ, Indæ, chepulæ, eiusdem arboris fructus quibusdam videntur, vt immaturæ sint citreæ maturæ nigre, quumque arbor his authoribus sit bifera, primi partus esse citreas, & nigras, secundi uerò chepulas. quibusdam diuersarum arborum fructus uidentur, idque creditur: quod horum facultates, & opera uarient. eiusdem Matthiolus sententiæ, aduersus uenerandos Mes. interpretes, qua certa ratione hic, aut illi innitantur non habent. propterea quum earum arbores nos lateant, non est quod audeamus illorum opinionem refellere, aut reprobare. quandoquidem Serapion asserere uidetur, citreas, & chepulas, ex eadem planta nasci, nec quia maturitate nigrescunt, Indas esse, tanquam diuersæ arboris, aut fœture. Auicenna Indas, & flauas, ceu minus, magisque maturas comparat, attamen quum Indæ exosses sint, citreæ os habeant, meo quidem iudicio, ob ultimam maturitatem, non ideo osse carerent. Senias præterea myrobalanos hic, ut etiam Sarapion adduxere, Mes. prætermißit, & cum eò Brasauolus, ac Matthiolus, quæ sanè tametsi hodie desiderentur, polliciti se relaturos Serapionis, ac Auicennæ dicta, stare promißis tenebantur, ut si quæ temporis curriculo obrepsit obliuio, in lucem reuocarentur, absolutæ doctrinæ, simulque uoti compotes fierent, quanquam inter se ita dißideant Arabes, ut non iniuria bene examinanda tulerit Manardus, quæ de myrobalanorum viribus, à Mes. scribuntur, quoniam nullum habuit, quem sequeretur bonum ducem, idque probatur aduersus Brasauolum, pro Mesue hæresi, virum hunc ingenio, & eruditione excellentißimum admirantem, quod talia protulerit, ac si Serapion in rebus Arabicis ineptus sit author, & cæteri Arabes, quos imitatur, & Auicenna, & ipsemet Mes. quos summos medicos fuisse nemo dubitat: adde quod hæc domi habebant &c. in quibus si Serapionem, cæterosue Mauritanos recto examine libremus, atque ad viuum resecemus, quomodo hos sequatur Mes. quoue pacto inter se conueniant, clarius erit, quàm vt multis, & his longè ostendi oporteat: quantumque præuaricet Brasauolus, admiratione dignum fiet: quibus autem ex causis nutent, agè examinemus. Serapion authore Isach, testatus est myrobalanos frigidas in primo, siccas in secundo hunc sequuntur Mes. atque Auicenna addit tamen citreas nigris calidiores, Indas verò chepulis minus frigidas, à Mes. indistinctum. Serapion etiam authore Sarchindo, vniuersas calidas, & stipticas asseruit, ex Humaino, Chepulas ad frigidum labi, quadam admixta caloris temperie, nigras verò & flauas, minus frigescere. Mesue tamen absolute loquente Auer. in tertio siccas omnes asserit, ex Abugerigio, & Aben Mes. chepulæ peculiari dote melanogogæ sunt. at si frigidi sunt temperamenti: calida autem sint purgantia omnia ex Galeno, qua purgant: quo pacto vel picrocola, vel melanogoga affirmare audent: quod si comprimendo, tergendoue; ideo frigida, tunc ne sic quidem humores purgabunt, sed intestinis tantum obuios. hinc nimirum si calidas alij affirmarunt. his rationibus perterriti quidam ac si album prætoris fœdassent, illas de medio tollunt, atque artem medicam sine dispendio illis carere posse affirmant: quique Mes. aurigæ alioqui, tanquam è munitißimis castris hostium manum subito impetu conterebant primo armorum strepitu, tubæque sono, vectes, vallosque relinquunt: nec se proprio Mes. dogmate substentant, non calore, non frigore, sed quia tales via regia, experimento ipso vel qualitate exuperante, non imixta, cui introcedat amaror, vel per sequellam, vel addito robore; ideo antiquis febribus, Quartanisque emendatos præsertim prodesse posse: vt aduersus Puteanum absurdißima ridet contemnitque doctißimus Fuchs. primo de compositione medicamentorum cap. 78. Nempe & chepulæ ex Auicenna humores melancholicos, pituitamque educunt, verum nauseam prouocant. Auerroes melancholiam suauiter purgare, & pituitam desiccare Mes. phlegmagogas duntaxat effecit, ventriculumque roborare, non vomitum mouere. En ergo quo pacto Arabas insequitur, ac num trutinanda sint, quæ ab hoc homine imprudenter sæpe congeruntur;

Animaduersio in Matthiolũ ac Brasauolum.

Arabes nõ sibi cõstãt.

Brasauolus cõfutatur victore Manardo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

præterea quum hæc subdubie proponantur, si illis in propatulo extitissent, quid inquam coniectura propius accederent? sint fructus ex eadem arbore, necne, ut cum his uacillat Brasauolus, quum potius aliorum placita sectantes, quod ad aures increbuit suas id scriptis commiserint, separato etiam capite de Empellicis, & Bellericis disserentes, Auerroe excepto. hinc enim non incelebribus viris persuasère, myrobalanorum species has non esse, verum proprio nomine distinguendas, attamen & si perspicuitas orationis virtus sit, ambigua, breuisque obscuritas vitium, postquam humanæ vitæ subsidio non officit, sint, non sint myrobalani, ita iam pridem vsus obtinuit, vixque dedíscendi modum inueniret posteritas, propterea quino myrobalanorum genere complectimur. addit postremo Brasauolus Arabum interpretem falsò myrobalalanum exposuisse, vbi Halilig interpretari debuerat: quo in loco, suum erat, pro ea voce Romanam annotare, si illi notam inurere tentat: facilè enim est dicere quod non est, quid uerò sit, non æquè. harum apud Græcos uetustiores caput proprium non legitur: nusquam etiam recordatos testatur Brasauolus, hoc nomine tamen usos, at sub eo de his nusquam intellexisse: Verum hallucinatur, & cum eò Bernardus Dessennius, ubi satis patere ex Plinio innuit, quod nostræ myrobalani omnes os habent, constat tamen Indas exosses esse, licet inter remedia Galenum meminisse putet Manardus, ceu Græcos cursim quandoque tetigisse Matthiolus: has tamen nec myrobalanum esse pomatis cognomine, colore viridi, & odore mali cotonei de quo Dioscorides capite de palma, quod si ad maturitatem peruenire sinatur, Phœnicobalanus fiet, de quo etiam Plinius, libro 12. capite 22. colore, & odore innotescit, tametsi vsque adeo leui, falsaque opinione feratur Amathus, qua tamen doctißimos quosque recentiores, vnico contextu hallucinatos inuulgauerit. quoniam dactylos myrobalanis in Arabia nascentibus similes, effecit Dioscorides, non myrobalani, idest glandis vnguentariæ comparatione, magnitudine, ac figura, à dactylis diuersæ, verum vel citrini, vel chepuli, vtpotè dactylis persimilibus: at lectionis impatiens, non aduertit hasce myrobalanos, chepula præsertim, virides non esse, & si cum flauitie aliquid viroris præseferre videantur citrinæ, cotoneum tamen nusquam redolent, quin ita his refragantur, vt talia disserentem Lusitanum, in medica palæstra parum versatum, luce clarius demonstrent, quin etiam Galenus in libro de succorum bonitate, & vitio, capite quarto inquit, à recentioribus palmæ fructum, φοινικοβαλανου dictum, veteribus atticis insuetum, alibi etiam myrobalanum nominans, nucem vnguentariam intelligit, proprio Mauritanorum capite ben vocitatam, nec quinque prædictis generibus inserendam, vt nec chrysobalanos, & si Manardus in annotationibus simplicium, Mesuem calumnietur, ac si ex his quodpiam conceperit Galenus, quia octauo de compositione medicamentorum secundum locos, capite tertio, chrysobalanos inter discutientia, & corroborantia reponit, harum tamen quod sciam, quum nusquam meminerint veteres Græci, nec Galenus, in libro simpl. mentionem fecerit, id argumento esse potest, Galenum ipsum non habuisse compertum, quid esset chrysobalanus, quam nulla etiam probatione quidam, nucem moschatam coniectant. Cæterum quicquid Actuarius recens Græcus, de his comminiscitur, omne id ex Arabibus excerpsit, nec scio vbi inter medicamenta vomitum elicientia reposuerit, vt abundè somniat Matthiolus, quum stomachum, & interanea, sua insidente astrictione firmare asseruerit, præparantur myrobalani, in frusta cicerum magnitudine discisa, succo cotoneorum, vel punicorum acidorum, aut omphacio imbutæ, postea siccatæ, rursus oleo rosa. lentiscino, mastichino, aut butyro madefactæ, patella ferrea candente assantur, ne tamen adustionem patiantur animaduersione facta, ex his deinde fiunt trochisci ex myrobalanis dicti, de quibus Mes. capite de myrobalanis: nec propterea graui ac intolerabili iactura, his accedendum fuerit vnquam: qui imbecilli, infœlicique ingenio has distrahunt, auferuntque: quum in dyssenterijs, pluribusque alijs affectibus, miras quotidie experiamur.

Brasauolo non adstipulandum vt nec Manardo, aut Matthiolo.

Ridenda Amathi opinio.

Pro Mesuę calumnia diluitur in Manardum.

Matthioli cęcitas Mirobalanorum præparatio.

ANtispodium, off. spodium, in nobilißima medicamenta, ad cordis videlicet, & iecinoris robur composita, quod & intra corpus assumitur, verè spodium non est, minerale scilicet, & cinerula, quæ in pauimento fornacum ærariarum recidit, extrinsecus tantummodo admouendum: vbi quæ caput de spodio apud Arabes lectitatur, de antispodio exponendum erat, ad pernitiosam æquiuocationem euitandam, quum de verò antiquiorum spodio, cumulatè differant, capite de Tutia inscripto: excogitandum enim quum antispodia multa, idest quæ in spodij locum suffici possunt, didicissent Arabes ex Dioscoride, libro 5. capite 61. vsu tam exterius quàm interius tutißimo, ideo alia etiam experimento sibi comparasse, ab his indicta, quæ tamen exusta, pro spodio vsurpari possunt, & ea antispodia vocanda. non quod omnia exusta, eò nomine insigniri mereant: quod itaque suo seculo spodij vicem obtinebat, ac intro assumptum, multis iam vsui esse cœperat; id per se vnico capite contexere, operæpretium fore autumarunt: sicque ex aliorum sententia Serapion, multas ei facultates tribuit, quas ferè conscribit Auicenna, in actiuis qualitatibus vno euarians. Galenum tamen, & Dioscoridem adducit, de eius uiribus scribentes, apud quos nulla istarum est mentio, sicut nec antispodij ex cannarum exustione facti; nec enim de omnibus intellexisse Mauritanos suspicandum, quum magis, aut minus calefaciant antispodia, ex quibus parantur, uim intendentia, aut remittentia; ideo omnibus una & par uirtus, omnino concedi non posset, quod ab his effectum est. hoc ex radice cannarum vi ventorum exustæ scribit Auicenna, corque & stomachum roborare, ex quibus autem cannis non expreßit, propterea ut ex radicibus nostrarum harundinum confectum, hodie etiam ex his parari

rari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rari debere satis temere sibi, persuaserunt plerique Brasauolus ex quodam genere cannæ, in sua patria huic rei apto, Auicennam forte intellexisse notat, nec iniuria, quum harum uiginti nouem genera demonstrasse Plinius se dixerit, ut earum differentias uidere est, ex Theophrasto 4. de hist. plant. capite 12. præterea Auer. 5. collect. inquit, carbo est nodorum harundinum Indicarum, adustarum nihilominus aliquantulum deficit, suo Seni respondens, qui spodio, aut verius antispodio, ex cannis ob id vti respuebat, quia his vires attributæ non erant, ad cor instaurandum, in quem vsum frequentißimum est vulgare spodium, nempe cannas infrigidare, & ideo supercalefacto cordi conuenire asseruit, id quod si concedatur, non ideo subsequitur harundinaceum spodium æstuanti cordi competere ex Galeno 9. simpl. cap. primo, sanè combustorum omnium nullum planè est frigidum, relinquitur enim in illis velut ἐμπύρευμα, hoc est ignitio quædam, nam ita vocabat Aristo. præterea Auicenna inquit, harundinem vehementer infrigidare, & eius cinerem calefacere, idque ex Galeno 7. simpl. cap. 4. at suum antispodium frigidum secundi ordinis statuit: hinc Auicenniani quidam, nec non hoc seculo medicinam factitantes nimio barbarorum amore decepti, credidere, cor & ventriculum roborare, quum tamen Auicenna scribat & dicitur, quod aduruntur, rei nescius, imò Serapion videatur alia de re locutus, quam Sathaiscir, vel rescius vocat, quum Auicennæ noua æditio thabaiscir vocauerit, & Bellunensis ex radicibus combustis proceræ cuiusdam arboris, internodia harundinum modo habentis, & alcanna, siue alcona vocati, fieri spodium tradidit, nomine ad lygustrum æquiuoco, hodie autem vel bubula ossa concremata, spodium falsò referunt, vel res ignota, quæ paßim circumfertur: quam vt vendibiliorem reddant agyrtæ, ex Elephantis gutture, vel dente, constare aiunt, plurimi etiam pendentes, vt vsui, ita detrimento promptum, in quo ne nobis facilè imponant, tutius, ac consultius fuerit, ex Dioscoridis, aut Galeni mente, multifariam parare, vt lib. 1. cap. 120. ex nucleis palmarum, cæterorum more crematis, in crudo fictili vino restinctis, cinere loto quod si non iustam vstionem acceperint, denuo cremandi: vel folia myrti cum floribus, & baccis immaturis, in fictile crudum coniecta, addito operculo continua foramina habente, vrantur fornacibus, donec figlinum percoquatur, iterum in fictile aliud crudum transferuntur, quod vbi perassatum fuerit, exempta lauantur ad vsus: idem ex gallis, lentisco, terebintho, œnanthe, aut mollibus rubi folijs puluceratis, eodem modo prius exustis, aqua ros. irroratis, postea siccatis, terque eadem perfusis. alij Eburis in frusta incisi, libr. i. vrunt operto fictili, ne nigrescant, vt myrti folia, deinde exemptum, in tenuißimam puluerem terunt, & cribrant, infundunt in patina vitrea, aquæ ros. libr. ij. exsiccari sinunt, secundo terunt, tantundem aquæ ros. affundentes, atque similiter siccantes, tertio rursus puluerato admiscent aquæ ros. libr. i. in qua diligenter dissolutæ sint, caphuræ subtilißimæ tritæ vnc. med. terunt omnia in tabula marmorea, trochis. effingunt, in denso vase aliquo ne expirent reponendos, hocque communiter vti possunt. si verò Ebur desit, ex cornu ceruino similiter præparetur, non minus strenuum præsertim vbi ebur iterum expetatur, vt hoc in antidoto. hic, hic, Matthiolus cristas erigens, repente tanquam Serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus, elato supercilio, acerrimè aduersus Brasauolum pugnat, tetrice obiurgat, multiplicia tela contorquet, quia quum opus sit, spodio vti, pompholigem idest tutiam, semper accipi iubet, præterea alibi interrogatus, si quis medicus spodium ordinaret, quid agendum: respondet, pompholige pro spodio vtaris, vt Galenus faciebat: primum igitur duplici notatur errore, quod non distinxerit, an hoc, vel alio modo agendum fuerit, cum medicamentis quæ ore sumuntur, quibus seplasiæ non infrequenter spodium commiscent: secundo quia tam in topicis, quàm intus in corpus assumendis, concludere videtur, pompholige indifferenter pro spodio vtendum, cuius quidem si extitisset sententiæ, videlicet tam in hauriendis, quàm exterius admouendis medicaminibus, vsurpandam pompholigem, merito culpandus erat Brasauolus, nec eum crimine vacare contendam, si eò per tenebras peruenire arbitratus est, quo pauci luce potuerunt, si tabernarijs tam flagitiosi sceleris perpetrandi ansam præbuit, quum maior illorum turba, vix literas calleat vix pertritam, & vulgarem quandam viam functionis suæ, quasi artificium manuarium perdidicerint, alterque alterum balantum more consequatur, nec luculentos, manifestißimosque sermones, in authorum, & veritatis semitam dirigere nouerint; quanto igitur difficilius, caliginosa, tetra, & tenebrosißima intelligent, quanto minus quæ apertißimè ita iudicare, atque consulere videntur, vt notat Matthiolus, verborum corticem, non nucleum spectans, inscitiam sanè malignitate arcessens, illud enim Euripidis euenit: linguam, non mentem sophisticis captiunculis redarguit. Quandoquidem, quis nam sanæ mentis existimauerit, talia Brasauolum protulisse? qui vix auri scobem deglutiendam concedit, quasi metallicum ideo existens, pernitiosam naturam habere videatur. quanto minus igitur pompholigem? non inscius illam ex tenuißima æris substantia, vehementißima ignis vi confici, ob id deleteriam esse, & si Galenus 9. de composi. med. secundum locos, cap. 3. ex Archigene, squammæ æris, aut æris usti drach. 1. hydropicis propinet, ut ex Dioscoride, capite proprio, quam tamen lethiferam, & non parum formidandam scribit Matthiolus, libro sexto, capite 27. dicendum potius Matthiolum, celeritate quadam præpropera, ac obringendi libidine percitum, sibi non obtemperasse, & sine interspiratione, medulla intus latitante non perspecta, mollißimis spinis Brasauolum incautum compungere. Tantum enim abest, ut illum urgeat, ut nec rem quidem de longinquo attingat, sed maximo ab eo recedat interuallo. Nempe & si pompholige utendum censuerit spodij loco, ut faciebat Galenus, quum in his tantum medicamentis factitandum uoluerit Galenus, quæ exterius illinuntur,

Animaduersio in Brasauolum.

Antispodii parandi modus.

Matthioli insolētia.

Pharmacopolæ quales.

Matthiol. confunditur victore Brasauolo.

illinuntur, quum eius ætate nullus ſpodij, vel antiſpodij extaret vſus, ad medicamenta quæ ingeruntur, vt longo poſt tempore à Mauritanis factum eſt, eodem pacto in topicis duntaxat, Galeni more, in ſpody defectu ſupplendam eſſe, quis dubitat? præterea & ſi pro ſpodio, pompholigem ſemper ſubſtituendam mandauerit quamuis ſpodium à medicis ordinetur, non tamen eò deuenit dementiæ, vt pompholigem citra vitæ periculum hauriri poſſe exiſtimauerit. verum quum prius medicos animaduertiſſet, Mauritanorum ſpodium quod intra in corpus aſſumitur, ſpodium non eſſe, ſed antiſpodium, atque interpretum culpa, vbi de antiſpodio titulus eſſe debebat, de ſpodio interpretatum eſſe, vt etiam in examine electariorum, in eo de ſucco roſ. apertiſſimè diſſerit: hinc inſtructi, abſoleta conſuetudine relicta, vetuſto illo more ſublato, vbi hauriendum erat medicamentum, non ſpodium, ſed antiſpodium, ordinare eos edocuerat. tuncque aut Auicennæ harundinaceum, vel eburneum commune indendum: poſt huiuſmodi doctrinam, ſpodij metallici vice, pompholigem imponendam. Quomodo ergo Braſauolum accuſas Matthiole? dic ſodes, quas nam in eum affers accuſationes, ſi verum magnopere indagando torqueris: authorum enim mens exquiſitius perpendenda eſt, in his lento gradu expatiandum, non tamen eò inficias; dilucidius res perſcribendas eſſe, ideo Manardum dubijs verborum inuolucris, erroris vehiculo pleriſque fuiſſe. at Franciſcanos Meſ. cenſores, quorum religioni aliquando addictus, iudicio deorum immortalium, atque omnium teſtimonio, ſæpius, ſæpiusque ignoſco, in tam maximas labes incidiſſe in re medica compertum, vtúe ſemel errandi faciant finem: ita enim cum Fuchſio grauiter errante, primo de comp. med. cap. 17. dictant, & omnino nullus præſumat ponere in medicinis ore ſumendis ſpodium græcorum, nec ipſorum antiſpodia; nec multis antea lineis Manardum reprehendunt, hoc pacto. ſi ſpodium ex canis ſit quaſi vnum ex antiſpodijs Dioſcoridis, quare præcipit vt non admittatur in compoſitionibus: quàm igitur familiari mendacio, quàm nuda, ac vulgari ſimplicitate, in medicos prodeunt veſpilli, quàm fatue, quàm imprudenter corporis curam agunt, anima derelicta, quàm ſtultè Manardum, ac Braſauolum, tanta iniuria, tanta impudentia, nullo conſilio, nulla ratione improbare audent, qui neſcio qua ſocordia, nihil in re medica incorruptum, nihil integrum relinquunt.

Braſauol. ac Manardus tenebroſi.

Monachorũ deliramenta in Manardũ, ac Braſauolum.

CArtilago oſſea cordis ceruini, off. os de corde ceruis: eſt propago quædam neruea, duriuſcula, crucis ſimilitudine: quæ & ſi omnium animalium cordi inſit ex Galeno 3. de anatomicis adminiſtrationibus, cap. 10. non tamen omnibus æquè dura: qua autem arte reperiri poſſit, perbelle indicatur in fine capitis: noſque eius dexteritate vſi, ſemper inuenimus, in vetuſtioribus præſertim, in quodam verò adoleſcentis cerui corde, nos ſubterfugit, ob teneram fortaſsis ætatem, qui ſi Veſalius in ſuo prægrandi humanæ fabricæ libro nullum, inibi reperiri fortè contendit, quum anatomes acerrimus extet indagator, ingenioque & doctrina, celeberrimus hac noſtra ætate medicus, debuerat Matthiolus, ne importunè ac cõtumelioſè, in doctos quoſque debacchari, ne falſitatis notam falsò inurere videretur, Veſaly librum de radice chynæ fol. 38. euoluere, vbi ita dictat. quum decrepiti bouis, aut potius cerui cor, cum humano ad manum erit: tunc nihil prohiberet, in ceruino corde oſſeam ſubſtantiam, ipſiuſque adeo oſsicula, ſecuſque in humano reperire. propterea quum honeſtum virum maximè dedeceat, in mendacium deflectere, ſæpe, ac ſæpius doctum collegam quendam noſtrum admonuĩ, ne atrociſsimè, impudentiſsimeque diuinum hunc hominem flagellaret, qui attellanica eius ſerie, nullam ſibi laudem, nullum poſteris fructum pareret. repugnauit. ideo eluceſcit, qui æc dehoneſtamenta defendit. Ariſt. 2. de animalibus cap. 15. ſcribit genus quoddam boum, ſuo in corde oſsiculum continere; Venetijs tamen bubulam tracheam arteriam, eius loco venditant: ſatius itaque fuerit veri inopia, vnicornis, aut margaritarum, vel coralliorum puluerem, pari pondere ingerere: huius nullibi quod ſciam, antiquiores meminere, minus quod in corde roborando valeat, vt neque monocerotis dicti, & ſi hac in re præſtantiſsimum eſſe, neſcio quo pacto velint recentiores nonnulli, quod alioqui mirifice in omnia venena mortifera virtutis eſſe velint, & vtiliter antidotis inſeri, quæ in peſtem fiunt: Braſauolus tamen in examine vnguentorum, ita cordi conferre tradit, vt os aſinini cordis, nullus omnino vſus Aetius Tetrabiblo, & ſerm. 4. cap. 32. inquit, amuletum naturale oſſa quæ in corde cerui reperiuntur, ſiniſtro brachio alligata, arcana, quadam naturæ vi, conceptionem iuuare creduntur: Syluius primo de ſimpl. natura Actuarium cum Arabibus conſentire ait i. cor totius ſubſtantiæ ſimilitudine roborare, vti & vnicornis portio aquam in qua maduerit epotam in nobilium lumbricos valentiſsimam, nobis etiam in dyſſenteria exploratum in ſubſtantia.

Veſalii tutela ac la[s].

Monoceros.

MYrtus, ex Dioſcoride, lib. 1. cap. 128. ſatiua nigra vtilior eſt medicinæ, quàm candida & in hoc genere, multo magis montana, ſemen tamen imbecilius parit. duo itaque myrti ſpecies, altera candidæ comparata nigreſcens, altera nigræ reſpectu albicans nos & in purpuram palleſcentes, maturas ſæpe conſpeximus: ſatiuæ ſunt, & ſylueſtres, vtriuſque coloris, in maris Thyrrheni ripa, Genuenſium, & Romanorum fluuijs, ac Neapolitano regno numeroſiſsimæ urbanarum uerò baccæ, indomitas magnitudine præcellunt, neque huic ſtatuto refragatur Marcellus, & ſi neſcio unde contrarium ex eò repererit Matthiolus, illum proinde iniuria afficiens. non enim eum latebant Theophraſti dicta, ſecundo de plant. cauſis, cap. 19. quum cultura lætari, & minori nucleo reddi, at omnino meliora euadere, uim naturamque plantarum aſſeruit, ut ægilope laborare Matthiolum crediderim, quo myrto illitus, aciem ſibi reſtituat. ex utrouis baccæ colligi poſſunt, at ex nigro ſemina folia ſuccum ex folijs, ac ſeminibus ſeruant, ex quibus etiam vinum exprimendum, ſemina off. myrtilli nuncupantur, ex Galeno 7. ſ. non parum diſsident tum folia, tum gemina, tum

Marcelli tutela aduers. Matthiolum.

tum fructus, tum succus, tanto etiam desiccans, & astringens vehementius, tuberosum quoddam, myrtida vel myrtidanum vocatum, inæquale, verrucosum, intumescensque, & concolor, quod perinde quasi manus, myrti caudicem amplectitur, coactumq; in pastillos siccatur, myrti nucleo vacuæ, iuxta balneum fortuito inuentæ meminit Theophrastus 3. de causis plant. cap. 23. laudantur baccæ recentes, odoratæ, abunde nutritæ. Myrtidanum.

MElissa, quam melissophyllon, siue melitena .i. apiastrum vocant, voce damnata ab Hermolao secundo sui corollarij cap. 310. & si ab Igino viro eruditißimo inuecta, Dioscoridi, ac Varroni vsitata, ranunculo tamen iustius competens, alijs Citrago, siue Citraria, ab odore citri, de qua Dioscorides lib. 3. cap. 99. ex Gal. 6. simpl. à marrubio facultate vincitur, ideo superuacaneum eò præsente, cuius tãtus ubiq; terrarum prouentus, velle vti melissophyllo, quam & si odoratas reddere compositiones scribat 1. de composi. med. secundum locos, cap. 5. miras in cordis affectibus laudes silentio præterijt, in quos vsus ex Simeone Sethi, Serapione, atq; Auicenna, hodie etiam celeberrima, in hortis, atq; acetarijs, mirum in modum expetitur, quod exhilarando, tristicias, timores, ex nigra bile fuget, in areis sparsa, gratißimo odore fragrans, Iunio mense floreſcit. Valeat igitur Fuchsius, sed non cum primis suarum officinarum melissophyllis, cimices redolentibus.

COriandrum, aut corianon, sesquicubito caule, ramosum, folio adianthi primum germinãte, dein fumariæ, cum odoris grauitate, floribus est candidis, semine rotundo, ac nudo, firmo ac diutino, radice breui, lignosa, neque admodum fibrata, ex Dioscoride lib. 3. cap. 60. vulgaris est noticiæ, vim refrigeratoriam habens, ex Galeno 7. simpl. cap. 43. à recentioribus medicis omnibus, vt à Dioscoride corion vocari traditur (at non sic, sed corianon) refrigeratoriam herbam ipsam dictante, si quidem ex contrarijs facultatibus constare, & compositum esse, ac plurimum etiam essentiæ amaræ habere, quam ostendit esse tenuium partium, & terrenam, vt alijs in medio prætermißis, quod ad vnguem est erysipelas, quod vtiq; inflammatum est haud vnquam sanare queat, cum pane coriandrum: sed illud quod iam refrigeratum est: porrò quod longè à refrigerantibus absit coriandrum, vel ex his quæ scripsit Dioscorides, discere licet, nam chœradas, siue strumas, cum lomento discutere censuit: at nullum refrigerantium medicamentorum, idoneum esse discutiẽdis chœradibus, vel ipse Diosco. non est dubitaturus, Auicenna lib. 2. cap. 145. Rufi, Archigenis, & Arabum quorũdam authoritate nititur, ad Dioscoridis tutelam, aduersus Galenum, in quem apertè inuehitur, quod ij, & ab ijs alij, coriandri frigiditatem testati sunt: frigidumq; esse natura in fine primi, vsque ad principium secundi, sed apud filium diregij, in tertio, sibi verò siccum esse, ad caliditatem exiguam decliue, ex Galeno autem, ad calidum omnino vergere, id quod fortasse euenit, ob aliquam sui tenuitatem, quæ post eius haustum exhalat, disperditurque, & velociter in auram euanescit, aliter nec necessarium foret, nisi homines sua frigiditate perimeret, vt multa exhiberetur quantitate. at quia subdit Galenus, quum strumas dissoluat, quonam igitur pacto frigidum erit, huic facilè respondet Auicenna, id agere propria quadam naturæ dote, & quod in eo aliqua tenuis facultas, ima petens, intromittitur, frigida nequaquam, vt eò epoto caloris particula statim resoluitur: quo fit vt sola frigida remaneat, & in corporibus agat, idque etiam probat lib. & cap. 2. quoniam quum sit cõpositum ex substantia terrea, aquosa multum infrigidante, & ex tenui resoluente, ubi intus assumitur, quod tenuè est, ab innato calido resoluitur, & non imprimit, sed marcescens summo viget refrigerio. hic inter Scyllam & Charybdim, doctißimis quibusque nostri temporis Galeno annuentibus, è patinis in prunas decidere vereor, si me huc paululum intrudam, si varie, vltro, citroq; iactatam, tam immodestam, contentiosamq; controuersiam attigero: nam dubius animus, paulo momento, huc, vel illhuc impellitur, angustijs vndiq; pressus. Fuchsius in suo de plant. hist. libro, se colligit, at præter veritatem coriandri temperamentum absolutè frigidum dici asserit. Brasauolus à Galeno dissentire non potest, vbi rationes desint euidentes, quæ oppositum probent. Matthiolus tamen hunc Auicennæ potius adhæsisse scribit, quod non video; iudicent alij. quia tamen Galenus in artis operibus versatißimus, vnicus in medicina phœnix habetur, diligentissimus, atq; acerrimus, simplicium, tum naturæ, tum facultatis indagator, ideo illius, potiusquã aliorum acquiescendum sententiæ statuit Matthiolus, nosque & si rationalium facilè principem, nunquam satis pro meritis commendatum agnoscamus, vixq; vnquã ab emeritò hoc duce desciscamus: nihilominus maiorum decreta, pro oraculis non habemus, ratione, aut experimento repugnantibus: pluris .n. nobis est veritas, quàm multorum quantumuis magni nominis, multis seculis præscripta authoritas, interdum ideo his manum damus, qui Hippocratem concisum, & vetustate in multis suspectum, in alijs exesum proponunt, Galenum verò non satis sibi constantem calumniantur, vtpotè eadem de re sæpe decertantem, atque in anatomicis administrationibus falsa, atque inuisa solo contradicendi studio asserentem, quanquam frequentius huius doctrinæ, vtpotè germanæ, nemo aduersari debeat, propterea illum vbique tueri conabatur summo iudicio, atque insigni eruditione clarißimus Andreas Camutius olim præceptor noster non pœnitendus, dum circularibus disceptationibus contrariam sententiam quandoq; defenderet Cardanus vir doctißimus. Cæterum quum scribat Galenus ferè in initio capitis, ex quibus omnibus varie quidem agit, ea quæ scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione, dehinc in fine, porrò quod longè à refrigerantibus absit coriandrum, &c. verbum illud non tantum, significat alijs inuicem facultatibus iunctis aliquid eorum agere, quæ scripsit Dioscorides. si quidem ex contrarijs constat facultatibus, nec parum etiam humiditatis aqueæ obtinet, quæ tepentis est facultatis. his igitur stantibus, si à tanto viro dissentire licet, nullo pacto longè à refrigeratione abest: quomodo autem probari poßit à Galeno, limato iudicio

Fuchsius labitus. Matthiolus parum oculatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

dicio opus est, hoc iam prius ab eo concesso, quod contrarijs constet facultatibus, in quibus ad ea opera peragenda, à Dioscoride relata, etiam consentiente Galeno, si longe à refrigerantibus abesset, nullo modo perficeret, neque ignibus sacris mederetur, si varie ea agit, non tantum ex refrigeratione. his etiam non obstantibus: Arabum, recentiorumque omnium experimento, manifestißimum est succum coriandri, non alia quàm frigida qualitate homines interficere, vt ex Serapione, authore Abugerigio, Rasi, Humaino, Habicio: hinc tollitur Cardani solutio, tertio suorum contradicentium, cap. 16. quod interficiat occulta qualitate humanos spiritus corrumpens, non enim tanta egeremus succi copia, vt paucis interiectis lineis ab Auicenna proditum est, quod si erosione, vel putredine interimeret, vnciæ vnius minorique pondere, necem inferre posset, ceu ex Galeni doctrina elici facilè potest 3. simpl. cap. 18. & 19. ex Auerroe calidum est in primo, & ex contrarijs substantijs compositum, quibus erysipillam curet, & strumas, cuius succi selibra pota, in nouilunio enecet: Galenus autē in eo de attenuante victu, cap. 52. ex coriandro, allijs, & cepis cibos pro delitijs parari, atque euidenter calefacere scribit, quamuis 2. de antidotis cap. 7. asserat, coriandrū viride, qui gustarint vino puro iuuari, id quod ad haustam papaueris lacrymam remedio est, & mediocriter frigidis 6. in 6. de mor. vulg. commento 5. quasi frigidum quum sit, calidis obtemperetur, quæ res Galenum sibi repugnantem ostendere videretur, quum præsertim ex eo venenosam quandā qualitatem habere comperiamus, & si alias in cibis tanquam innoxium accipiat, propterea vt ingenuè afferam, quod sentio tantæ authoritatis virorum, tam magna controuersia dirimenda venit. dicendum itaque Galenum plus iusto Dioscoridem inuectum, quia & si plurimum habeat essentiæ amaræ, quā ratio videtur dictare tenuium partium, & calidam, Auicenna tamen, ad rem optime respondit: addo quum opium amarum sit, si amaroris ratio habenda esset, quantumuis quarto ordine frigidum statuatur, si è sapore temperamentum, & effectus agnoscuntur, quum ore retentum linguam exulceret, quotidiana medicorū experientia, id manifestè ostenderet, nō mediocrem illi inesse caliditatem & idipsum arguit, qui ex eo prodit acris, & grauißimus odor. Auerroes etiam 5. collect. cap. 27. opium in fine amaroris statuit, ideo Galeni decretis refragari, quum omnia amara calida absolutè tradiderit, Glautium etiam quod ipse 6. simpl. adeo insigniter refrigerare innuit, vt solum sæpe erysipellata utique si valentia non fuerint, curare possit, gustus est amari, vt suam ipse legem perpetuo non seruet. quanquam 4. simpl. cap. 7. imodicè amara nōnulla astringenti qualitati mista apertè refrigerantia reperit. hac tamen in re quisque suam, tum alienam eruditionem, tum iudicium consulat. Coriandrum igitur compositum ex varijs, & contrarijs facultatibus, non longè à refrigerantibus abest: quumq́, non simpliciter coriandrum, sed cum pane, aut polenta, ignibus sacris, & vlceribus quæ serpunt succurrere, scriptum reliquerit Dioscorides, atque ex Galeno 5. simpl. cap. 9. cataplasma ex pane minus cocto, his quæ admodum calidæ sunt, atque vt sic dixerit feruent, cōmodum sit, ex hoc etiam coriandri calor innocuus esset, quum non sit absque frigiditate compositum, suaq́ stipticitate repellendo iuuaret, suo calore in profundum panis minus cocti facultatem traheret, sicq́; se mutuo adiuuarent, vt per myrram deductis astringentibus ex Galeno 6. κατὰ τόπους primo quippè 11. meth. med. cap. 16. Galenus ait amaram qualitatem præire, ac vim astringenti facere, ac sic inter initia conueniret, quamuis id reprobet Galenus 14. meth. med. cap. 3. præterea Dioscorides initij non meminit, sed erysipellati absolutè competere: quum igitur erysipellati in fine conueniat ex Galeno, ergo erysipellati congruit, quumq́; ex eodem varijs constet facultatibus; ergo & frigiditate, ergo vi esse refrigeratoria non negandum, quin & cum faba fresa strumas, & tubercula discutere censuit Dioscorides, non per se, vt arguit Galenus. quum igitur capite prædicto, digeri ab euaporantibus, & detergentibus, qualis est hordeacea, fabaccaq́; farina iudicauerit Galenus, nec non in digerentibus, discussoria virtus præpollcat 7. de composi. med. per genera cap. 13. non mirum si cum lomento digerente, quamuis frigidum coriandrum, composita tenui essentia, & calida, fabaccam farinam in altum trahat, atque strumas discutiat, diuersos calidi, ac frigidi effectus contrarijs facultatibus perficiens, nulla igitur ratione Diosco. redarguit Galenus, vtpotè materiam medicam non curandi methodum conscribentem, ceu fuse, docteq́; 3. meth. cognos. simpl. ex Maranta cap. vltimo discuti potest. In campestribus sponte nascitur, hortulanumq́; est & quāuis nulla defensio contra vim vnquā accipienda sit, nō tamen inscitia arguendus est Brasauolus, à Matthiolo, quod satiuum tantum reperiri coriandrum asseruerit, vt etiam Fuchsius, quum in eius considerationis calce, hæc denique protulerit. Ferrariense etiam solum coriandrum copiosè fert, quamuis nullus sit, vel modicus seminandi vsus. Spontaneum igitur nouit, sibi ipsi potius aduersatus: Plinius tamen lib. & cap. 20. coriandrum inter syluestria non inueniri, testatus est, at Amathi credulitas, vel mediocri ingenio despicienda, ideo commemoratione indigna, quod scilicet Dioscorides Nicander, quum venenatum asserunt coriandrum, vel cicutariam folijs coriandrinis, omnino frigidam, vel de syluestri intelligere coriandro, non de satiuo, ueruntamen quum eodem Amatho authore, cicutaria myrris sit, eo in capite, atque ex Galeno ab eo adducto secundo ordine calefaciat, nisi pudorem cum pudicitia perdiderit, secum ipse pugnare nō modo cohærentia inter se dicere, sed maxime disiuncta, atq; contraria, palā omnibus videtur, quū præsertim nullius sit in coquina vsus cycutaria, nullo semine eflatu digno, quod tamen largius sumi non sine discrimine testatur Dioscor. præterea vt omnis eius eliminetur propositio, & si edomitum coriandrum, vt alia omnia ferè agrestia, ope re humano meliorescant, mitiaque reddantur, eadem tamen esse non desinunt, nec ideo quoniam viride Hispanis vsu venit, propterea in iusculis, & conditis, citra aliquam noxam optimi esse odoris, ac saporis, gratum stomacho,

Cardani opio exploditur.

Galeni sententia nō accepta.

Brasauoli inscitia tollitur. Matthiolo conuicto. Sui ipsius verbis confundit Brasauolus. Ridenda Amathi amentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

macho,& capiti,ac inter cardiaca medicamenta enumerandum erit. quis enim nisi coriandro rotundior? nisi pistillo retusior? aut præ coriandri ingesta copia, omnino amens redditus,& odorum expers, putidã herbam, & cimicum fœtorẽ grauiter præseferentem, grati atque optimi odoris, ac saporis censuerit vnquam: siquidem etiam Galeni seculo, oleraceis cibis admiscebatur, ideo aliorum miscella retusa, innoxia videri poterat, quum tamen coriandri non modo in iuribus, uerum quoque in acetarijs, largus sit per totam Hispaniam vsus: nimirum si maxima sit dementium Hispanorum copia, pro quorum victu plurima Xenodochia in eorum gratiam erecta, se uidisse testantur Reuerendi, qui in Mesuem annotationes scripsere. præparatur coriandrum aqua prius lotum, post aceto acerrimo nouem diebus maceratum; alijs uino meraciore, aut cretico, quod eius noxas potentius tollat, quotidie manibus agitandum denique soli exponendum, donec siccetur; torresit autem ut cap. de cumino huius præparati usus, nunc frequentissimus est per se,& sacchāro confecti, à cibo, ad caput & uentriculum roborandum, adque inhibendum uaporum in cerebrum ascensum, magno errore, & à Dioscoridis opinione diuerso,& si Arabicæ familiæ authoribus consentiat, prius verò Tralliano lib. 1. cap. 15. vbi coriandrum ex aquæ feruente, humorum vapores ad cerebrum ferri prohibere testatus est, at largius sumptum, insaniam affert, à temulentia non abhorrentem 6. lib. cap. 8. hæcque & si virescenti semine duntaxat inesse putent aliqui, sicco verò contrarium, longe à ratione absunt, siquidem sicco semini viridis vires non depereunt, quamuis tanta non insit humoris copia, ceu in virente, atque herba, non ideo eadem priuatur vi, & si imbecilliore constet, idque cicutæ, papaueris, & aliorum quorundam semine comprobatur, absurdum .n. est credere siccum coriandrum, contrarijs facultatibus à viridi constare, nisi in aliam degeneraret speciem, suo generi repugnantem, nec præparandi modus ita eius vim eneruat, vt suam ipsorum naturam immutare possit, quo postea contrarias assequatur vires, verum acrimoniæ aliquantulum,& malignitatis deponit, quo circa eius copiosiore esu capiti infensissimo abstinendum: quum Dioscorides, vt plurimum ad exteriora vteretur, vel parce ad interaneorum tineas, genituramq; augendam. Galenus tamen 8. de compo. pharmac. secundum locos cap. 4. ructu acido affectis, coriandrum cochleari mensura, ante reliquum cibum edendum præbet, & merũ insuper bibendum. Simeon Sethi bonum stomacho,& eundem corroborare, ac cibum in eo continere dictat, huius verò succum venenum esse, mutosque, ac desipientes reddere, post biennium, tabem, ac teredinem sentit Hippo. in calce lib. de affectionibus, stomacho gratum esse dictat,& per aluum secedere tum coctũ, tum crudum.

Coriandri præparatio & torrefactio.

BErillus, ex Plinio lib. 37. cap. 5. ex India originem trahit, rarò alibi repertus, poliuntur omnes sexangula figura, artificum ingenijs, quoniam hebescunt, ni color surdus, repercussu angulorum excitetur, aliter enim politi non habent fulgorem eundem, probatissimi sunt ex his, qui viriditatem puri maris imitantur, proximi qui vocantur chrysoberilli,& sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore, sunt & alij plures: postremi crystallum adeo referunt, vt à solis gemmarijs internoscantur: de his, eorumque dotibus Albertus lib. 2. cap. 2.

CAphura off. camphora, Dioscoridi, Galeno, ac cæteris huius ætatis authoribus intacta, ex Serapione, authore Isach, est gummi arboris cuiusdam, maculis rubentibus insignitum. hæc calore Solis extosta, vel ignium vi pellucet,& elaborata candescit, nec solum in interuenijs ligni lamellarum modo impacta figitur, ac si medullæ locum occupet, uerum etiam foras emergit, cortice disrupto resinarum instar, & si aliter scriptum reliquerit Brasauolus: alia crassior, rudis videlicet, nondum ignem experta, atro colore, alia fusco, alia candido præstantior: deterior fragiminibus & assulis implicita, cæteris bonitate & tenuitate præstat Rhiachina dicta, huius largioris prouentus augurium creditur, quum Cœlum frequentibus fulgetris coruscat, tonitruis cõstrepit,& reboat, huiusq; fragores, uel terræ motus insultant, huius arbor ex Aetio, vt inquit Ruellius, quod nos ex Simeone Sethi potius credimus, è quo ἐργαζομένη .i. igneo calore elaborata, vt quæ venalis in Tabernis, in India nasci fertur, tanta magnitudine, vt sub eius umbra hominum, centuriæ recondi possint: in montibus mari propinquis, materiæ leui, ferulacea Cardanus 5. de subtilitate, bituminis genus esse quasi assentitur, forte quia Auerroes 5. collect. inquit. Ambra est una ex speciebus caphuræ, quæ oritur in maritimis scaturiginibus, præterea cap. 56. ex rebus esse in mari nascentibus caphuram Indicam: ad hæc eodem ducitur argumento Fuchsius, quod terræ motu larga sulphuris ac bituminis copia exiliat, ideo caphura bituminis Indici genus sit, ut ex Auerroe, at qui indicas horas per meridiem suis triremibus perlustrarunt, gummi esse cum Auic. ac Serapione asseuerarunt, quum uerò addit Cardanus succinũ accensum, & fumo madida mapa excepto, caphuram olere,& paulo post myrrhæ odorem suauem emittere, quum uritur asserat, qua sit aspergendus labecula, ipse iudicet, ne uidear in clarissimum hunc uirum uerba facere. Legitimæ probatio hæc est, in calido pane, è furno recentissimè sublato, bipartitoque, manibus scisso, caphura ponatur, quod si humore madeat, syncera est argumentum, sin contra perarescat, spuriæ, ac facticiæ, dicitur etiam nisi probe occlusa, ita exhalare, ut in nihilum euanescat, illusis aromatopœis. hanc si quispiã terere exoptet, duas, tresue amygdalas prius atterat, ubi mortarium illeuerint, abijciat, caphurã postea contundat, uase marmoreo, lini, aut psyllij semine obruta, diutius seruatur,& ad plures annos. ex Arabũ sententia frigidi est temperamenti, idq; congelatione quotidianoq; experimento ostendere conantur Arabum imitatores, nec ob simbolum cum igne adeo calidam fatentur, ut nec oleum omne: at gustus, qualitas odoris acrimonia, aerea substantia, pondus, raritas, ancipiti calamo, non leuem controuersiam adducunt: potiusque in contrariam sententiam eunt: si omne aroma

Cardanus notatur.

calidum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

calidum, ut ex Galeno 2. de aliment. cap. 15. Nec propterea Fuchsii opinio admittenda, pro ea nymphee æ florum duplum accipiens, ut 2. de composi. med. in Diarhodo, &c. contra authorum sententiam.

Lætificans Hamech filij Zacchariæ.

RECipe rosarũ, ligni aloes, an. drach. vj. macis, nucis moschatæ, gallię moschatę, cardamomi vtriusque an. drach. ij. cinnamomi, croci, an. drach. ij. & med. ciperi drach. v. caryophyllorum, masticches, spicæ nardi, asari, an. drach. iij. excipe melle empellicarum, aromatiza moschi, gr̃. xv. datur à drach. j. ad iij.

Ad affectus cordis, ventriculi, hepatis, quas partes etiam roborat, palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, coctionem iuuat, oris, & corporis odorem commendat, coloremq; viuidum facit.

Varia sunt lætificantia antidota, alia alijs præstantiora, ut ex Rasi 5. Continentis. ex Nicolao, Galeno ascripta, quæ tamen in vsu non sunt, quod plura quàm præcedentia non præstent, ijs etiam efficaciora.

CYperus, vel cypirus, quibusdam Erysisceptrum, vt aspalhatum appellatum, ex Dioscoride lib. 1. cap. 4. radices habet, quarum in medicina est vsus, cohærentes inter se, oleis oblongis similes, aut rotundas, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. Optima est, grauißima, densa, fractu contumax, plena, & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi, qualis est Cilicia, Syriaca, & quæ à Cycladibus insulis petitur, aliud etiam cyperi genus traditur, à Dioscoride, in India nasci, Zingiberis effigie, quod manducatum croci vim reddit, gustu amaro, & illitum, præsentem psilothri vim exhibet, qua assentiente descriptione, ex doctorum ferè omnium iudicio, nihil aliud est, quàm radix illa, quæ cum Zingibere affertur, etiam à peritis, vix dum ab illo discreta, quam Italicæ officinæ curcumam vocant, non quidem chelidonij radicem, & si in Serapione, curcuma corrupte, pro chelidonia legatur, ceu antiqua patrum Barbaries sibi persuasit, Crocoma verò fæx olei de croco vocatur. Cyperi ingens copia, in conuallibus nostris exuperat, præsertim cui omnes Dioscorid. conditionis quadrant, quanquam vulgarem cyperum illegitimum esse conijciant, Reuerendi Mesuem commentati, quoniam radicibus non est oleis oblongis similibus, quales Romæ inueniri dictant, uerum quum aut rotundas subiecerit Dioscorid. & vtriusque modi apud nos quoque visantur, si nostratem odore, ac amaritudine parum deficere intulissent, de re plantaria melius sentire viderentur: leuia .n. hæc sunt, & minus intensa, nimirum ob multam loci in quo prodeunt humiditatem, ad omnia itaque infirmiores sunt. Syriacæ præferendæ, vel istarum inopia nostratium duplum accipiendum, vniuersali Galeni decreto 1. de antidotis 14. at quia, vt dictum est, cyperus quandoque rotundas, sæpe oblongis oleis similes habere radices reperitur, ideo nonnulli primum cyperum vocauere, secundum ob hoc cyperidem, quæ tamen tabernarijs potius tædio sunt, quàm vtilitati, vt quod à Plinio lib. 21. cap. 18. triangularis primò, mox angulosus, vt quadratus ex Cornelio lib. 3. cap. 21. quippè quum angulosum depinxerit Discorides omnes anguli numeros comprehendens, utriusque historiam confirmasse, & inter eos veluti litem diremisse videtur, at quia fibris sordidis plerunque obsitæ sunt radices eius, ideo ab his expurgandæ, ~~biennio durant Iunci.~~

Curcuma: Crocoma

Monachorum non cõprobata opinio.

Ex Citrio.

RECipe cortex citrij drach. xxx. caryophyll. ligni aloes, cinnamomi, macis, galangæ an. drach. ij. cardamomi, Zingiberis an. drach. j. moschi drach. med. melle excipe: da ad vnc. med.

Cor, ventriculum, ac coctionem roborat, flatus crassos dissipat, oris halitum commendat: In vsu esse desiit, huiusque loco potius vtuntur corticibus citrii conditis, præcipuè cum ambaro, & mosco, vt in conditis.

Sunt etiam antidota è Citrijs Nicolai ab hoc euariantia, vt aliud etiam, post antidotum Panaciam. Est & compositio Diacitriu ex Paulo lib. 7. cap. 5. at purgatoria. Est & antidotum Diacitrinon Actuarij, ad stomachi noxas, cap. verò 11. ad tardam coctionem, vt etiam ex Aetio, Tetrabib. 3. serm. 1. cap. 24.

Electarium cordiale primum, aliàs mixtura.

RECipe Conseruæ rof. & buglossi, vel boraginis, Conseruæ violarum, an. vnc. med. florum nympheæ, fragmentorũ pretiosorum, an. drach. ij. manus christi cum margaritis lib. med. foliorum auri nu. xvj. permisceantur omnia.

NYmphæa, off. Nenuphar, ex Dioscoride lib. 3. cap. 136. nascitur in paludibus, & stagnantibus aquis folijs fabæ ægiptiæ &c. Est & altera Nymphæa, cuius flos blephara dicitur, folijs antedictæ, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili, nobis in pallidam flore candido, lilio simili, radice nigræ, aspe-

ra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ra, clauæ figura, & croceam off. citrinam diuiditur, flore luteo, splendẽte, rosæ simili, radice alba, aspera, in palustribus nostris vtræq; copiosæ; nec quicquã illis speciosius innascitur, & viuit: quæ cãdida est radice potẽtior existimatur: quæ vis tamen alterius defectũ supplere potest, ad alphos atq; alopecias, nigro caule præstantior creditur: Græcis semine, ac radice tantum vsitata exsiccandi facultatem illis tributa, Mauritani floribus quoque vtuntur, vt Auicenna humiditatem in 2. tradentes, Indas verò ad mandragoræ dotes accedere. Serapion ex Albasari, nympheam humidam in secundo disponit, aliam verò eius speciem acutam, ac calidam, ut maximo cum iudicio legendi sint Arabes.

Cordiale secundum.

RECipe Conseruæ buglossi, & violarum, an. vnc. iij. Conseruæ rosƒ. vnc. ij. conditi ex amarinis libr. med. sacchari candi exquisite contriti vnc. ii. cum syrupo ex succo citrij acido fiat: hoc vsitatius est.

Antidotus è lapide cœruleo, aliàs Confectio alchermes.

RECipe serici chermes nuper infecti, libr. i. leuis ponderis, immerge succi pomorum dulcium, & suauiter olentium, atque aquæ rosƒ. an. libr. i. & med. post quattuor & viginti horas, coque lento igne, donec liquores isti rubeant, deinde extrahe sericum, atq; insuper exprimè diligenter, infunde mox sacchari candidissimi libr. i. & med. ad mellis crassitiem coque, amoue tunc ab igne, atq; immisce ambari synceri, minutim concisi drach. vi. quo liquato inijce pulueres eiusmodi, ligni aloes, cinnamomi tenuioris, an. vnc. med. lapidis cœrulei loti, & præparati, vnc. i. & med. margaritarum albarum drach. ii. foliorum auri, moschi optimi an. drach. i. Datur ab aureo vno, ad aureos duos, & med.

Cordis tremori, syncopi, dementiæ, melancholicis etiam, eius ignota causa, mirum in modum prodest, facultates nostrum corpus dispensantes, humore melancholico oppressas roborat.

Confectio, & Electarium, quamuis prima facie, diuersum quicquam indicare videantur, ita vt Confectio iudicetur Electarium solidum, Electarium verò latius pateat, & etiam molle comprehendat. nihilominus hæc potius est nominum confusio, ex Arabistarum vulgo inuecta, quam tamen perpetuo non seruant. non minus etiam inepti in Electarij voce, & si illis, ex consuetudine, assentiri cogamur.

HAec Confectio, nullis variat ponderibus, cap. de lapide azuli, authore Mesƒ. & si alij sacchari drach. cl. legant. Syluius autem auri drach. i. & tertiam, moscho ibidem prætermisso. Monachi verò ambari vnc. med. darseni, an. drach. vi. cum Præposito, vt etiam moschi scrup. i. cum Syluio in Antid. Myrepsus, cuius eadem creduntur fragmenta. Præpositi cognomento, interpretum fortasse culpa olim inuulgata, pondera multo magis immutat, legitque ligni aloes, cinnamomi crudi, cinnamomi tenuis, excussoris aliquo vt credimus lapsu, at quid ab vnguentario expectandum, quid à Graculo alienis plumis perpolito, qui penè omnia ab Actuario, Mesƒ. alijsque suffuratus est, vel adiectis, vel derasis simplicibus, hoc pacto illorum immutatis compositionibus, vt ex ipsorum collatione facilè omnibus innotescet, hinc nobis vitio non vertatur, si quæ ex eo prodijsse etiam videntur compositiones, ex Fuchsii commentarijs ad vnguem non sectamur, siquidem ex eiusdem Theriacæ annotationibus, Nicolaus Alexandrinus vnguentarius, & rerum medicarum non admodum peritus scribitur, eiusque se codicem vnicum habuisse, & deprauatißimum testatur Fuchsius propè finem sectionis de mulieribus, quo circa vulgatorum codicum fidem nonnunquam secuti, vsitatum morem, atq; experimentum nõ despicientes, ex sexdecim Mesƒ. exemplaribus, cum manu scriptis, tum variè impreßis, libellam, & perpendiculum nobis construximus, id quod semel dictum sufficiat: siquidem luminaria, aut verius tenebras, doctis auribus indignas, ac triobolaris literaturæ scriptores naucifacimus, eorum insaniam, ad vecordiam vituperamus, silentio inuoluimus, ne ac prolixitate, omni emolumento, omni doctrinæ fructu, & vtilitate spoliati, quo quo vertamini non habeatis. Nempe etiam Marsilius Ficinus, in libro de vita, ex succo pomorum, succo buglossi, atque aquæ rosƒ. singul. libr. i. ligni aloes, cinnami an. drach. vi. lap. lazuli drach. tresdecim, moschi drach. med. & sacchari drach. cl. cæteris paribus componit, nos aquæ rosƒ. loco, succũ accipiendũ credimus, vt diffusius cap. de succis medicatis. cæterum vulgata antidotarij sedulo prætermissa, inscriptam præ alijs elegimus, in quam nihil obici potest, quod non leuiter diluatur, & si Manardus in annot. simpl. Mesƒ. lædere magis quàm iuuare, hanc confectionem scribat, præ exigua lapidis cœrulei quantitate, qua vomitum, & secessum citabit, nec perficere poterit: cui dubio satisfecisse opinatus est Iacobus Syluius, in ijsdem annotationibus, quod obiectio hæc momenti maioris nõ sit, quàm de rhabarbaro, in electario de aromatibus: vtrunq; enim

Cur Myrepsi, aut Propositi pondera, & cõpositiones non sectamur

Luminariũ cur nũquã reminiscamur.

Manardi opinio reicitur.

Syluii solutio friuola.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

enim largiore copia sumptum, purgatorium esse, parciore verò, alia sua substantia roborare, purgatrice imbecilla, ne mouere quidem corpus, vel tantillum, dispar tamen est argumentum: quum Auicenna, azulum putrefactorium scribat, essetque noxium, non quidem sola quantitate, vti frigefacientia, sed toto genere, vt cantharides, auripigmentum, chrysocolla: quumque ad hoc vt nihil lædat corpus, pars quidem purgantis alimentum fiat animalis, pars verò in pharmacum venenosum conuertatur, aut in humorem quem attrahere nata erant, ceu de ónico retulit Galenus 3. simpl. cap. 25. nec solus cæruleus, aut cum noxam corrigentibus roboret, aut sine purgatione ab infarctu liberet, quas dotes omnes, & quasdam alias complectitur rhabarbarũ. ideo dicendum, cærulei sesquiunciam, vt hic, omne opus perficere posse. præterea cum duabus drachmis duntaxat, vt prius, relicto plurimorum testimonio, quibus non modo innoxia, verum mirifica, & saluberrima extitit, quum ex Aetio, Tetrabiblo 1. serm. 3. cap. 123. multi accepto veratro, ipsoque concocto, omnino quidem non sint purgati, vtilitatem verò non minorem perciperint, quàm qui purgati fuerant: nimirum si nunquam vomitoria nulla etiam subductionis vi, commendari potuit: quamuis nemo hactenus, nisi à nobis instructus, vt par est, illam parare sciuerit.

SEricum, & seta aliis sera à seris amiculis, an idem sint, longa nimis & morosa solicitudine prosequitur Brasauolus, in examine syruporum: nunc autem vulgo accipiuntur, pro eo texturæ opere, quod è bombycum lanificio depecti solet: huius vix quicquam posteritati mandarunt veteres Græci, Aristoteles tamen 5. de hist. animalium, cap. 19. inquit. Pamphilam Platis filiam, in Co insula, primam docuisse vestes bombycinas texere, ex filo quod à bombyce fit, & si primum sub Iustiniano, & oua, & artem educandi per Monachos, ad nos peruenisse scriptum sit. Galenus etiam 13. meth. med. vltimo, serica fila ægrè putrescibilia, ad arteriam deligandam commemorat, vt in eo de cognos. curandique animi morbis cap. 9. ex Serapione, vellus est vermiculi, admirabili naturæ spectaculo contextum, cui postea foramen obducens, in papilionem exit, nisi radiis solaribus expositus dispereat, neminem. n. latere puto mirificam bombycorũ metamorphosim, carcerem voluntarium, quo se congesto glomere occludunt, industrium lanificium, quo nihil ingeniosius, dum sericea stamina prægnante ex vtero, rostro ac pedibus explicant, ac diducunt: id etiam ad immortalitatem ac memoriam eorum sempiternam accedit, vt inuolucri finem assecutæ, rufa vt plurimum mẽbrana obducti, ascitis sibi alis, in papilionem vtriusque sexus, saltitantem potiusquam euolantem euadunt: at quamuis peracta copula, ouis editis tabescant, his tamen rediuiua proles, proximo anno calido loco effota, vermiculos emittit exiguos, eosq; quotannis perennat, eodemque ritu propagat. hæc igitur est seta, qua Principes quondam, & Magistratus ornabantur, potestatis, & honoris insigne, nunc autem promiscuo vsu, ad plebem translata: hanc nonnulli comburunt, quo facilius conteri, ac ad læuorem redigi queat, verũ ineptè fit: quum ex vstione vis eius euaporet: præstat itaque eam incidere, & leui igne, vel in clibano calido, tandiu in fundo ollæ nouæ opertæ permittere, donec ita assetur, ut teri possit, atque diutius contundere, uel in decocto medico, ad quos effectus præparatur decoquere, his imbibitis æstiuo Sole siccare, usus gratia, ex Auicenna crudum longè præstat, eo quod ignem fuerit expertum, tametsi coctum quandoque in usum ueniat, uerum antequam in infectorum cortinis immersum inficiatur. Mes. tamen decoctum sericum, & fullonum coloribus imbutum, hoc in antidoto accipere uidetur, cuius uis cardiaca, ex tinctura quæ coquendo fit dissipatur, hinc sericum uelut exanimatum, uiribusque relinquitur destitutum, uerum quia in Diamoscho, crudum iniiciendum iubet, ideo neque hic, aut alibi, coctione infectum intelligere suspicamur: proinde longe à Matthiolo dissidet opinio nostra, & si crassa nimis ignorantia, qui praxim audacter magis quàm perite exercent, plurimi huius ætatis medici nũquam animaduerterint, eo magis quod recentis tincturæ sericum postulat, in qua facilè nobis imponere possent, pro recenti, uetustum uenditantes, cuius rei conscius Mes. ut quod coctum, parum aut nihil efficaciæ in se continet, à nobismet ipsis tingendum uoluit, non ignarus infectorum sericum, alumine, mystra, aliisque cũ miscellaneis, toties excoctum, nullam omnino serici uim continere, ex chermes uerò paucam, aut nullam: quippè quod ne color ille elabascat, artem omnem adhibeant, ideo etiam difficilimè eluatur, limoniorum succo infusum: quo circa, ut setæ, & chermes facultates coeant. Accipe serici crudi libr. i. leuis ponderis, aqua immerge, in qua legitimum chermes ad iustam crassitiem dissolutum fuerit, dimittatur triduo. sunt qui chermes libr. i. pulueratam in aquæ libr. v. antequam feruere incipiat, iniiciant, post unicum feruorem ab igne deponant, & crudam setam imponant, tantisper sinat, quoad optime imbiberit, exprimant mediocriter, postea siccatum, maceretur horis uiginti quatuor succo pomorũ, & rosarum, simulq; ferueant, & hoc pacto utriusq; facultas, serici uidelicet, & chermes, manifeste inerunt, nulla inter Arabes discordia: nam & si Auicenna infectum uilipendat, intelligit id quod coquẽdo tingitur, uel alio modo paretur, scilicet sericæ bombicis uellus, nullo liquore tinctum, nulloque humore, aut succo, quod tingendo sit incoctum, ponderis circiter vnius libræ bulliat in aque ros. lib. iii. vsque ad dimidiũ consumptionem, deinde fiat validissima expressio, qua eiecta, adde succci pomorum dulcium tantundem, pul. chermes vnc. iii. tantisper efferuescat, donec liquores ruborem acquisiuerint, his colatis, reliqua vt dictum est adiiciantur. cæterum vellus non flacidum, sed duriusculum eligatur, à filis crassioribus exutum, nõ insolatum, uerum diligenter excisum, quo adhuc viuens uermiculus extrahatur, ne phœbæo calore interfectus, cadauerosi aliquid relinquat, ne Sol eius tenuiorem substantiam eleuet, atque effluere cogat: quumque putrescentem squamulam ueluti spolium, in alati animalis mutatione, suo in exitu intus relinquat, tetro, & subuiroso odore folli-

Matthioli vana persuasio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

folliculum ipsum inducens, ideo non tam diu sinendum, neque è quibus prodierit admittendum: hac itaque diligentia, non cordi noxium, verum maxime propitium, via regia, experientia ipsa, Arabes secuti, affirmare audebimus, & si secus eruditißimi quidam viri existimauerint: alij tenuißima fila artificio extensa suscipiunt, verum quia ante huiusmodi nexum, vellera prius efferuescenti aqua semiputri, nulla cura imposita innatant, nullaque animaduersione sericinæ erucæ in medio labore defatigatæ, mortuæ, atq; sepultæ, vnà incoquuntur: præterea radijs solaribus vel extinctæ, vel stupefactæ, putridam quandam adipiscuntur naturam, quam eandem velleri contribuunt, ideo rudem setam, nondum elaboratam acciperem, vel fila maxima animaduersione conuoluta, non ea, è sericis pannis etiam nondum rasis propendentia, & si Dessennius à Theodorico deceptus, illum sibi imitandum proposuerit. Dessennii error.

C*Hermes arabicæ, coccus baphica grecæ, granum tinctorium latinè, vulgo grana, idem esse creditur: quoniam Serapion per chermes, coccum quo infectores vtuntur intelligere videtur, vt qui vniuersum caput Dioscoridis lib.4. trigesimũ nonum exscripserit, optimum in Galatia, Armenia, deinde Asia, (Galatia Armenia & Cilicia Asiæ sunt partes. Ideo obliteranda videtur Asia, quod diuersitatem ponat. nisi paludem in Mysia propè caystrum flumen intelligat, quod si hoc pacto seruari poßit Dioscor. qui suis enarrationibus omnia aduertisse creditur Matthiolus, quàm primum exponat) & Cilicia, vltimum ex omnibus Hispanicum, quum tamen coccum res sit non incognita, ipse tamen frutex, qui id producit, non est satis perspectus: quodque seplasiarij habent, rotundum profert granum, & intrinsecus vacuum, forte eius generis, quod Plinio scolecion dicitur, celerrimè in vermiculum se mutans, & si grana ceu lentes, suo frutici adhæreant ex Dioscoride, atque in Cilicia è quercubus, vel potius ἐν τοῖς πρίνοις cochlearum exilium similitudine gerat, oreq; legatur, & grecæ πῦς ὁμάτι corruptè, vt credit Marcellus, & pertinere ad tempus quo colligendum est: grani huius puluis à tinctoribus expetitus, quia multo maius cortice venditur, ideo rarus est in myropolijs, facultate tamen valentior, quum vsitatum coccum cortex sit exhaustus, bacculæ asparagi æmulæ, nullius ferè momenti, quum itaque coccum, & chermes, idem peritißimi quique hactenus sibi persuaserint, Brasauolus in examine syruporum, diuersa quidem esse fatetur, at chermes sub cocco comprehendi. Matthiolus hinc falli cucullatos Mes. interpretes contendit, quia & si granum tinctorium, coccus videlicet, & chermes .i. è quo floridus ille color emergit, duæ res diuersæ sint, id tamen non concludere, chermes non esse coccum infectorium, ex Serapione, atqui in pluribus Germaniæ locis, & in Polonia, apud Crocouiam vrbem regiam, circa vstulum flumen, clervicel, & chermes vocitatum, & excellentißimum super varias herbas nascitur, in Hetruria, Vmbria etiam super herba ex bipinellæ genere, vulgo strella, quod vel semen sit, vel subterranei vermiculi ouum quibusdam dubio fuit, quod citißimè in vermiculum, cimicis æmulum, atq; in papilionem alatũ permutetur, ideoq; quum huiusmodi plantæ proprio semine præditæ sint, quo generantur, ideo ouum potius existimant, quod ne fiat aceto butyroue, oua illa asperguntur, eademq; in puluere, aut massas redacta ad nos important. In Cypro, Creta vocatur γάζοπρινον in Valentino comitatu Hispaniæ, in Prouincia chermes à Samnitibus, & Macedonibus, cheruach pluribus alijs locis nascitur, ex pusillo frutice, folia habente Ilicis aquifoliæ similia, parua, & spinosa, in Ilice etiam roboreq; nascitur, ex Plinio lib.16.cap.8. & lib.24.cap.4. & coccus ilicis appellatur, vnde Myrepsus, sericum è grano Ilicis tinctum accipit, hæc verò omnia, & si chermesinæ tincturæ nominc confundi soleant, ne sacerdotes lacerandi locus relinquatur, & si indistinctum Serapionem attigerint, quàm longe à veritate recesserit Matthiolus, non multo labore demonstrabimus: quum chermes ex Serapione,* Pro Monachis pugna aduersus Mathiolũ. *cap. de lacca, aliud sit à grano tinctorio, vt diffusius cap. proprio: id tamen quum ex ea etiam significetur, vtrisque implicatis, nec facultatibus admodum varient, non vsque quaq; peccabunt, hoc, vel illud admittentes, & quamuis Manardus, in censura medicamentorum Mes. scribat, in hac confectione, se nunquam iactaturum pecunias quod neque in serico vocato, neq; in cocco, vel baphico, vel chermes nuncupato, agnoscit vim nisi constringentem, colorisque rubri ratione, lædere cor, potius quàm iuuare, spiritus, & sanguinem trahendo, propter similitudinem: cui quidem dubio mentem adhibuit Syluius, at difficultate perterritus, insolutum* Manardus reprobat. *reliquit, nos soluere tentabimus. Siquidem serici, ac chermes astrictio, non leue momentum obtinent ad cordis & aliorum membrorum robur spiritus etiam cogit, idque etiam rosarum succus, aut liquor stillaticius, nec rubor noxius est, sed tantum, vel eo amplius proficit, quo affinitate coloris, ad sanguineam dirigit massam, quam quidem defæcat, puram, atque illustrem reddit, eius veluti limum expurgans, quod non tam facilè sine præstantia, atque similitudine perficeretur, hac inquam lege, astrictoriaque vi, facultates omnes corroborans, serici tota substantia, alijsque, spiritus illustrans.* Animaduersio in Syluium. *Vlterius animaduersione dignum est, chesmes per ʃ Arabibus passas significare, ne quandoq; ex mutatione r in ʃ error contingeret.* Chesmes.

L*Apis cœruleus, vel Cyaneus, siue Azuli, ex Serapione, idem est quòd Armenus Dioscoridis lib.5.cap. 55. Galeno Armeniacus 9. s. nempe & si verbotenus differant, re prorsus nihil distant: sunt.n. Græcorum cum Mauritanis frequentes æquipollentiæ, vbi sub diuersis dictionibus, idem videlicet profertur, cuius quidem caput, si cum Dioscoride conferatur, ad vnguem armeno respondet, & si lenem iste, ille verò leuem dixisse videatur, ex mutatione virgulæ, quæ n in u transtulisse facillimè potuit, ceu etiam ex Galeno 1. de antidotis videlicet ε modo in ο modo in α transit, & ι quoque, & ν reciprocãt, vna.n. linea addita ι in ν mutatur, & ex duabus altera detracta ι remanet, additur etiam cuius frusta sunt magna, in reliquis, ne*

pauxil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

pauxillum quidem discordant, ex Dioscoride præfertur leuis, colore cæruleo, perquam æquabilis, calculo carens, & friabilis, Auicenna tamen in contrariam sententiam ire videtur, quia separatis capitibus, seorsum azulum ab armeno distinxit, nihilominus eadem præstare azulum, quæ chrysocolla, sed inefficacius vsumque habere ad pilos in palpebris alendos, &c. ex Dioscoridis armenio excerpsit, vt reliqua ex Serapione, authoritate Alcausii, vix dicam verbo euarians, vt certè per azulum, armenium intellexisse videatur, vel potius more solito implicuisse, quum in Armenij capite aridus, atque ieiunus, indiscriminatim alterius facultates obruerit, intellectu facilia, & clara obscuritate offuderit: Auer. etiam sub azuli nomine, de armeno tractasse videtur. Dicendum itaque azulum, & armenum quadantenus cognatos esse, quod non modo vtrique simul, in ijsdem proueniant metallis, & in vna eademque massa frequentius, ideo coloris propinquitate, eandem & vim, & pretium, apud plerosque obtinuisse. Armenus tamen maxime viridis est, communicato colore cum cæruleo, rarissimus, & è spectaculo leuis præsertim, ac friabilis, tametsi frustula cæruleo adnata, sepænumero aduerterim, præsertim in officina eggregij Io. Guideti è Sustegno, cæruleus verò cuius nũc vsus, vt plurimum punctis aureis interstinctus inuenitur, aliquando absconditum intra se aurum tegit, nec modicum armenij simul, vt etiam marmorei lapidis prædensam crustam, quam scilicet vnà atterunt, & perperam pro cæruleo, ac armenio vsurpant: similis igitur facultatis, aut non admodum disparis iudicandi sunt, vt altero alterius defectum suggerere posit. Mes. cap. de lapide stellato, ita azulum intricat, vt à Delio ipso extricari nequeat: hinc nõ iniuria Manardus, in censura simplicium Mes. magnum esse chaos hoc in capite annotauit, tametsi Brasauolus lucernam in meridie accẽdens, laterem lauare cõspicuè videatur, excellentissimum hunc virum admiratus, quod Mes. per lapidem stellatum marchasitam intelligat, idem quod pyrites Græcis, cuius duas species enumerat, alteram marchasitam argenti, alteram lapidis azuli, præsertim quia in ijsdem fodinis lapis azuli, & marchasita nonnunquam reperiuntur, quodque per stellatum, non asterem intelligat Mes. vt putat Manardus, sed marchasitam hoc nomine ideo præditam, quia ante solem, aut aliam lucem vt stella radiat, propterea non adeo temerè culpandum Mesuem, & si lapidem azuli, & marchasitam, diuersa esse scripserit, quoniam in eo splendore idem sunt. hæ sunt Brasauoli argutæ inquàm rationes, aduersus Manardum, pro Mes. tutela, in quas incidens, ita me Dij bene ament, nisi vertigine semicorreptus, nullam magis stoliditatem admirari cœpi, quod ita intelligendo, vt nihil intelligant alioqui doctissimi viri, dum fores medicos aperire nituntur, validissimis pessulis abditus occludant, suisque fallacijs, tenebras lucem esse persuadere conentur: nam vt singula Brasauoli argumenta penitus dirimantur, manifestissimum est lapidis stellati vocem, inusitatam, inauditam, prodigiosamque esse, & nuper à Mes. inuentam, quum ex hoc, nec Samiæ terræ speciem, nec Plinij gemmam stellatam significet ex Brasauolo: quumque marchasita Græcis pyrites, ab eo per stellatum lapidem accepta, nunquam tali nomine decorata eluceſcerit, præterea Dioscoridis pyrites lib. 5. cap. 89. cuius est præclarissima fodina in Ocris montibus, iuxta Tergestum, lapidis genus sit, à quo æs conflatur, eligique debeat æris similitudine, facilè scintillas edens: à Mes. maculis aureis constat, in reliquis à Græcis, Mauritanisq; dissidet: Quandoquidem si per stellatum, marchasitam intelligit, quum eundem in marchasitam, atque azulum diducat, necesse est binas à Mes. concedi marchasitas, cuius vnica species, ab vtriusque familiæ authoribus, eaq; dissimilis pingitur, & si hodie fermè tot dentur marchasitæ genera, quot sunt metalla ceu ex Alberto lib. 5. cap. 6. qui si pyrites aurum in se contineat, nec ne, vide à Georgio Agricola 7. de re metalica vbi in Tauriscis aliquid inest auri, sulphuris, atramenti sutorij, vt quandoque sola, omnis metalli expers 5. metallicorum, quumq; ex Mes. præferatur viridior, in colore azuli, marchasitæ immixtus: ex his profectò stellatum, non esse marchasitam supposuit: quid ergo garrit bonus hic Brasauolus, quid clarè locutum contendit, quum ne Apollo ipse vestigare queat, quid nam per stellatum induxerit: atque hæc leuia sunt, ad chaos probandum, quoniam marchasitam, & azulum, diuersa esse constat, tanquam ex se probatum axioma, ita etiam sentiente Manardo: nihilominus Mes. lapidem stellatum genus facit, & sub eo marchasitam, & lazulum veluti species comprehendit, cui dubio occurrere alio pacto nesciuit Brasauolus, quàm quod in eo splendore idem sunt: quæ ratio quantum absurda sit, qui vix grammaticæ, ne dicam dialectices prima fundamenta iecerunt, vel pueri in liberalibus disciplinis alti statim explodereut, statim animaduerterent. nimirum igitur si priusquam in Logicis methodis se quidam exercuerint, vel quum demonstrare aliquid tentant, se ipsos fallant, vel quum diuidere quoduis in species, ac differentias, hic quoque imperitorum coquorum ritu, non per articulos incidant, sed conterant, collidant, ac dilanient: neq; enim sequitur idem sunt in splendore, ergo tot alijs inuicem repugnantibus, idẽ erunt. Nempe Cyaneus Dioscoridis idem est cum azulo ex Brasauolo, distinguitur tamen separato capite ab armeno, ceu etiam à Galeno, atque Auicenna, ac Mesue, quum tamen nescio quo pacto, simul implicuit marchasitam Græcis pyrites, seorsum ab his segregatam. nec minus rem ipsam offuscat Brasauolus, quum scribit, legendum esse de genere lapidum, loco marmorum, propter marchasitã: dehinc paulo infra exponit, de genere marmorum, hoc est lapidum, tam arguta inque interpretatione, quæ doctis cachinnos potius, quàm risum mouit, ceu quum adeo præclarum, adeo fidum Mes. versorem, seu mauis peruersorẽ, Iacobum Syluium accuratè perlegi, quo quidem his in textubus peruertendis, hactenus audacior creditus est nemo, etsi medicus sit nostræ ætatis celeberrimus. siquidem per stellatum cyaneum inscripsit, forte à Fuchsio illusus, qui in annot. antidoti è lapide radiante, scribit, Mesuem per stellatum intelligere azulum, quod aureæ quædam maculæ, velut stellæ radiantes,

Cęruleus ꝑ armeno, inuicẽ que substitui posſũt.

Mes. cõfusio cũ Manardi tutela in Brasauolum.

Lapis stellatus.

Marchasita Pyrites

Brasauol⁹ reprehenditur.

Sylui impudentia.

Fuchsii lapsus.

radiantes, ac splendentes, in eius fracturis inueniantur, at non hic duntaxat, veram lectionem, sed alibi interdum corrupisse videtur, vt bonus Mes. non iniuria conqueri poßit, quod politus in lucem prima fronte reuocari videatur, nihilominus pluribus vbique scateat mendis, & plurima secus dicat, quàm quæ ipse author, id autem non aliam ob causam, quàm quòd Arabes characteres fortasse non nouerit, non viderit, nec veretur in medium prodire, suosque arbitrio non solum verba, verum quoque & sensum, & propriam Mes. opinionem inuertere, quum tamen nihil magis homines moueat, alliciat, ac delectet, atque nouitas ipsa, hinc sæpenumero longius à rerum, & veritatis inquisitione auocamur, vt veterem traductionem cum hac Syluij conferentes, quam totam penè exanimare atque obscurare plerique dijudicarent. Quippè qui interpretis officium, non elegantia, non gloria, non verborum apparatu, affectu, vel maiestate potius commendatur, quàm si verbum ex verbo reddat, nec à sensu recedat, aut dum elegantiæ studet, à veritate deflectat.

Interpretis officiũ.

Tutius enim fideli interprete vti, stylo etiam inopi, atque arido, non adeo terso, atque limato, quàm his sciolis abuti, qui verborum decore, vel potius garrulitate, cuncta implicant, obruunt, atque obtenebrant, ceu quum cyaneum Græcorum, Latinis cæruleum, esse Arabum azulum, vnanimes sibi persuasere Manardus, Brasauolus, Syluius, Matthiolus, Amathus, omnes in errore versantes, miramur propterea tantos viros, eosque, quibus accusandi libidine animus prurit, quin lapsui tam manifesto animum adhibuerint.

Recẽtiorũ quorũdam censura.

constat enim ex Dioscoride, cærulei originem ex ærarijs fodinis, in Cypro copiosiorem, ex arena litorali, ac secundum quosdã sub cauatos specus maris inueniri, eligique debere inebriatum, quin & vlcerare, ex Serapione autem, azulus, est Græcorum armenus. Auicenna cum Dioscoridis cæruleo vix vel tantillum conuenit, Mes. azulum Indum, clarum, cælestem, marchasitæ congenerem facit, verbis à Syluio omißis, qui maculis aureis radiare subintelligendus, sub stellato tanquam species repositus, nunquã pyritis species, aut ei cognatus, tam ex Græcis, quàm Mauritanis, Mesue excepto: attamen si huius theoriæ videbitur, vt delphicum vatem coniecturis propitium, ad Mes. munimentum exoptemus, dicere ausim, per marchasitam, non proprie intelligere pyritim, variæ quum sint eius species, vt ex Auicenna, vnica autem ex Græcis, ea propter lapidem totum, rudem videlicet massam, cui azulus, ac armenus, interdum includuntur stellatum vocasse, vel quia aureo radiet fulgore, vel quo modo lapis adestenni, idest luminis, fortè stellatum ab interprete verso, illum secare in marchasitam, idest marmoream substantiam. crustaceumque illud cæruleo intermixtum, quod vt inutile improbatur, & cæruleum, cuius postea dotes prosequitur: vt verò me me ad institutum conuertam: nostrum commune punctis aureis emicat, & in auri fodinis tantum gignitur ex Matthiolo ipso, ex Dioscoride, in ærarijs, nec aurearum guttarum meminit Serapion, vt insimulat Brasauolus, grauiori etiam peccato taxandus, quod fortiores azulo vires cum Fuchsio, tribuerit ad atram bilem subducendam experimento, Auicenna, tales contrarium sentientibus: quod armenum illotum, à drach. media, ad vnam, lotum autem ad duas concedit, Mes. vt etiam Trallianus: azulum verò vtroque modo, ad drachmas duas & mediam.

Brasauoli ac Fuchsĳ lapsus.

Huc accedit Matthiolus, qui nouißimis, quibusdam expositionibus, quibus quæso animum aduertite, quod priores, veteresque Græci à Galeno vel ignorauerunt, vel silentio dißimularunt, solus tenere visus est, & annotatum illustrasse: videlicet Galenum agnouisse, azulum deiectoria vi pollere, quia 9. simpl. cyaneum medicamen esse acri facultate, tum detrahendi, quam chatareticbin vocant, tum digerendi, potentiorem quàm cinnabari: hinc Mauritanos qui multorum medicamentorum diligentißimi fuere indagatores, facto pluries periculo, non tantum deiectorium percepisse, verum atram bilem peculiariter educere: qua quidem in re, immortales gratias Matthiolo agere debemus, illi omnes applaudere: benignum enim creditur, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profecerimus, nisi isthæc commemoratio, quasi exprobatio sit immemoris beneficij: quandoquidem tametsi Trallianus Alexander, qui libro primo, capite de melancholicis inueteratis, nouit armenium in detrahenda citra noxam atra bile facultatem habere, albo veratro parem, eius non meminerit, cyaneo vim purgatoriam ascripsere non Paulus, non Aetius, neque Arabicæ factionis quicquam ex Galeno, quam quidem ignorauisse, aut ex eo subticuisse, nullo pacto potuissent, verum longo post tempore, quum cernerent, naturam hos lapides promiscuè, & indistinctè gignere nimirum, si ipsam imitati, pro armenio azulum suppeditantes, eiusdem facultatis experimentum pluries assecuti, easdem illi vires indifferenter tradidere. quum pro certo existimandum sit, nil aliud esse armenium, quam cærulei materiam, nondum à calore, in terræ visceribus ad summum, perfecteque coctam, quas sanè dotes, si vt in Armenio, ita in hoc agnouissent Alexander, atque Aetius, ac Paulus, qui libro septimo, inferiorem ventrem purgare, stomacho tamen nocere asseruit, verum eodem libro, cyanon acrem vim habere detrahendi, & discutiendi maiorem quàm cinnabaris, astrictionis quoque participem effecit. Aetius autem acrem, & discussoriam, ac demolientem consumentemque carnem vim habere, participare, & adstrictoria tradit, per demolientem, quam detrahentem, & catharetichin vocant, Galenus nullo modo intus assumptum, sed in vlceribus hæc præstare intellexerint, Manardus etiam, ac Brasauolus, ex Galeno intelligi volunt, dum foris adhibetur. præterea ex Galeno, quinto simpl. capite secundo, & 15. ab excrescentia carnis detrahenda, idest superficiem, & hipersarcosin, καθαιρετικὰ vocantur, non ventrem

Matthiol' fallitur.

purgantia, quæ καταρτικα appellantur: quarum sanè vocum diuersitas quum implicatior non sit, quàm
Manardi tutela. vt commodè enodari poßit, mirum sanè est, cur vltimo mordeat Manardum. quumque cinnabaris ex Dioscoride, vim habeat hæmatite lapillo eandem, verum magis astringat libro quinto, capite 59. hæmatites autem nullo pacto purgatorius sit, sed potius contra euacuationibus aduersetur, citam aluum potius supprimat, quàm diducat: hinc Galeni, Paulique comparatio absurdißima in cyano esset, qua tamen nota, neque hi, neque ab his alij eruditißimi quique signandi sunt, si id ex Galeno non didicerint, porrò Matthiolo iņurendum, si à communi sensu recedere pulcherrimum putat, præstatque ille cedendo vincere, quàm resistendo. Reliquum est, vt cyaneum Græcorum, & azulum officinarum, saltem aureis maculis notatum demonstrantes, non camus inficias, varias cyanci species, vt etiam marchasitæ, ex fodinarum varietate reperiri, referente Plinio, libro 26. capite 19. aliam esse marchasitam coloris ad aureum inclinantis, aliam ad argentum, græcis tamen indictum. id quod & in cœruleo admittendum: hodie enim bonitate & pretio præcellentißimus dicitur, in orientalibus auri fodinis effossus, ex quo vulgo azurum vltramarinum, quod quia magno æstimatur pretio, ideo rarum. Etenim pictoribus vsitatißimum, alijs smalto, facti-
Smalto. cium est, & longè cœruleo lapide inferius, vetustate enim aqua, atque igne vitiatur, id quod vix alteri contingit. præterea cauendum est, ne pharmacopolas tantus stupor, tam exitialis ignorantia inuadat, vt
Chlorogea. facticium cœruleum pro vero vsurpare audeant. Est & metallici generis terra viridis, quibusdam azurum viride, alijs chlorogea, æreis, ac argenteis cauis innascens. Est & smaltum vitri genus, vel ex alumine, calcantho, sale fosili, variatis coloribus, venustate eximia, aureas cauitates explens: verus itaque Armenius cœruleo præstantior est, is tamen alterius defectum paulo grauiori pondere suggeret, nec Fuchsio, alijsque accedendum, qui tanquam venenum pernitiosißimum formidarunt, quia Auicenna,
Fuchsius hallucinatur. cui subscribit Mes. azulum septicæ, ac putrefacientis esse facultatis tradidere, quum armenum pueris propinet. Aetius authore Nechepso, Tetrabiblo primo, serm. secundo, capite 47. nihilque esse periculi asserat, pluribus deinde lotionibus omnis ferè mala qualitas eluitur, valdeque iuuant melancholicos af-
Lotio Armenii, ac cœrulei. fectus, nulla, aut minima læsione. eius autem lotio, ex Dioscoride, libro quinto, capite 56. vt cadmia fieri debet, quæ capite proprio lauatur, effusa subinde aqua, dum sordidum nihil emergat. diutius tamen teri sustinet ex Mes. lauandus est aqua dulci tricies mutata, deinde aquæ ros. vel potius buglosßi, cum Alchindo decies mutata, vt ei uis quædam ad effectus melancholicos acquiratur, quæuis autem fiat, non nisi probanda, nec decies tantum, sed tandiu lauetur, donec neque color aliquis, neque odor, in aqua remaneat quod autem subsidet craßiusculum, in singula lotione separetur, & supernum semper eligatur. Cæterum corollarium esto, an Aetius, Paulusúe Alexandro priores, posterioresúe ætate fuerint. Nempe ex Matthiolo, Paulus Alexandrum præceßit, libro quinto, capite 65. at quum medicamentorum Alexandri sæpe recordetur Paulus: accedimus potius ad Andernaci sententiam: de Aetio certiores reddi curabimus, si is sit, de quo Volaterranus Anthropologiæ 13. quum etiam Cornarius, in Aetij præfatione, nihil ferat constituti.

Confectio è ligno aloes.

Recipe ligni aloes, rosarum, an̄. vnciam vnam; caryophyllorum, spicæ nardi, macis, nucis moschatæ, galliæ moschatæ, cubebæ, cardamomi vtriusque, mastiches, cinnamomi, cyperi, schœnanthi, zedoariæ, been albi, & rubri, serici crudi, margaritarum, coralliorum rubrorum, succini, foliorum cytrij, & corticum eius, fructus ocymi caryophyllati, folij, sampsuci, sisymbrij, menthæ siccæ, piperis longi, zingiberis, an̄. vnciam med. moschi electi, scrupulum vnum, ambari drach. vnam & med. excipe melle emplicarum, & syrupo cotoneorum aromatico. Datur à drah. i. ad iij.

Medicatur morbis frigidis stomachi, iecoris, & cordis, nec non eius tremori, & syncopi, coctionem iuuat, oris halitum commendat, læticiamque gignit.

Schœnanthum, vulgo squinantum, voce corrupta ex Marco Varrone, græcis σχῖνος ἄνθος, quasi flos iunci: at

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ci: at quamuis σχοῖνος nomine, omnem iunci speciem comprehendant, absolutè positum iuncum odoratum latinis significat, laudatißimus ex Nabathæa, proximus Arabicus, quem aliqui Babylonicum cognominant, alij Theuchitem, peßimus ex Aphrica, ex Dioscoride, libro primo, capite 16. eligendus est rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando, rosæ odorem emittat, igneæ mordacitatis ad linguam floris, culmorum, radicumque est vsus: flos ad nos non affertur, Galeni etiam seculo rarißimus primo de antidotis, cap. 14. cuius copia quum non adesset, iunco vtebatur ex Arabia comportato, cuius summitatem cameli sæpenumero abroserant. cogimur ideo tenerrimas partes eius in cacumine decerptas, eorum vice medicamentis inserere, vbi verò flores, & cauliculi, vt in Dialacca maiori requirantur, stipites etiam addere possumus, qui soli vt folia, ac radix, schœnanthi locum indistinctè occupant: nec parua in eo habenda est diligentia, quod palearum, & herbarum quibusdam festucis adulteratum, sæpißimè conspicitur, Brasauolus, schœnanthum græcis χῖνος dici protulit, nulla ἄνθος mentione, tametsi iuncum odoratum vox illa, hæc verò eius florem hic significet, quem etiam Venetys emi posse dictitat, quo tamen vt plurimum emporia repleta sunt, flore caret, odoris ferè omnis, ac saporis expers, hinc Reuerendi Mesuem commentati, spurium esse, & illegitimum off. commune schœnantum tradidere, quoniam radicibus tenuibus, superuacuis, & nullius in re medica momenti constat, vix linguam vellicat, non rosam spirat: præterea nec iuncum aliquem producit, at calamos nodosos, hordei, aut frumenti modo, in quos & si Matthiolus insurgat, quod Dioscoridem oscitanter perlegerint, vbi eius vsum esse floris, calamorum, ac radicum asseruit, & calamos proferre iudicauit. forte illi ita respondere possent, iunci nomine indignum videri vsitatum schœnanthum, quod nullam iunci similitudinem referat, culmosque, quos & calamos Græci vocant, intelligere Dioscoridem, non quia calamus sit geniculis interceptus, sed quia culmen ad vsus erat, vel pars quæ in summo propè florem, id quod etiam vsurpatur à Varrone? ipsi enim per culmum, eius plantam siue iuncum intelligunt, at si per culmum, à radice ad summum, vel vt liberius dicam calamum induceret, quum radicem vsu venire, omnemque partem, ad florem vsque, ac ipsum etiam florem prodiderit, quid videretur excipere folia duntaxat, sic enim breuibus perstrinxisset, folijs exceptis, tota planta in medicamentis inseritur, quicquid sit, quum inquit Matthiolus, vel tenues sint, vel crassæ radices, nihil ad historiam referre, quod eas non descripserit Dioscorides, quum vulgatæ nullius omnino vsus sint, ac superuacuæ, illas verò commendauerit Dioscorides, præterea Serapion authore Abohanifo, schœnantum habere radicem, vt ebulem, verum latiorem, minusque tuberosam dictauerit, quæ tanta cum his, quanta mecum erit contentio? quæ hæc res nihil commouebit eius animum? tametsi vulgare schœnanthum, longo iam tempore consenuisse, ac sola odoris integritate dijudicari, facillimeque expirare ex Galeno fateamur: dato quod hi ex recenti notas non acceperint nescio an nostrum Aphricanum esse, & senio confectum, omnibus deteriorem iudicemus, quum odoratum iuncum etiam in Apulia, quin & in Campania prouenire affirmet hetrusce loquens Matthiolus, at orientali inferiorem. latinè autem ita dictat. referunt quidam nasci prædictis in locis, vt Brasauolus, Plinij authoritate, sed vereor ne hallucinetur, quod nec inde flores afferantur, nec paleæ; præterea vt homo hic, altiori quadam mente præditus videatur, Galeni sententiam potius irridet, quàm probet, quod arduum illi sit credere tam ingentem esse camelorum numerum, qui locustarum modo, in vniuersum schœni flores depascatur, vt nulla penitus supersit planta, cui flos non deuoretur, quàm prudenter igitur disceptet, quàm sapienter, admiretur despectum iuncum, loco natali, secus vias vbique nascentem, à camelis abrosum, hinc etiam defendere iustum est, quoniam & nostro seculo, eius floris nulla est copia: at quid ad hoc: legit ne apud Galenum, omnem iunci odorati florem, à camelis depastum: quum sæpenumero non semper scriptum reliquerit, quia iucundißimè hunc iuncum cameli pascuntur. iudicij igitur habenas declinet, manum cedat Matthiolus, demisso vultu, perterritus aufugiat, perhorrescat, dum magni Galeni scripta animo reuoluit, non rideat, sed luctu, lacrymisque conficiatur, si non hæc magis, quàm aliorum assequi poßit: Nempe vulgare schœnanthum, caule cyperi æmulo non est, ineptaque radice, ne dicam in phu modum, ad quæ prius summopere aduertendum fuerat. ex Dioscoride.

Cespitat Brasauol.

Obiectio in Mathiolũ pro Monachis.

Matthiol. recantat.

Galeni tutela in Mathiolum.

SAmpsucus, & Amaracus, vulgo Maiorana, Hetruscis Persa, eximia odoris gratia, supra ædium fenestras, in atrijs, cœnaculis, ac viridarijs, paßim diligenter exculta, perpetua etiam viret coma, à frigoris inclementia præseruata. per terram non repit, & si ita statuat Dioscorides, quumque idem esse sampsucum, & amaracum, poetica fabulamenta testentur: Brasauolus etiam, ac Matthiolus, ex Theophrasti, Dioscoridis, & Plinij sententia, idem esse opinantur: tametsi nihil certi, nihilque constituti, ex his accipi debeat: quum amaraci omonimia latè pateat ad sampsucum, parthenium, & linozostim, ex Dioscoride. Nempe si idem essent absolutè, parthenium, & linozostis, idem esset quod sampsucus. Plinius etiam lib. 21. cap. primo Dioclem, & Siculos amaracum appellare, quod Aegyptus, & Syria sampsucum: dicendum itaque idem esse, quia intelligunt idem, vt hodie quoque vsurpatum est, cui statuto ne Galenus, Paulus, & Aetius, refragari videantur, quia de his diuersis capitibus seorsum tractant, & qualitatum paßiuarum gradum variè disponunt: ideo Matthiolus, ex doctorum iudicio, capite de vnguento amaracino ait, ama-

D 2 racum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

racum Galeni, & Pauli, diuersum esse, à Theophrasti, Dioscoridis, & Plinij amaraco, quod sampsucum nuncupant, marum quum sit, cuius in libro simplicium, nullibi pertractarunt, idque codicum Galeni corruptela, mari titulum in amaracum abijsse, qua tamen in re sibi ipsi, & veritati luculentißime contradicit, seipsum circumuenit, fallitque libro tertio, commento capitis de Maro, vbi ex Galeno, inquit, quare considerandum est Marum non multum esse ab amaraco dißimile, & ab eo non longe recedere, vbi proculdubio fatetur marum, & amaracum ex Galeno diuersum, vt clarius primo de Antidot. cap. 10. & tertio de compositione

Matthiolus secum pugnat.

medicam. per genera, cap. 8. vbi amaracum non boni odoris, & ægre Romæ inueniri sicut & marum aperta distinctione asseruit, non igitur amaraci loco marum interpretandum decebat, itaq; Matthiolum specialia Galeni, & Pauli loca annotare, in quibus pro amaraco, marũ lectitandum arbitrabatur, non absolutè proferre, quod si in simpliciũ tractatu id intellexerit, nondum est admittendus: quũ Galeni, ac Pauli volumina, tot seculis vulgatißima, tot lynceis oculis reuisa, ex Græco in nostrũ idioma restituta, vt nihil addi posse videatur nullibi pro amaraco marum exponunt, nec codicum vitio dandum: mira enim crederetur eadem labes in Paulo, & Aetio, quin vnico saltem istorum loco, pro amaraco marum inscriberetur, de quo & si in simplicium libris non meminerint, neque etiam de parthenio, quod quum amaracus nonnullis dicatur, ex Dioscoride, instius hoc, quàm illa intelligi potest, id quod & si concedat Matthiolus, videtur tamen potius illorum accedere opinioni, qui marum pro amaraco interpretantur, verum contra prorsus res se habet ex Serapione, cap. de matricaria, ibi enim Galeni caput de amaraco adducit, id profectò innuens, amaracum Galeno matricariam esse, idem scilicet quod Dioscoridis parthenium, quod quum amaracus nuncupetur, verisimile est id Paulum, & Aetium similiter intellexisse, quod autem amaraci facultates, ex Dioscoride cap. de parthenio silentio inuolutas pertransierit, hoc nihil ad rem, dotes enim à Dioscoride aßignatas, non semper reddere consueuit Galenus, vt nullus hac in re post hac sit dubitandi locus, & si irato animo, tanquam temeritatem

Matthioli opinio refellitur.

aufugiens, id etiam decernere ausus non fuerit in Apologia, meo tamen iudicio distinguenda erat æquiuocatio, Galeni more secundo de diff. plus, cap. tertio, ne per amaracum in simplicium censu, parthenio accepto, alibi etiam vt in eo de antidotis, parthenium credatur, vbi sampsucus intelligenda videtur, amaraci ad marum comparatione ibidem facta, quum enim odoris sit subuirosi parthenium, non satis apte responderet, hinc apertißimè fallitur Amathus, quod his in vnguentis, amaracum parthenium esse absolutè nulla distinctione

Amathi error, ac incõstantia.

supponit ceu nescius amaracum à Siculis, & Cyzicenis ex Dioscoride sampsucum dici, vnde amaracinum vnguentum cognomento, præterea quanta leuitate, qua inconstantia, scribat cap. de sampsuco. Est proculdubio sampsucus, amaracus odorifera, quæ negauit affirmare euidentißimè conspicietur, quumque fœtida planta, parthenium videlicet, minus huic vnguento conueniat ex Matthiolo, indigna equidem aromatum catalogo, vt scite ibidem differit Ruellius. mari autem, ac amaraci, parum oriri in Italia scriptum reliquerit Galenus, primo de antidot. at vbique in Italia, tam matricaria, quàm cotula fœtida, paßim exuberent, hinc quis ignarum Lusitanum non euinceret, quis sanæ parti scalpellum adhibere, nec quicquam, Matthioli autho

Matthioli defensio

ritati derogare, non existimaret, ceu fuso triumpho, largaque venustate, ex Amathi probro, non admurmurat, sed clamitat, & certo sibi persuadet in Apologia, verumtamen quum amaracum non boni odoris, & ægre Romæ inueniri tradiderit Galenus tertio de compositione medicamentorum per genera, cap. præcitato, præterea pares amaraci, ac mari portiones in amaracino, minus redolens vnguentum reddant: & si alij minorem fragrantiam hinc forte prouenire asserant, quod amaracus maro minus redoleat id quum ingrati odoris esse, Marum verò inter suaueolentia enumerauerit, qua comparatione vtatur Galenus, quid loquatur,

Galenus nõ satis constat: Matthiolus labitur

aut sileat Matthiolus, nunc diligentius expendendum. Brasauolus in fine colloquij de maiorana sibi persuadet amaracum in simplicibus Galeni, eo solum differre, quod vnum maius sit, alterum minus, vtque in paßiui temperamenti gradu varietatem subterfugeret: inquit dicentes amaracum esse calidum & siccum in tertio, pro eo sampsucum Galeni intelligere, qui verò amaracum Galeni considerant, & illa referunt, sub eo nomine scripta, calidum in tertio ordine amaracum iudicant, in secundo siccum, quo quidem in sensu, quantum hebetescat vir acris ingenij, ac præstantis doctrinæ: emuncti iudicij lectores dijudicent, quod neque Dioscorides, non eum imitatus Galenus, maiorem aut minorem distinxere sampsucum, id quod si præstitissent, eidem capiti, non pluribus inseruissent, prætera Serapion huic edicto maximè refragatur, vt dictum est, vbi verò idm esse sampsucum & amaracum, probare nititur, tametsi Dioscorides sampsucinum vnguentum ab amaracino distinctis capitibus segregauerit, inter multa in medium adducta, hunc scrupum nullo modo discutientia, quum certo sciret, primam ab eo propositam rationem suspectam esse, ob dißimiles vnguenta componentium partes, ideo subdit, fortè melius hoc pacto dissolui, quum duæ sint amaraci species, vna odoratior, gentilis appellata, altera minus odora, latifolia, ex prima, qua potißimum Cyziceni abundant, vbi optimum amaracinum componebatur, nomen assumpsisse, quoniam autem in alijs Græciæ partibus ex moderatiori fiebat, ideo sampsucinum dictum, duas itaque amaraci species supponit, quum potius sampsuci hic dicere teneretur, ex Dioscoride vnicam tamen pingente, vel si sic, ex

Brasauolus sui ipsius nugis confunditur.

Galeno, apertißima contradictione seipsum implicat Brasauolus, quippe quum amaracinum ex acriori, & odoratiori paretur (vt ait) nomine à Cyzicenis indito, sampsucum appellantibus amaracum, ideo sequeretur sampsucum hanc, vel dicam amaracum, calidam & siccam ordine tertio secundam verò

sampsucum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

sampsucum, vtpotè moderatiorem, calidam in tertio, siccam in secundo, quum tamen per amaracum Galeni, calidum in tertio, siccum in secundo intelligere, in fine capitis annotauerit, tunc videlicet: quum nomine amaraci scripta considerant, ex Galeno, quæ res Brasauolicæ diuisioni omnino aduersaretur, quum per sampsucum Galeni calidum & siccum in tertio, accipiendum statuerit: sic enim, quia amaracus acrior est, & odoratior, vt inquit, calidi, & sicci tēperamenti in tertio iudicaretur, secūda verò species, quoniā sampsuci nomine, ex Galeno calida etiā, & sicca in tertio, nominū certè confusio: quod his non obstantibus, quum vnguenta prædicta, diuersis constēt simplicibus, eorum varietas facilè ostenderet quodnam primum, qu dūe secundum, eadē quoque, vel amaracini, vel sampsucini inscriptione, nec quia sampsucinum ex moderatiori fieret, ideo separatis capitibus, diuersa nomenclatione dignum fuerat, quum id quoque ex Dioscoride constitueretur, ex sampsuco colore ex atro viridi, plurimum redolente, mediocriter acri, quod quidem hac odoris fragrantia, non ex mitiori construxisse videtur: neq; amaracinum ex acriori parandum docuit: præstitisset itaque Brasauolum, quem tamen alioqui, ob præclaras eius animi dotes, semper admirati sumus, seryphias ranas imitatum, perpetuò silentio delituisse, quàm inepta sine sale, typographis committere: quam rem fortaßis animaduertens Matthiolus: sedulo Brasauoli obliuiscitur: suisque solutionibus huiusmodi controuersiam sopire nititur: videlicet nō obstare, quouis idem esse poßit sampsucum, & amaracum: siquidem duo posse in variam hanc vnguentorum denominationem, Dioscoridem induxisse, quarum altera, si sampsucini & amaracini compositiones diligenter expenderis, longe pretiosius, tum multo odoratius, agnosces amaracinum sampsucino, iccirco ob eius præstantiam, & claritatem, id particulari inscriptione dignum censuisse, vt præstantiæ discrimen faceret, vtq; etiam minus probatum, à probatißimo dignosceretur, præscriptum mutauisse, ipsumque non quidem sampsucinum, sed amaracinum nominare voluisse, quoniam si id non fecisset, quodnam altero præstantius esset, haud quaquam secerni potuisset hæc adeo ridicula, atque flocifacienda probatio videtur, quæ vix in tantum virum doctrina, & ingenio tam celebrem, cadere potuerit. Quis enim adeo artis medicæ imperitus? quis adeo sensibus obtusus? qui ex simplicium caterua, temperamento, per gradus vim, præstantiam, ac compositorum diuersitatem non agnoscat, non videat: esto quod vno & eodem inscribantur titulo: quippè ex Galeno primo de antidot. cap. 5. compositarum medicinarum virtus, ex simplicium vigore consurgit, parua quadam interueniente differentia ex componendi arte: poterat enim scribere Dioscorides sampsucinum primum, postea quod amaracinum vocauit, sampsucinum secundum, vel primum præstans, secundum præstantius, vel si tertium voluisset præstantißimum, Græcis & Arabibus commune, quum & Mes. catapotia stomachicha alia, atque alia, polychresta sua maiora, & minora, Diaphænicon vnguentum, & ab hoc secundum .d. Arabia. Nicolaus etiam Myrepsus, Hadrianum aliud, atque aliud, vt pleraque alia, eodem titulo vnguenta, atque emplastra, diuersarum facultatum & virium, quorum dißimilitudo, ex simplicibus facilè innotescit: quandoquidem ex Galeno primo simpl. cap. 24. boni compositorum artifices dextrè illis vti nequeunt, qui simplicia non cognoscunt, quum ex his veluti sua materia, ac fermento multa constent, sine quorum noticia, commodè tradi non possunt, pari enim ratione, & si amaracinum, sampsucinum appellasset, vel è contra, simplicium disparitas, nominis æquiuocationem distingueret. Marcellus probabiliora, & magis accipienda quædam, in medium adducit, vel his incognita, vel sedulo prætermissa, vt siliceas huiusmodi fibras suoptè ingenio excidisse gloriarentur. fieri videlicet posse, quod idem & congener sit, non tam quia diuersis locis aliter, atque aliter nominetur, quàm quod diuersis locis natum, diuersas vires habet, diuersum in medicina, & historia censeatur duplexque Græcorum medici, sampsucum scilicet & amaracum fecerint, quod vnum, idemque genere est, quoniam non idem viribus, & natura diuersis locis proueniens esset, diuersisq; gentiū appellationibus, ad constituendas earum vires vsi fuerint, non alias in natura plantas, sed in vna diuersas, nominibus illis vires intelligentes, duplexque sampsucinum, & amaracinum vnguentum, hac ratione à Dioscoride traditum fuisse, at in tertio libro, seorsum ab vnguentis, historia, & medicina solum sampsucum tradidisse, & de amaraco id solum testatum fuisse à Cyzicenis, & Siculis, amaracum sampsucum dici, quod in amaracino vnguento etiam dixerat, in Cyzico probatißimum fieri, quoniam in ea gente quod alibi sampsucum vocabatur, amaracus nominaretur: addit secundam probationem Matthiolus, quoniam Cyzici, vnde hoc vnguentum insigne petitur, sampsucus amaracum vocatur, iamq; amaracini nomen imposuerant Cyziceni, ideo Diosco. noluisse nomen vnguēto permutare, sed eadem reliquisse appellatione, quam secum ex Cyzico tulerat, id autem ex Ruellio mutuatus est. Cæterum non eundum inficias, duplicem nobis adesse sampsucum, primam nobilem, suauius fragrantem, minutioribus folijs, tenuioribus, crebrioribusque cymis, secundam rudem, nulla lege excultam, hirsutiorem, minus odoratam, floribus constant candidis, pusillis, semine copioso, bullulis quibusdam contento, notiora equidem, quàm quod repræsentari debeant. Manardus lib. & Epist. 20. odoratißimam nobilißimamque maioranam, marum appellat. nostris infictilibus, tertia est species, folijs serpylli, odoris suauitate cætera pollens. quibusdam thymum falsò, marum enim potius existimo.

Matthioli eundem imperitia.

SIsymbrium, off. balsamita, ex Dioscoride lib. secundo cap. 120. solo inculto nascitur, menthæ hortensis similitudine, odoratius, latiore folio, quod circa piscinas, stagna, aquarum scatebras, & labra eorum copiosius exurgit, hinc mentha aquatica nuncupata, quibusdam calamenthum fluuiale, excepto natali cæteris paribus, idem esse tuto existimatur. Theophrastus ab his natiuitate diuersum sisymbriū ostendit 2. de

 hist.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

hist.plantarum,cap.5.alijsq; plerisq; in locis,quod nisi cultura coerceatur in mentham mutari videatur:quã obrẽ sæpius id transferre consueuerunt,quorum alterum ab altero,longè dissidere credit Matthiolus, ideo in Brasauolum inuehitur, quia balsamitã, quã mentham florentinã nuncupat, pro Theophrasti atq; Dioscoridis sisymbrio, indifferenter explere opinatus est, quod præterea eum oculos fefellisse putat, balsamitam desciuisse in calaminthã,Plinium secutus,lectione deprauata,non Theophrastum: qui 6.lib.de hist.plantarum, cap.7. & 8.non in nepitam,sed propria forma deperdita, ac natiui odoris parte, in mentham transire, sisymbrium contendit,qua in re dum Brasauolum notasse arbitratus est,seipsum sermonis cultu adornare sua extollere,aliena pessũdare:sibi ipsi fraudẽ fabrefecit,in sex nepharios incidit errores:primo in ipsis foribus lapsus, quia balsamitam officinarum, & mentham romanam idem esse protulit: quum ex Pandectario,Genuensi,& quibusuis medicamentarijs aromatariorum codicibus, nil aliud sit balsamita quàm mentha aquatica, & illa eis sisymbrium, Fuchsius autem in annotationibus antidoti è castorio, scribit, off. speciem syluestris menthæ vocari: secundo inquit Brasauolum indistinctè balsamitan, quam mentham florentinam appellat, pro vtroq; sisymbrio, videlicet tam satiuo, quàm syluestri accepisse, nihilominus Balsamitæ non meminit Brasauolus: non enim eum latebat, diuersum quicquam aromatopœis significare: tertio quum balsamitam, mentham romanam, & florentinam, idem esse confessus est,nec reprobat eam in Apœnino,propè Florentiam eggregiè nasci, quia si sic, haud accipi posset pro Theophrasti sisymbrio, hortulano, atque exculto, fortè Dioscoridis lectioni consentaneum, si idem à desertis translatum, postea edomitum fatebitur, nam mentha romana, siue crispa, huic itidem quadrat, folijs circinatis, & vulgaris menthæ latioribus, crispis tamen, caule quadrangulo, virente, rubenteque, & odore, gustuque, mentha longè acriore: quarto arguitur crimine, quod in vulgarem mentham permutari, idque Theophrastum sensisse,locis supra citatis opinatus est,qui & si videatur absolutè pronunciasse 5. de caus. plantarum, cap. 8. sysimbrium ex neglectu, quum non excolitur, aut solita cura non adhibetur,in mentham mutari, non tamen forma, sed odore, scriptum reliquit secundo de causis plantarum, cap. 22. his verbis sisymbrium si transit in mentham, odorem tantummodo recipit, sed quasi nepitæ redditur simile: quo fit vt Brasauolus, Theophrasti mentem assecutus sit, ipse autem oscitanter nimis,neque hoc caput viderit, neque animaduerterit, quinimo in se tela iecerit, sui ipsius obliuione captus, cap. de ocimo, vbi ait: sed huiusmodi mutationes, ita euenire putandum, vt aliquam similitudinem faciant, non vt omnino speciem exprimant alienam, verbis ex Theophrasto transumptis 5. de caus. plantarum, cap. 15. hic verò ex Theophrasto, sisymbrium verè in mentham permutari, quàm imprudenter arbitratus est: Quintus ab hoc error, vbi Plinianam lectionem lib. 18. cap. 10. non in calamintham,sed in mentham,Theophrasti verbis commotos, plerosque castigasse asserit, quod certò scirent, hæc Plinium ab eo hausisse, qui hercle in equum tolli deberent, vt meritas luerent pœnas,quod non viderint castigationes in Plinium,doctissimi Hermolai Barbari,hunc locum non iniuria tutantis,legiq; posse in calamenthum,ex Theophrasti sententia,vt supra: sextus accedit lapsus, quum syluestre sisymbrium, in Ananiensi agro, in incultis natum locis, pluries se vidisse asseuerat, nullis deficientibus notis, à Dioscoride tributis, quod satiuo effigie planè reclamare uisum est, ideoq; non esse illud Theophrasti hac probatione. quia quum sisymbrium culturæ negligentia,in mentham degeneret,fieri quidem non posset, vt syluestre aliter vsquam inueniretur, quàm in mentham permutatum, quum nulla hominum cultura nascatur, fieretque postmodum, vt locus in quo sisymbrium primum adoleuisset, breui temporis curriculo, vbique mentha scateret, quum potius in calamenthum aspectu dicere debuisset, nec adhuc probat, cãpestre sisymbrium Theophrasti non esse, tametsi loco duntaxat, ab edomito differret:neque enim Theophrastus asseruit,sisymbrium syluestre, in nepetã degenerare,verum hortense, nisi assidua cultura coherceatur:quumque loco præadducto,secundo de causis plantarum,ita scribat: quod & agreste sisymbrium talem reddit odorem, &c. indicium est duplicis sisymbrij,inospitis scilicet,& satiui,atque ita facilè contingere potuit,vt idem à syluestribus in viridaria translatum, diligenti cura enutritum, eandem immutatam formam semper obtineat, qualem in sterilibus susceperat, nullo etiam diuerso inter hos accedente indicio. præter natalium diuersitatem, & aspectus permutationem, si verò temporis tractu cultura careat, ob hortorum fertilitatem, pinguedinem, humiditatem, latiora expandere folia, odoris quadam spoliari acrimonia, infirmum, languidumque, & menthæ odore persimile reddi, quæ res sponte prodeunti non eueniet: aquaticum autem sisymbrium, vulgo cressone dicitur, vt cap. de senecio. Cæterum quàm turpiter sisymbrium, ac serpillum, implicuerint Arabes, cap. de Nemen, quicunque in eorum hæresi adhuc immorantur, Serapionem præcipuè sibi trutinandum proponant. Dessennius id Theophrasti, sine vlla dubitatione à Dioscoridis sisymbrio dissidere inquit: paulo post mentham aquaticam, Dioscoridis primum sisymbrium existimat,& culturæ negligentia degenerare in mentham ex Theophrasto: tandem in syrupo de mentha, satiuam mentham esse satiuum sisymbrium Theophrasti: vt quam mire cæcutiuerit, non possim, non valde admirari vsus est foliorum cum ramulis.

Sex Matthioli errores deteguntur.

Brasauolus à calũnia vendicatur.

Matthioli lenitas insignis.

Confectio Anacardina.

Recipe piperis nigri, & longi, myrobal. chepularum, Empellicarum, bellericarum, Indarum, castorii, añ. drach. ij. costi, anacardii, melanthii, sacchari

albi,

albi, baccarum lauri, añ.drach.vj. cyperi, vnc.med.anacardos seorsum tere, deinde alia excipe butyro vaccino, & melle simul coctis, portione æquali, alijs añ.vnc. v. & med. Dessennio, añ. vnc. x. Datur post sex menses, ad drach.ij. cum aqua fœniculi, & apij, quo sumpto, vitabis laborem, iram, coitum, ebrietatem, triennio durat ex Serapione.

Ad ventris totius inferioris, & cerebri affectus frigidos: sanguinem reddit puriorem, & inde spiritu animali reddito purgatiore, & tenuiore, sensus omnes, apprehensionem intellectum, & memoriam iuuat, coloremque viuidum tribuit.

Est aliud Electarium anacardinum ex Rasi, in idem coincidens, cap. de paralysi. Est ex Auicenna anacardinum, & confectio Anacardi duplex 5.lib.D.1.fen 7.ab hac diuersa, at postea fen 13.D.3. nullotenus à Mes. euariat, sed omnium pondus geminat Auicennæ, itaque ascribenda est. Est & alia anacardios Myrepso et euarians, ideo prætermittuntur, horum vsus periculosus est, nisi anacardorum vis feruendo expirauerit, solisque admodum frigidis affectibus secura, febres enim excitant ephemeras, à quibus sæpe transitur in putridas, vel hæcticas.

CAstorium, hoc est testes ancipitis vitæ animalis, plerunque cum piscibus, & cancris uitam capessentis, fiber vocati, ex Dioscoride, lib.2.cap.22. eligi debent, qui ex vno ortu connexi sunt, fieri.n.non potest vt gemini folliculi, in vna membrana coniuncti reperiantur, liquore intus veluti ceroso, odore graui, & virus redolente, gustu acri, & mordente, friabili naturalibus tunicis circundato, quem fraude aliqui corrumpunt, conijcientes in follem gummi, & ammoniacum, cum sanguine, & castorio subactum, & ita exsiccantes, è quo prodeunt huiusmodi testes, castor vocatur: animal tam superiori, quàm inferiori Panoniæ, Germaniæque notum, qua Drauus, Sauus, & Ister, Rhenus, & Danubius fluunt & ad Matronam Galliæ fluuium Rhodanumque, in terra, & in aquis viuens, vnde amphibij generis, lutræ ferè simile, maior tamen est ex Matthiolo, pedibus posterioribus anserinis similibus, anterioribus verò melis instar, cauda glabra, lata, piscium ferè modo squamosa. Cæterum nihil penè à lutra dissimile, quum tamen & pilis dissideat, in cinereo candidis, & inæqualibus, alijs etiam nigricantibus, & subrufis, & cauda sit nullis squammis obducta, vt etiam ex Georgio Agricola, in lib.de animalibus subterraneis, nec huius nassæ exitum, nec quibus pedius irretiatur animaduertit, si veritatem ambitiosiusquã decet dissimulare audet, qui classicos quosque torquet, & in melius restituere videtur. Lutra autem aliquibus à lutando, Varroni autem à græco λύτρο, quòd arborum radices exedat, vulgaris admodum, se aquis ocissimè imergens, ita victum è piscibus capiens, corpore est fele latiore, interdum longiore, pedibus caninis, curtis tamen, fusco pilo, ad castaneæ colorem inclinante, æquali, breuiq;, cauda oblonga, quadrupedum instar: quo fit, vt communi quadam proprietate, inter medicos quidam, lutræ testes pro castoreis vsurpent, comitialibus .n. prosunt. quum autem inferiori Germaniæ, vbicunque Rhenus influat cognitum asseruisset, vulgari idiomate Matthiolus: latinè in superiore scriptum reliquit. Vanum itaque esse testes sibi abscindere, quum venatu vrgentur, conuincunt Dioscorides, ac Plinius, eiusdem cum Sestio sententiæ lib.32.cap.3. & si aliter sentire visus sit lib.8.cap.30. vnde inconstantia redarguitur, etiam in Matthioli apologia, in eius gratiam illud saltem concedi posset, subdubia multa ab eo proponi etiã ex vulgi opinione, quemadmodum in eiusdem capitis initio, quæ postea superioribus libris exquisitius indagauit, & enucleauit, ad sexennium seruatur castorium, at recens præstabilius est: caueant igitur à nigro, & rancorem sentiente, quoniam sæpe eodem die interficit. Arabicis Iundebedußter, alijs aliter scribitur, castorei vires habet coagulum phocæ ex Gale.10.simpl.

Matthiol. retractat.

In Plinii gratiã tutela.

ANacardum, aliàs pediculus elephantis, græco nomine insignitum, à corde nomen assumpsit, cuius figuram imitatur, nec apud veteres Græcos vsquam legitur: Mauritanis enim in hoc debemus. Serapion baladar sua lingua appellat, fructus cuiusdam arboris, auicularum corculis figura, & colore affinis, liquore velut sanguineo intus obductus, cuius est vsus, mellis videlicet crassitie, sub cortice residens, sanguinis modo rubicundus, & si interdum nigricet, subest & nucleus paruæ amigdalæ effigie: præstat in medicina liquor, & si myropolæ communi errore, & cortice, & nucleo vtantur. fortè quia Auicenna inquit, & medulla eius est similis medullæ nucis dulcis, in qua non est nocumentum; in calce postea subdit: est summa venenosorum, in Athenæis montibus nascitur, adolescentibus & biliosis delcterium, authore Abugerigio: illis enim ob caloris vim interciditur, ideo inoleuit consuetudo, vt prius mortario trita, septem diebus aceto macerentur acerrimo, post molli igne incoquantur, ad tertias aceti quo quidem percolato arte, postea eiecto, reliquum medicamentis admiscetur. Mes. tamen nulla præparatione imponit, ad trigesimum annum perdurare creduntur, horum Aetius, Paulus, atque alij recentiores Græci meminere.

MElanthium, quæ & Gith, off. Nigella, hoc nomẽ ex semine nacta, quod ex Dioscoride, lib.3.cap.75. nigrum est, præterea acre, & odoratum, atque amarum, ex Galeno 7.simpl. idem est quod Serapionis xamin, recentes semen quoddam subflauum uenditant, nigellam citrinam vocant, ac si nigram citrinam appellarent: alij melanthij speciem, alij eius semen nondum perfectè maturum dictant, quidam

 pseudomelan-

pseudomelanthion, vulgatum Githone vocitant, quasi Gith spurium, in triticeis seminibus frequentissimum, folijs ferè porraceis, caule prælongo, hirsuto flore purpureo, rosarum instar, nostris chiochino, quasi campanulæ æmulum, longa, angulata, ac per internalla striata siliqua, semine foris nigro, amaro, inodoro, & si Brasauolus odoratum nescio quo naso censuerit. ex huius similitudine verum melanthium cognosci posse comperijt, ex forma videlicet seminis, aliter plantæ figurationi ne vel tantillum respondet. in hortis tres melanthij species annotantur, duæ nigro quidem semine, at secunda folijs ferè coriandrinis, tertia primæ in totum similis, semine tantum flauescit, vulgo nostro piper Palestrinum appellatur, quod iuxta id rus maximè exuberat quum tamen Senecij folia nigellæ desint, an subdubitare debuerat Matthiolus hanc quidam syluestris cumini primã speciem falsò contendunt, alijs itaque incompertis nigella citrina vocata, olim in cardamomi specie habita, tanquã melanthium accipi non iniuria poterit, seminis forma, odore, ac sapore nihilum euarians. Est & Gith syluestre, capitulis longè papaueraceis minoribus, latiore vmbilico, in summo stella, neque intus eodem modo discurrentibus membranis, seminum locos dissepientibus, sed per medium transeuntibus, quasi parietes, quibus loculamenta ita diuiduntur, quum verò lolium, diuersa admodum à Pseudo melanthij effigie differat, hinc maxime mirum subit, quo pacto Fuchsius idem esse protulerit, in re vsque adeo vulgatissima cœcutiens, nisi serio cum Matthiolo sentiamus, lolium in pane esitasse quo tempore tam absurda protulit, id enim ruralibus agnitissimum, stupiditatem, quasique temulentiam parere, diuturno experimento comprobatum est, ideo à tritico alijsque cerealibus secerni consueuit, angusto quidem folio, piloso, ac pingui, in spica tamen, non calyce non vasculis papaueris modo occluditur. Melanthij loco, burongi, vel abrungi legebatur, vt Simoni placet, vel abrugi ex Serapione: id Manardus mellissophillon, vel Erisimum, latinè Irionem exponit, vulgo rapistrum, aut synapis syluestris, folijs crassioris erucæ modo laciniatis, obsequiosis, cauliculis, floribus croceis, semine in corniculis paruo, admodum acri, propè villas, domorum areas rudera, & hortos vbique miramur, propterea Anguillarium quum neotericis hactenus ignotum dictat quum nec desit nobis qualis in litore Veneto, vt alia species, sed folijs non scissuratis non est sesamo simile, & inter cerealia enumeratum, ex Theophrasto, alijsque vetustioribus: Syluius melanthion vt nos exponit, Cordus erucam, aly cubebas, alij etiam alia, hinc nimirum si Paulus Suardus Mediolanensis, & qui obtusissima luminaria, & fœniculosos thesauros edidere, quos nullam rei herbariæ peritiam habuisse constat, non sine ridendis erroribus aliter, atque aliter, senserint inextricabili errorum caterua secum adducta, quum verò suorum temporum ratio ita pateretur, multo magis subsannandi, & deterioribus conuicijs irritandi posteriores, marte suo sibi voces effingentes, quasi in Lapitharum, aut Centaurorum conuiuio decertantes, vter istorum plus biberit, an vomuerit, an effuderit. expectandus enim est qui veniat, desideratissimus harum vocum interpres, vbi enim confessa res fuerit, ys qui ministeria artis agnoscant, obscœnum erit de nominibus litigare: & si Fuchs. 2. de comp. med. ex Serapione, ac Auicenna melissam maximè expetat, nec displiceat.

Fuchsii opinio falsa

Abrungi.

Luminariũ authores ignari

Laurus odoratissima arbor, & Apollini dicata, Imperatorum, triumphantium, & Poëatum corona, pacis, & victoriæ indicium: Ioui gratissima, ideo à fulgetris, nisi ex prodigio tutissima, Pontificum domos, Imperatorum fasces coronat, in augurijs sæpe adhibetur, tam multis, præclarisque dotibus insignita: duplex est, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 90. quædam tenui folio constat, altera latiore, perpetuis viret folijs præterquam in extremis gelicidijs, vt hoc anno sæuientibus: eius baccæ, vulgo lorbacche, magis quàm folia excalefaciunt, cognitissima.

Dianacardon, idest, ex Anacardis antidotum Actuarij.

Recipe anacardiorum, vnc. iij. croci, casiæ, folii, spicæ nardi, mei, agarici, iunci odorati, rhei, añ. vnc. i. & med. aloes vnc. ij. caryophyllorum, vnc. i. epithimi, acori, piperis, saxifragæ, masliches, iridis, nucis vnguentariæ, añ. vnc. iij. mellis quantum erit satis, quidam scammonij siliquas sex inserunt, sicq; citra molestiam, flauam bilem deiiciunt: si verò epithimi, siliquas viginti coniunxeris, atram bilem innoxie subducet: si verò colocinthidis, pondus idem, cum scammonij pondere immiscueris, pituitam purgabis: integer modus est drach. duarum, cum mulsa: assumptum ex primo Theodoreto Pauli, lib. 7. cap. 11. variatis ponderibus, vt simplicibus, atque aliter, diuersitate ex triplici Aetij traditione, Tetrab. 4. serm. 1.

Proficit vertiginosis, comitialibus, difficulter spirantibus, ilcosisque, menses pellit, incipientem aquam intercutem, aut malum corporis habitum tollit.

Theodoretos, siue Theodoricon anacardinum, carpobalsamum, zingiber, myrobalanos omnes accipit, hoc verò piper, acorum, saxifragam, & nucem vnguentariam, cuius sub myrobalanorum nomine illusi, myrobalanorum nomina fortassis accepere, cætera paria, ponderibus exceptis. Est & Theodoricon magnum Auicennæ, aliud atq; aliud, sunt & plura Theodoretos appellatione antidota, ex Myrepso, vt hic idest diuinũ munus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Recipe epithymi drach. iij. ſpicæ nardi, caryophyl. floris iunci odorati, rhapontici, agarici, balſami, myrobalani, añ. drach. i. & med. aloes flauę drach. med. croci, caſiæ, añ. drach. i. & med. mei drach. i. mellis attici, aut ſacchari q. ſ. Datur cochleare.

Confert ad capitis dolorem, vitia thoracis, iecinoroſos, lienoſos, longis morbis affectos, melancholicos, hydropicos, pulmonarios, nephriticos, podagricos, & habentes linguam alligatam, mouet & aluum.

Confectio ex ſtyrace, cum bolo armeno, alias magiſtralis.

Recipe paſſarum enucleatarum, exquiſitisſimè contritarum vnc. i. glicyrrhize drach. vj. ligni aloes, nucis moſchatæ, cinnamomi, an. drach. i. & med. ſtyracis, calamitæ, ſcrup. v. boli armeni loti, & præparati drach. iij. cũ ſacchari vnc. xv. aqua florum violarum, & betonicæ ſoluti, in bolos redigatur.

Frigidis fluxionibus, ideo ex his tuſſiculoſis, ſtrenuè admodum opitulatur.

Vua paſſa, plebi paſſula, vulgaris eſt vbique gentium noticiæ, ex Columella alba, & dulcis ſaporis, maximis acinis & raris eligatur pingues, tenui cortice: alba tamen aſtringentior ſcribitur, ex Dioſcoride, lib. 5. cap. 2. ex Galeno 2. de aliment. facult. cap. 10. earum diſcrimina facilè colliguntur, vt quemadmodum paſſarum differentia, quæ ex colore ſumitur, nihil ad paſſarum facultatem confert, ita nec magnitudo, ſola qualitatis quæ guſtui ineſt differentia, poteſt omnia, cui ſoli intentus, inuenies vt ante diximus, & in quibus & quo tempore vti conueniat, adeo vt palam hinc innoteſcat, non ſolas paſſas ex Monteferaci, vel puſillas ex Orietalibus locis, aut zibibum vocatum, Damaſcenum, Creticum, aut Ciprium, quod paſſarum maiorum nomine intelligunt officinæ: omne tandem genus quoduis paſſarum numerum ſubire poteſt, vel cum acinis, vel exacinatæ. i. ab oſſibus purgatæ, vel ſine his ſuapte natura, quo differant, quaúe facultate præditæ ſint, facilè cuilibet cupiditati ſatisfiet: cum vinaceis magis aſtringunt, vbi itaque lenitione opus eſt, dulciores ſine nucleis, quos arillos vocant, accipiantur: nam oſſa. i. incluſa omnium vuarum granula, ad aſtrictionis opera, non ignauia ſunt. Paſſum autem eiuſdem cum paſſa facultatis, ex Galeno 7. de cõpoſ. med. ſecundum loc. cap. 2. at 2. artis cur. ad Glauc. cap. 3. paſſi ſuccedaneum quum ſit vinum album tenuè & ſubadſtringens, vel poſca aquoſa, horum loco quum ſapam hodie ſubſtituere conſueuerint, vel hos, aut Galenum non admodum officinia accipere coniectandum. paſſum quid ſit vide ex Dioſco. lib. 5. cap. 7.

Glycirrhiza, & radix dulcis off. liquiritia, ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 5. plurima gignitur in Capadocia, & Ponto, ex Galeno 1. de antidot. cap. 12. optima è Creta, & hinde, vt etiam ex Gargano, Venetias copioſiſsima affertur, vt ad nos è Montiferacis collibus frequentiſsima, longa radice, bubei coloris, frangi contumax, facilè cariem, ſitumque contrahit. non procul igitur ab eradicatu admittenda: eius eliciendi ſuccum, Iulio menſe docet Albuchaſis Tract. 2. ex Dioſcoride, Lycij exemplo fit, quum verò Plinium admiretur Matthiolus, vel rectius ante eum Ruellius, quod glycirrhizam inter aculeatas enumerauerit plãtas. Stephanus Aquæus inquit, folia echinata vocaſſe non ex figura, ſed ex ſpinarum ſimilitudine tantum ſic appellaſſe, at contra Ruellius, quid echinatum dici meruit, niſi quod inſtar echini, ſeptu ſpinarum inhorreſcat, vt dipſaci caput, caſtaneæ calix, carduorum cacumina, quum tamen glycirrhizæ folium, nec aculeorum agmine ſtipetur, nec quo vis modo ſit ſpinis infeſtũ, ſed exacta læuitate glabreſcat, reſpondemus nos cum Anguillario in via Bizantina, ad Thraces glycirrhizæ plantas reperiri, ſiliqua hirſuta, ac ſpinoſa, quam forte intelligit Plinius eius ſuccus probatur dulciſsimus, mollis, recens, purus, tenax, nigerrimus, pellacens, & linguæ ſubditus facilè liqueſcens.

Matthiol. ex Ruelio trãſcribit. Stephan. Aquæus Pliniũ nõ tutatur.

Styrax, off. ſtorax calamita, ex Dioſcoride lib. 1. cap. 68. lacryma eſt arboris malo cotoneæ ſimilis: præfertur ſordeſcens, vel λιπαρος ideſt pinguis, Marcello purus, ex Plinio lib. 24. cap. 6. flauus, reſinoſus, albicantibus grumis, quàm plurimum in ſua odoris gratia permanens, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit, qualis è Cataballis: Plinio Gabalites, & Cilicia deuehitur: deterior niger, furfuroſus, friabilis, canoque ſitu obductus. cæterum lacryma inuenitur gummium ſimilitudine, perlucida, & myrrhæ æmula, verum perpauca manat: adulteratur ligni ſcobe, quam vermiculi erodentes excuſſerunt, melle & iridis ſedimento, ac quibuſdam alijs: alij ceram, aut adipem odoribus imbuta, flagrantiſsimis ſolibus cum ſtyrace ſubigunt, & perlaxa cribra, foramina in frigida aqua, velut vermiculos exprimunt, venundantque: hunc ſtyracem ſcolecitem cognominãt, tanquam ſyncerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam, ſiquidem acer admodum eſt, qui adulterationis vitio caret, ex Galeno 7. de compoſ. med. per genera cap. 3. efficaciſsimus eſt colore pallidus, qui etiam optimus in Pamphilia naſcitur, qui verò hoc magis fuſcus eſt, vbique prouenit, potentia multo pallidiore inferior: at temporis proceſſu, & ipſe colorem aureum acquirit. primus itaque præſtantior, cuius inopia optimum ex fuſco genere deliges, & odore potiſsimum, & co-

lore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lore eius iudicium sumens: nam niger deterior est. Primo etiam de antidot.cap.14. pallidum eligit, odore, & sapore vehementissimum, Matthiolus styracem calamitam, ideo nuncupari asserit, cognomine à Galeni verbis deducto 1. de antidot.cap.prædicto. quum inquit manifestum insuper est, styracem qui in calamis è Pamphilia asportatur, &c. ideo vsitatum medicis calamitæ nomen, eo excellentissimum indicare volentibus, id quod & si verum sit, quum tamen alius styrax liquidus, stacte scilicet vt fertur, à calamità toto genere diuersus, vsui sit, si calamitæ voce præstantissimum styracem intelligerent, stactem etiam complecti possent, quum & ipsa styrax sit, & si liquida, res certè à medicis, seplasiarijsq; hodie aliena. Quare per styracem calamitã, optimus in suo genere accipiatur, qui et si olim forte liquidus, nunc in grumos, globos, seu micas coactus, & siccus, ad nos commeat. hoc eodem resinis, oleo, farinisque, facticius fit, qui liquidus postea in officinis, pro vero perperam habetur, eius plantæ varijs in Italia locis visuntur, at sine lacryma, albis floribus fructu nucis ponticæ magnitudine, tereti, terno intus ossiculo, in queis semen, quòd satum tractu temporis exoritur.

Matthioli considerõ

BOlus armenus, aut terra armena, ex Galeno 9. simpl.cap.5. ex Armenia minori Capadociæ finitima affertur, pallidi coloris, friabilis vt calx, & stella samia, nec plus quàm hæc lapidea, aut arenosà, tametsi non æquè leuis sit, sed illo magis conspissata minusque aerea, ideo negligentius intuentibus lapis videatur &c. ex Manardo lib.5. Epist.3. videtur in pallore similis auro, idque in annot. compositorum Mes. desiderari, ac falsum apud apothecarios passim haberi: quodque ex orientali plaga cœpit ferri, verum etiam non esse putat. Brasauolus, Serapionem, ac Auicennam vocabulum ochra, nõ ad vnguem exposuisse inquit, quum alter Galeni verba abducens, crocco colore ad rubedinem vergere interpretatur, & Auicenna rubro colore ad cinereum, quum tamen vox ochra, vel luteum, vel pallidum significet, quorum neutrius particeps est bolus armenus officinarum: hic tamen eorum opinioni assentire videtur, qui pro ochra pallidum exponunt, quod optimi ac probatissimi interpretes, sic semper interpretari videantur. Matthiolus etiam pedibus, manibusúe in idẽ concurrit, probatque officinarum bolum armenum verum non esse, quia colore pallido non est, vt ochra, sed rubro: Latine autem scribit colore pallido, ochræ instar, non autem impense rubro, ac si subrubescere debeat, quum verò ochram, terram rubram, & lapidis modo concretam, qua pigmentariæ officinæ omnes abundant, sarcinatoribus, ac pictoribus usui scripsisset Amathus. præter id quod lutheo colore pingitur, ex Dioscoride, non rubro, propriam ochræ nomenclationem latinis pallorem significare exponit Matthiolus, in eius censura, præterea putare Lusitanum genuinam esse ochram, rubrice speciem, qua hactenus hæmatitis vice vsi sunt miropolæ, at quum id non dixerit Amathus, quin Italice terra gialla vocari asseruerit, nisi croceum, rubrum vocet, vel in id inclinare intellexerit, quid sibi persuadeat, nondum apparet ὤχρα autem optima fuerat Attica, quæ nunc nõ habetur, ex Vitruuio lib. & cap.7. Archit. si tamen Galenũ seipsum exponentẽ adducamus, operæpretium erit, eidem capiti insita contexere: nam 2. Prognosti.commento 39. ita scribit, assiduè enim habeas in animo opportet, studendum esse nominibus tantum, quantum ad illustriorem significationem, eorum quæ dicimus, ex illis iuuari possis, reliquum verò tempus superuacuum existimabis, ad studium rerum meliorum reponens, vti etiam in eo de sympt.diff.cap.1. quia igitur non parum confert, huius vocis exquisita cognitio, ad rem impensius declarãdam, vt in alijs frequenter, ceu ex Manardo lib.2. Epist.1. ideo ex Galeno eodem capite, ita scribente addiscere possumus, καὶ ἡ ὤχρα δὲ, καὶ τὸ ὠχρὸν χρῶμα τῆς αὐτῆς ἐςὶ συςοιχίας. ὤχραν δὲ εἴρηκα, οὐ τὴν ὀξυνομένην φωνὴν, ὥσπερ ἂν εἴποι τὴς ὠχρὸν μὲν εἶναι τὸν νεανίσκον. ὤχραν δὲ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ τὴν παροξυνομένην *videlicet, itidem ochra, & ochron .i. croceus color, in eandem seriem reponuntur, ochram verò dixi, non in vltima acutà, quo pacto aliquis dicet ochron .i. croceum adolescentem, & ochram .i. croceam seu pallidam mulierem, sed penultima acutà, quæ quum pallidum, ac croceum significare possit. hinc Serapion bolum armenum croceum esse vertit, quia tamen ad rubedinem inclinare addidit, vt etiam Auicenna, res est mira, quod si ex sola librorum lectione, res suas velut exscripsissent, iam ijs antiquiores, ruboris meminisse fateri opus est, sin autem oculata fide, non esset iniuria additum ruboris signum, nec vilipendendum: at dicent Brasauolus, ac Matthiolus, bolum armenum legitimum Arabes latuisse, aliaque terræ specie visa, ad rubrum decliui, suo, vt nostro seculo pro bolo armeno habita, ideo talia marte suo effinxisse: nostrum itaque est declarare Manardum, nec non recentiores quosdam Græcum idioma Mauritanis minus calluisse, Quandoquidem Galenus 2. de vict. ratione in acutis commento 23. seipsum apertè declarat, his verbis,* ἐςὶ δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ᾽ ἀλήθειαν τοιοῦτον, οἷον πυρ, καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὠχρᾶς *&c. idest. Est autem ochron, chroma .i. color pallidus, veluti ignis, & color ochras vocatæ, cuius prima syllaba acuitur, fitque talis color, permixta aquoso excremento, pallida & amara, & flaua appellata bile, nempe flauus color, quantum à rubro in albiorem secedit, tantum à flauo pallidus: idque etiam lib. & cap.5. de tuenda s. quare an huiusmodi vox, ultima, vel penultima acuta scribatur, apud Galenum 9. simpl. vt non tute, ita haud facilè induci potest, quum vel minima litura, accentum obliterare, & diuersimodè acuere valeat, non igitur rubore omnino destitutus, vt neque igneus color, quo non modo pallidus, aut croceus bolus armenus, sed etiam subrubescens asseratur, diuerso ochræ significatu, ex quo Serapion ad rubedinem vergere meritò interpretatus est, Græcorum mente intus, & in cute perspecta, quod si mediocri interprete vsus esset, terso magis & limato, & qui Arabicas, vt ipse Atticas obseruationes edoctus, non aculeis vndiq; irritaretur, non mendis vbique scateret quandoquidem, gleba armena selectissima ochræ æmula non absolutè rubra appellanda, vixque ex rubro diluta, sed crocea, vel pallida, seu*

Matthiol⁹ seriẽ mutat.

Amathi contradictio.

risa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

risa gallæ instar, nec vltro rubra, & orientalem vocatum stultè probent seplasiarij. quum in nostris quibusdam off. octauianorum præsertim, Neapoli allatus maxime legitimus sit, ab ochra, hoc solum differens, qui arenosus non est, nec asper, at variegatus, lapisque apparet, in angulis interea in rubrum inclinans. Quod aliqui, nec vnctuosum esse debere concludant. Galenus tamen astere magis conspissatum, & minus aereum scribit. Aster autem ex Dioscoride lib. 5 cap. 94. tangenti linguæ, glutinis modo adhærescit, at quum id non apertè declaret, deducere saltem videtur, eodem in capite, vbi omnem aliam terram medicamentosam his notis æstimat, vt reliqua terra hoc præstans viscosum quid, ac tenax obtineat, quumque vlcera pulmonis agglutinare valeat, præter alia, siquidem substantiam tenacitas magis reddit emplasticam, quum emplasticus euidenter sit bolus armenus, summeque desiccet, ideo ob visciditatem, partibus pulmonis maxime affigitur, aliter elueretur, neque callum tam aptè induceret. addit Brasauolus bolum hunc in læuore, samio astro comparari, qui albus est. vel pallidus imò calcem in colore bolum armenum imitari, id quod neque ex his deduci, neque ochræ respondere posset. quod autem viliori prætio vendatur terra hæc armena, quam Lemna, quamuis duplo magis Armenia Venetijs distet, quàm Venetiæ Lemno, relicto etiam eo diffugiò, quod terra Lemnia ex monte est indeficiente, an ita vecors est Brasauolus? an eum prætereunt sibi met contraria? cap. de terra sigillata, vbi Thurcarum Imperatorem, arce facta eo loco, Principes hac terra donare asseruit. Nempe quum ad eum montem aditus interdicatur, vixque pecunia à custodibus extorqueri posit, hinc magno licere nimirum, maiore etiam quàm bolus armenus, qui si legitima sit terra sigillata, vt hoc tempore existimant, quum hæc turchicis characteribus obsignata non sit, & à cunctis colligi posit, hinc prætio deficere, minusque existimari quis dubitat? Si verò bolus hic orientalis legitima esset Lemnia sphragis, quo me hercle incommodo, hanc potius fucatam, quàm illum sigillo inprimerent, nisi vt capite proprio, dolosè id fieret, quum ea sit infidelium natura, vt Dijs litare secum existiment, vbi Christianæ fidei assertores illudant, fallant, atque imposturis irrideant. quod autem superaddit, quia mercatores ex eadem nauigatione terram sigillatam, & bolum armenum Venetias ferunt, ideò ab eodem loco, vel propinquis haberi, quidque his opus esset, per tot maria sulcare, ac terrestri tandem itinere Armeniam Capadociæ conterminam petere, quum hi Aegæum non transfretent, quis inq; non stuperet? quippè & si Alexandriam non transmeent, ea quum mercium maximum sit emporium è valde etiam longinquis regionibus illhuc appellunt, mercesque suas afferunt, quas Alexandrinis venundatas Veneti alijue mercatores emunt, Venetias, alioque transferunt, non longiori confecto itinere, hinc itaque bolum armenum hunc, verum haud esse dici nequires: quanquam minus terra sigillata æstimaretur, vel à remotioribus partibus aduectus, si Lemnia arce recludatur, bolus verò omnibus pateat, hinc maiori etiam copia vberior, vulgarisque pretij tot videlicet lustris vsitatus quum selectus iam præscriptus pluris liceatque Lemnia, nec clarissimè veritati reclamabit Matthiolus, si quando eius oculis admoueri at contigerit. Audio denique bolum armenum Orientalem non esse Lemniam terram, sed rubricam Synopicam, perperam pro triuiali bolo armeno à Matthiolo habitam, defertur enim Orientalis vocatus, non ex Lemno, sed ex Capadocia Ponti regione, Mercatorum omnium præsertim Venetorum testimonio, Constantinopolim quotannis petentiũ, Cardanus 5. de subtilitate libro, Apulum lutum rubrum sanè, & Rouaxiensi nostro non absimile, etiam validius armeno reddi posse tradit, hoc modo. arenis purgatum, & siccatum aceto acerrimo, & olei sexta parte excipitur, in pultis formam, vdo loco, in multos annos sepeliendum, quod si doctis auribus arrideat, perpendendum. lauatur, aut præparatur hoc modo: tritus bolus irroretur aqua ros. postea in vmbra siccetur, secundo, & tertio madefiat, ac siccetur. quidam aceto prædicto modo aspergunt. rubrica, & si copiosa multis locis eximatur, optima paucis, vti Ponto, Synope, & Aegypto, in Hispania, Balearibus, non minus etiam Lemno, cuius insulæ vectigalia, Senatus populusque Romanus, Atheniensibus concessit fruenda.

Brasauoli opiniones non acceptæ.

Cardani opinio vana.

Confectio ex stacte, aliàs de styrace.

RECipe stactes, opii, asari, hyosciami albi, castorei, croci, myrrhæ, thuris, partes æquales, melle sufficienti comprehende.

Alui immodicum fluorem, biliosum, aut pituitosum sistit, tinesmum à causa frigida natum, sanat.

STacte, off. styrax liquidus, ex Dioscoride lib. 1, cap. 62. vocatur pinguitudo recentis mirrhæ, cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ. ea perquam odorata, ac pretiosa est, atque vnguentum per se facit, quod stacte nominatur. Maxime probatur quæ nullam olei mixtionem admisit, cuius minima portio, compos est virium plurimarum, rara est absq; mangonio, vt alia ferè omnia, ex Alexandria Aegypti, nec ideo Venetijs, alibique deest syncerissimæ copia ex Matthiolo, attamen styrax liquidus officinarum, stacte non est, illustrium virorum testimonio, sed vt cap. de styrace prædictum, vel liquor è corticibus styracis arboris, oleo demersis, maximis prelis expressus, quos quidem cortices in suffitu vsitatos, nigricantes, crassos, aridos, nulla ferè odoris gratia, pro thimiamate venditant, & Narcaphtum leui admodum coniectura creditur. Plinius stacte idest stillaticiam, mirrhæ genus manifestisime facit, vt etiam Theophrastus, lib. 9. de hist. plantarum cap. 4. in fine hasce autem dubitationes decidit Marcellus. Manardus miscellam arte factam, grauem, & somniferam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ram putat, styracem scilicet liquidum, de quo Mes. intellexerit, quum tamen nemo hactenus apposite declarauerit, vulgarem liquidum styracem soporiferum esse. id enim styracinio oleo ascribit Dioscorides, id quod Galenus styraci tantum ascribere videtur, pluribus in locis, potißimum 5. simpl. cap. 19. si largius præsertim bibatur. Est & styrax ruber Arabistis fæx huius liquidi, & mirrhæ stactes, ceu etiam Cozumbrum, & Thus Iudæorum, aut Thimiama, pro stacte inuecta. Serapion inania garriens pro Thimiamate, authore Isach, atq; Abicio, omnia simul obruit, vt etiam Auicenna, bis de storace differens, per liquidum tamen styracem, stactem intelligunt. parsimoniæ itaque non magis studeant, quàm honori pharmacopolæ, vt legitimam stactem sibi comparent, non terebinthinam, farinam atque alios fucos. vera enim ad decennium vsque non infirmis est viribus: pharmacopæi quidam ineptè satis, per ammoniacum thimiama, ammoniacum simul, ac huiusmodi corticem accipiunt.

Styrax ruber. Cozũbrũ Thus Iudeorum. Serapiõis, ac Auicẽ. confusio.

OPium ex Dioscoride lib. 4. cap. 55. optimum habetur graue, & densum, gustu amarum, odoratum, soporiferumque, quod facilè aqua diluitur, cum læuore candidum, neque asperum, neque grumosum, quod inter colandum, non vt cera coeat, & in sole diffundatur deinde ad motum lucernis, non atra luceat flamma, extinctum denique odoris vim conseruet, sed opium glaucio, gummi, aut syluestris lactucæ succo adulterant, verum glaucio fucatum in dilutione croci colorem reddit, lactucaceo succo fictum, exiliter spirat, & asperius spectatur, gummi vitiatum splendescit, & infirmius est. nec desunt qui eo dementiæ deuenerint, vt adipem ei admiscerent. porrò opij faciundi ratio hæc est, quum ros in eo scilicet papauere exaruerit, cultro decussatim in stellas, ne pœnitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem incidere oportet, lacrymam capitum exeuntem digito in concham abstergere, nec multo post redire, vt concreta inueniatur: etenim quæ tum, aut postero die etiam offenditur, in vetere pila teri debet, & in pastillos cogi, quum tamen inciditur, retro cedendum est, ne vestibus succus deradatur, Thebaicum opium ex Galeno 1. de antidotis cap. 2. potentißimum existimatur aliqui capita ipsa, & folia tundunt, & prelo exprimunt, terentesque in mortario digerunt in pastillos, id meconium vocatur, multum opio ignauius, lacryma itaque papaueris, opium est, non succus, ex Galeno 2. de antidotis, cap. 7. plurimum est in tabernis, cui plures ex supradictis conditionibus illi desunt. potius meconium appellandum, quum autem gustu amarum probauerit Dioscorides, si Amathus esse, nec minus prudentibus odiosus videri vult, quid eum commemorare oportet, opio non aliunde amarorem esse, quàm à Glaucio, aut syluestris lactucæ succo, quibus adulteratur, quod si ei naturalis illa esset amaritudo, dubio procul calidum censendum esset, rigida .n. censura notandus est, quod non minus ineptè, quàm ridicule, in scenam prodierit. prorsus Dioscoridis oblitus, suique ipsius immemor, cap. de Glaucio, vbi amarum illud confessus, Galenum postea adducit, ex quo insigniter refrigerat, vt certè eius non sit inuidendũ magistro, qui eum nihil sapere docuit: Mnesicles optime foueri existimat, hyosciami semine sepultum, alijs faba.

Meconiũ.

Amathi nugamentum.

HYosciamus, siue Apollinaris herba, quibusdam altercus off. Iusquiamus, ex Dioscoride lib. 4. cap. 59. trium est differentiarum, vna semine nigro, floribus penè purpureis, smilacis folijs, cytinis præduris, & spinosis, alterius semen subflauum, vt irionis, flores lutei, & siliquæ simpliciores, tertium genus vt quod mitißimum esset medici recepere, pingue lanuginosum, molle, candidi floris, seminisque, in maritimis, ruderibusque nascens, Galenus etiam 8. simpl. seminis atri, & flaui fugienda inquit. cæterum cuius flos candidus est, ad sanationes vel maxime idoneus, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium, id tamen, vt etiam nigri seminis primum, quantumuis solerter indagarit, qui ostenderit neminem inuenisse asserit Matthiolus. at candidum, & luteum Ferrariæ haberi tradit Brasauolus, nos albi & nigri inopia subflauo semine, & floribus luteis, apicibus intus cæruleis prædito vtimur, quòd aliqui nigrum putant, circa ruinarum macerias oppida, pagosque frequentißimo, vulgo Dente Cauallino. quanquam album vtpotè placidius seligendum esset, in maritimis quibusdam non infrequens.

MYrrha ex Dioscoride lib. 1. cap. 67. lacryma est arboris, in Aegypto nascentis, dicitur ex his aliqua pediasmos, præpinguis, qua expressa stacte emittitur, alia Gabirca, pinguißima omnium prima est quæ Trogloditica appellatur, splendens subuiridis, ac mordens quinetiam legitur tenuis quædam, quæ à Trogloditica, secunda est, bdellij modo mollis, verum odore grauiuscula, in apricis, & illustratis sole locis nascens, alia Caucalis cognominatur, præter modum exoleta, nigra & retorrida omnium deterrima, quæ Ergasima dicitur, pingui carens, cano situ obducta, acris, ad gummi imaginem vergens, & viribus eius proxima: improbatur amynæa cognomine. Eligenda est recens, squalore obsita, leuis, vndique concolor, quæ confracta, venas vnguium modo candidas, & leues ostendit, minutis glebis, amara, acris, odorata, calefaciens, superuacua, & inutilis est ponderosa, coloris picei, Marcellus non λεπτν .i. tenuis ieerum λουήν .i. candido colore, legendum contendit, quod inter alia genera candidum enumerat Plinius, & quod tenuitas myrrhæ parum competere videtur. quæ glebosa, & in offas conuoluta, longè ab ea forma abest. Optima rarißima admodum visitur, & non nisi ad ostentationem monilis potius vice, quàm aromatis. quæ enim plurima ad nos ex Alexandria Aegypti hoc seculo fertur, non modo sicca, nigraque est, sed etiam retorrida, macilenta, vix aliqua Dioscoridis indicia complectens, vsitata autem, adeo in his deficit, vt existimetur à Brasauolo Caucalis, cum ergasima admixta, cui si quid clarum, & pellucens, confractu versicolore inest, si quid boni id officinarum mangonio fieri, gummi, varijsque miscellaneis, adulterinam myrrham esse, quibus etiam Matthiolus ac-

cedit,

cedit, verumtamen vel quauis festuca in Brasauolum commouetur, quasi opinatus sit, quæ paßim circunfertur myrrhã, legitimũ bdellium esse, quũ tamen hæc scripserit, cap. de bdellio, vnde frequenter animum inclinaui, vt gummi quo pro myrrha vtimur, bdelli genus sit, ex Aphrica, Alexandriã, & Venetias cõportatũ: at postea aliter noui, ex quibus ita alias se suspicatum declarat, nec in eadem persistere sententia. quæ primatum habere creditur, potius crocea est, quàm subuiridis non sine impostura, nec mirum, quod Galeni temporibus, vt 1. de antidotis, cap. 11. opocalpaso adulterata, etiam reperiebatur, at opocalpasum exitiale est, multosque sorte quadam vidit, suæ in ætatis decursu mori, qui myrrham cui opocalpasum admixtum esse nesciebat, assumpsissent, de industria nanque antidota conficientes, tanquam optimam talem myrrham imponebant, eo quod viderant, in collyrijs optimam fuisse medicinam, nempè saniem absque mordicatione extenuat, & interdũ incipientes oculorum suffusiones, & adhuc tenues aufert, atque siue in emplastrum, siue in ceratum, siue in extenuans aliquod medicamentum, foris imponendum conyciens, remedij vim augebis, at intra corpus assumpta, exitium affert. caueant igitur summopere medici, atque aromatopolæ, ne huius factionis myrrhã, in medicamenta deglutienda imponant, ne inscientes, remedij vice venenum exhibeant, quum autem Galenus 2. de antidotis, cap. 14. Minæam quibusdam optimam myrrham, & sine opocalpaso dici asserat, alibique Minæam scribat, quasi præstantißimam Dioscoridi opponi Amatho videtur, quum tamen Trogloditicam in initio cum Dioscoride prætulerit. propterea nos ita conciliaremus, & si Trogloditicam optimam myrrham non ignorauerit Galenus 1. de antidotis cap. 11. quia tamen opocalpaso adulterabatur, quibusdam Carpasi succus, de quo Dioscorides lib. 6. forte ideo vt aduerteret Galenus, Trogloditicam tanquam præstantißimam diuendi, at opocalpaso mixtam, Minæam autem minus licere, at synceriorem, & si infimam, nihilosecius minus periculosam, ea ratione præstabiliorem scripsisse visus sit. Myrrhæ loco, styrax calamitis suggeri potest, vel stacte, natura, & viribus affinis, si legitima sit, rarißima scilicet.

Brasauoli tutela aduersus Mathiolum.

Opocalpasum.

Gale. an Dioscoridi opponatur, vt putat Amat.

Carpasi succus.

T*Hus ex Dioscoride, lib. 1. cap. 70. in ea gignitur Arabia, quæ turifera cognominantur: primatum tenet in eo genere masculum, stagonias appellatum, suaptè natura rotundum: tale autem indiuiduum est candidum, quum frangitur intus pingue, in suffitu statim ardens: Indicum verò fuluescit, & colore lucet, sed rotundum industria factitant: nam in quadrangulares formas dissectum, fictilibus versant, donec rotunditatem contrahat, verum huiusmodi thus tempore flauescit, quòd atomum, aut siagrum appellant: secundum locum habet Arabicum, & in Similo nascens, quod aliqui copiscum vocant, minus multo, & fuluius. Est & genus aliud, cui amomite cognomen est, alioqui candidum, quod dum mollitur, masticbes more digitis cedit, ex Theophrasto 9. de hist. plant. cap. 4. probatur melior gustu, eiusq; norma concolor, Tegete etiam exceptum purum est, atque perlucidum, terra minus: adulteratur in itinere pini resina, & gummi, quod facilè deprehendi potest, siquidem suffitum, gummi flammam non eiaculatur, & resina in fumum euanescit, thus verò statim ardet, idem maleficium odor prodit, masculum putant thus, album, aut flauum, purißimum in globulos rotundos, singulos, aut testiculorum figura geminos, concretum, indeque masculi cognomen sumpsisse. non deest nigrum omnium ignauißimum, quo tamen in ceratis, alijsque extra admouendis, ne dicam vti, sed abuti consueuere, ac si topica humanæ vitæ emolumento futura negentur, quum tamen ex deteriori hoc compositis, vulnera non coalescant, non cicatricem ducant, & putredini obnoxia reddantur, in huius arboris folio describendo, varij varia sensere, vt ex Theophrasto lib. & cap. prædicto, at eius arborem quandam super Sardos, apud delubrum quoddam, fronde lauri constare dictauit, hinc ducto argumento Plinius etiam lib. 12. cap. 14. cortice lauri esse constare quidem, & folium simile, talemque certè fuisse arborem Sardibus, scriptum reliquit, eius cortex olibanum scilicet, capiti proprio relinquitur: manna autem thuris, hoc est eius puluisculus, & pollin, quorum inuicem attritis grumis resoluitur, cap. de manna declarabitur: quidam etiam rubrum thus, in India gigni memoriæ prodidere: Cæterũ in Latino volumine Matthiolus, Auicennam errasse sibi persuasit, quod deprauatis sensibus, & abolitæ memoriæ, thus opem præstare tradidit. quum ex Dioscoride in 2. valetudine haustum, insaniam faciat, & largius cum vino sumptum, interficiat, quasi à Dioscoridis sententia alienus sit Auicenna, quasi intro in corpus sumptum, mentem non sine discrimine semper moueat, quum tamen hæmoptoicis, stomachicis etiam prosit, ex Galeno 7. s. ex Dioscoride sanguinis excreationi potum, quod si in corpore secundum naturam se habente, periculosum esse censeat Matthiolus, neque id est negaturus Auicenna, qui vsu plurimo capitis dolorem parere tradidit, atque ex vino similiter, ac aceto, cum Dioscoride interficere, quin & quorundam authoritate ieiunis infusum, ex consuetudine propinari, parua videlicet mensura ad cerebri robur, sua enim astrictione firmabit, colore spirituum craßitiem diffundet, odore refocillabit: at quid ad hæc, quo vultu, qua audacia, inscitiæ notam Auicennæ inurere non veretur, quasi à Græcorum opinione sedulo nunquam recesserint Arabes, quo & solo semite absolueretur Auicenna, at id satis nondum cernit, & si res ipsa, tot, tam claris argumentis, signisque luceat, quum ex Serapione, authore Abugerigio, Aben Mes. memoriam augeat, pituitam abscindat. Denique Serapion, quem scilicet ceu fidum Dioscoridis interpretem admittit, quorum Græcorum dicta bona fide referat, ex Dioscoride memoriã augere exhilarare, phlegma dissoluere retulit, quæ tamen à Latinis Pedacij interpretibus non leguntur: propterea nunquam litabit, si tali thure sacrificat Matthiolus, coctione absoluta inspergitur in sordium spißitudinem coactum, ex melle modico, aut aceto, aqua, uinoúe, si emplastrum liquorem accipiat.*

Olibanũ

Mãna thuris.

Pro Auic. Matthioli calũnia refellitur

Diasatyrion

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Diasatyrion, aliàs Confectio testiculorum vulpis.

REcipe testium satyrij viridis, libr. i. tere, coque exacte in lacte ouillo recenti, quantum satis esse videbitur, ad lactis consumptionem, postea ligneo pistillo contunde, cum vnc. iij. olei amygdal. dul. recentis, deinde syrupum ex succi buglossi, cocti & despumati libr. ij. succi pomorum dul. libr. i. cum sacchari optimi libr. iij. coctum superinfunde, misce percoquendo, postremò ab igne deposito, & refrixo, inijce cinnamomi drach. v. been albi, & rubri añ. drach. ij. ligni aloes drach. iij. croci, santalorum citrinorũ, tragachãti, gummi arabici, ocimi caryophyllati, cubebe, macis añ. drach. i. & med. repone vase vitreo. Da à drachmis tribus & med. ad vij. & med.

Phitisicis, hecticis, vel aliter consumptis, & emaciatis saluberrimum: quia humidum radicale instaurat, proinde semen auget, ac in venerem proniores reddit.

Ab vsu recessit, & Syluio videtur hecticis, aut alia febre laborantibus, suspectum, ob aromata, quæ illi plus iusto excalefacere, & siccare videntur: nos tamen his, magisque marcescentibus, ex morbo senio laborantibus, conducturum fatemur. quibus cor frigidius, quàm natura postulat, ex Galeno factum, in libro de marcore, capite quinto, quumque Venerem augentia, moderatè sint calida, & humida, ex Galeno quinto simpl. cap. 21. neque eat inficias Syluius, huiusmodi antidotum semen augere, mirum est quomodo hecticis suspectum faciat, nisi aromata tollantur, quorum adeo paruum est pondus, radicum, olei, sacchari, & succorum respectu, vt non nisi ob tenuem eorum substantiam, ad membrorum robur, ad considentes vias, ex siccitate contractas aperiendas, per quas humectantia intima penetrent, ab authore additas iudicandum: vt in Trochiscis ex caphura, crocus, & reliqua aromata, ex Auicenna lib. 5. d. 9.

A santalis ad finem vsque, omnia prætermisit Præpositus vocatus, ideo Fuchsius, incompositam antidotum ex Actuario restituere conatur.

SAtyrium, off. testis vulpinus, ex Dioscoride, lib. 3. cap. 122. radicem bulbosam habet, mali magnitudine, fuluam, intus vt ouum candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam: Est & aliud satyrium, quòd Erithronion, siue Erithracion, idest rubrum, semine lini maiore, duro, leui, splendente, cortice radicis gracili, rufo, intus autem album includitur, sapore dulci, non ingrato ori: huius igitur duæ quum sint species, prima accipienda est, Serapioni testiculus vulpinus, Galeno 8. simpl. triphyllon appellata: eius itaque radices nuperrimè defossæ, aut saltem recentiores immittendæ. Matthiolus commento de satyrio Erythronio, medicos atque aromatarios quàm plurimos hallucinari, in ipso statim capitis initio notat, testiculos canis, & Satyriones pro eodem ducentes, & legitimi Satyrij vice passim in medicamentis vtentes, id quod, si vt Cordus efficerent, meritò inquam taxarentur. Is siquidem adolescens, cuius ætati ideo ignoscendum rei herbariæ parum peritus, non sine detestandis erroribus. Dispensarium innumeris implicitum mendis edidit, Arabicos potius secutus, quàm probatorum authorum inuenta, at multo magis Matthiolus castigandus est, vnà Mesuem inserens, eiusdem sententiæ, cum Reuerẽdis, qui etiam Antidotarium commentati sunt, videlicet Satyrios bifidas producere radices, testiculis caninis similes, res nusquam in Mes. comperta, vt somniat Matthiolus: quum etiã medicamentarij officinarum codices, pro Satyrio, non caninos, sed vulpinos interpretentur: resipiscat igitur, neque alijs notam inurat, grauiori pœna affligendus, in pace niteat, ne in bello obsolescat, se se intra pelliculam contineat, ne vltro crabrones irritet; neque hoc infero, vt Mesues censoribus parcendum putem. Matthiolus autem veros Satyrios in Italia haud apparere dictet, mendacium mendacio addens, nec Brasauoli dicta eliminat, vt in minimis quibusque consueuit, quum in Bononiensibus, & Mutinensibus montibus, vbertim, & crassa radice, vtrasque Satyrionis species, flore mirifico nasci asseueret: qua fortaßis ex causa, latinè melius sonat, hoc pacto, cæterum vt ingenuè fatear, verum Satyrium hactenus in Italia mihi videre non licuit, nos verò ex Augustensi valle, pulcherrimorum simplicium theatro, data opera exportari fecimus, folijs liliaceis, ternis, frequentius geminis, & statim à radice prodeuntibus, flore lilij effigie, non quidem quantitate, & tota figura, sed colore, & floris essentia quadam, quæ enim pauca quædam, ob furentem nostris in partibus Martem, natali solo videre non potuimus, ea integra, omni conatu, à præclarißimis herbarijs afferri studuimus, & nostris sumptibus aluimus, cum Romanis, Hispanis, Alexandrinis, Lyguris, alijsque innumeris, pro ocij, & temporum ratione diuagati, sermonem habuimus, nunc per alta iuga, illorumque flexus, nunc per inhospita deserta, vastas solitudines, inaccessas alpes, sæpe per amœnas valles, & placidas planities, vmbrosa vireta, areas, campos, vineas, opaca nemora, algosas paludes, murmurantes riuos, per maritima littora, ridentesque hortos, in abditis terræ fibris, in horridis recessubus, subterraneisque fodinis perreximus, nullo frigoris, caloris, imbrium metu, vt nouum aliquod, præclarumque simplex, quotidie excerperem, vobisque indicarem, non

Cordi inscitia detegitur.

Mes. tutela aduersus Matthiolum

Monachorũ lapsus.

Matthiol[o] retractat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rem: non ignarus omnem ſtirpium materiem animalium, metallorumq́; , à perditis omnigenarum rerum coemptoribus, varijs modis contaminari, omnesq́ue tum mercatores, tum herbarios, in eis dolum exercere: icciro ex omni natione præſtantiſsima mihi ſedulo afferri, quotannis curaui, herbarum fruticum, & arborum differentias, dum augeſcunt, dum vigent, contemplatus, quum ex Galeno 1. de antidotis cap. 12. non ſemel, biſúe, ſed ſæpe, & ſæpius aſpicienda ſint, ne tanquam indiſtincti, aliam ab alia internoſcere non valeamus, vt eodem lib. cap. 2. non ſemel, biſúe, aut ter, ſed ſæpius admodum, ſigillatim quæque obſeruaſſe neceſſum eſt, etiam ſi quis attentius ab aliquo comonſtrante, ac verbis docente, cuiuſmodi ſint, quæ ſunt, optima diſcat, quod ſi plerunque, non conniuentis oculi aciem, rerum ſimilitudo perſtringebat, vt cognatio confuſionem pareret, vt vicinitas alterum pro altero præſeferre videretur, nares, ac linguam conſuluimus, quæ vacillantium oculorum corrigerent errorem, quum præſertim ex annorum temperie, ſoli mutatione, cultus ratione, naturæ continuo motu, multiplici indies varietate, quaſique diuerſo icone ſe ſe oſtendere frequentiſsime ſoleant. quo fit vt non ſola librorum lectione, ad hæc ſcribenda animũ impulerimus, ea .n. ſæpiſsimè vidimus, collegimus, et à diuturna caligine vendicauimus, nec ideo perdifficile non dixerim ſimplicium ac mixtorum vires cognoſcere, illorum ſpecies, formas diuerſas, variaſq́ue figuras, ac facultates tenere. Eſt & teſticulus caninus, Græcis cynoſorchis, in pratis noſtris affatim luxurians, in petroſis ẽt, & ſabuletis frequens, puerulis ob florẽ in cæruleo purpureum, vniuerſo ferè cauli dodrantali impartitum, non iniucundo odore expetitus, qui quidem Satyrij inopia ſub duplo ſatisfacere poterit, vegetiore & maiore teſticulo accepto, flacido autem & rugoſo abiecto, calidus enim & ſiccus eſt, & Venerem coercet ex Paulo, ſuperiorem autem pleniorem eſſe, inferiorem verò molliorem, & rugoſiorem ſcribit Dioſcorides. Matthiolus tamen ita vertit, Delle quali, la più baſſa è piena, & carnoſa, & la più alta fiappa, languida, & vana, idq́ue etiam in commento, ſecus autem in latino, tales enim odæ in hunc vnum maxime redundant, quamuis ſæpenumero obſeruauerim, nunc ſuperiorem pleniorem, nunc inferiorem, & econtra, mollem tamen vt plurimum Dioſcoridis ſententiæ reſpondere. Eſt & radix humanæ manus ſimlitudinem referens, vulgo palma chriſti, quam Satyrij ſpeciem buzeidem Mauris vocatam, coniecerunt plerique, ex Serapione, quin eandem bucheiden Hermolao dictam, credidit Braſauolus, nec differre à digitis citrinis Auicennæ, quum tamen ſeparatim, diuerſa effigie, ac vi, alterum ab altero ſeiunxerit. an verò digiti citrini, ſint palma chriſti vulgaris, Monachi dubitantes, quum ibidem rei venereæ vſum aliquem non expoſuerit Auicenna, in quem Satyrij, & cynoſorchis ſpecies valere creduntur, hinc in alienam propenſius cadere videntur ſententiam, Matthiolus nulla inniti ratione prædicat, quæq́ue ſit animaduerti potuit, hanc tamen inter Satyrij genera, perperam enumeraſſe Fuchſium dictat, quum potius inter canis teſticulos repreſentanda eſſet, at quum Hermodactyli etymo, ac facultati conuenire, huiuſmodi radicem inclinet, id quod primus Bellunenſis, buzeiden attribuit, in ſuis interpretationibus, videlicet quibuſdam hermodactylorum ſpeciem dici, hinc vel eadem videtur voluiſſe, vel ſi inter hermodactylos connumeranda eſſet, male inter Satyriones Fuchſius, peius inter canis teſticulos repreſentaſſet Matthiolus, quum præſertim vomitum non minus, ac aluum laceſſant, icciro nec rei venereæ, vel tantillum inſeruiat: huius duo ſunt genera, in montibus, ac apricis, vnum maius folijs liliaceis, læuibus, patulis, nigricantibus, ſignis maculatis, tereti caulæ, non aſpero, ſpicato flore, ex pallido in purpureum variegato, non inſuauis odoris, geminis radicibus, cynoſorchi æmulis, niſi appendicibus quibuſdam, quaſi digitis, humanam manum referre conſpicerentur, Minus autem folijs croci, caule iunceo, palmum alto, læui, floribus nitet, purpureis, amarantho cognatis, iucundiſsimum halitum ſpirantibus, Maio potiſsim um menſe, & Iunio. Eſt & teſticulus alter Serapius Andreæ in pratorum margine interdum effoſſus, radice vbique rotunda, per omnia porraceis folijs, & caule palmeo liliaceis floribus purpureiſq́ue reſpondens, ſeminibus rotundis miranda ſerie in globos duplici, tripliciúe cornu digeſtis, pro Satyrio ſubſtituendus.

Teſticulus caninis.

Matthiol[9] recantat.

Palma xp̃i Buzeiden Digiti citrini.

Aĩaduerſio in Matthiolum

LAc, ſuccus ille candidus, in fœmineis mammis, ex abundanti alimonia, benigni ſanguinis bis cocti, productum, ſaluberrimum eſt purum, ac ſyncerum, colore ſumme albo, ſplendido, claro, & ſapore dulci, non amaritudinis, non acciditatis, non ſalſedinis, neq; acrimoniæ particeps, æquali craſsitudine, quod vngui inſtillatum cogitur, nuperq́ue emulſum, propterea ſcribebat Galenus 7. meth. med. cap. 6. lac nullam externam qualitatem odore, guſtuúe præſeferat, ſed eſto quàm dulciſsimum, & ſibi ipſi continuum, & prout lacti conuenit ſplendens, ſuper omnia quoad fieri poteſt, ſimiles habeto partes: quum verò lac candidum probet Dioſcorides. Ariſtoteles contra 3. de animalibus cap. 21. inquit: mulierum lac cõmodius lactentibus eſt, quod liuorem trahit, quàm quod candidum eſt, & fuſcæ ſalubrius habent, quàm candidæ: Eſt porrò ad alendum validius, in quo plus caſei eſt, ſed infantibus ſalubrius, quod minus caſei contrahat, id tamen pro ipſorum animalium ſpecie, & alimentorum, quæ alibi alia capiunt, & anni tempore, multum differt, ex Dioſcoride lib. 1. cap. 162. ac Galeno 3. de aliment. facultatis cap. 15. & in eo de cibis boni, & mali ſucci, cap. 4. nempè id plus ſeri, illud minus caſei habet, & econtra, è quibus contrarias facultates, & vſus habet, ſerum enim ebibitum ventrem laxat, caſeus emanſus eundem cohibet, vt ex Galeno in eo de Ther. ad Piſo. cap. 4. qua autem ratione potius ouillum, quàm humanum, aut quoduis aliud ſelegerit, quum humanum ad omnia præſtãtiſsimum ſit, & in tribus ſuis qualitatibus temperatum, vt etiam caprinum, ac aſininum, præ omnibus vnum humiditate exuperans, ex Galeno 2. de vict. ratione in acutis, cõmento 7. ex Ariſt. 3. de animalibus cap. 20. tenuiſsimum cameli eſt, mox equæ, tum aſinæ craſsiſsimum bubulum eſt, ac etiam pinguiſsimum, ouillum autem dulce, craſ-

Dioſc. ab Ariſto. diſſidet.

ſum &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

sum & præpingue, & in alio Diasatyrio scribit, lactis ouilli, aut vaccini, profectò hæc nuper à nobis excogitata est, quod lac ouillum magis inflat, ex Auicenna, spißius est, & præ alijs minus habet seri, plus casei, ideo ex flatu erectiora reddat pudenda, si tamen humani copia suppeteret, hecticis commodius fieret, at quoduis alterius loco substituatur, non magnifaciendum, cognita eorum differentia. Deniq; quum artis medicæ studiosis, non pueris isthæc scribātur: Matthiolo nobis irridendum videtur, qui oues, vaccasque, & mulierculas eas mulgentes pingi voluerit.

TRagachanta, off. Dragantum, vel gummi draganti, ex Dioscoride lib. 3. cap. 20. lacryma est, quæ vulnerata radice manans concreuit, ex Theophrasto etiam sponte, & scisso in latere corticè destillat: cius planta, è qua tragachantum emanat, in Creta, Achaia, & quibusdam Asiæ partibus nascitur, ad nos autem è Creta, & Græcia, vt plurimum affertur: præstat pellucens, gracilis, leuis, syncera, & subdulcis, est etiamnum subrufa, quam ad calidius vergere existimant pleriq; vt albam frigidiusculam, & decennio seruari, quum verò linguæ subdita non liquescat, ideo legitima sit, nec ne in ancipiti posuerint Monachi, id quod Dioscorides non per se, sed cum melle, in delinctu accipere contendit Matthiolus, non tanta festinatione, ac si prorsus affirmarint affligendi sunt. Non defuere vulgatam hanc acaciæ gummi existimantes: alterius tamen defectus altero suggeritur.

Obiectio i Matthiolum p Mochis.

GVmmi arabicum, ex Serapione, est acaciæ gummi, authoritate Dioscoridis, qui tamen lib. 1. cap. 114. id non expreßit, sed quod ex acacia quæ in Aegypto nascitur, gummi manat, verius itaque appellari debuisset Aegyptium gummi, eodem existente Serapionis capite de gummi arabico, quod Dioscoridis de gummi acaciæ, videlicet prafertur eius spinæ gummi, quod in vermiculorum speciem contrahitur, quod vitri modo perlucet, ligni expers, proximum est candidum, sordidum verò ac risinosum inutile: non alia fortasis ratione, eo nomine ab Arabibus vocatum quam quod ex alia Arabia Aegypto contermina, eorum æuo deferretur vel quia spina illa, quæ acaciam producit, in Arabia nascitur, hinc tale nomen sortitum est: dicitur & Babylonicum, quia circa Babyloniam, Aegypti .i. Cairo concrescit, quum altera Babylonia non in Aegypto sit posita, sed in Mesopotamia, & Saracenicum, quod ex Aphricæ partes, idest Mauritania conuehitur, quia vulgus nostrum infideles, potißimum Mauritanos, Saracenos appellare solet: id tamen ex vtriusque descriptione, aliud esse ab officinarum gummi arabico animaduertit Matthiolus, duabus rationibus: prima, quia nihil simile habet contractis vermiculis, & arenosum est, sed in grumis versicoloribus conspicitur, quorum alij succinum, alij topatium, aut chrisotopatium colore, & nitore referunt: quumque ipsa quoque legitima acacia desideretur, gustu scilicet astrictoria cuius est gummi, illud etiam argumento esse posse, quum eiusdem cum sua planta genij, & facultatis existat, hinc stipticum esse deberet, id tamen lenit, & aperit, & eam ob causam, nec implere, aut poros carnis stringere potest, quod in gummi acaciæ requirit Dioscorides, addit, quoniam Galenus 7. s. cap. 40. scribit, id est gummi, quod Græci simpliciter, gummi vocant, quæ lacryma est congelata, concretaque in truncis arborum ipsum producentium, ideo palam indicare mistionem hanc, è diuersis arborum gummis miscellaneum esse, quod Græci simpliciter gummi vocant, esse nostrum gummi arabicum, quod colore varium, non inpermixtum, sabulosumque quum sit, facilè coniectari poßumus, ex varijs etiam arboribus decerptum, quia Galenus simpliciter gummi vocat, omnium arborum quæ resinam fundere non poßunt, quod eorum iudicio contrarium est, qui vbi gummi nomen apud Græcos simpliciter viderint, non aliud quam spinæ ægyptiæ gummi intelligunt, tolerabilius dici poterat gummi tragachanthæ, quæ in vermiculorum speciem est contracta, si ad nos vera acacia asportaretur. hæ sunt Matthioli deductiones, meo sanè iudicio, à veritatis foribus penitus alienæ: quandoquidem & si acacia multiplicis vsus, ad nos non afferatur, non ea ratione gummi eius ad nos vehi non posse, affirmandum putauerim: nam acacia seminis expreßione paratur, soli exponitur non paruo labore: quumq; tota arbos aculeis horreat, ex Theoph. 4. de hist. plant. cap. 3. hinc fieri potest, vt laborem spinasq; fugientes incolæ, fructū non colligant, in siliqua leguminū modo cōtentum, gummi autem quum ex ea manet, tum arbore percussa, tum sponte, sine vlla fissura, ideo nullo incōmodo etiam à puerulis reponi poßit: forte itaque adeo modicè curant, ad medicinæ vsum facientia, vt nonnunquam sponte, à natura oblata despiciant: nimirum igitur si hoc adseruent, illam verò ob ignauiam vilipendāt, hacque ratione desideretur, nimirum etiam si vulgatum gummi, nil commune habeat, cum vermiculis, quod nulla mundicie, nulla Aegyptiorum diligentia colligatur, vel quod eius sit generis primo proximum, aut ex altero acaciæ genere, Ponti & Capadociæ, rutaceis videlicet folijs, cuius copiam se illi fecisse Bellunensem testatur, latinè præsertim, quod nos plerisque in emporijs, eius copiam habuerimus, non sordidi, non resinosi, sed ligni expertis, vitri instar perlucidi, nec admittendum est Matthioli argumentum, quoniam acacia stipticæ vi sitar facultatis, ideo tale eius gummi esse debere, id. n. veritus est latino volumini inserere, nō ignarus, Dioscoridem huic astrictionem non præbuisse, sed vim ad spissandum, refrigerandumque efficacem, cutis meatus obstruentem, medicamentorum quibus admiscetur acrimoniam hebetantē, præterea multarum arborum fructus astringunt, quorum tamen gummi exasperatam arteriam lenit, vt gummi cerasorum, & prumni, quæ cum his vino pota, calculum comminuunt: quod verò gummi officinarum leniat, & aperiat, ideo cutis spiracula obstruere non posse scribitur, quod tamen gummi acaciæ ascripsit Dioscorides hac in re prudētiam, maturitatem, sanumque iudicium declarauit, ac si lenientia apertione quadam prædita, exiguos etiam cutis meatus obstrue-

Matthioli opinio explosa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

re non poßint, ceu ex Galeno 5.simpl.cap.12.non modo emplastica, sed etiam ἐμφρακτικά, *idest infarcientia vocantur, quo quidem concesso, quod scilicet leniat, Tragacantha etiam lenit, nihilominus vt gummi, cutis spiracula oplet, ex Dioscoride, gummi etiam cerasorum lenit, tußi etiam vetuste medetur, idem etiam aperit, quum ex vino potum calculosis auxilio sit, suo tamen lentore, sua visciditate, poros implere potest, idem etiam in vulgato gummi conuincitur, omnibus his facultatibus prædito, quæ illi à Dioscoride tribuuntur, nostro, & clarißimorum quot quot sunt, nostri seculi experimento, huc accedit Aegineta, lib.3.in raucitatis cura, vbi inter emplastica, idest obstruendi meatus facultate prædita, gummi recenset. Reliquum est quo velut alter orestes, non potui non exclamare, cum insanis iuxta prouerbium, insanire coactus, quum Brasauolus, ac Matthiolus, medici alioquin clarißimi, sibi persuadeant, gummi istud nil aliud esse quàm ex diuersi generis arboribus misturam, at Matthiolum, & cum eo Dessennium eius simiam, longius aberrare, sole clarius demonstrabimus. quum huiusmodi somnium Galeni testimonio credendum obtulerit, eiusque authoritate, suam fulciat sententiam, quia 7.simpl.gummi ex varijs arboribus ipsum producentibus colligi enarrauit, qua in re, qualis sit interpres, quibusq; animi, & ingenij ornamētis decoretur, mox mox subiungemus: nā ex Galeni verbis, omniū candidatorū iudicio, elici nullo modo posse crediderim, gummi simpliciter ex eo prolatum ex arboribus diuersarum facultatum colligi, sed à varijs eiusdem speciei, vtpotè non ab vnico duntaxat, sed à multis acaciam gignentibus, è quibus omnibus gummi erumpit. nec tali ignauia damnandus est sagacißimus Galenus, & medicorum facilè Princeps, quo diligentius nemo plantarum naturas, ac facultates rimatus est, tam integris sensibus, quàm diuturna experientia, profundißimæ Philosophiæ coniuncta, vt gummi diuersarum plantarum, qualitatibus inter se discrepantium, similaris naturæ opinatus fuisset, ceu quum emplasticæ potentiæ esse, atque exsiccatoriæ, asperitatibusque mederi protulit, quoniam si quoduis gummi, ex Matthioli sententia, arboris à qua decidatur, naturam insequi debet, vt sibi ipsi laqueum nectit, non similaris verum heterogeneæ naturæ, gummi suum iudicaretur, à diuersarum plantarum facultate dißimiles nactum, quarum virtute, vitioq; variantibus eius sanè commodum, vel noxa ignoraretur: denique dotibus illi à Galeno aßignatis, non aptè respondere posset. præterea vt suæ arboris est gummi, non simpliciter, sed cum adiecto, aut cerasorum dicitur, aut prunorum, vt in reliquis. id verò quia excellentißimum, Dioscorides gummi nomine insigniuit, pariter & Galenus eum imitatus: quum si per gummi Galeni, ex varijs omnibusque gummatis arboribus accipiendum esset, possemus illud & nos, nostra in patria, ex quibuscunque plantis depectere, quæ quidem opinio quàm planè explodenda sit, probi viri dijudicent, quum etiam scribat Galenus 5.de cōp.med.secundū locos, cap.7.gummi albi ex Critone, vnum, & impermixtum intelligens, aliter albedine non apposite distinctum, at colorū varietate, id quod & si adulteretur, per gummi absolutè positum, gummi acaciæ antonomasticæ intelligendum. assatur hoc modo, eius frustula erui magnitudine in patella calefacta, subinde ab igne remota, sine intermisione tantisper misceantur, donec albescant, idem fiat ex Tragachantho, alijsque gummi generibus.*

Matthiol. ac Brasauolus noctuq; modo caligāt

Gūmi omne quo pacto assetur

Diasatyrion secundum.

Recipe Secacul albi, & mondi, in aqua cicerum secunda elixi, libr. i. & med. rad.satyrij, vnc.viij. rad.raphani, vnc.iij.ari vnc.ij.tere, coque aliquantulum in lacte vaccino, aut ouillo, superfuso ad duorum digitorum eminentiam: adde secacul supra coctum, olei sesamini, & butyri recentis, insulsi, an̄.vnc.iiij. ad iustā crassitiem, si verò exactè cocte non videantur, rursus adde lactis, olei, & butyri, partes æquas, ad perfectam coctionem, tum cribro, vi manus, siue cochlearis, vt in casia siliquari exprime, deinde inijce mellis desp.libr.vj.succi ceparum, libr.i.& med.exactè coctum vbi erit, ab igne deposito, asperge hunc puluerem, caudarum scinci cum renibus, & pinguedine adhærente, seminis erucæ, seminis fraxini, been albi, & rubri, nasturcij, pastinacæ, napi, asparagi, zingiberis, cinnamomi, piperis longi, an̄.vnc.med. prædictis excipe, demum nucleorum pini mundatorum, libr.i. & med.pistaciorum depellitorū vnc.med.cerebrum passerum, vnc.ij.misce omnia diligenter, aromatiza drach. i.moschi electi. Datur ab vnc.med. ad i. cum vino generoso puro, sed pauco.

Pudendum valenter erigit, sperma auget, & coeundi desiderium.

Syluius, ac Præpositus, ab authoris mente ponderibus euariant, id quod istorum descriptionem conferentes, facillimè dijudicabunt. hic etiam mellis, libr. iij. ille iiij. sufficere asserit, & si legitima coctio, consistentia, gustus gratia, sex libr. requirant. Satyriaca plura vide ex Myrepso, sectione 40. vt satyriacum Pauli, lib. 7. capite 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Eryngium

Crocodilium.

Polygonatum, cinogellum, sigillũ sanctæ Mariæ vel Solomonis.

Calcitrapa.

Error Cordi.

Siser.

Sylvii vanitas.

SEcacul, Græcis incognita planta, non est Eryngium, spectanda foliorum forma, durarum, & acutissimarum spinarũ ambitu, stellæ modo circumuallatum capitulorum situ, alias flauescente, alias viridi, interdum cœruleo, carduorum omnium bellissimum, in ruderibus asperisq; locis, non infrequens, de quo Dioscor. lib. 3. cap. 21. aliud & si sit maritimum, in Venetis litoribus copiosum, folijs grandioribus, scissurato ambitu aculeatis, radicibus longioribus, mollioribus, altero conditura probabilioribus, quibusdam Crocodilium, illi non modo absimile, verum quoque facultatibus diuersum: quum igitur Serapion Eryngio, ac secacul, separatum assignet caput, imparesque vires, ac in altero Dioscoridis, aut Galeni non reminiscatur pro consuetudine, vbi aliquid ex his deprompsit, vt si quando ex Arabum sylua tantummodo prodeant, aut Arabes authores dearticulat, aut simpliciter, vt præsens caput describit, propterea difficillimum est, quid velit explicare, Manardus lib. 5. Epist. 1. lib. 11. Epist. 2. alibique arbitratus est polygonaton, off. cinogellum, vel sigillum Sanctæ Mariæ, vel Solomonis, vulgo genochietto, à radice frequentibus nodis ex interuallo geniculata, alba molli, quibusdam etiam fraxinella, Secacul esse, quoniam Dioscoridis polygonato aliqua in parte respondere videtur: verum vtriusque capitis notas conferentes, palam sentiunt, diuersum quicquam nulla Græcorũ mentione, varijsque viribus, at huic sunt pisellorum folia, illi laurina dissentiunt. deterius labuntur qui Calcitrapæ radicem, vulgo Cacatrepola, stellarem herbã, de qua Plinius, lib. 12. cap. 7. pro Eryngij radice vtrunq; confundentes, loco secacul substituunt, quandoquidem in arenis maritimis legitimum reperiri aiunt, vulgo critmus spinosus, & pastinaca marina turpiori etiam errore, ad veterum siser reuocat Cordus, mirum sanè, quum Rheni accolis in Germania vulgatissimum sit, ~~& hortulanum folio olusatri~~, caule & vmbella pastinacæ æmula, radicibus sub croceis, dodrantalibus, intus neruosis, vt ex Plinio lib. 19. cap. 5. Geldubæ specici est pastinacæ, Gheldrup siue poten vocata, quibus sanè adeo à secacul abesse euidenter innotescit, vt iuueniles nimium cordi conatus obliterari facilè possint. Syluius Eryngij radicem, eadem præstare quæ secacul, quamuis diuersam asseuerat, eius verò siccitatem facilè ea præparatione vinci, cuius conditura melle quum fiat, ex eo quibusdam etiam additis caryophyllis, mirum est quomodo vir apprime eruditus, tam absurda in medium afferre ausus sit, quum mel dessicet, ac excalefaciat ordine 2. ex Galeno 7. simplicium, hinc potius in siccitatẽ addat, quàm minuat, non minus etiam claudicat, his consentiens, qui huiusmodi radicem primo gradu calidam, secundo humidam deduxere, quum ex Dioscoride, lib. 3. cap. 21. non solum vrinas, & menses pellat, sed tormina, & inflationes discutiat, ex Galeno etiam, quod temperatum est, caliditate, parum aut nihil superare videatur, in siccitate autem excedere, quumque menses cientia, plus iusto excalefaciant, vrtica autem plus iusto exsiccent, ex eodem 5. simplicium, cap. 23. radix verò hæc vtrunque præstet, quod siccet, ac calefaciat, plus debito nulla probatione indiget, & si in his Galenus nescio quid ambigui præseferat. quod verò à multis melle solo condita, ab alijs etiam cum aromatibus, ad Venerem promouendam sumatur, magno successu, imò authore Manardo, lib. 12. Epist. 4. à multis ciendæ Veneri, in cibos recipiatur quum in omnibus hæc non præstet, sed in frigidis, atq; humidis temperamentis tantummodo, in quibus aromata agentia, flatus magis eleuãt, quàm dissipent, ideo ad virgæ erectionem commodent, hac ratione veterum nemo, huius facultatis in eryngio meminit, vtpotè illi haud propriè, verum omnibus calefacientibus communis, in prædicta potissimũ temperie. Quare non eryngium, sed illi dotibus omni ex parte æquale, veluti vtra satyrij species substituatur: aut earum, inopia, cynosorchis: & si non pari effectu, donec verum secacul afferatur, & si daucium conditum, secacul æquipollere, asseruerit Mes. ideo pastinacam syluestrem pro secacul substituant aliqui. quòd aũt incredibile videtur, licet gemino intueamur obtutu: Astera atticũ, siue huboniũ, plebi inguinariã, in collibus, earumq; planitie vberrimam cum eryngio confudisse Serapionem exponit Matthiol. fortè ob verbum centum capita, ab interprete adiectum, id quòd quum luculenter satis intelligere potuerit: quum ne hylo quidem à Diosco. recesserit, Matthiolo mentem præcamur meliorem. ~~herbarijs quibusdam vocatur filius~~ ante patrem.

Serapion absoluitur

CIcer, ex Theophrasto 8. de hist. plant. cap. 5. vt etiam ex Plinio, lib. 18. cap. 12. magnitudine, sapore, & forma, plerasq; differentias ostendit, vt columbinũ, candidũ arietinum, nigrũ à capitis arietini similitudine, ex Diosco. cap. 96. aliud est satiuũ, aliud arietinũ, tertiũ syluestre, nobis rubra, nigra, et cãdida spectantur, inter omnia dulcedinem præstantia: ex Theophrasto satiua omnia rubra, ex Plinio Venerea vocantur, alijs ad venerem irritandam semen augendum præstantiora eorum itaque secunda aqua, ciceribus pro consuetudine infusis in aliam aquam, citra aliud percoctis, ideo accipienda est, quia magis vretica, nitrosa superficie iam derelicta hinc reliqua ad partes, gignitiuas potentius ducit reliquum cicerum genus orobieũ appellat Galeno 6. simplicium.

RAphanus Græcis, Latinis radix, cuius genera multa notauit Theophrastus 7. de hist. plant. cap. 4. vulgo nostro duplex est, alter radice, forma, & magnitudine napi intus, et extra vt plurimũ albus, rauanello nuncupatus, vt alter ramolacia, radice crassiore, subrotũda frequentius, in gracilẽ, vel bifidã caudã, pluribus ceu caudiculis intersepta desinẽs, cortice exterius nigro, meditulio albo hieme potiss. expetito, ut verè ineunte altero, res vulgatior creditur: quoniã quotidie vescẽdo est, quàm quòd pluribus demõstrari debeat, nulla eius ceu notæ herbæ parte depicta, ex Diosco. lib. 2. cap. 105. nã & si alter sit satiuus, alter syluestris, à Romanis armoracia, & Mazocchi vocatus, folijs satiuo similibus, sed magis lãpsanæ æmulis, quia post lampsanæ effigiẽ nõ ostẽdit, vt nec satiui radicẽ, quã tamẽ ori suauem facit: hinc alij raphanũ esse putarunt, vulgatã hoc

nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nomine radicem, raphani rustici cognomento, folijs lapatho grandioribus, insigni radicis acrimonia, folijs interdum irrumpentibus valde laciniatis: in Germanorum edulia, ac eorum intinctus vsitata, in nostris officinis, vt etiam vulgo, raphano appellata, & in hortis hac ratione consita. Fuchsius verò armoratiam putat, quæ sit cap. de lepidio discutietur, quum itaque syluestris raphani folia, satiuo similia esse tradiderit Dioscorides, huius autem folia rumicem imitentur, inanis profectò, ac penitus refellenda videtur Fuchsii sententia, quumque raphani radicem carnosam scripserit Theophrastus, primo de histor. plant. cap. 9. & 11. hæc vero ex carnis penè sit, illud etiam Fuchsii opinionem demolitur. satiui itaque radix, cortice potissimum crassiusculo, vera est Dioscoridis raphanus, cuius vsus esse debet, & si radicis, qua eius vice fungebantur, opera non in instrenuia sint, imò in pluribus efficaciora, syluestris autem, Romæ adhuc armoracij nomen obtinet, sponte in ruderibus nascens, radice tenera, ac subacri. at hodie satiua etiam effecta, radices gracilitate, vrbanitateque permutauit, nec ideo vel mendi, in Dioscoride aliqua inest suspicio, quum alijs præsertim teneræ loco, μαλακὴ idest mollis legatur. raphani semen bacanon quandoque vocatur, vt ex Cælio, lib. 27. cap. 38. vt etiam ex Myrepso, in alia antidoto hepatica. raphani tria sunt genera, ex Plinio, lib. 19. cap. 5. at sub hac diuisione intellexisse brassicam, oppido quàm eruditè probat Stephanus Aquæus Bituricensis in eiusdem commento, magis autem lib. 17. cap. 24. & si alij ex Iulio Polluce, ac Aristotele, raphanum quoque crambem vocent, id quod si compertum habuisset Matthiolus, non erat absque calumnia Plinium prætermissurus, vt neque Amathum, quia astragali radices (de qua Dioscorides, libro quarto, capite 52.) nigras, intus vero albas, rotundas, nucum magnarum magnitudine scribit, caudiculis, alijs murium caudis æmulis, oblongis, illhinc prodeuntibus, & castanearum vice à Theutonis sub cineribus coctas mandi, ipse autem astragalo radicem non esse rotundam, in pilæ modum, sed tereti forma existimat, quod talis sit raphani radix, cui astragalum comparat Dioscorides, videlicet oriri radice rotunda, raphani modo magna, ideo veretur ne pro astragalo, eam acceperit plantam, quibusdam apios creditam, & vulgo nux terræ vocatam, Apios tamen, eandē cum Ruellio credit Amathus, qua in inedia vterentur rurales galli, & si male illis consultū asserat Matthiolus. à quo quidem quum omnem hauserit eruditionem Dessennius, & si Phormionem imitatus Annibali obstrepat, & prolixi oratoris officio fungatur, hem quàm magnum pertinacemque errorem euellit: Vitæ enim non parum interest si quis cyclaminum panem porcinum vocet, quum apios sit, quam auidè porci in Holandia esitent, simul ac homines citra omnem noxam aluntur, absurdum equidem nobis videtur, in re tam leui adeo grauiter desipere, quum apios pars superior ex Dioscoride, nostroque experimento, quòd in planis Crepacorianis nonnunquam euulserim, succosa radice, teretis pyri effigie vnde pyrariam vocant Cretenses extra nigra, intus candida, bilem, ac pituitam vomitu expurget: inferior verò magno impetu vtraque parte euacuet: profligandi propterea, ac proscribendi sunt qualicunque excusatione vtantur, tametsi rus à rure differat. quid enim quæso quàm vocis spernendum litigium, re ipsa sedulo intellecta, at quum series alio me vocet, atque orbiculatæ in pilæ modum frequentiores sint, apud nos raphani radices, quàm quod pluribus prosequamur, superuacaneum videtur, huius comparationis diuersitatem sectari. quum verò Dioscoridis sententiæ nō parum refragari Galenum censuisset Matthiolus, hetrusce loquens, quia secundo de aliment. facultat. capite 70. hæc scriptum reliquit. mirari subit eos medicos, atque idiotas, qui post cenam, coctionis viuandæ gratia, crudas radiculas esitant. ij quidem, hanc rem experientia satis sibi exploratam affirmantes, qui tamen ipsos sunt imitati, omnes læsi fuere, sui lapsus non inscius, huiusmodi contradictionem obticuit latinè, quum diligentius fortè perpendisset, nullam inter hos controuersiam, quod Dioscorides stomacho ipse quoque nocere, nec coctioni prodesse, verū distributioni, hoc est tenui substantia, meatus aperiēdo, chyli crassitiem attenuans, illi transitum facilē præbere, idque Auicenna apertissimè demonstrat his verbis; & à cibo lenit aluum, & facit cibum penetrare, at ex filio Mes. à cibo dirigere, eo modo quo eodem lib. 2. cap. 2. digerit, & non digeritur, idest distribuit, & non distribuitur: hunc igitur campum speratum, atque exoptatum, sibi proposuit Matthiolus, cruentis manibus cauillos, ac rixas præseferens, at postea reus facti, silentio sopire non modo medicis, verum & agricolis, & omnibus ferè vulgo cognita putauit, at quàm fœde labatur in prima apios figura nouissimè impressa ob oculos ponit, & si ab eodem Nouocomensi nescio qua lipitudine transmissa scribatur.

Fuchsii error.

Plinii lapsus.

Astragalū

Apios.

Dessēnius arguitur.

Matthiol⁹ aberrās cōticescit.

A*Ron off. Iarus, vel Gigaro, vel pes vituli quibusdam Serpentaria minor, alijs virile sacerdotis, quia pistillum promit, exerti ferè genitalis effigie, Arabibus luph, Siris etiam lupha ex Dioscoride lib. 2. cap. 158. folia emittit dracunculi, sed longiora, & paucioribus distincta maculis, flore in virilis pudendi speciem assurgente, vel semipedali pistilli figura, sepibus, syluosis, hortis, vmbrosis, humidis, frigidisq; locis familiaris. Martio inter primas herbas erumpit, semen Iulio, & Augusto, primum viride, mox croceum, Theophrastus 7. de hist. plant. cap. 11. esse genus quoddam dracunculi, arum putauit, vnde fortassis Arabes sub luph nomine eodem capite de aro scribunt, quod luph planum appellant, & minus calidum, ex Dioscoride, minus acre, amarius enim ex Galeno dracōtium, atq; acrius, ac proinde calefactorium magis, & tenuioribus partibus, miscuere tamen adeo dracunculum, siue dracontiū (nō autem bistorta vt quidam falsò opinati sunt) off. Dragontea, aut Serpentaria, cū aro veteres nonnulli: totq; nunc ijsdem, nunc diuersis notis descripta dracunculi genera fuere, vt nihil in re alioquin satis nota, difficilius, aut ipsi fecerint, aut legentibus, per se ostēderint. Quandoquidē Serapion, sub vnico capite, luph in aron, & dracunculū diuidit Auic. et, & illum secutus Mes.*

Dracunculus.

Luph planū, & crispum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

in planum, & crispum partiuntur, planum idem est, quod aron: crispum idem quod dracunculus Dioscoridis, lib. 2. cap. 157. caule bicubito, baculi crassitie, versicolore, anguinum corpus referente, ceu ludentis naturæ miraculum, & draconis rudimenta, in stirpibus facere condiscentis, sinuoso vertice, oris hiatu, linguam exerens cruentam, caput exprimit, fructu racemoso, radice magna, alba, rotunda, tenui libro vestita, Iulio, aut Augusto mensibus effodienda siccanda, vt ex Galeno 5. de compo. med. per gen. cap. 2. eius semen carpendum, quum maturuit, ex crocco nigricans, nascitur in hortis, ac opacis sepibus: quare per planum, ceu hic olim legebatur, aron accipienda, non dracunculus, & si ita verterit Iacobus Syluius, vnde fit vt Arabicum mentem non assecuti, in fora, tabernis, in circularibus sermonibus, illos subsanare audeant, quos nominare indigni sunt, Brasauolus etiam Mes. inierit, quod maioris, ac minoris dracunculi vires, simul confuderit, quum tamen ari, & dracunculi tantum, propè affines, neque admodum seiunctas facultates, in remedijs miscuisse videatur, at adhuc lis est indiscussa, inter eruditiores oborta, num vnicum dracunculi caput, in maius, atque minus, separatis capitibus secreuerit Dioscorides, quum minus alicuius curiositate accreuisse putauerit Ruellius, quod Galenus, Paulus, Aetius, & post Græcos, Latinus scriptor Apuleius, vnius tantum dracunculi caput, alterius vestigium nullum ostendunt, ex Arabibus etiam sola virium confusio elicitur: quumque alterum ab altero vix dissideat, & si folia in vtriusque historia, discrepare videantur, quod in altero rumicis in altero hederæ dicuntur. Marcellus ita soluit: quum multiplex huic scriptori similitudo sit, coloris, figuræ, quantitatis &c. folio rumicis in quantitate, & figura, alteri hederæ colore comparari. Ruellius in longe distantiores angulos exire, nec legitimo hederæ circino rotundari inquit, huiusq; folij faciem explicuisse, quum hemionium dracunculi folio repræsentauit, quod prælongum est, albis vtriusque lineis, non ab eodem puncto prodeuntibus, & ferè rumicis figura, præterea grauissimo authore indignum videretur, pluribus agi, quod paucissimis complecti potuisset, quæ tamen argumenta, quanquam non leuis momenti existimauerit Matthiolus: quoniam vtrunque dracunculum Dioscoridis notis omnibus se vidisse prædicat, simul ac Plinius, quatuor dracunculi species enumerat, ideo Ruellij sententiam refellentibus, quasi assentitur: at quum Logicæ facultatis omnino imperitus non sit, non à primis disciplinis penitus ieiunus, id quidem innuere potest, plura esse dracunculi genera, nec ob id tenet argumentum, ergo Dioscorides maius, ac minus seiunxit, vt temerè censet Amathus, & si Crateuæ geminum sit. Quandoquidem Plinius ipse, non satis notam sibi, omnem dracunculorum historiam, palam testatus est. aron magnæ litis cum dracontio scribens, præterea si quid inter eas discriminis agnouisset, vnico capite, iisdem viribus, exigua foliorum discrepantia contextis, vt cap. de aro, vnico verbo, ad eadem valere, ad quæ maiorem, aut alio præstantiori modo conclusisset, nulla prædictorum repetitione fat, at, Vgo Solerius, alioqui præstantis ingenij, in scholia Aetij, cap. de dracuntio, pari gradu ob ambulat cum Amatho, vt in sua ignorantia ceu malis auibus initiatos, relinquere satius sit, quàm huiusmodi argumenta, his nostris inserere. scribit enim verisimile non esse caput de dracunculo apud Dioscoridem adsciticium esse, quia Galenus 6. simpl. satis amplam de dracontio mentionem fecit, quis autem hoc iuit inficias, neque id Ruellius ignorauit, sed duo cum legerentur, istorum vnum, ex alterius authoris officina, tanquam spurium merito ablegat, maiorem quippe à Matthiolo exculptum, nec vidi, aut qui viderit hactenus conueni neminem, nec tã magna ostentatione cristas expandam, alasue è nido extendam, vt mihi fidem postea abrogent, & leui aura fatiscant, quassentur, ac collabantur, nisi ad cõmune medicorum confugium me me recipiã, quibus sanè in hunc vsque diem, huiusmodi pictura nunquam innotuit, non desunt qui hoc in antidoto, dracunculum magis aro competere sibi persuadeant, quod illi Veneris irritandi facultatem concesserit, huius nulla in ari mentione facta, quibus satisfactum iri puto: quum viribus iisdem pollere tradiderit, quod vni conceditur, alteri tributum subintelligi, minori etiam acrimonia, minori amaritudine, minus etiam calefaciens, & siccans, proinde ad hos vsus dracunculo commodior, cibo etiam omnino inepta est, medicinis tantum commoda. Ari verò radix cibo idonea, vtque incrementum capiat, quum folijs luxuriat, deflexa circum obrui solet, quo planta non in germina excrescat, sed totum alimentum in suum attrahat caput, ex Theophrasto, 7. de histor. plant. cap. 11. radicum ari succus, pluribus diebus soli expositus, recrementum cerussæ non absimile relinquit, vulgo gersa, ad faciem emaculandam, dealbandam, aliosque muliebres fucos expetita, ad quæ omnia, ex aro liquor stillaticius sepæ elici consueuit quòd si Theophrasti arum, de quo 7. de hist. plant. cap. 12. colocasia sit. legique debeat folio dracunculi, sed minore qui μικρότερα interpretantur, vt contendit Anguillarius vix satis credere possum, quum ari folia omni dimensione superare semper viderim.

Sylui lapsus.

Mes. tutela in Brasauolum

Matthioli Iubecula

Amathus cespitat

Vgoni Solerii error

Gersa, Serpentariæ.

Butyrum, vel butyrus, ex Galeno, 10. simpl. cap. 11. fit ex eo quod in lacte pinguissimum est, quod proinde butyrum nuncupatum esse existimat, quia ex bubulo fit. hinc miratur quo pacto Dioscoridis, ex ouillo, & caprino, confici referat, lib. 2. cap. 64. recens eligendum est, salis expers, quod & obsonijs additum, olei vicem pensat, & adipis loco fungitur in bellarijs, vetustius validius maturat.

Cepæ, ex Theophrasto, septimo de historia plantarum capite quarto, vt ex Plinio, libro 20. forma, colore, sapore, & humano apparatu, non pauca discrimina continent, à locis nomina accipientes, vt Gardiæ, Cnidiæ, Samotrachicæ, Setaniæ, fissiles, & ascaloniæ, ex Dioscoride libro secundo, cap. 143. longa acrior est, quàm rotunda, item flaua, quàm candida, & sicca, quàm viridis, & cruda, quàm cocta, aut sale condita. Insubribus etiam, quo magis rubescunt, eo maiori pollent acredine, ideo no-

stris

stris Vercellensibus cepæ caninæ vocitantur, albæ minores, minorisque acrimoniæ participes, sensum gustus minus feriunt: & quanquam omnium acerrimas, albas in Hetruria scriptitauerit Matthiolus, vnusquisque suum consulat gustum: quum tamen omnes flatuosæ sint, ex quibusuis succus elici posset, nihilominus referente Galeno, 7. simpl. quæ temperatura sunt sicciore, minus flatuum generant, ideo ex albis, rotundis, minus acribus, atque recentibus exprimendus esset, quibus maior succi copia inest, aqueæ aereæque caliditatis: & quamuis Hermolaus, cepas ad libidinem prouocare interpretatus sit, legitur tamen apud Dioscoridem κούμμα ὀρέξεως ἐκκλητικά, *quod est appetitum prouocare, & si flatus ratione pudendum erigant: Florent Iulio mense, & deinceps semen promunt, tunc legendum quum nigricat, is enim color maturitatis index est. Syluius pro succo ceparum, mallet bulborum succum immiscere, verum vt bulbi, tam esculentus, quàm vomitorius, de quibus Dioscorides, libro secundo, cap. 161. & 162. priscis cognitissimi, ita hodie Neotericis herbarijs ignotissimi, sunt ex Matthiolo, at ex Anguillario Italicis cepæ, bubulæ, cretæ, ac corcyræ, exuberare traduntur de vomitorijs ne aliud quidem scire fatetur quàm omnem bulbum vomitum irritantem vomitorium dici posse, idque errandi ansam multis præberet quodlibet bulbi genus vomitum ciens, pro legitimo Dioscoridis indifferenter accipientibus. Nos in hortulo Tonsoris Ticinensis, non procul à Pergulo vtrunque bulbū effodimus, folijs, & radice hyacinthi, vel colchici, at in vomitorio lentioribus, ac maioribus radice etiam amariore, Amathus Monachorum verbis fortasse seductus, ascalonicam cepam, vulgo scalogna, esculentos bulbos existimet, attamen quum Theophrasto 7. de histor. plant. cap. 4. ascalonicam cepam, inter alia ceparum genera recenseat, verum cap. 13. eiusdem libri, plura bulborum genera seorsum à cepis distinxerit: præterea amaros fecerit bulbos Galenus, 6. simplicium, vt etiam 2. de aliment. facult. cap. 66. facultatem in se habere amaram, atque austeram, eamque insignem, quæ in ascalonica cepa, acri duntaxat, non comperiuntur, hinc quàm magno implicentur errore facilè constat pro bulbis vrticæ semen si contigerit. Quū cepis quartum caloris gradum tribuerint Græci, coctæ autem omni penè deposita acredine dulcescant, scillæ autem secundum nec elixa, coctaúe insignem amittat amarorem aduertant, qui libenter cauillantur.*

Bulbi.

Monachorum error quos sequitur Amathus.

SCincus, *ex Dioscoride, lib. 2. cap. 58. aut Aegypti, aut Indiæ, aut rubri maris alumnus, quamuis inueniatur in Lydia (Lybia legendum est, sed tamen aduertendum, quoniam Lybia regio est Aphricæ maxima, non Mauritaniæ, quæ & ipsa pars est, Aphricæ. quid ergo cum alijs aberras Matthiole? doceto igitur hoc Lybiæ nomine fluuium in Mauritania intelligi) Mauritaniæ. Est autem terrestris crocodillus, tametsi aquaticum animal communiter vsurpent: attamen marini qui è mari rubro, & Aegypto, Nilo flumine, Venetias transferuntur, licet crocodillorum speciem referant, de quibus Arist. 2. de animalibus, cap. 10. magnitudine tamen, prægrandes nostras lucertas non excedunt, squammis sunt albis, in luteum vergentibus, cum cæsia à capite ad caudam linea: hanc corcodilli non habent, dorso enim natura sunt liuido, Scinci verò cute candidiore, tenuioreque in Lybia duos cubitos excedere Pausanias existimat. Sunt & Vicentini, Lacustres quidam scinci, legitimis multo minores, & subnigri, quibus vt etiam fluuiatilibus, marinis deficientibus, pro Aegyptijs, non citra humanæ vitæ dispendium, substituunt seplasiarij, vt etiam quadrupeda, quædam in stagnantibus aquis, & pigro lapsu repentibus, apud Vtinum, & forum Iulium, corpore magnæ lacertæ, turgido ventre maculato rotundo quadantenus capite, anguillæ cauda, dorso nigricante, quibusdam Salamandra aquatica, in venenis reponenda, propterea minori cum discrimine è fluminibus admitti possunt, animalia quædā, scincis persimilia, non pari tamen effectu, diuersæ quū sint à pelasgicis temperaturæ, at quæ duplici sunt cauda, vel vnica lata, Anguillarum more, illegitimi sunt, & si primo de compo. med. cap. 15. Fuchs. inferre videatur latitudinem caudæ, ad veros accedere, quibus tamen teres est lacertæ instar, breuior sanè, de his Plinius, lib. 28. cap. 8. at quum scribat Dioscorides aiunt carnes, quæ renes amplectuntur, id sibi virium vendicasse, vt si drachmæ pondere bibantur, venerem accendant: Galenus tamen 11. simplicium, renes pudenda intendere scribit. Hic verò Mes. caudas, renesque cum sumine imponi iubet: pro sumine, exponunt ab vmbilico: quum sumen propriè fiat ex papillis suillis, vno die post partum sectis, ac salitis: alij putant esse lac suis extractum, ac densatum sue occisa: Grammatici falsò arbitrantur sumen antiquitus abdomen vocatum, ac abdomen significare pinguedinem, spinæ adhærentem, & in qua renes, cui significatui alludere videtur Mes. renes cum sumine scribens, idest renes & circunseptam pinguedinem, aut carnes ex Dioscoridis sententia, nihilominus sumen Auicennæ, vmbilicum significat, lib. 3. D. 4. Fen 14. cap. 5. vbi asserit: nam infantes, dum sunt in vtero, mingunt ex sumine, & orti antequam ligentur etiam, qua causa vmbilici nomen addidit Mes. quamuis superuacaneum Syluius sumen reliquit, vt alia plura, nullis innixus rationibus, cur addat, minuatúe nonnunquam: Auicenna tamen lib. 2. ex scinci membris melius sumen, & propriè suminis caro, & quæ sequitur renes, idem cum Dioscoride sumine implicato.*

Grāmaticorū error

ERucæ *duæ sunt species, ex Diosco. lib. 2. cap. 133. vna hortēsis, alia syluestris, maximè in Iberia, quæ occidentē spectat, nobis duplex, satiua vtraq; in acetarijs frequētissima, sine quibus lactuca raro, in mēsas venit, cōiunxit. n. ad sanitatē sociauitq; in reliquo vitæ vsu, multa necessitas, & ars, quæ nō poterant in eodē subiecto, contraria simul esse, vt nimio frigori, par feruor immixtus, tēperamētū æquet, vt quātū lactuca refrigerat, & Veneri nocet, tātū calore, inflationeq; sua in vtraq; re nobis prosit: prima quæ et rudis rucola, vulgo dicitur, folijs est amplioribus diuisuris rarioribus, subirsuta, flore albo, lineis nigricātibus inspersa; secūda*

Syluii lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Genuensis vocata, flore est croceo, ex eadem radice, quotannis repullulans: hanc tamen Erysimon esse putarunt nonnulli, falsò quidem, & si ab horum sententia, non admodum sit alienus Manardus, lib. 9. Epist. 3. neutram distinxere Brasauolus, ac Matthiolus, nesciens crassiorem erucam syluestrem iberam esse: nec propterea absolute Fuchsio accesserim, qui vulgarem erucam, syluestrem Dioscoridis statuit, seminis, & foliorum vsus.

Manardus cespitat.

FRaxinus, de qua Theophrastus, 3. de histor. plant. cap. 11. ex Dioscoride, lib. 1. cap. 13. arbor nota est: vt etiam hoc tempore: huius duo sunt genera, altera longa, enodis: altera breuis, durior, fusciorque, laureis folijs. alij situ diuisere, in campestrem, & montanam. huius satis proceram, ac teretem plantam seruo, in hortulo nostro, in Camagnetorum vico, ornus autem quæ & syluestris fraxinus dicitur, è quo orneo glossum, ob fructum in siliquis foliaceum, minutum, oblongum, nucosum gustu subamarum, linguæ auium similem: hinc lingua auis, vel passerum, arabistis vocitatum: pro qua semen fraxini, semper exposuimus, idem præcise quum sit, ex Serapione, capite de lingua auis, quamuis Auicenna, lib. 3. inter medullas reponat. libro autem secundo, inter plantas, huius autem vocis quum non meminerint vetustiores: Manardus, lib. 11. Epist. 2. hinc deriuatam linguæ auis vocem putauit, quia lingua anseris, hac in re à Plinio commendatur, lib. 30. Hic vultu furoris pleno, sermone arroganti Plinium reprehendit Matthiolus, quod fraxini folia cuiuis animali non ruminanti mortifera scripserit, quæ quidem non de fraxino prodidit, sed de taxo Theophrastus, ideo græcarũ vocũ similitudine deceptũ quod fraxinus Græcæ, μελια, taxus autem μιλος quibusdam σμιλαξ vocatur, ideo æquiuocasse, re non animaduersa, fidem faciente contrario Italiæ experimento: siquidem taxi frondes iumentis lethales esse, fraxineas nequaquam ab his Matthioli, vt etiam Lusitanæ beluæ accusationibus, quis ædepol non indignabundus auerteretur? Plinio perlecto, lib. 16. cap. 13. vbi talia scribit. folia earum iumentis mortifera, cæteris ruminantium innocua, Græci prodidere: in Italia nec iumentis nocet &c. quæ ibidem suffuratus est subsequentia, Plinij nomine suppresso, vt præcedentia à Ruellio: quum itaque à Græcis hæc tradita dictauerit, se autem scire, in Italia nec iumentis obesse, certè nil offert, quo cum hallucinatum probet, nam & si Theophrastus, lib. & cap. prædicto, taxo ascribat, quæ iste fraxino, ex alijs Græcis, Sestio potissimum potuit excerpsisse, ex his fortasse quibusdam, quorum opera vtebatur, in seligendis quæ de vniuersæ naturæ historia, in tam vastum congerebat volumen, quumq; Theophrasti non recordetur, alij fuisse potuerunt Græci authores, qui forte hæc fraxino vendicarunt, quia tamen certo sciebat, aliter Italicis fraxinis aduenire, quid de experimento aduersus Plinium comminiscitur Matthiolus? ac si id eum latuerit, vt Græcarum vocum affinitas, prius à Manardo explicita, lib. 7. Epist. 5. ab Hermolao 1. sui corollarij, Ruellio primo de natura stirpium, præterea lib. 16. cap. 10. smilacem Græcis vocari taxum, & lethalem scribens Plinius, se se apertissimè distinguit. Quare quum ita Plinium credere, ac omnibus animalibus non ruminantibus deleteria scribere tradat, cauillosum iccirco hominem demonstramus: primum quidem quod propria fide hæc non aperuerit Plinius, verum ex Græcis, neque etiam omnibus animalibus non ruminantibus perniciosa, quia sic, propositione absolutè, vt profertur accepta, homo animal quum sit non ruminans, his omnibus lethalis quum sit hominibus quibus salutare præstat remedium, lethalibus serpentum ictibus occurrens, noxia esset: eius tamen scobs, ac ramenta, ex Dioscoride vitanda, fraxini species sunt ornus, & orneoglossus, folijs amigdalinis, prælongis in surculorum cacumine siliquis, vt in fraxino, & si in vlmi specie reponat Ruellius: at quia taxi mentio incidit, de qua Theophrastus, 3. de historia plantarum, cap. 10. quum huius fructum, ab aliquibus hominibus mandi, suauemque esse, atque innoxium tradidisset Plinius, lib. 16. cap. 10. marem noxij fructus, esse comperijt Matthiolus, & absolutè febriculosas baccas, torminosasque asseruit. Est & similax Theophrasti, ilici similis, 3. de histor. plant. cap. 16. à Galeno intellecta 6. de compo. med. secundum loc. cap. 3. ne per imprudentiam taxus accipiatur.

Lingua auis.

Auicennæ confusio

Matthioli ac Amathi impudẽtia Plinio defenso.

Ornus. Orneoglossus. Taxus.

NAsturcium ex Dioscoride, lib. 2. cap. 156. optimum est Babilonicum, herba autem hortis familiaris, & frequens, æstate florens, subinde semine grauida vulgo nastorc, à naribus quas dum manditur, torquere, & ringere facit, & si in viridi, vt etiã ex Galeno, 7. simplicium, adeo sit mordacitas eius moderata, vt cum pane eo vti liceat, ceu à militibus Hispanis, in acetaria libenter expeti consueuit, ex Plinio, lib. 20. cap. 13. at quia in omnibus eadem vis, non magnifaciendum ex quo loco legatur, imò syluestre, & montanum efficaciora. hic tamen hortense præstabit, ob acquisititiam humiditatem, minore acrimonia, quæ non multa requiritur, sed tanta quo in profundum reliqua deducatur, meatus reserentur, flatus suo calore elcuentur, qua causa Venerem promouere dixit Dioscorides, Plinius autem negat, ad quinque annos vim suam tueri potest: quum verò assatur, ad astrictionis opera, tunc non est conterendum. Est & Arabis, siue Draba, de qua Dioscoridis, lib. 2. cap. 148. Serapioni nasturcium orientale vocata, cap. de nasturcio, quæ tamen excultis campis, non infrequens, apud nos drabæ effigiem prorsus reddit, cubitalis videlicet, lepidij folijs, flore albo, & sambuci ferè vmbella, vix dum exiguæ sentitur acrimoniæ particeps: Fuchsius propterea herbam Sancti Petri, siue Paralysis, de qua eo in capite Arabim falsò existimat.

Arabis, siue Draba.

PAstinaca, ex Dioscoride, lib. 3. cap. 50. duplex est, syluestris, & satiua, ad eadem pollens, inefficacior tamen, & cibo aptior, vtreq; vulgares admodũ in Italia creduntur, si quidem satiuã notissimã tradunt, vnà cum oleribus venalem, & quotidiani vsus, pro quadragesimali obsonio, cuius pallidis radicibus, oblongis, crassis, scabris, intus lignosis, odoratis, prius elixis, postea pollenta subactis oleo frixis, vti communiter assueuimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

assueuimus. Ruellius tamen, vir certè eruditißimus, satiuam pastinacam illam esse putat, quæ vulgo nostro Gnifo, alijs carota vocitatur, cuius radicibus, sub cineribus prius extostis, in acetarijs hyemalibus vsus est frequentißimus, quasque rapis, & vino incoquunt, ad coloratiorem reddendam muliercularum nostrarum compostam. Matthiolus vt cinicus est, à latratu non desistit, miraturque præclarißimum hominem, quia neminem hactenus è rei herbariæ scriptoribus, tam Græcæ quàm Arabicæ familiæ reperijt, qui memoriæ prodiderit, pastinacam satiuam radice niti adeo rufa, quæ sanguineo succo madeat, qualis carotæ dictæ inesse deprehenditur. hæc tamen omnia in eum reflecti facilè possunt, quæque à Matthiolo allata sunt, partes quoque Ruellij tuentur, eoque iustius, quo Theophrast. 9. de histor. plant. cap. 22. scribit: pastinacam agro spartensi Achaiæ, laudatißimam referri, natura calefactoriam, radice nigram, hanc vt conijtio nobis delineans, quæ quidem cum syluestris pastinacæ descriptioni nullo modo quadret: restat ergo satiuam potius appellandam, res fortè Dioscoridis, vt nostro hoc æuo ita familiaris, vt vulgatißimas admodum notas scribere dedignatus sit, has enim adeo celebres relinquere consueuit, ac forma omnino intacta præterire: præterea quisnam ex classicis vetustioribus depinxit satiuam pastinacam, prælongam, albam, odoratam, ligneo meditullio, folijs apij syluestris, vel leuistici æmulis? his non obstantibus, vbi cum probatißimo chirurgo, Antonio Belzerio, atque integerrimo aromatopola, Baptista Cataneo, ad visendas herbas progrederemur, in syluosis nostri fluminis, vt alibi, plurimas effodimus pastinacas, omni ex parte, & vsque adeo domesticis vocatis aßimiles, vt ouum ouo non magis accederet, nullotenusque differrent, magnitudine excepta vt à syluestribus in hortos translatas, hortensis pastinacæ nomen, falsò iam diu sibi vendicasse crediderim: potiusque dauci secundam speciem esse. syluestris tamen pastinaca, quam nonnulli daucum nominant, ex Aeginetta lib. 1. cap. 76. & quam indiscriminatim daucum esse supponunt seplasiæ, de qua cap. proprio ruralibus, plebeisque omnibus, tam cognita est, quàm cognitißima. Cæterum quia bauciæ, pastinacæ loco legebatur: Manardus satiuam vertit, Syluius syluestrem: quum tamen baucia, commune sit nomen vtrique pastinacæ ex Serapione Matthiolo indistinctum, cap. de morbo gallico pituitoso, quum rectè in cibum sumi bauciam, pastinacam, &c. asserit. cuius verò semen hoc in electario accipiendum sit, non satis liquet: quum tamen agrestis radici, Venerem stimulare tribuerit Dioscorides non secus ac minus calido, minusque quàm semen exsiccante: ideo satiuæ semen, vtpotè hortorum irrigatione retusum, vel domestici dauci, quod & ipsum quandam ad Venerem ciendi potentiam, poßidere scripsit Galenus, potius commendarem: agrestis enim dauci semen, quod aphison vocant, flatu caret.

Gnifo. Carota.

Ruellius defendit, à Matthioli calũnia.

Daucus.

Baucia. Matthiol. confusus.

NApus, in ferculis frustratim dissecatur, & raparum more, in olitorijs foribus perspectißimus oblongus duplexque est, alter crocea radice, craßiore, oculis, & linguæ magis ablandiente: alter candida, gustu insuauiore, insubribus præsertim, & si contrarium statuat Matthiolus. quidam seminis napi loco, sinapi legendum duxere, moti fortaßis Dioscoridis verbis, lib. 2. cap. 146. vbi inquit, sinapi hortense, aliqui napy vocant. Verum quia sinapis, cuius tria obseruantur genera, ex Plinio, lib. 19. cap. 8. eaque omnia Italis facilè innotescunt, frequentißimi vsus in quotidianis condimentis, sapa, ac aromatibus diluta, vel aceto præmacerata, in annuum vsum, à Pythagora primum celebrata, semine ad quinquennium perdurante, feruido est, acerrimo, tantæ in calefaciendo, ac siccando vehementiæ, & si hac cætera in altum trahendo, alicuius videretur commodi: quum multa ad hos vsus non desint, hæc in gradu excedentia, ideo cauẽda iudicamus. Est & bunium, vulgo napus syluestris, in agris cultu potißimũ destitutis, sub frigidisq; locis prouenienis, idq; Theriacæ inserendum coniecere nonnulli: quidam verò Buniada, quod Plinius, lib. 20. cap. 4. napi species scribens, alterum genus Buniada appellatum, & raphano, & rapo simile seminis præclari contra venena statuit, alij vt Aegineta, napi semen, & buniados addit, quanquam alterum duntaxat immittendum sit. Bunium verò, & buniada confundit Matthiolus, capite de bunio.

Sinapis.

Bunium.

Buniada.

Matthiol. indistinct.

ASparagus altilis, off. sparagus, hoc est tener ille cauliculus, Vere ineunte, prima germinatione prodiens, in fasciculos digestus, quo aqua, aut iure elixo, postea aceto intincto, pipere asperso, vti magno gulæ delectamento consueuimus: notior est, quàm vt multis demonstrari debeat: duplex videlicet, hortensis torosior & spontaneus, solo natali euarians, at de agresti asparago, corruda vocato, meminit Dioscorides, lib. 2. cap. 117. montanusq; est, & illiricis tractubus frequens, sparoga appellatus spinosus, lybicusq; quibusdam videtur, de altili quoq; verba fecisse, quum exiguum, sed ramosum fruticem, folijs numerosum longis, fœniculo similibus asseruit: quum tamen in græco codice, hæc etiam ad syluestrem asparagum referantur, nec altilis mentio fiat, imò in quibusdam, non tantum petreus legitur, sed in aliquot ἄγριος idest agrestis, nec in Serapione eius partis vestigium seruatur, nec vulgatis rebus notas addere consueuit Dioscorides, vt eam partem adulterinam existimet Marcellus: vel saltem mendum subesse suspicetur Matthiolus. ex Galeno, ac Paulo, asparagus, non solum huius fructus summum cacumen, ac recentem thyrsulum, qui edendo est, quàm quod priuatim, cum tota planta, vbique asparagus nominatur, sed omnes turiones recentes, & quicquid in oleribus, vt omne primum, nondum in folia explicitum, plantarum germen, vt secundo de aliment. facult. capite 58. & 7. meth. med. cap. 4. in fine at 6. simplicium, petreum, & myachantinum scribit: ab his præterea alij sunt diuersi, quorum alius Regius, alius ἕλειος, idest palustris nominatur, quemadmodum & alius bryoniæ ab his diuersus.

Corruda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

PIneæ nuces, vel nuclei pinorum, quas pineas vocant officinæ, græci στρόβιλοι, vt arbores pineos nucleos ferentes, & κῶνοι, & coniferas arbores, quæ nuces pineis ſimiles ferunt, cocalos etiam, ceu ex Galeno, 2. de aliment. facult. cap. 17. vt etiam 7. de compoſ. med. ſecundum locos, cap. 1. & 8. ſimpl. cap. 87. ſunt autem eximendi horum nuclei, quum iam præparanda ſunt antidota, aut alia diuturniorem tutelam deſiderantia, nam diu ante exempti, rancidi fiunt. quidam amygdalas, pineos nucleos, piſtacia excorticata, in vaſe aliquo igni carbonum ſuppoſito agitant, ad externæ humiditatis exſuctionem: alij furfur etiam permiſcent, commouent, poſtea à furfure mundant: probantur pleni, recentes, & albi rancidi, oleoſi, flaui, ac etiam palleſcentes vitentur.

PIſtacia, off. fiſtici, vulgo piſtach, ex Dioſcoride, lib. 1. cap. 140. in Syria gignuntur, vnde etiam Venetias commeant, pineis nucibus ſimiles, ex arbore omnino nuda, præterquam in ramorum cacuminibus, è quibus gragatim dependent, nec niſi deorſum, ſingulæ ſuis quaſi teſticulis candicantibus incluſæ, folijs lentiſci grandioribus, terebinthus Inda Theophraſto dicitur, quia terebintho ſimilis eſtque pluribus in hortis, ideo folijs non eſt circumſerratis, vt Matthioli pictura falſo indicat ex Plinio, qui primus piſtacia in Italiam intulit, fuit Lucius Vitellius Cenſor, Syriæ Legatus, ſub prima Tyberij Cæſaris tempora, quæ tamen in viridarijs noſtris piſtaciorum vice recipiuntur, ſylueſtria exiſtimantur, & ſtaphilodendron Plinij, & ſua acredine guttur vellicant: quum verò piſtacia maximi ſint in re Venerea vſus, ob illorum humiditatem quandam, in craſſos flatus ſolubilem, quibus virilia, atque intimæ partes intenduntur: quidam in medio caloris, ac frigoris coniecere, vt Auer. Auicenna calida in fine ſecundi, & in ipſis humiditatem aſſerit, videturque Galeno detrectari, eius tamen ſuppreſſo nomine, quia 2. de aliment. facult. cap. 10. ſcripſit. porrò non auſim affirmare, vllam ex ipſis ſtomacho accedere vtilitatem, aut læſionem inſignem, ipſe autem inquit, piſtacia nauſeam prohibere, & ſtomachi ſubuerſionem, eiuſque os roborare, quoniam fortaſſis ſtomacho amica protulit Dioſcorides huic opinioni calculum addunt Braſauolus, ac Matthiolus, idque ſua qualitate calida, aromatica ac amariuſcula, cum ſtipticitate, veruntamen exiſtimandum: verſatiſſimum Galenum, qui tot in medicum ærarium theſauros contulit, non ſine ratione hæc propoſuiſſe: propterea ex Auicennæ hæreſi, quum his inſit humiditas, craſſorum flatuum cauſa, atque ex Braſauolo, nec leniant ventrem, neque ſtringant, non probè conficiantur: & in integra fruſtula maſticata deſcendant, & ſi qualitas aromatica, aliquo pacto ventriculo prodeſſe poſſit, vt etiam aſtrictoria. quantum officij ex duabus his qualitatibus illi impartiuntur, eo plus nocumenti ex flatuoſa humiditate accipiunt, & ſi Galenus non humiditatis, non flatus meminerit, vt ex his nihil habeant aduerſus hominem. Paulus autem lib. 7. ſtomacho mediocriter conducere, & iecur obſtructum laxare tradidit, hinc per accidens, pinguedinis cauſa eſſe poſſunt, quum hepatis infarctus expediant, per ſe tamen potius demacrarent, ideo qui vt multi nutrimenti edulium inſtaurantibus antidotis permiſcent, non parum hallucinantur: probantur recentia, nucleo intus herbaceo, ſapore iucundo.

Auicé. in Gal. prodit, cui addicti ſunt Braſauol⁹ ac Mathiolus.

PAſſeres, ſalacia, & efferatæ libidinis volatilia, de quibus Plinius, libro 10. cap. 36. vulgo notiſſima ſunt, & ſi Hiſpani paſſerum nomine, volucres ferè omnes accipiant, eorum cerebella, à craneo ſeparata, recentia hinc indenda ſunt, quæ ſi reponere exoptas, accipe quot uis patina calefacta exſicca, donec eorum omnis abſorbeatur humiditas; poſt aliquantiſper in ſola, rurſus calente patella exſugito. denique ſeruato: Vere, & Autumno, ad prolificos vſus ſeligantur.

Paſſerũ cerebella reponendi modus.

Diaſatyrion, ideſt è ſatyrijs antidotum Actuarij.

REcipe teſtium ſatyrii viridis, dauci ſatiui, dauci ſylueſtris, nucis Indicæ, piſtaciorum, nucis pineæ repurgatæ, añ. vnc. i. & med. zingiberis, caryophyllorum, ſeminis aniſi, erucæ, cinnamomi, ſcinci, bulbi ſeminis, ſingul. drach. ij. & med. moſchi, ſiliquas ſeptem, mellis, libr. i. & med. radices ſatyrij, dauci tam ſatiui, quàm agreſtis, priuatim, & ſeorſum tonduntur, collectæque in vnum molliuſculo igne paululum ferueſcant, rurſum piſtacia, & pineæ nuces tuſæ, & adiectæ rigantur, dum aliquam craſſitudinem conceperint, deinde ſublato ab igne vaſe, tuſæ & cribratæ ſpecies adduntur, poſtremo moſchus, cum exiguo liquore, quem ſtillantes roſæ remiſerunt inſeritur. Modus cochleare eſt, ex vino dulci.

Pollet contra veſicæ, & renum imbecillitatem, iis etiam auxilio eſt, qui vrinam reddere nequeunt, venerem mirum in modum ſtimulat, eamque certa de cauſa ceſſantem, haud ſegniter reſtituit.

Eſt etiam antidotus è ſatyrio Serapionis, Choragos dicta, Myrepſi traditione, atque alia è ſatyrio perſica.

Diagalanga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Diagalanga.

RECipe galangæ,ligni aloes,añ.drach.vi.caryophyl.macis,lygustici,añ.drach. ii. zingiber, piperis albi, & longi,cinnamomi,calami aromatici,añ.drach.i. & med.calaminthæ siccæ, menthæ siccæ, cardamomi maioꝛ spicæ nardi, seminis apij,fœniculi,cari,anisi,añ.drach.i.sacchari albi,vnc.x.mellis despumati q.s.hodie in morsulos effingitur. Modus est à drach.ij.ad tres.

Ventriculi, & hepatis intemperiem frigidam sanat,ob id coctionem iuuat, ructus acidos compescit, & flatus crassos potenter dissipat,atque ab eis natas inflationes.

Cordus, ad galangam, & lignum aloes drach.i.addit, calamum aromaticum prætermittunt Monachi, spicam verò Syluius.

Aliud est electarium de galanga, Auicennæ 5.cau.summa 2.tract.6.variat.antidotus è galanga Myrepsi, at post tripheram è ferro,aliam è Mes.surripit,vbi Fuchsius legit succi menthæ, calamo odorato,& ponderibus aliquantulum recedens, at 2.de comp.med.locum restituit.

CAlamintha,off.calamentum,ex Dioscoride lib.3.cap. 24. quædam montibus familiaris, altera pulegio similis est,nepeta à Latinis vocitata,tertia mẽthastro cognata, huius omne genus à Latinis confusè nepita appellatur,qua tamen communiter pro legitima calamintha vtuntur seplasiarij nostri, tertij est generis, secus vias, semitasque campestres, agrorum, & fossarum margines, vbique menthastro propinqua,eadem propè foliorum longitudine,at pulegij magnitudine,caule, & ramis maioribus, quàm duo superiora, vbi verò calaminthæ vtriusque scribitur,herbam catariam, siue gatta, aut neueda vulgo addunt, hæcque secunda est calaminthæ species ex Brasauolo,non folijs,sed odore pulegio æmulis,Hetruscis nepite. Manardus etiam lib.19.Epist.1.in Galeni diacalaminthæ,herbam catarum, nepitam vulgo, voce parum ab antiqua romana deflexam,accipiendam iubet. Matthiolus reclamat, quod secunda calamintha,folijs est pulegij,quemadmodum & sapore,non autem vrticæ,& melissopylli,quæ maxime æmulatur cataria, odoris etiã subuirosi ita vt hanc herbam,neuedam vocitantes æquiuocent. Ruellius etiam ab his dissentit, & catariam tertiæ speciei calamintham suspicatur,cuius opinionem explodit Matthiolus,quoniam menthastro similem fecit Dioscorides,non apiastro,aut vrticæ,at huiusmodi foliorum effigies, quum Monachos non præterierit, mirum subit,cur ij quoque in eodem versentur errore,& calamintham syluestrem Mes. vocari asserant. præterea in excelsis Vallis Ananiæ montibus,se nepetam montanam frequenter collegisse asseuerat, folijs ocimo similibus,& incanis, [illegible], angulosis,caule quadrandulo,flore in purpura rufescente, & in ipsa valle tertium genus menthastro cognatum, sed acrius & magis incanum, hinc catariam herbam non secundum, sed nec tertium genus esse, at seplasiis communem, non tertiam vt putauit Brasauolus, verum secundam speciem esse: nos tamen vulgaris noticiæ calamenthum nostrum, certo scimus nihilum à tertia specie dissimile, & si alij sisymbrio per similem herbam,hirsutam,cum his promiscuè colligant: sentiat quicquid velit Matthiolus: montanum etiam in collibus Crepacorianis, ac Mõtisferacis,præsertim apud diuæ Mariæ Cretensis ædem vberrimum, folijs quasi helxine,valde odoratum,nos quoque collegimus: deberent itaque quorum munus est, si non omnes, saltem has geminas species, suis sacculis asseruare. montani tamen deffectu, communis duplum satisfaciet. hic Matthiolus truculento ardore in Amathum inflammatus,hostiles vbiq; faces eructans, illi inurit, quod catariam secundum calaminthæ genus crediderit,quoniam Ferrariensibus, & Longobardis, nepita vocatur: at quum omnino contrarium senserit Amahtus,non audaci,ac importuno furore, sceleris, & arrogantiæ comite insurget Matthiolus, si veras laudes agnoscit, quæ illi vndique congeruntur: ita enim scribit Amathus, secunda nepeta dicta, herba est parua gracilis folio pulegij, flore verò purpureo, albicante paruo, odorem ex se gratissimũ expirante,cui vox neuedæ conuenit,non autem catariæ &c.sat igitur tibi sit, si qua polles modestia Matthiole,impudicam Amathi impudentiam,terribili atq; inuerecundo sermone reprimere,tã grauissimis verbis, eius alioqui nugas profligare,ne hac elatus iracundia, longe à veritati digrediaris,ne doctissimas tuas enarrationes,his vanitatibus impedias,his inanibus minis præcipites, hoc cruento, funesto, atque inexpiabili bello subuertas,ne quo nomine cum Amatho,Matthiolus es particeps,stulticiæ quoq; partem,tibi impartiri videaris, coma cum floribus vtendum.

Herba Cataria, Neueda, vel Nepita.

Brasauoli Ruellii,ac Monachorũ opinio explosa.

Matthioli cẽsura nõ accepta.

Matthioli ĩpudentia detegitur, cum Amathi suffragio.

APiorum,cum in folijs,tum in caulibus,discrimen vtique constat, alidud enim folio spisso,crispo, densòq; aliud rariore,latioreque,caule maiori, ex Theophrasto 7.de hist. plantarum cap.4.si verò apium satum cunculcetur,cylindroque spissetur,coæqueturque, crispum prouenire inquit 2.de historia plantarum cap.5.apium itaque satiuum,vt eruditorum ferè omnium fert sententia,vulgare est petroselinum, idque ex Plinio eliciunt lib.20.cap.11.vbi ramos apij, largis portionibus per iura innatare,in cõdimentis peculiarem gratiam habere asseruit. Galenus etiam 2.de aliment.facultat. cap.52.inquit: inter quæ apium est vsitatissimum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

natiſsimum, & ſuaue, ac ſtomacho gratum: ac ſunt qui apium, & ſmirnium, folijs lactucæ mixta manducent, quumq; hodie paſsim in Europa dapibus, iuribusq; , nec non embamatibus miſceatur, hæc certè petroſelino vocato conuenire aiunt, vt nulli oleorũ magis: & ſi Fuchſius in ſuo de hiſt. plant. cap. 284. temerè idẽ exiſtimari tradat, & officinarum petroſelinum, oreoſelinum exiſtimet, at 1. de comp. med. apium appellatum propriè eſſe qui vulgo medicorum petroſelinum nuncupatur, qua de re cap. proprio: vulgare autem apium, Græcis eleoſelinum, vel vt Theodorus vertit paludapium putat Manardus, lib. 18. Epiſt. 1. quum autem Chryſippus, ac Dionyſius, ex Plinio, apium vt funebre, à cibis abdicarent, hincq; etiam epilepticis, attamen vulgare apium, comitialibus noxium eſſe petroſelinum nequaquam experimento planè deprehenditur: Apij deſcriptio multipliciter congeri poteſt, folijs ad radicem ſylueſtris napi, laſſerpitij, caucalidis, ſmirnijúe arctioribus, minus pinguibus, ſimili caule ſiſi ſemine, eleoſelino minus & hippoſelino, quo magis nigricat.

Carum, Arabiſtis caruum, ex Dioſcoride lib. 3. cap. 55. vulgaris eſt noticiæ, macilentis hodie locis familiaris, montiumque pratis, dodrantalis, caule anguloſo, non vſque quaq; quadrangulo, lætioribus, & riguis bipedalis, vt plurimum bracchiatum, flore albo, aut in purpura candido, in ſummis cauliculis, ſemen anguloſum, ac copioſum, folijs paſtinacæ, radice candida, vel lutea, intorta, guſtu aromatico, non eſt aliqua ex dauci ſpeciebus, vt ſuſpicatus eſt Braſauolus, nec carotæ ſemen, ſatiuæ eius paſtinacæ rubentis, vt Monachi opinantur, eo in capite meras nugas afferentes, ruralibus noſtris Carouin appellatur. Iunio menſe floribus, & ſemine prægnans eſt, quinquennio non inefficax.

Braſauoli ac Monachorũ opinio vana.

Diarhodon abbatis, alijs magnum.

Recipe ſantalorum alb. & rub. añ. drach. ii. & med. tragachantæ, gummi arabici, antiſpodij, añ. drach. ij. aliàs ſcrup. ij. aſari, maſtiches, ſpicæ, cardamomi, croci, ligni aloes, caryophyl. galliæ moſchatæ, aniſi, fœniculi, cinnamomi, ſucci glycyrrhizę, rhabarbari, ſeminis ocimi, baccarum oxyacanthæ, intibi ſatiui, ſeminis portulacæ, maluæ, lactucæ, papaueris albi, cotoneorum, cucumeris, melonis, anguriæ, cucurbitæ, añ. drach. i. alij ſcrup. i. margarit. cartilaginis oſſeæ, cordis ceruini, añ. drach. med. aliàs ſcrup. med. ſacchari candidi, roſarum, añ. vnc. i. & drach. iij. caphuræ, gr̃. vij. moſchi gr̃. iij. & med. iulepi roſ. q. ſ. Datur ad vnc. med.

Conualeſcentibus ex bilioſis febribus, vt tertianis ſpuriis ſaluberrimum, totum ventrem, reneſq; roborat, obſtructa liberat, intemperiem calidam tollit, appetitum erigit.

Iulepus roſ. qui hic aſſumitur, fieri conſueuit ex ſaccharo clarificato in aqua infuſ. roſ. & aqua roſacea, deinde percocto, ad aquarum conſumptionem, tuncque reliqua ſunt addenda, fietque compoſitio, vel liquida, vel in morſulis, vt hodie vſitatiſsimum.

Aliud eſt Diarhodon Actuarij, ab hoc duntaxat euarians, quod poſt antiſpodium, legit, ſingul. ſicciliquus; ideo fortè præſcripto notanda conſulit Deſſennius, vt pro ſcrup. vno drach. i. & pro ſcrup. med. drach. med. & roſ. ann. vnc. i. caphuræ gr. tria, & ſi Myrepſus numero 94. ſcrupulos retineat, nec habet ſemina maluarum, lactucæ, papaueris albi, cotoneorom, melonis, anguriæ, cucurbitæ, præterea vnionum, oſsis ceruini cordis ſingul. ſeſquiſcrupulum, ſacchari roſarum, ſingul. ſeſquiunciam, caphuræ, gr. iii. moſchi gr. iiii. accipit. Zulapii roſ. quantum ſufficit, vt vnà fermenteſcant.

Hinc igitur omnia ponderibus deprauatis, mutuatus eſt Myrepſus ex Meſue, quæ addũtur ſuffuratus, & ſi ſemine cotoneorum, ac maluarum prætermiſsis, legat, corallij, cryſtalli, mandragoræ, ann. ſcrup. i. plura etiam è roſis antidota, ab his varia deſcribens, Præpoſitus cognomento, ſemina, maluæ, lactucæ, papaueris albi, cotoneorum, conticuit: legitq; cucurbitæ, ann. ſcrup. i. quare ipſius Meſues deſcriptionem, ſtatim ſubijciam, vt qui integram rem nouiſſe volent, primos authores conſulant, nec nouis ſcriptoribus tantum deferant, vt veterum cum Fuchſio obliti, nouiſsima quæque tantum ament, & admirentur.

Diarhodon commune.

Recipe roſarum, drach. xxx. trochis diarhodon, trochis ex antiſpodio, glycyrrhizæ, ann. vnc. med. caryophyll. galliæ moſchatæ, trium ſantalorum, ann. drach. iii. antiſpodij, croci, maſtiches, ligni aloes, an. drach. ii. aſari, ſpicæ nardi macis, cardamomi, ſeminis portulacæ, lactucæ, intibi vtriuſque, cucumeris, cucurbitæ, melonis, anguriæ, margaritarum, ocymi caryophyllati, ramentorum ebrius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rum eburis,tragachantæ,gummi arabici,an.drach.i.caphuræ drach. i. & med. moschi scrup.med.syr.ex infus.ros.aliàs syr.ros. & aquæ ros. quibusdam ros. ex aqua ros. Is enim syr. rosaceus ex aqua ros. vocari consueuit, ad eius qui fit ex succo differentiam Syluius tamen, vt etiam in Diambaro, legit syr. ros. & aq. ros. Monachi legunt ros.drach.xx.& caphuræ drach.med.addũt cinnamomi drach.iij. ex Præposito caphuræ est drach. i.

Ventriculũ,& hepar roborat,coctioné ob id iuuat,& doloré horũ,à calenti,& acri,ac mordente bile mitigat.

Oxyacantha græcè,acuta spina latinè,& officinarum berberis, idem esse certò creditur Serapione capite de berberis,eadem præcisè referente,quæ Dioscorides de oxyacantha lib.1.cap.105. Vercellensibus spinagaud,quasi spina acuta,quibusdam pomum granatum syluestre dicta, aculeata arbuscula, inter septa,planities,ac dumeta agnitißima,alijs Crespinum, quam pro legitima oxyacantha habuere, quot quot sunt medicinæ candidati,eaque opinione ducti,hodie etiam vsurpant. Matthiolus tamen,nunc primum demonstrat,huiusmodi spinosum fruticem,oxyacãthæ delineationibus prorsus reclamare,pyrastro toto (quod aiunt) cœlo absimilem,cui tamen oxyacantham comparat Dioscorides,non baccis myrti magnitudine,nec radicibus alte descendentibus,veluti acutæ spinæ, sed latius in summo cespite vagantibus,ita vt collatis inuicem formis,neutiquam sint similes: quum itaque adeo veritati simus addicti, vt Matthiolum lacessere non vereamur,à recto tramite deuium, si quid boni secum afferat,id quoque accipere operæpretium est: si quidem quum nihil adeo ingratum generi humano,inutile,aut noxium, nulla tam iniqua, & certa,bonorum, malorumque dispensatio, cui inutilibus mixta vtilia, & noxis coniuncta benefica, paßim non inueniantur, similiter nec vllus liber,adeo omni ex parte detestandus,quin boni quippiã secum afferat,nullus author in tot errorum labyrinthos ducitur, quin aliquid veri,aliquid reconditi detegat, quin saltem alijs vera inquirendi ansam porrigat: propterea & Matthiolus,in vtraque lingua lepidißimus,simplicium medicamentorum acerrimus indagator,artis medicæ peritißimus æquè,atque doctißimus, & qui maximum laborem ac studium impendit, ad stirpium congeriem expurgandam,& suæ integritati restituendam,si pacatiore animo,authorum monumenta euoluisset,& si composito vultu,nunquam in eos debacchatus,in his carpendis,tantopere auidus non fuisset, non vltimum teneret in re medica locum: non plures tacendo, quam maledicendo,promouisset; non minus stabili,quàm indubitata nominis immortalitate frueretur: plura enim, vt verum ingenuè fateamur,ex eo selegimus,ab eius verò mendis abdicati, quæ veridica inter nonnunquam inseruntur: quod licet in ijs versatißimus sit, plurima tamen obtulit, quæ eius sententiam minimè probandam censerit: propterea vix Matthiolo inhæremus,vix difficultate carere compertum habemus: Quandoquidem & si arbuscula hæc, pro oxyacantha habita in syluis campestribus,mõtanis ad multam hyemem,grato in sepibus spectaculo, pyri syluestris effigiem ineptè repræsentet,in alijs etiam ab ea dißideat: nihilominus Matthioli argumenta, ad huiusmodi diuersitatem,irritã ferè, ac vana crediderim. primo enim inquit pyrastrum, vnico duntaxat caudice, simplicem è solo prosilire,tam in longum latumque crescere,vt ad communem arborum proceritatem assurgat. Crispinum verò multis à radice virgultis,diuersisque stolonibus fruticare,nec nisi longo temporis curriculo pollicarem craßitudinem exæquare: at ignorare videtur,crispinum in sepibus frequentem, ad vinearum munimenta,aliosque vsus data opera ibidem conseri, triennio succidi solere,ideo arborescere non posse, verum fruticis instar,altitudinem & craßitiem,virgularum crebritate disperdere: quippe quod, opere humano excultus,coliculorum sobole affatim secta,decennio,humanæ coxæ magnitudinem æquat,atque arborescit: cuius sanè molis,etiam nullo artis adminiculo,plurimas vidimus,nõ longe à templo diui Lanfranci,versus Ticini ripas,atq; non vltra quatuor milliaria,ab Apollinea nostra Vrbe,apud sancti Nazarij abbatiam; verum est,partẽ istam maiorem,& suaptè natura,& ob inflictas triennio plagas, fustibus è radice nullo cultu diductis, luxuriante fruticatione,in arboream proceritatem non erigi, in Græcis regionibus aliter fortasse proueniens, ideo paulo minor pyrastro Dioscoridi visa: quod autem pyraster corticè constet aspero,squamoso, inæquali, crasso, colore in nigro rufescente,crispinus verò albo,leui,& admodum tenui,etiam lapide,vel ferro leuißimè tactus,croceam ligni materiam detegens: Dioscorides nec corticis meminit,nec aliqua huiusce similitudine iunxit; præterea & si per interualla, ternis armetur aculeis, simul ex vno,eodemque puncto prodeuntibus: Crispinum igitur spinosum est: quod verò racematim in vuæ modum,eius oblongi acini tritico paulo maiores, viuidi, ac rubentes,eleganterq; racemis adnexi,puniceos acinos,quadantenus referunt, quanquam minores, oblongiores,acidiores, & colore multo viuaciores, myrti fructum, minimè (vt ait) repræsentent: atque punicæ mali folia potius,quàm pyrastri. non myrto in magnitudine comparat Dioscorides, sed similitudine ruboris; referente etiam Galeno 8.simplicium,porrò arboris huius fructus,pyri syluestris fructui similis nõ est,verum myrtis, scilicet rubens, & rarus,huius verò fructus,rubens est,at non admodum frequens: quo ad folia quum arbor,quam legitimam prædicat oxyacantham Matthiolus, vt apium incisa habeat, vt neque ista pyrastro respondent,nec quia punicæ mali similia sint,in crispino ideo diuersitatem arguit,& si ex capite de mespilo, dissectis folijs esse eliciatur,quod autem radices in hac alte non descendant, sed in latum extendantur, non ita video,

Matthiol[9] laudatur.

Matthioli argumẽta diluuntur.

deo, neque enim adeo in superficie, sed in profundum bicubitas, quandoque bracchij crassitie effodi vidimus: quo autem ad astrictionis opera, suis prædita est dotibus, necquicquam illi deperijt, si non oxyacantha sit: eius enim acinos saccharo condimus, ad sitim restinguendam, ad febricitantium malaciam, elanguescentem appetitum, grato acore reuocandum, eius etiam vino in causo, ac pestilentibus, iulepo violato aquaue diluto vtimur, ad sitim non modo sedandam, verum quoque biliosorum, & malignorum defluxuũ impetus retundendos. Quare oxyacantha hac vulgari, quæ paliurus est Dioscoridis, tantisper vtendum suademus, donec liquido pateseat, an arbor Bagaia, maritimis Senensibus vocata, ab Ananiensibus, Tridentinis, & cæterarum vallium incolis amperla, & vrsinus panis apud Forum Iulium, & Goritienses Baranzus albus, verissima sit Germanis hisce notis, quibus nunc primum in lucem reuocatur. Equidem quum his verbis subdubitet, si modo dicendum est, nasci in Italia, eam se credere aculeatam arborem, prædictis nominibus insignitam, quam post viuos omnes colores, legitimasque oxyacanthæ lineas duxerit, quare hæsitet, vt ambiguum, ita etiam, ne nobis in re incognita facile imponat, non parum dubitamus: quum præsertim cap. de loto, parum ab hac diuersis nominibus, loton è Dioscoridis sententia depingat, bagolarum istam, bagaiam illam, ex regionum varietate, perlaram verò istam, illam amperlam, affini significatu, pyri etiam magnitudinis meminerit, & folia ilicis more circinata habere, quum etiam spina acuta perpetuò vireat ex Theophrasto 1. de hist. plantarũ cap. 15. & aculeos habeat quales malus medica. 4. de hist. plantarum cap. 5. præterea fructus dulcore ventrem lubricat, nec alui profluuium, aut fœminarum abũdantiã sistat. Est & spineola vulgi, herbarijs vua crispa, alijs intorta, rhamni generibus addita, circa hortorũ sepes, topiario operi accõmoda, veris initio statim pubescens frutice ramulis pluribus aculeato, horridis spinarũ mucronibus, folijs circinatæ rotunditatis, apij instar discisis, flore, atq; acinis cãdicantibus, primũ acerbitate grata, herbacei coloris per maturitatẽ flauescentibus, granosis, translucidis, cũ dulcore, ideo in cœliacorum iuribus nobis familiaris, sunt & qui videri posse, rhamni haud dissimile genus existiment, spinum ceruinum vulgarem, in sepibus vbique fruticantem, folio quodammodo pyri, fructu myrti, vel lygustri baccis non absimili, foris nigro, intus viridi, ob id pictoribus vsui, ad elegantissimum virorem inducendum, cortice fruticis subnigro, & nitido, quasi ceraso, ligno extra candido, interiore medulla rubente: è cuius baccarum succo, electarium fit, hydropicis, podagricis, Ischio laborantibus, cephalalgicis salutare. heterogeneos enim humores educit, & aquas, nulla molestia, hoc modo. Accipe succi baccarum, spini ceruini, mellis spumati, ann. libr. i. Zingibe. vnc. i. cinnamomi vnc. med. permisce, & syrupi instar cochlear i. dato ex vino albo, paulo ante cibum: sunt qui addunt hermodactyll. drach. iij. hunc spinum ceruinum, leucacantham putat Amathus, quod si non sit, illam ignorari scribit. Matthiolus tamen ac si omnino affirmauerit, illum reprehendit, quandoquidem radicibus non est succosis, è quibus ad rupta, & conuulsa succus exprimi possit, non cyperi radicibus æmulis, sed arboreis, lignosis, longis, præduris, nullius amaroris, rhamnorum aliã nigram, aliam candidam, fructu diuerso, ambas verò aculeigeras scribit Theophrastus 3. de hist. plant. cap. 18. Dioscorides autem lib. 1. cap. 102. triplicem rhamnum tradit, tertium propterea illi accreuisse suspicantur quidam: hunc q; primum Theophrasti paliurum de quo tertio stirpium hist. cap. 17. & lib. 4. cap. 4. de quo nos cap proprio primus spinus sanctus, alijs Christi vocatur: quod eo santissimum Domini caput coronatum fuerit. secundus ab hoc non dissimilis candidior tamen, folijs paulo tenuioribus, longioribus, semper virentibus. propterea Matthiolo appictus, à Ghino transmissus illegitimus est, à primo admodum euarians, quum verò magnã inter oxyacantham, & berberim Mauritanorum esse differentiam annotat Dessennius, si in horum codicibus animum impendit, rectius sentire potuit, videlicet huius, vt etiam prioris æui medicos, horrido situ, barbaraque rubigine squalentes, idem esse existimasse spinaguad vsitatum, & berberum, ac oxyacantham, nec proinde eat inficias, diuersa esse berberim Maurorum, & oxyacantham, descriptionibus inuicem collatis.

Spineola, vua crispa

Spinus ceruinus.

Leucacantha. Matthioli obiectũ leue in Amathum. Rhamni genera

INtybum latinè, seris græcè, ex Dioscoride lib. 1. cap. 124. diuiditur in syluestre, picris, & cichorion appellatum, & satiuum, quod iterum in duas species digeritur. vna folio latiore prodit, lactucarum simillima, altera angustiore folio, & gustu amarior, satiuum intybum duplex igitur: primum ori, & cibo gratius, latiore folio, nostratibus mensis, in acetarijs frequentissimum, quod translatum, terraque sæpius obrutum, candorem, teneritudinemque acquirit, & maiorem amaritudinis partem exuit, aut verius dulcedinem, diligentiæ, & culturæ ratione assumit, corrupta ab intybo appellatione, aut ab ambubeia Endiuia vulgo, atque officinis, & si cichorium ipsum, Plinio proprie ambugia, vel ambubeia dicatur. secundum verò angusti folius, radicibus eneruatis, in acetarijs vsitatissimum, priuatim cichorium appellatum, vt etiam erraticum sponte proueniens, & quod passim fermè virescit, omni humano cultu carens, sub nulla olitoris, aut agricolæ lege liberum vagans, folijs in ambitu magis laciniatis, angustioribus, asperioribus, & amarioribus floribus cæruleis, qui se se in solis sydus circumagunt, qua è re helitropij apud quosdam nomen accepit, quum helitropium diuersum sit herbæ genus, at quamuis, in his nec Græcis, nec Latinis, perpetua, certaq; appellatio sit, sed in Græcis, vt ex Galeno 8. simplicium, seris quibusdam cichorium, alijs condrilla, & in eo de succorum bonit. & vitio cap. 8. 2. de aliment. facultat. cap. 41. chondrillam, serim, & cichorium separet, nunc q; cichorium agrestem nunc satiuum intybum, quemadmodum serim, plerunque satiuum, in latinis intybum, modo satiuũ, modo agreste: præterea inter cichoriacea, porcelliam, candraliam, aphacam, amaraginem enumeret Theophrastus 7. de hist. plant. cap. 11. vt certa nominum ratio, legentibus certam rem indicet, accomodato rerum cuique suo nomine,

Endiuia.

Cichoriũ.

Porcellia, candralia, aphaca, amarago.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

mine, nec mutato, nec transposito, dilucidam doctrinam, atque à cauillationibus, quas homonymia parit, liberam efficiemus: ita enim quod frustra est additum, facilè rescindetur, quod deficit, citò inuenietur, & quæ consonant, dissonantque maxime in eiusmodi explicationibus, exactè discernentur. Quare vbi intybi simpliciter, aut satiui adiectum reperiatur. Endiuia vulgi, viridis scilicet intelligatur: vbi intybi satiui vtriusque, endiuia, & cichorium hortense, vbi intybi erratici, aut syluestris, cichorium campestre: vbi cichorium simpliciter, edomitum cichorium: at quia in Arabistarum Latinorum libris, Scariola etiam reperitur, quadam vocum diminutione, à seris seriola, quam corrumpentes, scariolam vocant recentiores, ex Serapione, atque Auicenna cap. de end. idem est quod cichorium hortense, atque endiuia, Matthiolo autem angusti folia .i. Cichoriũ potius, & si in suo de morbo gallico, cap. de cura biliosi, syrupum paret indistinctè scribens, scariolæ intybi cichoreæ. Taraxacon autem, ex prædictis, idem est quod cichorium syluestre. En igitur qua ratione, nugax ille Nicolus Florentinus, suo in syrupo ex cichorio, post end. domesticam, & syluestrem, cichorium, taraxacon, scariolam, adiecit, tot nomina, tot herbas diuersas, crassa nimis ignorantia arbitratus, vt cætera in eo syrupo longius afferre non grauabimur, exercendo eos, qui resipiscere, à diuturna istorum insipientia, non recusant, modo aurium nobis operam, paulisper accommodent, medici potissimum illi, tanquam asini ad lyram, qui malunt suos prosequi abusus, omni ex parte detestandos, syrupumque illum, etiam à nobis moniti, indies ordinare, quam candissimæ inhærere veritati: nempe quam pro syluestri endiuia vsurpant, syluatica est herba, ex lactucarum specie, in aruis sponte nascens, folio lactucæ, pusillo aculeato caule spinis horrido, candicante, succo lacteo, folij parte exteriore, in intybi satiui modum, aliã etiam intybaceam, aut verius lactucaceam herbam campestrem vsurpant, pro liquore stillaticio, & succo eliciendo, ex lactis acrimonia, atque insigni amarore, calidam potius, quàm refrigerantem, vt quãtum discriminis, & incommodi, corporibus nostris hinc imineat, non sit longiore historia representandum: quum itaque satiua intybus, vbique in hortis colatur, sitque syluestris etiam numerosissima, longe syluestris illa lactucacea, valere iubenda, non desunt qui è turbidis nescio quibus lacunis, id hauriant, vt herbam quandam, in triticeis potissimum segetibus luxuriantẽ, qua villicæ puellæ Maio, & Iunio, corollas sibi concinnant, vulgo monegeta, vel galinetta nuncupata, intybaceo generi ascribãt, quam penitus intybo dissimilem, nullotenus conuenire tradidit Matthiolus, & si floris colore cyano aliqua ex parte illi suffragetur, nec ob id inter hæc enumeranda, vt capite de baptisecula. Cæterum Matthiolus, ex Oribasio, ac Serapione, duplicem tam satiuam serim, quàm syluestrem diuidit in Dioscoride, idq; ex vsu etiam clarissimè patere innuit, quũ tã satiua, quàm sua sponte nascens, quotidiè sit præ manibus: at meo sanè iudicio, harum vulgaris noticia, nõ indicat, tot esse syluestris seridis species, quot domesticæ, nisi & syluestrem duplicem, non minus ac vtranque satiuam, vulgatissimas itidem deduxisset: præterea in harum figuratione, syluestrem vnicam, vt res se se habet depingit: at gemina etiam concessa, nondum ob id ex Dioscoride duplex legenda, merito dici posset: nos enim latifoliæ intybi satiuæ, binam annotauimus speciem, hortis nostris familiarem, alterã folijs magis circinatis, Dioscoridi indictam. quum verò suæ lectioni astipulari Serapionem supponit, dormitat ædepol, quum non modo chondrillam, ijs inserat, verum taraxacum .i. syluestrem, folio quàm satiua latiorem, falsò asseruerit: quumq; mediocria delicta sectatur, insidiosè facta comminiscitur, quæ patent, quæ nota omnibus sunt, non videt, quamuis Græcus codex hæc habeat, quomodo seris satiua, hortensi quæ planè est idem, stomacho vtilior dicatur, hic enim non paruum subesse errorem, suspicari debuerat, quum præsertim Marcellus, qui aut integriori vsus fuit exemplari, vel locum, quem & ipse corruptum iudicabat, restituere conatus sit, vertit: latioribus folijs altera, satiua & in cibis gratior, Anguillarius duplex syluestre intybum extitisse, & hortense cichorium quondã campestre: & si hodie excultum. duplex præterea & satiuum, apulorum videlicet scariolam, lactucæ simillimam, & endiuiam communem. Ego ingenuè fateor experimento, agreste cichorium translatum, edomitum fieri, nullibique cichorium satiuum in campestribus nasci, propterea syluestris secundo nomine indignum: quod autem aphacam Theophrasti à Dioscoride dissentire asserit, comen. de aphaca, quoniam inter intybacea collocat 7. de hist. plant. cap. 11. ingustabilem enim, & amaram, flore festino, ac celeriter senescente, atque in pappos abeunte tradidit; non animaduertit 8. de hist. plant. cap. 1. inter leguminum genera, lentem videlicet, & pisum, aphacam, ex Theophrasto connumerari. propterea duplicem illi aphacam esse, vt etiam Plinio, quum lib. 21. illam in intybaceis recensuerit, at lib. 27. cap. 5. inter legumina. ne igitur hos discrepare, adeo leuiter inducat, ne hos tumultus, has perturbationes, in sola varietate effundat, non hostilia verba, contentiosasque rixas in æquiuocis: Aphacem autem, ac viciam distinguit Galenus 1. de aliment. facul. cap. 36. vt cap. de Eruo.

Scariola. Matthiol. confusus Taraxacõ Nicolai Florẽtini lapsus.

Baptisecula.

Matthiol. hallucinat.

Theophrastus Dioscoride nõ dissentit, ꝑter Matthioli censuram.

PPortulaca, duum est generum, vnum satiuum, cui folia insunt latiora, & caulis crassior, altius se attollẽs, alterum syluestre, humi stratum, in hortorum areolis, vineis & incultis vbique minoribus, tenuioribus, ac crebrioribus folijs Iunio, & Iulio mensibus, carpenda eius folia: semen verò sequentibus: eius vis astringit ex Dioscoride, idque quotidiano omnium experimento, proinde mirum satis videtur, quod Paulus lib. 4. cap. 21. talia scripserit. requirunt erysipellata refrigerantia, atq; humectantia, absq; adstrictione, qualia sunt semperuiuum portulaca &c. quæ quidem transtulisse videtur ex Galeno 1. artis cur. ad Glau. cap. 2. quanquam eodem lib. cap. 4. vbi scyrrhum medicorum imperitia sæpe parari astruit. quum vehementer erysipelata, & inflammationes astringunt, & infrigidant; ideo erysipelati commoda humectantia, ac refrigerantia,

citra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

citra manifestam astrictionem, vt rectè sensit Aetius, Tetrab. 4. serm. 2. cap. 59. propterea cum Auicenna lib. 4. Fen. 3. d. 1. in hunc modum dictet primum quidem opportuna sunt infrigidantia, cum vehementi stipticitate interdum ijs intensiore. Valeriola, qui acutè solerter, & profunde lib. 3. enarrat. 4. abstrusissima quæq; inquirit, atque indagat, fœdissimè hæc lapsum prædicat, deteriusque eodem capite, asserendo, & phlebotomia quidem non multum confert, nisi quando materia est inter duas cutes: si autem profunda fuerit, tunc eius iuuamentum minoratur, & fortasse attrahit. quo nihil à veritate alienius dici posse videtur. Nempe quum erysipelatis humor carni impactus sit, crasso nimirum existente succo, impurum esse, & phlegmonosum, abundè constat: ibique missionem sanguinis necessariam magis: at si fuerit inter duas cutes, exquisitum videtur, & solius passio cutis, nec proinde mittendus sanguis, sed purganda bilis. Valeriola igitur altius penetrauit nemo, tam bene horas collocauit, rem ex professo tractans, ne otiosa omnino vita frueretur. Nempe insigni arabum cachinno, tam impia audacia (sit verbo venia) vel excludenda, vel cohercenda, vel styllorum mucronibus confodienda, vt ab omni molestia liberetur Auicenna, cuius ignorare videtur glossemata, cuius medendi modos Græcis persæpe repugnantes, non tenere liquido constat, ne dicamus repulsionem per astringentia factam, initijs idoneam illi videri ex Galeno, vt fluxionis modus auertatur: apage validissima argumenta, quibus ex te mancipanda fides? impetuose in imbellis pœni castra irrue, hostis validissimè: primo enim congressu terga dabit nec sufferre poterit, nisi districtis gladijs, tanquam pernicissimi equites in Catadromo, pallium nullo terrore præoccupemus, & quæ sua sunt cuique tribuamus. Surgat igitur Nicolaus Florentinus lib. 7. Tract. 5. summa prima, hic vires, neruosque ingenij, in his euertendis effundat Gentilis, quasi in tabula exprimant, & si seueris rerum æstimatoribus relinquant, quæ tam docto, multæque lectionis viro inuisa, in tam densissimas tenebras nunquam prolapsum Mauritanæ doctrinæ principem, facillimè ostendunt, demonstrant sanè Valeriolam Auicennæ, mentem non accepisse, nec ab oscitantiæ crimine vendicari posse, quum etiam infimi notæ medicis cognita, alioqui oculatissimum præterierint. ceu 14. Meth. med. cap. 2. & 3.

MAlua, vulgo cognitissima, ex Dioscoride lib. 2. cap. 110. duplex est, satiua esui longe aptior, & syluestris sponte nascens, & vbique frequentissima, vt hortensis, penè nullibi nostra incuria exculta, terræ vbertate, & cultura, maiori cauliculo, & gustui iucundiore. Est etiam alia malua, quibusdam romana appellata, nonnullis arborea quod in iustam arboris mensuram excrescat, eaq; Venetijs, ac alibi arboris instar visitur, nec mirum. dicitur enim arborescere ex Theophrasto 1. de hist. plant. cap. 5. idque mensibus senis, aut septennis. Aetius dendromalachen vocat, Galenus anadendromalachen 14. meth. æstate floret, non fugaci, vt rosa flore.

LActucarum variæ sunt species, ex Theophrasto 7. de hist. plãt. cap. 4. varijs etiam nominibus insignitæ, in idem facultate incidentes, alia .n. crispa, rotunda alia, alia capitata, quæ tamen conglobatis in orbem folijs tenera inuenitur, maiorem cum lingua inijt gratiam, tam in acectarijs, quàm in ferculis; syluestris autem sponte, inter agra, & vinearum limites proueniens, caule, flore, semine, & folio, satiuam iam flores & semina proferentem æmulatur, verum gustu amara, & lacte copiosiore referta, spinulis inhorrescit, folijs laciniatim serratis, & per horas aculeatis: hæcque non citra errorem, pro officinarum endiuia vsurpatur, succo acri, ac medicato, quo purgare aquam intercutem dicitur, & caliginem arcere ab oculis, & argema auferre, cum lacte muliebri, idque ex Theophrasto 7. de histor. plantarum cap. 6. at viribus aliquantum papaueri similem scribit Dioscorides lib. 2. cap. 129.

PApauer, ex Dioscorides lib. 4. cap. 54. aliud est erraticum, quod rhœada vocant, recentes rosella, vel pauer rubrum, flore protinus deciduo puniceo, interdum albo, oblongo capite, in segetibus, campis, & macerijs, vsque adeo creberrimum, vt pueruli, sæpenumero illius veluti stellæ signum, in thecarum summo vertice, fronti imprimant: eiusque folijs concauo pugno impositis, ludentes altera palma incussa, strepitum edunt: huius rubentes flores, siccos, ac pulueratos, pleureticis in potu, ad sedandum dolorem, propinauere barbarij quidam, quos nostræ mulieres consecutæ demum quotidiano experimento, probè, & mirificè succedente, factum, vt pluribus & his quidem eruditissimis medicis, ad eosdem vsus vsurpari cœperit, vel his nouies infusis, vel florum succo in syrupum confectis, quum eius folia erucæ, aut origano, aut cichorio, aut thymo similia spectari scripserit Dioscorides non aduertit Matthiolus mendi suspicione haud vacare quum dissimulis absurdaque comparatio restitutione indigeat. Matthiolus cap. de anemone, Brasauolum reprehendit, quia anemonem esse papauerem syluestrem, flore cæteris rubentiorem existimauerit, minimè aduertens Dioscoridis dicta in fine capitis anemone inscripto, vbi anemones genera, succum non remittere, sed quasi asparagi cacumen habere asseruit, quum ergo puniceum papauerè incisum, statim lac ipsum destillet, nec asparagi cacuminis aliquam inierit similitudinem, sed capitulo aliorum papauerum simili, longa radice, nõ oleæ modo rotunda ideo &c. Quare nisi permeante præconiæ buccinæ clangore, in arenam reuocetur Brasauolus, nullo de se præbito specimine, aut desperabundus, aut victus, ingenti suo dedecore, à certamine subducetur. scribit tamen in suo simplicium cap. de papauere, & ostendendum, quod recentes rosellam, vel papauer rubrum vocant, aliud ab anemone esse, ne verò eorum mentem sectari videretur, qui anemonem & syluestre papauer idem esse sibi persuaserant, subijcit. Duo papaueris genera, in segetibus nascuntur, quia scilicet anemone, quibusdam papauer est vocatum, ideo declarat: idest duæ herbæ sunt, quæ papaueris modo semina condunt, vna est anemone, de

Pro Brasauolo pugna i Matthiolum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Anemone

qua supra, altera erraticum papauer, vel papaueralis anemone, plures colores habet: erraticum papauer, duos tantum: rufum, & candidum: quibus apertissimè demonstrat, anemonem non esse papauer syluestre. at quispiam mecum expostulabit, & si etiam cap. de anemone, eandem à syluestri papauere distinxerit, ex capitum, ac colorum varietate. nihilominus inquit: verum quod rubrum papauer dicimus, est Dioscoridis anemone: hancque à suis mulieribus, rosella appellari, à rubore, vel quasi parua rosa, in tractatu syruporũ, in syrupo de papauere, hæc scriptis commisit: non rubrum, sed nigrum papauer ex Mcs. legendum, quoniam rubrum papauer, antiqua anemone est. Quis igitur manifestissimam contradictionem, quis meritò in ius vocari Brasauolum, non putaret? ita enim primo in limine apparet, nec est à culpa immunis Brasauolus, res suas adeo implicans, adeo obscurans, quo non solum aromatopæos, bonarum literarum, vt plurimum ignaros, quæ in propatulo sunt, Sole ipso illustriora, vix cernentes, vix noctuæ oculo apertissima in tenebris vestigantes, fallat, atque illudat, verum & insigniores medicos: si tamen eius mentem, altius indagasset Matthiolus, visa tam apparenti contradictione, ad vltimum vsque versiculum non perfunctorie, æquè verborum serie, ac authoris animo scite perspectis, bis, terúe constitisset accusationibus in aliud tempus delatis. quandoquidem pensiculatius hanc dubitationem consideranti, in mentem venit, Brasauolum ita conciliandum esse, quod tanta quum sit florum affinitas, inter anemonem, atque erraticum papauer tantaque similitudo, vt peritissimos etiam simpliciarios diuersitas lateat, nimirum si vulgus, indiscriminatim vterque papauer rubrum, & rosella vocitet, ambo in segetibus frequētia, parietes etiam ascendentia, ideo peccasse non videtur Brasauolus, ea in rupe virentem anemonem, suo seni indicans & papauerem rubrum, siue rosellam appellans, alijs enim coniecturis vtrunque distinxerat: videlicet erraticum papauer, duos tantum colores habere, anemone plures, idem etiam præstitit cap. de papauere: verum ibi papauer rubrum, & rosellam recentibus vocatam, non esse anemonem, palam indicauit, vulgi nomenclatura reprobata: in syruporum etiam examine scribit. quum notissimum sit, nostrum rubrum papauer, anemone autem paucis cognita, ex his corruunt Matthioli aduersus eum, ac Ruellium fallaciæ, quum subdubitat, si per herbam venti, vel helxinē, vel solidaginem minorem intellexerit, aperto errore taxandum, sin aliter, se ignorare quid ea voce voluerit, quum anemonem ideo herbam venti, hodie à peritioribus herbarijs vocatam scribat, quoniam eius flos, nunquam se aperit, nisi vento spirante, quin & eandem herbam venti, Græcis dici tradiderit Fuchsius in annotat. Diaprassij: præterea tam euidentibus notis, anemonem delineet Ruellius 2. de natura stirpium, vbi illam herbam venti appellatam testatur, vnde litis initiũ introducat Matthiolus, leuius est, quàm quod eius ingenium debeat distorquere, nisi in bonos authores dedita opera conspirauerit, Anemone in Bononiensi comitatu Samiulo dicitur.

Brasauol. obscurus.

Matthiol. in Ruelliũ male feriatus.

PApauer satiuum ex Dioscoride capite erraticum subsequenti, thilacitem vocant, semine est candido, syluestre verò nigro, quod phititis nominatur; nonnullis tamen, & ipsum rhæas dicitur, tertium magis syluestre in duas species digerit: Theophrastus quoque 9. de histo. plant. cap. 13. papaueris syluestris genera plura notat, tres tamen hæ species, ab agricolis hodie seruntur, quamuis album papauer duntaxat satiuum appellent, quoniam frequentius in hortis, propè ædes seritur: aliæ verò duo nigri species, leguminibus insertæ seminantur, asperiore, hirsutioreque tum capite, tum caule, tum folijs, vt etiam ex Plinio lib. 29. cap. 8. aruis, fabisque tempore serendo, album tamen, vtpotè mitius, ad vsus medicos potius recipitur: eoq; Genuæ, Neapoli, pulmentaria fiunt, quæ quum ad saturitatem ederint, nihilum somnolentiores euadunt: mulieres etiam Florentinæ huiusmodi semina à cibo deglubunt: nos tamen saccharo confecta, duum cochlearium mensura, nobilibus quibusdam ad insomniæ leuamen exhibuimus, in ardentissimis illorum emulsum, cum aqua lactucæ, semperque permolestas vigilias sedauimus, ex Galeno etiam 7. simplicium, pani ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt, ideo itrijs, & bellarijs admiscetur: nigrum tamen, præsertim tertio loco positum, ad omnia valentius, magis refrigeratorium, magisque soporosum, etiam in profusione, alijs embrocha; ex eodem opium validissimum, nostris in partibus parari posset, at nescio quo fato, adulterinum opium, aut verius meconium, coemere exoptant, quàm parum laboris impendere, & domi parare: hoc multo his longius, & productiore capitulo ex Dioscoride, ideo errant pharmacopolæ, vascula queritantes bene rotunda, quum longa efficacius medeantur. Est & spumeum, alijs Heradium papauer, & corniculatum, siue ceratites, ideo vocatum, à semine leuem inuersionem habente, veluti fœnugræcum, vt bouis cornu videatur simile: quum autem eius folia, speciem passerum præsentare inquit Plinius lib. 20. cap. 19. ideo acriter à Matthiolo obiurgatur, id ante eñ abundè animaduersum est, à Leoniceno, quem quidem silentio inuolutum, vt alibi sæpe, hac quidem taciturnitate, propria laude defraudare, secum animo volutat: vbi absolutè papaueris semen legitur, album accipiendum.

COtonea mala, siue cydonia off. ex Dioscoride lib. 1. cap. 131. eligi oportet vera, quæ sanè sunt rotunda & odorata, quæ verò strutia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus vtilia, forma igitur, magnitudine, odore differunt: ambo cognitissima, magna tamen, & struthia, nobis copiosiora: nec desunt parua, præsertim è Monteferaci, lanugine obducta, colore in luteum intensiore, odore, ac facultate primatum gerentia: sunt & tertij generis prædicta, inter mediũ vtcunq; sortita, ideo spuria vocata: Plinio verò sunt & chrysemela & miluiana, eo cum vuis sunt cõmercio, vt secus eas pensilia, tabem, ac sitũ sua acredine illis inducant.

CVcumer latinè, σίκυς attice, communis multis generibus dictio, omnem hanc in Latinis incertitudinē fecit, quod cucumerem in Græcis, ac Latinis audientes, ex ea quod nunc est, vnum tantum genus, cucumer

vulgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vulgo appellatum, fructu oblongo, & maculoso, significari crediderunt: quum Græci σίκυως nomine, genera
multa numerent, quæ aut cartilagine, aut cute foris obducta, in oleraceis extra terram crescunt, inquit enim
Theophrastus 7. de hist. plant. cap. 4. cucumeris, atq; cucurbitæ partim genera esse existimari, partim negare,
quin & tria esse cucumeris genera, & si hoc quod nunc cucumis dicitur, illis primum, & supremum genus sit.
atq; posteriores Græci σικυν simpliciter dixerint, cucumerē vulgatū, quumq; Brasauolus, nō tantū cucumerē
vulgi, sed omnia melonū genera, idest cucumeres, citrullos, & angurias, comprehendi annotauerit: verum per
cucumim absolutè, anguriam intelligi oportere, quæ Hetruscis cucumis dicitur: at per cucumim citrinum, voce
hac adiecta, nostrum cucumerem significari, ideo hetruscis citreolum vocatum, diminutiuè, à flauo citrij colo-
re: quem in extrema maturitate ostendit. Matthiolus euaginato ense, ac si pro aris, & focis digladiaretur,
sub voce σίκυως, ex communi omnium sententia, cucumim Latinis ex Dioscoride intelligi contendit: idest he-
truscorum citrullum, quum illis cucumis, nostratibus sit anguria, quoniam lib. 4. cap. 126. inquit: cucumis syl-
uestris, fructu solo distat à satiuo cucumere, quem longe minorem parit, oblongis glandibus similem, folia, atq;
sarmenta satiui refert, quum igitur huic noster per omnia respondeat, ideo Brasauolum hallucinatum: quæ res
& si probet sycios, agrios addito, erraticum cucumerem: at nulla adiectione, vulgatum etiam significare, non
tamen tollit, plura ex alijs denotare posse, vt secundo sui corrolarij, Hermolaus facilè indicat: præterea Dio-
scorides aluo, & stomacho perquam vtiles, haberi cucumeres ostendit, qui quum adeo difficilis sint concoctio-

Brasauol. à Matthio li nota ab soluitur.

nis, vt etiam secundo die, ex Plinio, consentiente Matthiolo, stomacho immorentur, atque ex Galeno 2. de ali
ment. facultat. cap. 6. suæ substantiæ proprietate, coctu sint difficiles, prauique succi, qua ratione aluo, & sto-
macho amicentur, non solum naturaliter, sed etiam ex symptomate, doceat obsecro Matthiolus: nam sic omnia
pari modo frigida, aluo accommoda dici possent: quicquid sit, quum de his laborandum non sit, quæ ad medici-
nam nihil conferunt, nostrum cucumerem, & hetruscorum citrullum, pro cucumere accipiemus.

Melones, qui & pepones, & melopepones, confusanee proferuntur, ex Galeno 2. de aliment. facultat.
cap. 4. & 5. vt etiā ex Aegineta lib. 1. cap. 80. inter se differunt, quibusdam figura, & quantitate, vt
quum magnitudine excesserint, pepones dicantur, quasi fructus maturi, quum verò rotundam for-
mam, mali effigie, qualis in melonum genere quodam visitur, adepti sunt, melopepones: hocque esse discrimen,
ex magnitudine, & forma: & si nos malo cotoneo similes comederimus sapidiores, & dulcissimos, quos aliqui-
bus ideo melopepones dictos arbitramur, verumtamen quum Galenus 2. de aliment. facult. cap. 5. in peponi-
bus homines à carne intima, in qua semen habetur abstinere, in melopeponibus autem, edendo esse asseruerit: at
vtriusque generis, carnea pars mandatur, interaneis, seminibusque, in hoc duntaxat exclusis, quid hac in re
sentiam, timeo, quod vereor, minimè decet: nisi vel reuiuiscat, vel ab inferis reuocetur Galenus, Amathus ta-
men, qui nihil prætermittit, quod grauitatem, prudentiamque suam decorare posit, id sibi laudis, vt puto con-

Amathi cōiecturæ inutiles.

tribuit: vt à veritate distractus, ad enarrandas fabellas, ad somnia prædicanda, totus accingatur: siquidem
cucumerem legitimum, Salmaticensibus esse hirsutum, colore omnino viridi, longitudine cubitali, & curua,
memoriæ prodidit: propterea nostrum cucumerē, verum haud quaquam esse, sed peponem, vtque apertius id
comprobet, summa sui maturitate, à mensis alienum, & cibo inutilem, si in edulia expetatur, interna medulla
abiecta chartilagineam accipi, crebris verucis orndtam, apud Germanos: idque euidenti, vt credimus menda
cio, hodie quoque seruari contendit, ceu olim apud Græcos. at quum tenelli etiamnum cucumeres, qui edendo
sunt, delibrari consueuerint. vtpotè cortice duriusculo, atque insuaui, vbi maturuit, cum insigni amarore, adeo
obdurescit, vt ne quis Dacus, vel Geta, illum posit esitare: viridem tamen, atq; oblongum cucumerem, nostris
in hortis non infrequentem, suo amictum cortice, ex sale edunt milites Hispani Vercellis hospitantes, vocantq;
Hispanum cucumerem, vt nostros vulgatissimos pepinos, cuius fortasse nomenclatura deceptus Amathus ar-
tis nescio an inscius, & si proprijs cassibus irretiatur, diuersæ speciei arbitratus est: Plinium tamen adducit
lib. 19. cap. 5. vbi mira longitudine, & ad fistulæ complementum crescere inquit, forteque primo natum ita
vnum, mox ex semine illo, longorum genus factum, admittit Lusitanus: nec iniuria crescunt enim qua cogun-
tur effigie, vt ex Polybo, in libro de Genitura: quin si eius florem in sua viticula relictum, in forma fictili clau
seris, qualem vultum, vel hominis, vel animalis vas habuerit, talem cucumis exprimet: nec huiusmodi longi-
tudo, aliunde prouenit, quàm quod vulgati cucumeres, virides potissimum, adhuc florentes, in tubas, fistulas-
úe coniecti, id etiam referente Ruellio, & re nobis, ac Matthiolo exploratissima, in miram longitudinem exten
di consueuerint, quorum semina, sequenti anno terræ mandata, eiusdem longitudinis cucumeres ferant: proin-
de à communibus aspectu diuersos, huius autem longitudinis rationem reddit Theophrastus 5. de causis plant.
cap. 6. quia nutrimentum facilius recto tramite fluit, & quia nihil est, quod auocet, aduerseturque: præterea
quum vulgati cucumeres, quos pepones asserit, in olitorijs plateis, curua effigie, omnium oculis sæpe obijcian-
tur, non est quod Varronem adducat, quum vnci modo facilè curuentur, vbi vas oleo plenum, propè admouea
tur, ex Plinio libro, & capite præcitato: quumq; in Italia esse quàm minimos, in prouincijs maximos scripse-
rit, rectius in Italia, quàm breuissimos, in prouincijs quàm longissimos asseruisset, addit & particulatim cucu-
merem florere, sibi ipsi superflorescentem, candida lanugine obduci, magisque quum crescit, id quod hortula-
nis ipsis, non est incompertum, quum primum cucumeris formam induunt: alba enim vestiuntur tunica, in ver-
tice superflorescente. quum verò anguinum ideo vocatum, ex Columella supponit, quia cucumer oblongus, &
instar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

instar anguis flexuosus sit, non vidit ex Hermolao, in suo corollario, omnem sibi detergi nubeculam: quum mira longitudine, quasi anguina specie prouenire, in fistula tradit quanquam anguinus cucumis idẽ videatur esse, quod siluestris, multo infra magnitudinem satiui: erraticum, & angueum Columella appellatum, à satiuo differre: præterea alliũ syluestre, anguinũ vocat Diosc. nõ quod anguium reddat imaginem, sed quia ijsdẽ in locis crescit, vbi libenter versantur angues, quin ẽt Lusitanus, sui profectò immemor: anguinum cucumerem erraticum vocat, in eius capite, id quod Marcellus quoq; ac Hermolaus, in Diosc. legunt: testantur aũt Pli. ac Apuleius: at quum Matthiolus in Apologia ad suæ opinionis tutelã id maximè facere astruit, quod satiuus, ac vulgaris cucumis, fructu tãtum ab erratico differat, quo ad hæc nihil in eum inijcit, quum in Amatho cucumere, itidem reperiatur. Cæterum vt deniq; proferã, quod sentio, vt nostri iudicij calculum annectã, & si nemo hactenus rẽ hasta tetigerit, idq́; se ẽt ignorare fateatur Matthiolus, nõ vt tot luminaribus extinctis, huic meæ addictæ sint sententiæ, eruditiorum aures: nõ vt oratio mea eorum satisfaciat inscitiæ, sed vt ex hac, veritatis scintilla, erui quandoq; possit: cucumerẽ nostratem, perfectè maturũ, peponem propriè Græcis appellatũ existimamus: quanquã id nomen, vt infra, alijs maturescentibus cõueniat: hinc fit, vt quũ pepon est, homines à carne intima abstineant, neq; .n. tunc edendo est: idq́; ratione factum, vt quũ Gal. de cucumeribus caput inscripsisset, de melopeponibus sermonẽ habens, ob peponis cõem significatum, ostendere noluisse, in fructibus his maturis diuersos esse vsus: videlicet in melopepone, carneã substantiã mandi: in cucumere pepone .i. maturo, nequaquã: ob id & sicyopepona dici: quem alij peponẽ cucumeralem, nominari oportere cõtenderunt, ex Gal. 2. de alim. facul. cap. 4. tunc .n. à multis, vt Tyberio Cæsari, cucumerũ gustu auidis, exteriori, et lignosa cartilagine detracta, seminibusq́; exemptis, carnea substantia, inter corticem, & semen, mandi cõsueuit: quod forte & Gal. seculo factum est, idq́; ex eodẽ elicio 5. simpl. cap. 23. ad quæ ne turpe videatur cõfiteri, quod negare possum: nõ me latet cauillos, variaq́; ad hæc rationibus munita obijci posse: quum præsertim pepones, sapore dulces persuadeant nõnulli: his tamen meliora vt assequantur, ad Gal. doctrinã, adducant: quo illis fasces submittamus, si quidẽ Ioannes Bruyerinus 8. de re cibaria, cap. 91. melopepones persicorũ duracinorum amplitudine, & figura globata, ad aureum colorẽ inclinantes per maturitatem à pediculo recedentes, quorũ caro intus semen includens, edendo est, Lugduni se vidisse prædicat, nos cucumerẽ vocamus, adiecta à natura; ab euentu rei, cucumeris differentia: quod quanto magis maturescit, cucumis noster, tanto solidiore, & quasi lignosa crusta duratur, melon verò cõtinuè magis mitescit, ac tenerescit, ideo peponẽ, hoc est mitẽ, flaccidũ & maturitate sua tenerum dicunt. quũ vox hæc πεπονος, etsi à verbo πεπαινεσθαι, quod inter cætera maturescere significat, vsum habeat, nõ his tãtũ, quæ maturitate sua mitia fiunt, sed in alijs quæ amissa soliditate sua flaccescunt, & tenerescunt vsurpatur, quũ verò peponũ facultati esse tradit Matthiolus, in Apologia, vt biliosos excitent morbos, ex Gal. id & si dicendum nõ putauerã, quod non viderit Alexandrum lib. 12. cap. 6. vel serio, initium Galenici capitis, de pepone præterierit, vel authorum mentem non expenderit, quũ vniuersam peponũ naturã frigidiorem esse, cum humiditate copiosa, statim in initio asseruerit Gale. nisi biliosos morbos, à frigidis forte generari intelligat, quæ sit eius opinionis ratio, quæ defensionis probatio, nisi quis eũ magna inscitia taxauerit, hinc facilè elucescat, quod ex accidẽti relaxatus, à frigidis vẽtriculis, vitioso præsertim succo, ex his genito, potissimũ vbi cõcocti probe nõ fuerint, quũ ad vomitũ idonei sint pepones, hoc casu, choleræ morbo obnoxios reddat, vt ex Alexandro, lib. 7. cap. 16. nã ex vitioso succo, atq; incocto, quẽadmodũ ex fungis, ac boletis cholera fit: ex Gal. in lib. de succorũ bonitate, & vitio, cap 4. at cap. 8. quum cucumeribus, peponibus, aut melopeponibus, succus bonus nõ insit, corrũpãturq́; nisi aluũ statim subeant, humorẽ ex corruptela hac faciunt nõ lõge à venenis mortiferis absentẽ.

Amathus defenditur in Mathiolum.

Turpis Mathioli error.

A*nguria, hetruscis cucumis, alijs melo palestinus. ex Serapione dullaba .i. melo magnus, viridis, aut uarius ex viridi, et subpallido interstinctus: oblongus, insipidus, cum læuore, semine rubicundo, quibusdã Batheca, aut albatheca creditur, quum tamen Auic. eo in capite melonũ species confundat: sunt & nobis præter has, aquei melones vocatæ, quædã minores, coloribus variegate, interna substantia prædulci, quũ tamen graui errore Fuchsiũ notat Matthiolus, quod putauerit cucumeres, hetruscis citrullos, angurias esse, lõgè fallitur opinione: quũ ita scriptũ reliquerit. quarti generis cucumer est, quẽ officinæ hodie citrullũ vocãt, folijs ferè colocynthidis, multifariã dissectis, fructu rotundo (& si oblõgo sint, apud nos frequentius) herbacei coloris, & in eo semina lata, & colore spadicea .i. in rufo atra, anguriã ipsam delineans, pro citrullo off. accipiendã hancq́; citrulli loco, nõ iniuria substituimus: paruifaciẽtes hetruscã vocẽ, illorũq́; citrullũ, pro cucumere: quippe quod romanũ sermonem pluris faciamus, & vniuersæ ferè Italiæ vsitatissimum nomen, & quãuis Serapion testetur, citrullum ex Gal. frigidiorem cucumere, vt ẽt Auic. ac si citrullus, aliud sit à cucumere: gestiant, exultent, triumphent, in latissimo excurrant campo sarraceni, qui & cucumerem, & citrullum, tanquam diuersa medicamentis immiscent: illum suis notis delineent: clarissimo suorum scriptorum testimonio, præconiã vocẽ expectent, illumq́; aut nobis figurent, aut insitione aliqua effingãt. quãdoquidẽ quũ frigidiorem cucumere citrullũ facit Serapion, & generare chymum viscosum, & humores crudos in venis, & accidere ex vsu eius febres antiquas, malas, neq; prouocare vrinam, sicut melo, ex Gal. cap. de cucumere excerpsit 2. de aliment. facult. cap. 6. nusquã .n. de citrullo mentionẽ fecit, verum in hunc modum dictat. Ergo qui cucumeres belle cõcoquunt, cum eo ipsi sisi, affatim ijs se impleuerint, ijs tandem lõgo temporis tractu accidit, vt succus frigidus, ac mediocriter crassus, in venis coaceruetur, qui in ea coctione, quæ fit in venis, haud facilè mutationem in probum sangui-*

Batheca.

Fuchsius defenditur à Matthioli censura.

Mauritanorum opprobria.

nem recipiant, ob eam igitur causam, omnibus praui succi edulijs abstinendũ censeo, etiam si ea quibusdam con coctu sint facilia: nobis.n. non aduertentibus, prauus succus ex ipsis post longum tempus colligitur, qui postea exiguam ad putrendum occasionem nactus, febres malignas accendit: hinc igitur quàm clara Mauritanorum doctrina, quàm me hercle ingeniosa rerum indagine, præteritæ ætatis homunculos, in errorum cateruam pro-truserint, facillimè cõiectandum. Quare ne locus citrullo vacaret, anguriam illi viribus proximam substitui-mus: multo.n. satius est, rem dilucide interpretari, quàm huiusmodi anxia disquisitione, doctrinam obscurare, ne tria tantum viderentur officinarum semina frigida maiora, quæ sunt, semen cucumeris, melonis, anguriæ, cu curbitæ, cuius seminis vires Dioscorides ac Galenus non expressere. tametsi solẽni vsu consortium inierint, vt

Quatuor semina frigida minora,
Intybi vtriusque, lactucæ, portulacæ, vt
Quatuor semina calida maiora,
Anisi, fœniculi, Cari, ameos, vt
Quatuor semina calida minora,
Apij, petroselini, cumini, nasturcij,

Brasauoli victoria in Mathiolũ

ne tamen impunè abeat Matthiolus, dum omne impendit studium aduersus Brasauolũ, quo probet cucumim nõ esse anguriã, quũ inquit Plin. lib. 19. cap. 5. asserere cucumeres in Italia virides, et quũ minimos, nunc croceo, nunc nigro colore, qui hausti vsq; in posterum diẽ stomacho viuunt: id quod nostris cucumeribus vsu venire di-ctat: nõ aũt angurijs, quæ in magnã exuberant molem, quæ sanè aqueæ sunt substantiæ, prædulces, quum matu ritatem sensere, facileq; è stomacho labuntur, ingestæ triplici equidẽ notatur errore, primo quum Brasauolus Plinij meminerit, huius rei nõ inscius, & cucumerem græcis anguriã significare dictauerit, latinis nequaquã: quod latini hominis testimonio vtatur, Plinio videlicet, nõ habet Matthiolus, secundo cespitans, ac si Italici cu cumeres virides sint, & parui qui quidem præcoqui adhuc virescunt, deinde albescentes, quum perfectam sen serint maturitatem, crocei vt plurimum euadunt, & in amplam satis magnitudinem exurgunt, tertio angurias maturescentes, è ventriculo cito defluere inquit. Serapionis cap. de Dullaha, lipis oculis inspecto: hanc.n. vere anguriã concedit, in latino volumine, in cuius reddendis viribus, nullum affert Græcorum testimonium, verum authore Meshaio, & Israelita, difficilius, & tardius cæteris speciebus melonum in ventriculo corrumpitur: peculiare inquam insipidis fructibus, cum substantiæ craßitie, quapiam ammixta dulcedine: qualem angu-riam esse scripsit Serapion, ex Rasi: qua causa in typhoide febre, propinari consueuere, vt diutius commoran tes, sua craßitie, non facilè permutentur ab igneo calore: ideo feruorem demulceant.

CVcurbitæ quotidiani vsus, vsq; dum lignescant, vino, aquaúe refertæ, tunc quoq; peregre proficiscenti bus, vrcei vice sitis iniurias adimunt, & notiores sunt, quàm quod declaratione egeant: & si earum sint genera multa, generis nomen seruantia, et quæ edendo sunt varia quoq; sortiantur nomina: aliaq; gibo sa sit, ventricosa alia, aut in orbẽ collecta, lõga alia, lagenosa dicta, nõ propterea viribus, & natura, sibi inui-cẽ repugnãt: rigua, & aquosa amant: suisq; culmis, ac prælongis viticulis, vmbracula cõuestiunt: ideo rusticos à solis iniurijs tutos reddunt. hic vnum est animaduersione dignum: aromatopolarum vulgus improbum, in aua ricia, sordibusq; immersum, in quo nihil sancti, nisi quod cum lucro coniunctum est, semen melonis duntaxat, vel raro cucurbitæ, pro quatuor seminibus maioribus, solum ẽt intybi, aut lactucæ, pro minoribus imponere.

Diacorallium maius, alias magistrale.

REcipe puluerũ Diarhod. abb. ʒ. iij. coralliorũ vtriusq; an. ʒ. ij. fragmẽtorũ pręciosorũ, ʒ. i. sacchari, aqua ros. soluti, q. s. effinge tabellas: semunciæ pondere.

Cardialgiã sedat, cor ipsũ roborat, vomituriẽtibus, febricitãtib⁹, valde opportunũ: alii ita parãt, nec ignauius.

REcipe coralliorum amborum, fragmenrorum prætiosorum, & margaritarum, an. vnc. med. Est & Antidotus è corallio Myrepsi, longe uarium, vt etiam Proposito descriptum, post primum frigidum Diamargaritarum.

Est & Diacoralliũ Actuarij, podagricis singulare ab his longè diuersum, ideo prætermissum, vt quoque ab Alexandro, lib. 11. singularißimum tamen hac ætate præsidium, neminem fallens: nunc primum se se euexit, nunc exorta, atque excogitata, podagricos sanandi ratio, etiam cum ipsis articulorum callosis contractioni-bus, cœlitus, altisúe de montibus elapsa. Quandoquidem, ne vos in re manifesta longius immorer, Magnifi-cus Franciscus Pechius, nuper ex catharro, à nobis sanitati restitutus: huius medelæ exemplum, huius salutis, diuiniq; auxilij è cœlo delapsi certitudinem præstabit. hic .n. vbi mulam cõscendisset, Illustrißimi Ducis nostri cõmissa expediẽs, quinquagenarius, podagricus, diuturnis huiusce morbi cruciatibus oppressus, clà Marchio ne quodã, in ergastulũ cõiectus, vxore, vnico libero, omnibusq; alijs vita defunctũ arbitrantibus: anno iã trã-sacto vigesimo, hoc à Deiparæ partu anno 1556. à gallis in eã arcẽ irruẽtibus, incolumis adhuc inuentus est: mi roq; Vercellẽsiũ spectaculo, tanquã Lazarus è monumẽto, diuino equidẽ munere seruatus, nulla articulari læsio ne, ense accinctus, nullo innixus baculo, per vrbẽ incedit: omnẽq; ex tenui victu, à carceris custodibus indicto, podagræ, noxã effugit: vxore, filioq; mortuis: prædia, ædes, omneq; dinẽditũ, opimũ certe patrimoniũ, iure ipso

Mira Frãcisci Pecchii historia.

reuocare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

reuocare incœpit. in cibo igitur medicamentum. ea verò disticho, per iocum complexi sumus, vt infra.

Zumalia occlusus, bis dennis Pechius annis

Ter quoque, bis viuus, viuere posse putat.

Diacoralliũ minus, alij simplex.

RECIPE coralliorũ rubr. drach.iij.sacchari aqua rosſ.soluti,lib.med.in qua prius macerata fuerint,postea expressa,santalorum citrearũ,drac.i. caphuræ, gr̃.iiij. morsulos para. Ventriculum, & cor roborat, prægnantium fastidiis idoneum.

Diatrionsantalon.

RECIPE trium santalorum, rosſ. sacchari, añ.drach.iij. rhabar. antispodij, succi glycyrrhizæ, seminis portulacæ,añ.drach.ij. scrup.med. gr̃.v. amyli, gummi arabici, tragachanthæ, quatuor seminum frig.maiorum,seminis intybi, añ.drach. i. & med.caphuræ,scrup. i. alii addunt rosſ.vnc. i. & med.sacchari, q. ſ. fit vt supra, alii aquæ rosſ. pondus quadruplum, syr. rosſ. q. ſ. in Electarium.

Fuchsius ex Myrepso addit violarum vnc.med. nec immeritò,& rosarum, quantum omnium aliarum specierum: saccharum post santalos non legit, at ex syr. rosſ.aut sacchara.ſ.exagium scrup.iiij. vertit,nos drach. i. & med. Quidam legunt seminis portulacæ,drach.ij. scrup. med. gr. xv. Dessennius caphuræ, scrup.i. & med. & si ex Myrepso scrup.i. duntaxat legatur, Fuchſ.2.de comp.med. rosarum non meminit in calce, eidem tamen Myrepso ascribens, vt nesciam profectò, cur sæpenumero se adeo varium patefaciat.

Aduersus iecinoris, & ventriculi calorem mirum in modum pollet: tabidis, & regio morbo correptis,itidem prodest: hydropicis etiam, & lienosis ex Fuchsio.

AMylum, off.amidum, ex Diosco.lib.2.cap.93. ex eo appellatum est, quod sine mola fiat. optimum ex trimestri, natione Creticum,aut Aegyptium: ratio faciendi amylum hæc est:purgatum trimestre triticum madescit quinquies die,& si fieri potest nocte:quum emollitum fuerit,effunditur sensim,sine agitatione aquæ, quo minus cremor vtilis, vnà excludatur: vbi mollissimum esse videtur, mutata aqua, pedibus calcari oportet, rursus infusa teri, tum demum enatantes ibi furfures,in cerniculo eximendi: reliquum quallo sportisq; siccatũ,tegulis nouis confestim torreatur flagrantissimo in sole,nanq; si paulisper vdũ maneat, acorẽ concipit: ex Pli.lib.18.cap.7.probatur leuitate et læuore,atq; vt recẽs sit,& cãdidum:similem panibus lotis habere facultatẽ scribit Gal.1.de alimen.facul.cap.8.at 3.de alim.cap.15.inter crassi succi cibaria recenset.

Diatragacanthes frigidum.i. e tragacantha antidotum, d. Actuarij.

RECIPE tragacanthæ candidæ,vnc.ij. gummi arabici,vnc.i. amyli,vnc.med. glycyrrhizæ,drach.iij. quatuor seminum frigidorum maiorũ,añ.drach.ij. penidiorum,vnc.iij.caphuræ,drach.i.zulapij dupondius,hodie saccharo in morsulos fit.

Medetur omnibus pulmonum & pectoris vitiis aridis maxime tabidis,macie confectis inflammatione lateris laborantibus,& omnibus tussibus calidis,& siccis,exasperationi linguæ,& gurgulionis: contineat autem ægrotans in ore,vt liquefactum deuoret quoad perfecte exugatur.

Actuarius legit,seminis cucumerũ,drach.ij.duntaxat:nos reliqua ex Myrepso addidimus,qui ẽt ad gũmi arabicũ,addit drach.ij.caphuræ aũt scrup.med.legit,cætera paria ex Propo.at Fuchſ.seminis vrticæ,papaueris albi,an.drac.ij.subiũgit:legitq́; glycyrrhizæ drac.ij.ex eodẽ alia ẽ diatragacãthes,post antidotũ ex iride.

Diatragacanthes frigidum, cum bolo armeno.

RECIPE puluerum diatragacanthi fridi,drach.vi. boli armeni,drach.i. & med. sacchari aqua violarũ soluti q. ſ. Fluxiones etiam continet.

Quidam accipiunt Diatragacanthes præscripti libr.i. boli armeni sesquiunciam.

Diatragacanthu calidum.

RECIPE tragacãthę,hyssopi,añ.vnc.iiii.nucleorũ pini, amigdalarũ ambarũ purgatarũ,seminis lini,añ.drach.vi. seminis fœnugræci, cinnamo.añ. unc. med. glycyrrhizæ rasæ, & succi eius, zingiberis, an. drach.ii. sacchari quantum sufficit.

Propositus legit hyssopi,drach.vi. Myrepsus pondere variat:addit amylum,& cubebas: præbetq́; ex decocto myxorum,hordei,Dactylorum,pimpinellæ,tussilaginis,adianthi,glycyrrhizæ,hyssopi. varium est ex Gilberto adductum ex Brasauolo,qui quidem,quod tragacanthum recipiat admiratur,quoniã incrassat, coagulat,astringit & expuere non sinit,at vel nescius,vel oblitus est,ideo positum,ne à zingibere,cinnamomo,hyssopo, plus iusto exasperata arteria lancinetur. ad leniendum igitur, atque ad eius partis robur, commune in Brasauoli lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

huiusmodi affectibus, admixtum esse: pro amylo Fuchs. 2. de comp. med. lini semen libenter accipit, habetq; tragacanthæ, libr. v. pro libr. med. typographi (vt credimus) lapsu.

Valet tussientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus eiicere asthmaticis, empycis, anhelosis, suspirosis, peripneumonicis. phtisicis, & ad omnem coarctationē pectoris, stomachum confortat, digestionē procurat.

*Hyssopum, ex Diosco. lib. 3. cap. 26. herba nulli non cognita, duum est generum: montanum, & hortense.
optimum est Cilicium &c. floribus est origani vt Marcellus interpretatur, ideo à Brasauolo, ac Mat-*
Marcellus labitur. *thiolo annotatus: quod illis ex his magis probanda videtur Ruellij versio, ex qua omnem effugimus du-
bitationē, videlicet origanum folium habet hyssopo non dißimile, vmbellā autē non in rote speciem &c. quod
aūt capite de chrysocome, lib. 4. comā specie corymborum, hyssopo similē fecerit Diosc. quæ tamen in nostro spi
cata est, nō ideo auferre legitimā à nobis hyssopum contendit Senensis, quum vel textus corruptelæ ascribendū
Corymb⁹ verius sit, vel quia corymbus apud Homerū, nō semper hederaceas vuas designat, verum ēt vniuscuiusq; plan
te cacumen, quo folijs, ac ramusculis chrysocomē æmulari pōt: hinc ēt Monachorum inscitiā facilè deprehendā
quod græcæ lectionis ignari, legitimum hyssopum, ēt ex Brasauolo desiderari tradunt: quū tamen se alias hac
in re lapsum deprehendat Brasauolus, nec ab eorum opinione abhorreāt, qui uerū apud nos hyssopum fatentur
at quum ad Serapionis authoritatem obtumescant Brasauolus, ac Matthiolus, nō paruā huiusce rei dubitatio-*
Brasauoli ac Mathioli incuria. *nē mentibus affigunt: si quidem Serapion authore Isacho, ramulis, ac folijs maioranæ hyssopum reddit, Crate-
uas quoq; ita dictat* ὕσσωπος δὲ βοταὺκ ὁμοία σαμψύχῳ *Plinius ēt lib. 26. cap. 11. tres hyssopi bacchas contri-
tas ex aqua comitiales curare propterea candidius origanū è Creta hoc est eiusdem ramulis corymbaceis Sam-
psucho æmulum acrius, origanoq; odoratius pro hyssopo græcorū haberi poterit. Serapionē igitur, atq; Isachū
hallucinatos proferre nō possunt. quum præsertim Mesues, folijs thimi maioribus depingat, nostrum ad unguem*
Monachorum inscitia. *exprimens, & si Monachi quo quo modo se se res habuerit, capite de origano, eius quoq; certitudinē expiscari
nō potuerint: tā me hercle perfecta, tā eleganti, tā elaborata censura, vt ne vllā quidem iacturā faciat medi-
cina etiā si illa destituatur: syluestre ēt nos collegimus, facie, floribus, & coma cretico præscripto non absimile,
rudiore tamen folio, gustu amariore, quidā hyssopū mōtanū arbitrātur, gratiolā herbā, de qua capite proprio.*

*Amygdala quæ & nux græca ex Diosc. lib. 1. cap. 139. duplex est: alia amara, alia dulcis cibo idonea,
sed multo minus valens in remedijs, ex his quædā fragili, molliq; cortice integuntur: suntq; & nouo in
sitionis genere, in hortis Vercellēsibus, amygdalæ persicæ vocatæ paululum alijs suauitate cedētes: ex
Apulia, ac Mōteferaci asportantur. Fructus vbiq; vulgo noti: quumq; amaræ in medicamentis præstantiores
sint, calidiores videlicet, & valentius siccantes: ideo per amygdalas absolutè, has intelligendas suadent nōnul-
li, quum dulces quantum velis, occultato dulcore, processu tēporis amaritudine participent: Brasauolus tamē,
in Electariorum examine, vtpotè in Diaphœnico, per amygdalas simpliciter, dulces accipiēdas contēdit, quod
amaras intelligens, illis notam subijciat, Mes. in id conspirantibus Venerandis Mes. censoribus: quumq; Sera-
pion, ac Auic. in suis Diaphœnici cōpositionibus dulces inserant, ideo in eius cadere sentētiam: at qui huiusmo
di antidota, solo nomine conuenire asseruerit, mirū sanè existit, quàm friuola vtatur occasione, præsertim quia
gustui gratius reddant diaphœnicum, at in Electario alharif, vbi amygdalæ absolute scriptæ, dulces potius ac
cipiendæ videntur, quia nō ingratæ, emolliantq;, ac sua pinguedine, purgantiū venenositati resistant, ac si ama*
Brasauoli ac Monachorū opinio explosa. *ræ non emolliant, ijsdemq; priuentur facultatibus, quæ tamen ex Dioscor. multo magis proficiunt, nec sinunt
torminosum esse medicamentum, quale diaphœnicum asserit Brasauolus: ex dulcibus scilicet compositum, il-
la igitur hac gratia magis commendanda: per ambas, vel vtrasq; amygdalas, dulces, & amaræ accipiendæ.
Eligantur flauæ, plenæ, integræ, non erosæ, leues, intus candidißimæ.*

*Linum ex Diosco. lib. 2. cap. 90. vulgo notum est, nec minus semen æstate flauescens, vbi maturitatē conse-
cutum fuerit, quàm planta, è cuius filis, ad vitæ vsum quasi infinita fiunt: quin & in vnguento ex panno
lineo, ēt vetusti panni derasi, penè puluerati accipiuntur, & in vlceribus eorū fila: vulsum aquis primo
obruitur, mox siccatum stipario malleo tunditur, vel confractū carminatur, deinde in fila extenuatur, eius se-
men quum primo ordine quodāmodo calidum statuerit Gal. 7. simpl. 7. de cōp. med. inter frigidißima recenset.*

*Foenugræcum, à siliquarum figura corniculis simili, buceros dictum: alijs à caprino cornu, agoceron, qui-
busdā silicia, vel silicula, notißima est triuialis, trifolio similis, flore pallido, & pusillo, cauliculis exili-
bus, corniculis quibusdam. semen proferens fuluum, leuem inuersionem habens, & bouis cornu simile ui-
deatur, radice subrotunda, & oblōga, ex his est quæ viridia nihil olent, propter humorem, sicca autem olent,
ex Theophrasto 6. de causis plantarum cap. 23. siliqus est hortensis smilacis, breuioribus, minus torosis, semine
myagri, lotiue syluestris multo maiore.*

Diairis simplex.

Recipe iridis, vnc. med. sacchari candidi, puluerum diatragacanthi frigidi, añ. drach. ij. sacchari albissimi q. s. Dessennio, vnc. xx. nobis x. satisfaciunt.

Tussiculosis auxiliatur, lentos etiam humores expectorat.

Iris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

IRis, off. ireos, ex Diosco.lib.1.cap.1. à cœlestis, arcus similitudine cauo cauliculi sinu nomen accepit, radices huic subiacent geniculatæ, duræ aliàs solidæ, odoratæ, quæ frustratim dissectæ, in vmbra siccantur, et traiectæ lino reconduntur: melior est Illyrica, & Macedonica, ex Theophrasto 6. de histor. plant. cap. 28. quàm Macedonica, & inter has laudatissima, quæ pumila ferè, & densa constat radice, frangenti contumax, subrufa colore, gustu amaro, quibusdã feruenti, odore perquam syncero, ita vt nullum prorsus situm redoleat, quæ dum tunditur sternutamenta mouet. secundũ locum habet Africana, candicans, gustuq; amara: teredines in vetustate sentiunt: tunc tamen odoratiores reddi solent, Lybicam Illyricæ tantum cedere, quantũ cadauer viuo corpori, scribit Gal. 1. de antidot. cap. 12. non tamen aliis in gentibus ortam, multum ab ea degenerare: odoratior tamen semper est eligenda: Illyrica si eo quandoq; affertur, sicca est, & è spectaculo potius, quàm parandæ medicinæ: quæ tamen nobiscum oritur, flore cœruleo, aureis lineis interstincto, vulgo lirio azuro, vel cœleste, foliorum, ac florum paruitate, ac magnitudine, in satiuam, ac spontaneam diuisa, in scrobium marginibus, squalentibus etiã locis copiosa, & in hortis seruata, multo prædicta inferior est, solutione, odoris præstantia, & saporis aromatici. Est tamen & cãdidi floris, radice ad Illyricam propè accedente. propterea si ex natiuo loco reuocari non possit, montana, & in apricis enata, vel Florentina potius vtendum, radicibus vere collectis ex Mes. at ex Diosco. incipiente foliorum defluuio, vt par est. hic Plinio imponit Matthiolus, accusationẽ suam contentione, & ambitu defensurus, victoriam, ac triumphum, pudibundo aditu occupaturus: quoniam lib. 21. cap. 7. inquit. Illyrica quoque duum generum est, raphanitis à similitudine, quæ & melior, rhizotomos, subrufa, qua in re Diosco. refragari videtur, subrufam laudanti, quum multo insigniorem, non rufescentem scriptis commiserit, ideo hallucinatus. En igitur Dii immortales, quàm industrius, quàm officiosus huic contrauenerit Matthiolus, mox, mox, causa casurus: quandoquidem eodem lib. sed cap. 20. ita scribit Plinius. Iris rufa, melior quàm candida. vbi igitur non rufescentem præstare tradidit: quum se raphani similitudine iridem, non colore, sed radicis figura cõparasse, apertissimè demonstrauerit. hæ sunt Matthioli interpretationes, hæc ornamenta, quibus simplicissimè frætus bonos authores vellicare non veretur. si quidem quum Illyricã ab Italica differre existimasset, hac de re fortassis admonitus, sententiam mutauit. Plinium etiam quem inscitia accusauerat, repugnantia arguit, in latino codice cõparationis Plinianæ dolo nescius: ita.n. difficulter vitio, virtus inseritur: vt quãuis longe aliter, rem se habere fateatur: noluit tamen à malitia recedere, & Pliniũ potius non iniuria tutari, quàm ineptè accusare: quãuis vt ipsi, nescio quæ contribueretur gloria, vt amplissimos assequeretur honores, aut verius iustas, debitasq; pœnas solueret, raphanitẽ à Plinio dictam putet, vt astragalitẽ, quia radice raphanum representet, vt astragalus, sicq; in nostram deuenit opinionẽ, ad hanc insignem pœnam reseruatus, vt sibi ipsi latinè repugnaret, qui vultum semper eundem, qui immutatum, stabilemq; dicendi modũ profitetur. En quibus gradibus, in cœlũ videtur ascendere, quo cantu, quibus carminibus, propè ad immortalitatẽ assurgit: hæc est eius diuina virtus, non verò dolor varietatis, quum tamen ipsi hoc robore animi firmati, nulla mutatione diuulsi, quæ in hetrusca eius scripta septennio ante constitueramus, plura nobis, nec immutanda Latino eius volumine perlecto, obtulerint: & si consilia euentubus ponderare soleamus, atq; eius mulctatis opinionibus, ne quid ad eius vulnus, quibus hic opprimi videbatur, addendum acerbitatis putaremus: satis.n. nobis visum erat, tanta imprudentia lapsum castigare, quũ iacentem, aut præcipitem impellere, turpe sit, atq; inhumanum: quum aũt non modo, sibi ipsi aduersetur, non tantum excuset, nedum emendet: verũ ẽt erroribus locupletet: hinc nihil iustius, nihil exoptatius nobis visum est, quàm eum à falsa iamdiu opinione, in veritatis semitam cõpellere, & grauissimos viros authoritate, ac ratione comprobare: quum præsertim alio ẽt modo, quis Pliniũ tutari possit, pro quæ, legẽdo qua, e, in a, duntaxat transposito, vnde oĩs dubitandi ansa prorsus amoueretur: vel priore cõtextu hoc sensu astructo secunda rhizotomos subrufa, quæ & melior: vt non iniuria, tum ex raphani comparatione, tum altero ipsorum modorum, Plinium excusauerit. Amathus Matthiolo aperto marte conuicto: qui & si veritatem vbiq; sequi, ac non pati illam hominum authoritate offuscari, concionetur in Apologia ab ea se adeo distinctum, quantum à terra olympus, ibidem luce clarius, per se fidem facit iniectis in Pliniũ probris, defensionẽ suam improbè ostẽtans: qua aũt mansuetudine, qua humanitate, quo candore præditus sit Matthiolus, qui pauca quasi obiicere, nec nisi honesta in Lusitanũ, minusq; quàm par sit, in eum sæuire, arcũ minus intendere, gelasinis labris aconito delibutis apparet: grassatorẽ prædonẽ, ac profugũ appellat, hæc est lenitas, hæc misericordia, aut verius summa crudelitas, summa insolẽtia, audacissima seueritas, efferaq; improbitas: hæc est facultas ingenii, hæc dicendi ratio, egregia disciplina, aut verius cõis ambitionis inuidia, merũ profectò odiũ, quo Hispanos forte prosequitur, quia Senã ab Imperatore nostro desciscentẽ deuastauerint, depopulati sint, honore, atq; opibus spoliauerint: quod si hæc est causa, qua nouo hoc, atq; inusitato genere dicẽdi vsus sit, persoluit patriæ quod debuit: at in medicum qui nõ interfuit, tantopere cõmoueri nõ debuerat: vt.n. pulchrũ est benefacere, ita ẽt benedicere haud absurdũ est. quũ Lusitanus eũ plerunq; doctissimũ appellet, vt in nũcupatoria epistola.

Plinius protegit Matthiolo reprobato

Amathi scutum, & Matthioli arrogãtia

Diaireos Actuarii, aliàs Solomonis, vel ex melle.

REcipe iridis, unc. i. pulegii, hyssopi, glycyrrhizæ ann. drach. vi. tragacanthæ, amygd. amarũ, nucleorum pini, cinna. zingiberis, piperis, an. drach. iii. & med.

styracis,drac.v.Myrepso,drac.ii.scru.i.caricarũ,'carnis palmularũ, uuarũ pinguiũ exemptis acinis,sing.drach.iii.& med. addēte mellis, aut sacchari quantũ sufficit.

Amyli drach. iij. addendas contendit Fuchs. 2. de comp.med. quòd in græco manu scripto codice disertè legatur, nescius Actuarij nomine non inesse, ideo quum ex hoc translatum sit, addidisse potuit Myrepsus.

Brasauol° cespitat.

Datur cum decocto caricarum,seminis maluæ,hyssopi,carnis palmularũ,& vino calido in vesperis:in antidoto ex Iride,post antidotum albam, ponderibus variat: propterea mirum subit,cur Brasauolus, ac Fuchsius Actuarij non meminerint,quum Nicolai Alexādrini,& Præpositi compositionem hanc reddit,in cuius priore, quum legat pulegij, nihil tamen discrepare, neque vna syllaba, minus scite testatus est,& si pulegium habeat polij loco. Aliud est Electarium Diaireos Auic.lib.5.summa 2.tract,6.

Asthmaticis,difficulter spirantibus,raucitate laborantibus auxiliatur:abscisæ vocis iacturam resarcit,quæ refrigeratione contracta sit.

PVlegium,ex Diosco.lib.3.cap.30.herba vulgaris noticiæ,etiā hoc seculo,& si nonnulli hac in re subdubitauerint:quum ob tritam eius cognitionem ideo intacta effigie,præteriisset Diosco.nostra autem ætate, præteriti æui negligentia,& temporum iniurijs,notißima pleraq; vel spōte,vel humano opere nata, vix antiqua appellatione significari,vix digito ostendi possunt:quia tamē vulgare nostrum,Plinianæ delineationi ad vnguem astipulatur,lib.20.cap.14.vbi inquit menthastrum esse colore pulegij: ac sylvestre pulegiũ,simile esse origano, minoribus folijs, quàm satiuum,& à quibusdam dictamnum vocari,vt pariter à Dioscor.cap.de dictamno: nosque conspicuè videmus,vulgatum pulegium,origani æmulum,tenui lanugine obductum,flosculis purpureis,albicantibus,circa caulem,per interualla, ad serpylli similitudinem emittere, ideo cum claßicis omnibus huiusce tempestatis,idem esse cum vetustiorum pulegio,facilè admittimus:idq; satiuum,ac syluestre, marem,ac fœminam: mas candido,fœmina purpureo flore erumpit,efficacior,quasi monstrum,& res mare indigna:legenda sunt floribus onusta,Iulio videlicet, atq; Augusto mensibus: vterq; in Serui nostri cōmunibus scatet, in syluis etiam, atq; asperis locis: Galenus 4.de tuend.sa.cap.7.ex Creta,sin minus ex locis editis, & siccis potißimũ laudat:non desunt calaminthā,pulegij loco cōmodè vsurpantes et qui cōmunis vsus pulegium, vnā, alteramúe calaminthes speciē contendant. Quandoquidē calamintha, altera nepita scilicet, Dictamnum magis æmulatur, id quòd ex Matthioli pictura facilè intelligetis, & si cernuus in hoc ipse videatur.

Matthiol° taxatur.

FIcus multæ sunt species,omnibus omnes notißimæ,siccæ,off.caricæ appellantur:& si Hermolaus,peculiare suum habere genus censuerit, fortè ex Plinio,his verbis: Syria præter hanc,peculiares habet arbores,in ficorum genere caricas,& minores eius generis,quæ coctona vocant:nobis versicolores sunt ficus, & recentes,& siccatæ,flauæ tamen,& pinguiores,præsertim sparteis,turbinatis corbiculis cōpactæ interstratis lauri folijs, quales è Maßilia, & Piceno aduectæ,præstantiores sunt: paruæ quidem, sed gustu suauiores: aliæ enim ex Monteferaci,alibique multifariam calcatæ,in massam integræ, seiunctæque in sole siccatæ,clibanis,aut cisthis inclusæ,vel fidelijs maioribus inuolutæ,ficulneis folijs,minus valent: at neq; has deligunt pharmacopolæ verum squalentes, cariosas,& ineptas medicamentis admiscent: Est & ficus agrestis, alijs caprificus,tum liquore, tum succo valentior.

DActylus,quibusdam palmula, fructus è palma est,arborũ diuersitate multo in fructibus discrimine:ex Theophrasto 2.de hist.plant.cap.8.palmam habet Italia,at sterilem:quo circa dolendũ nobis videtur, quod iniqua dispensatione,nostro orbi illuserit natura,concessa nobis arbore,ex tot generibus fructuũ, Italiæ negasse:& si maiore melioris vitæ iactura,quàm vtilitate,desiderari non debuerit: præsertim in sanitatis vsu,vt ex Gal.in lib.de succorũ bonit.& vitio cap.4.& 2.de aliment.falcult.cap.26.ad nos ex Africa,et transmarinis partibus,copiosæ aduehũtur:quũ verò antidota quædā, Dactylos cheiron accipiāt,fortasse à græco κιρ'ρ'ον, .i.fuluos,seu rufos,maturiores ideo intelligantur:vt per acerbos,siue immaturos,astringentes,atq; austeri magis, si verò palmarũ rami,vt in vnguento palmeo requirantur:viridiũ defectu,myrteos, oleaginos, querneosúe substituemus.laudātur magnæ,flauæ,parũ rugosæ,plenæ tamē,et subduræ,ac pulposæ,nō cariosæ.

Diapenidion Actuarij.

REcipe penidiorum,drach.xvj.nucleorum pini,amigdalorum utriusque seminis,portulacæ,capitũ papaueris albi,singul.drach.iij.& med.cinnamo.caryophyll.zingiber,succi glycyrrhizę,tragacanthæ,añ.drach.med.addit Myrepsus, gũmi arabici,amyli,seminum melonis cucumeris,anguriæ, cucurbitæ, sing. drach.i. caphuræ,scrup.i. sacchari albissimi,aqua uiolarum dissoluti,uel syr. uiolati q. s.

Hoc itaque modo, omnibus inclusis, nihil desiderabitur, & si ab Actuario ponderibus, quoque euariet. Myrepsus, ac Brasauolus, drachmæ vnius,vel cum Proposito, sesquidrachmæ loco, vnciam vnam & mediam legat: ac pondera ad tragacanthum, asterisco notauerit Ruellius. ne igitur mirum videatur (quod semel dictum sufficiat) si in nullius exemplaria iurauerimus: verum vt res, ac ratio ipsa exigere, ac postulare nobis videtur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

detur: pondera nonnunquam immutemus, prout iam toties parata, & experimento comprobata, quadrare visa sunt, seplasiarijs paranda tradiderimus, omnibus nugis, ac cauillationibus prætermissis: Quandoquidem ex Fuchsio, 2. de comp. med. non planè ei quæ in Græco Nicolao respondet, nec è tenebris eruitur, pondera, ac simplicia, toties, totiesque augendo, minuendoúe, immutans.

Diacubebe.

Recipe trium santalorum, añ. drach. ij. antispodii, ramentorũ eburis, añ. drach. i. & med. ocimi, cubebarum, añ. drach. iij. quatuor seminum frig. maiorum, añ. drach. ij. seminis intybi, & portulacæ, añ. drach. i. ligni aloes, nucis moschatę, añ. drach. med. sacchari aqua intybi liquati.

Hydropicis febricitantibus, diutinisque affectibus competit.

Dialacca magna.

Recipe laccæ lotæ, rhabar. añ. drach. iij. spicæ nardi, mastiches, schœnanthi, costi, myrrhæ, croci, cas. aroma. cinnamo. bdellii, seminum apii, anisi, ameos, fœniculi, succi absinthij, eupatorij, sabinæ, asari, aristolochiæ, gentianæ, hyssopi siccę, amigdal. à rubiæ, coliculorum iunci odorati, añ. drach. i. & med. pipperis nigri, zingiber, añ. drach. i. myrrham, & bdellium, vino infunde: cætera tere, melle desp. excipe. Da à drach. i. & med. ad tres.

Ventriculũ, & hepar roborat, eorũ obstructiones aperit, iecinoris scyrrhũ dissoluit, & ex his nascentẽ cachexiã, & hydropẽ sanat, vrinas mouet, calculũ infringit. Quibusdã redundare videntur, comę schœnanthi, & casia.

Est & Dialacca magna Auicennæ, lib. 5. ab hac euarians, vti & Dialacha Myrepsi

Lacca, alijs lacha, & cancamum Dioscoridis, lib. 1. cap. 23. idem creduntur: collato Serapionis capite de lacca, & si pauca deficere videantur, librariorum incuria, Gal. et in interpretatione Atabarit adducto, in qua vbique, Pauli propriã videtur exprimere sententiam. gummi itaq; subrufum, ac pellucẽs, surculos incogitæ arboris vndiq; circumuestiens, ceu in his suapte natura concretum, in publicis off. paßim iãdiu, veræ laccæ loco habitum est, ad cancamum, ne propè quidẽ accedens: nullum gustu, suffituúe, odorem eructans, quæ in cancamo requirit Dioscor. nulla myrrhæ similitudine: vt quidã virosum saporem, myrrhæq; effigiem, senio perdidisse, ideo inodorum videri excusarent: quos deinde non latuit, ex eruditorum omnium medicæ artis studiosorum sententia: ijs deficientibus, iam non amplius cancami nomine dignum esse: hinc igitur dubij initium cœpit: quum multa laccæ nomine circumferantur, vtpotè quòd nobis potißimũ semi globuli, aut verius acephali cimicis forma, infectoribus hoc tempore maximè expetitum, ad inficienda serica stamina, vulgo chermesinum, quibusdam lacchetta: sitq; lacca, ex pimpinellæ bacca decerpta: sit è grano tinctorio, vulgo chermesinum Hispanum, vel massa ex virgino, bresilo scilicet, ligno tereti, & enodi tenui libro vestito, subter materie dilutiore purpura rutilante, cocco baphica, & natiua Serapionis lacca, diuersarumq; infectionũ sedimento, pictoribus vsui, ad rubrum subobscurum: vtrum istorum idoneum sit: quoniam quum aromatopolæ, pictorum facticia lacca vsi essent: Matthiolus vnà cum Mauritanis hallucinatos notat: Serapionemq; vt etiam annuit Brasauolus, cancamum cum Arabum lacca, simul confudisse, eorum authoritatibus adductis, vt omnia circumquaque inuoluerint: à communi autem officinarum lacca abstinendum, quod cancami notis omnino refragetur, vt à tinctorum cortinis prodeunte: quin & Monachos sanguinis draconis lacrymam ita vocatam, laccæ loco substituendam, stultißimè persuasisse: quum maximè viribus dißideant: hocq; valde sit astrictorium, lacca aũt roborando, non segniter aperiat. hanc itaq; controuersiam quum animaduertissent egregij quidam viri, nec non integerrimi, atque peritiores pharmacopolæ, in meum musæum, se recepere, ad me hac occasione conuolarunt, certo scientes, maximum præsidium humanæ imbecillitati, ab illustribus medicis suppeditari: taliq; oratione euagati sunt. Quoniam *compertũ habemus, te arduam simplicium, ac cõpositorũ prouinciam aggressum, alterũ sanè labyrinthũ, alterum nodum Gordium, quasiq; Hesiodi ascensum ad virtutẽ, à nemine hactenus vt res postulabat restitutam, chaos inquam indigestamque molem, asperam, & inaccessam difficultatem, indies magis exacrabilibus, prophanisque erroribus auctam: quid de lacca sentias percunctamur, personatos hos medicos, veluti ludibrio habentes, qui artem medicam illustrare, litigia dirimere, obscura, atq; difficilia enodare, & obnubilare creduntur, quasiq; vt quondam Hercules, augiæ stabulum repurgare, siue vt in specula quadam positi, omnia circumspicere, ac nullã partem prætermittere: siquidem Brasauolus, ac Mattiolus, quanquã de re medica amplißimè meriti videantur, quũ alios accusant, ac instruere videntur, resq; dilucidare, & si ambo ab omni labe se vendicent, quicquid est erroris in Serapionẽ reijcientes, illi non dißimiles*

Virginum

nobis videntur, qui colaphum alio incußit, postea diem dixit, quod caput haberet minus durum: qui quidem maius ne flagitium perpetrarint, tuum esto iudicium: ab his enim incertior hominum mens, dubiosa, vagáque magis redditur, ab his quasi mulierculárum verba ingeruntur: quumq; mutuo maledictis se asperserint, inutiliter discedunt: quid enim quæso istorum sunt disceptationes, quàm lites, & contentio, & prouocatio ad conuitia, & pugnas, & inimicitias: quod si id esset certamen, ea lis, quæ veritatis gratia ,; initur: quod primum ab Hesiodo, dehinc à Galeno honestum reputatum est, à barbarorum ineptijs medicinam liberarent, inueteratis, malignisq; vlceribus in ea relictis, cicatricem afferrent, quum vix splenium, debilißimamque manum admoueant: plus iacturæ, quàm commodi, periculosa hac sententiarum contrarietate adducant. quandoquidem omnem laccam inutilem censent, nec succedaneum indicant: Dialaccam igitur, decoctumque laccæ in pestilenti febre pemphingodeúe dicta celeberrimum, qua lacca, quoúe simplici paranda credis. Nempe quum omnem nobis calumniam obtorqueas, pharmacopola autem, medici sit quasi dextera manus, & rectè præscripta, probè, & sanctè exequatur, periclitantur non nostra, verum inscitia vestra, qui solo quasi compendio quatuorúe (vt aiunt) receptis, medici titulo ornari nõ veremini, & empto doctoris nomine, nulla vt plurimũ cognitione, periculis nostris (vt Plinij verbis vtar) experimenta per mortes agitis, artem tantummodo sic addiscitis, vt ex ea quæstum facere poßitis: te verò scimus liberali animo artem hanc exercere, atque hoc vnum potius studere, vt nullis fucata illa, sub medici nomine grauitate, vulgaribus scelerate imponas, atque ideo pecunijs plurimos emungas, non ciuilem potentiam, non inexplebiles voluptatum delitias appetere, non vnguentorum nitorem, non purpuræ splendorem, sed te dignum aliquid quotidie meditari, & scientiæ finem studiosißimè prosequi: his verbis pudore velut suffusus, ac perturbatus, quid ex tempore responderẽ, non habebam: illi autem ne erubescas, subiecerunt: hæc enim vt pleraque alia, data opera à te petituri sumus, qui candidißimos mores cum selectißimis disciplinis coniunxisti, qui hanc desertam viam, incultam, atque interclusam, hoc medicũ iter, infestis vndiq́ue paliuris, aspalathis, caninis sentibus, vastißimisq́ue spinis, & virgultis implicitum, ideo non solum speciarijs, verum etiam doctißimis quibusq́ue peruium reddis, runcone, putatoriaq́ue falce, spinas demetis, radices altius infixas eminus euellis, virgulta hæc pedibus calcas, illa manibus inflectis, redeuntiaq; statim conuersus, penitus secas, vt tandem ab omni errore immunes, hac, atque illhac cursitare valeamus, & si hæc purgaturus, multum temporis conterere cogaris, vti & Galenus, in eo de caus. procatar. 1. hos igitur medicos liuores, rugas, elephantiases, labesq́ue nobis ostende, vt quæ anormi regula directa aliquando fuere, non amplius distorta permaneant: quamuis. n. non ignoramus te reliquis Vercellensibus medicis iuniorem, ab incunalibus vsque, ex præclara indole tua, non vulgaribus indicijs, maximam expectationem conceperamus: quã neque nos frustrari, vbiq; prædicare non desinimus, ita enim natus, ita educatus videbare: primum quidem vt maiorum tuorum dignißima stemmata obiter, & raptim prætereamus: ex vetustißima Alexandrorum familia, olim Romeni domina, & si temporum iniuria bellicorumq; iam diu tumultuũ aggreßibus, Vercellas proaui tui nescio quo pacto concesserint, quum adhuc Eporediæ commorantes, præsertim Magnificus, ac præclarißimus iuris vtriusque doctor, affinis tuus, Ill. Petrus Alexander, Vercellis alibiq́ue pluribus magistratibus functus, eius dominij partem, Cæsareo sanè antiquißimo priuilegio obtineant, nulli tamen integritate cedens, insignis Stephanus pater tuus, natura lenis, moribus probus, vita innocens, rectæ voluntatis, perspicacis ingenij, incredibilis sapientiæ, æquitate, probitate, & temperantia, supra omnes commendatus: vxorem duxit Aloisiam matrem, ex clarißima nobilium Donæ Oldenici, comitum Sancti Georgij progenie: at quamuis fortunæ, opes, honores, corpori vel arte iunctæ, aut natura ingenitæ, non modo virtutes tuas exornent, atq; honestent, sed etiam cumulatißimè extollant, quo cum cineribus, huius leuis spiritus vsura, non emarcescat, non fragilis, non fluxa euanescat, verum æterno stabilitatis suæ fundamento, ad vltramundanas mentes euecta, æternitatis gloria protegatur, ad quam, aliud alij natura iter ostendit: nunc etiam memoriam, ne dicam propè intermortuam, generis virtute renouas, industria perficis, & ex annalium vetustate, nobilitatem tuam eripis: nimirum igitur, si ex his natalibus, probatißimisq́ue parentibus, eo te met, velut è musarum sacrario, quatenus & genius, & temporum ratio præbuerunt, ad artem medicam illustrandam dederis: nobis tamen adeo recentis es memoriæ, vt anno à Seruatoris nostri exortu, supra mille, quingentos & triginta, 11. Cal. Octobris, nocte Mercurium sequente, hora tertia natus, quasi infantulus, quo tam veloci motu adoleueris, quàm promissa barba venustatem tibi conciliaueris, penè somniare videamur, tametsi innumeri igniculi, & velut in bonam frugem venturi, primordia elucescentia, multiq́ue congressus, tum publicè, tum priuatim facti,

Ioãnis Lãceæ laus

tunc sanè, quum sub eruditißimi Ioannis Lanceæ disciplina mæreres, sub quo plures laurea insigniti euasere, quàm ex equo Troiano strenui prosiluerint duces: ætate tyrunculum eruditione veteranum demonstrabant: quippè quod vrgebas studia, supra comilitones omnes, non modo interdiu, sed etiam noctu: mox mox studiorũ tuorum ratio increbuit, vt anno tuæ ætatis vigesimo, libellus Ticini prælo traditus Biuij nomine, per hora hominum euagari cœperit, in quo Deus bone, quæ copia, quæ varietas, quàm multiplex lectio, quæ his in elegis obseruationes, quæ facilitas, quæ grauitas, eius potißimum ætatis habita ratione, in qua tot nobis blandimenta, natura ipsa gignit, quibus vel sopita virtus conniueat, vel lubricis adolescentiæ vijs insistens, hinc nisi magno cum discrimine, emergere vix poßit: at tu maturo quodam iudicio afflatus, maiori cũ admiratione, ac pondere, epitaphijs, atque orationibus non paucis, grauißimis comitatus sententijs, Principum, & nobilium

multorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

multorum laudes decantaueras, vulgari etiam idiomate non modo soluta oratione, sed & carminum concen-
tu, plura quoque lepidissimè prosecutus: quæ tamen cum blattis, & tineis, potius rixari mauis, quàm quo-
rundam improbitati seruire, hoc præsertim seculo quo virtus omnino vilescit, quo primatum Principum-
que mentibus, ita inhæret Mamona, tantaq; conquirendæ pecuniæ auiditas, & bonarum artium contemptus,
diuitiarum verò existimatio, & ciuilis potentiæ admiratio, vt virtutem vicerit auri sacra fames, sapientiæ
studio præponatur, virtus post nummos. propterea vno asse scriptores non æstiment, non eleuent, non tuean
tur, non foueant, nam Plinianũ est, postquã desiuerunt facere laudanda, laudari quoque ineptum putarunt, be
nefacere igitur quum cessarint benedicere de illis sacrilegium credunt, denique anno Dominicæ Natiuitatis,
à mille quingentesimo, quinquagesimo primo, die Sabbati 14. Cal. Ianuarij, qui erat vigesimus primus tuæ æta
tis, summa omnium admiratione, faustu, ac triumpho, laureæ, & doctoris titulis, Papiæ, in artibus & medi-
cina decoratus fuisti, quasi ad eam natus, & effictus: at in patriam reuersus, obuijs vlnis, fronteque hilari, à
cunctis ciuibus susceptus es, tunc statim à pluribus accersitus, medicam artem tali cura exercuisti, vt vix suc-
cisiuis horis studio satisfacere posses: nec defuere æmuli, & gancones quidam, succo loliginis intincti, qui tam
paruo temporis spatio, iam ubique bene audientem famam, fraudibus compescere eniterentur: quamuis à tuis
moribus, & instituto, lõge semper fuerit alienũ, te videlicet gloriolæ, aut popularis auræ cupiditate, in illos te-
la vibrare, sed vt amicis, ac bonis animis obsequereris, vel vt veritati patrocinareris: at cõtra prorsus res ces-
sit, quam primum enim Theonino morsu, zeloque, ac liuore punctos animaduertimus, quàm primum extincta
illorum simultate, veritas refulsit, quantoque magis de te obloquebantur, magis ac magis se ipsos fallebant,
quod gloriam maiorem tibi expiscarentur: quo factum est, vt vix annum vigesimum tertium ageres: quũ am-
plissimæ stirpis Suardæ, vnicam virginem, matris Angelicæ, in eius primo puerperio mortuæ hæreditariam, à
multis, & his quidem nobilissimis in connubium expetitam, cum propter eius singulares animi & corporis do-
tes, tum ob dotem numerosam, tecum in matrimoniũ collocarunt, nec potuisti tam honestæ petitioni repugnare,
parentibusque, ac amicis, id summo studio efflagitantibus, non morem gerere, communi ciuium epithalamio ap
plaudere, quippè quod multis iam præteritis annis, nobilitate forma, ac sapientia, tam par copula nondum illu-
xisset, vt in vos cadere illud Virgilianum posset.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
Et cantare pares, & respondere parati,

tantaque erat apud omnes huius coniugij expectatio, vt fœlicissimum æuum vos victuros opinarentur, & si
sinistro fato, prho dolor, ne dicamus Dijs tam fausto, fœlicique amore inuidentibus, aut quia nullus in fortu-
næ, naturæque bonis, tam fœlix homini fructus, cui non coniuncta aliqua noxa sit: neque enim habet natura
aliquid tam amabile, aut fortuna tam lætum, & hilare, vt non continuum coniunctum, hærensue, aut mixtum
illi sit, quod ingratum corpori, aut animo triste, malo doloris sensu, hominem torqueat: nulla enim naturæ pura
voluptas, neque tam præsens, certaque, quin assiduitate sua exolescat, fastidiumque pariat, quin contrarijs re
rum euentibus, tristi veneno omnia inficiat, tã repente sublata est adolescens, optimi habitus, vix annum agẽs
decimum sextum: quandoquidem certò scimus, in die festo Diui Francisci, quo nomine domestici vniuersi ge-
stiebant, secundis rebus exultabant: heu quorsum hæc proferimus, quæ meminisse animus horret, nedum refer
re, nisi vt scopum attingamus: quum etiam omnes fortunæ sæuientis impetus, æquo animo perferas, atque eos
præcipuè, qui ex repentino hominum obitu contingunt, quos ad hoc natos esse cognoscis, vt bene viuendo, vitam
acquirant cum omni fœlicitate, perpetuò duraturam, quum præsertim mors non sit supplicij causa constituta,
sed necessitatis naturæ, aut laborũ, aut miseriarum quies: & si intimis præcordijs, etiam plusquam deceret,
inflictum vulnis recrudescat: atque adeo intestinum dolorem nunc reuocemus, luctum, quærelas, lacrymas,
crudeli quoque animo, atque inhumano, hircanis etiam tigribus, marpesiis cautibus, adamantinisque cor-
dibus, etiam atque etiam deploranda, maximo cum gemitu, magna cum lamentatione mulierum, ac virorum:
ne maximis cum suspirijs huiusmodi acerbissimum fatum reuoluamus: ne cum auditu crudelia, tum visu nepha
ria, tuo ingenti tædio, nostroque, hæc prosequamur: certò scimus, celeberrimo medicorũ Vercellensium, curia-
liumque collegio euocato, omnibus ad eius curam accersitis, quum in re propria, amoris vehementia, atq; abun
dantia, deficere, ac hebetescere dubitares: quoniam amans, erga amatum caligat, cæcutitque, atque nostri ipso-
rum amor plerunque nos, in nostris solis rebus cæcos reddit: quamuis aliena perspicacissimè contemplemur: so
lentque & summi gubernatores, in magnis tempestatibus, à vectoribus admoneri, ad plebis euitandas susurra
tiones, rebus admodum opportunis prouisum esse: postquã eius decubitum, triduo ante neutrali dispositione
postposita: quum duodecimo die irrupissent exanthemata vocata, medicos quosdam, communis laccæ decoctũ
exhibendum proposuisse, qui & si non esse caucamum agnoscerent, & planè faterentur, nihil continuò, diu-
turnoque experimento probabilius, nihil sensibus ipsis clarius, fœlicissimeque vsurpatum, & euentu ipso fir-
missimum testimonium præbere contendebant, ideo ob rationem, nullo pacto sensum, abnegandum esse, morbil-
los, aut verius pulicaria vestigia, ad periferiam potenter extrudere, iam millies, & eo amplius cognitum, ideo
ab vsu non recedendum: alij oppositas rationes adduxere: annexa atheos Diagoræ sententia, quòd superstites
tantum recenserent: at quum non esset inualescenti febri, & continuè sæuienti, remedio locus, decimo quarto
die diuo Lucæ sacro, quo nomine eximius pater suus olim vocabatur, hora sexta noctis, Iouem sequentis, ad su

peros

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

peros euolasse, nono à nuptiarum vestrarum mense, sextoq́ue die, compertum habuimus, atque in Beati Laurentij templo, hoc mausoleo decoratam.

Sarcophago hoc inclusa nouo, iacet Anna Suarda:
Bergomeæ summu- nobilitatis honos,
Integra Pandoræ nulli impar, munera obibat,
Eloquio, & forma, moribus, atque fide,
At decimo sexto nupta est, & mortua in anno,
Sic redit ad primum, venerat vnde iubar,
Diua ab Alexandri, Francíscus prole maritus
Et gemitu, & lacrymis vltima verba dedit.

id quod & si mirum videatur, prho Iuppiter, quod in die festo nominis tui ægrotare cœperit, in orgijs nominis paterni vitam cum morte commutauerit, num mirabilius? num merum posteris miraculum apparebit? quod in anni lugubris complemento, eodem die ob diuum Lucam solemni, à morbi initio, ob febrem ardentem, peruigilium continuum, paraphrenesim, sitimq; inexhaustam, & dolorificam, vniuersalemq́ue lassitudinem, ob innumeram languentium copiam acceptam, denique ob Hippocraticam faciem, omni viuendi spe adempta deploratus, ab omnibus tuis collegis derelictus, eodem inquã die, sine visu, sine auditu, nulla ferè expiratione, nullo pulsu, voce intercepta, conuulsus emori, iam, iã videbare: nimirũ, vt vera paulo post futuræ mortis indicia, veluti in vetusto pariete, & quæ infirmo stat fundamento, rimæ, & spiracula, futuram ruinam prius minantur: iamq́ue per vrbem vniuersam, maximo omnium mœrore vociferatum erat, te omnino diem obijsse, ac in fata cõcessisse, ita vt alij de medicis obmurmurarent, quibus tamen nouimus, te immortales gratias ægisse, præsertim

Marci Antonii Cusani laus.

Magnifico Marco Antonio Cusano, affini tuo, summi iudicij, & exquisitissimæ eruditionis, simul ac magna nominis celebritate maxime obseruando, quod ex vomitu intensissimo, hypocundrij dextri tensione, cum catharro periclitanti, quarta hora noctis, sua humanitate, salubribus admodum remedijs tibi occurrit: quanquam biduo post, firma, ac stabili medicorum omnium opinione, & si ad eam diem firmiore nexu compactus, contra tot mortis præludia, victor aliquando pugnauisses, desperatus iam animam efflare, ac expirare videreris, atq; obvirtutis imbecillitatem, totus naturæ derelictus, ex Galeni fortasse sententia 11. meth. med. cap. 9. in quibus desperata omnino salus est. Isach Hebræus artem medicam quibusdam etiam inuitis exercens, nescio quid supra hominem non præstiterit, non communi calopodio, cum fortuna ludens, tuaq́ue fretus adolescentia, clystere commune indi iussit, quo vltra quadraginta spyrathos caprinas excreuisti, diluculo etiam medicamentum propinauit ex melle roscido, rhabarbaro, & rhodopharmaco: idq́ue in sancti Lucæ vigilia: quum verò paulo post, proximè morituri signa accidissent, conquesti, quod te interfecisset: diuino potius munere, soteria ab amicis requirere posse, ac in portu nauigare contendebant; verum hæc missa faciamus, quum omnes falsæ iactantiæ rumores aspernas, qui laudes veræ gloriæ cõsectaris, quid de lacca sentias, pro totius reipublicæ salute, explanare te obsecramus, atque obtestamur, vt quæ in hominum opinionibus versantur suppressa, quasi incredibilia, mirificum, maioremq́ue laudis incrementum, palam ægrè, ferentibus, moras omnes, & parturiant, & de se specimen præbeant: te enim scimus non dissimulare, at hæc omnia nobis libenter impartiri, ne tibi quòd olim Platoni in Parmenide contigat, quanquã non à iuuenili certamine, non à senili ambitione ducaris. Ego autem Amici charissimi, & si inexplebili exarserim cupiditate, iuuandi artem medicam, hæcq́ue illam exercentibus, ac veritatis studiosis, non iniucunda, non ingrata, non infrugifera fore confidamus, id tamen certò scio, Aethiopes inalbare aqua, oleum planè ac impensam amittere, cum Vercellensibus quibusdam Acesiis, qui nihil temerè non audent, qui longo abusu seducti, sibi placendo malunt aberrare, & suæ ceruicis duritiem consulere, ac manifesto in errore versari, quàm æquilibrio cedere, & falsa dediscendo, vera addiscere, illisq; asuescere, quorum infortunio miserti, multum veniæ condonaremus, nisi volentes, & scientes, hominibus imposturam facere cognosceremus: horũ enim captiosas argutationes refutauimus, nomenq́ue, ac famam, honesto veritatis studio retudimus, inanem illorum nugacitatem vilipendimus, vt quantum per me fieri poterit, omnibus artis medicæ studiosis fiat satis, quum in literaria palestra, ita me me semper exercuerim, vt nullum vnquam tempus prætermiserim, non de literis cogitandi, atque optimè de humano genere promerendi, vt nunquam me ocium ab his abstraxerit, voluptas auocarit, somnus retardarit, non ideo desidia, inertiaúe emarcuisse, non languescere, non obmutescere videbimur, non triobolares homines, & qui alienam industriam, suo torpore metiri consueuerunt pertimescere, aliorum furorem extinguentes, opprimentes audaciam, quod si cõtingat inter tam maximas procellas, impetuosos turbines, furentes ventos, inter fulmina, & tonitrua, quasi in æstuoso freto, in tanto rerum discrimine vacillare, ac humana caligine cæcutire: quum non semper feriat, quodcunq; arcus minitatur, & nunquam cespitare, supra caput hominis sit, vt quàm minimè aberrare solius artificis, ex Galeno 3. Progno. cap. 41. atque ferè omnes iniqua animi propensione corrupti, ingenijs nostris impensè nimis faueamus, nec rem acu nos semper tacturos agnoscamus, non ea sumus pertinacia, sicubi lapsi fuerimus, vt melius ac sanius sentientibus acquiescere, posthac vereamur, non adeo sumus mordici, vt quæ semel arripuimus, semper tenere animo insideat nostro, vbi præsertim potiora se se offerant argumenta, non eius ambitionis, aut inuidiæ, quin ab Amathi calumnys, Matthiolum tutati, ante eius apologiam videamur: quin alterum ab eius

Vercellensiũ quorundam medicorũ pertinacia.

censura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

censura sæpe vendicemus: vt quantum cura, labore, vigilijs, authoritate, fide, industria, consilio eniti, atque efficere, etiam, atque etiam potero, & plus penè quàm potero, nihil prætermittā, quod ad hæc pertinere, mihi persuaserim, quod ad vos promouendos prouehendosq;, ponderis satis sint habitura putauerim: & si tanti me non faciam, vt de vestris discordijs, iudicium ferre, vel possim, vel debeam: neque in me sit viuax illud ingeniū, non tantum authoritatis, quantum vos hac petitione iudicatis: iccircò subolet fucus, me vobis ridiculo esse, aut quod verò propius est, amoris in me vestri vberiori quodam fonte, tota errare via, quod eximiæ laudes, innumeriq́ue tituli, quibus me in Cœlum extollitis, non parum nihil displiceant, quum ingenij mei tenues vires animo complectens, satis prospiciam tenui stylo, leniq́ue oratione, sine vllo verborum effectu, sine vllis dictionum lenocinijs, hæc inuulgasse, qui altius sulcare poteram, à rudibus pharmacopæis non intelligi veritus, ideo quotidiano stylo, verborum anxios delectus, eloquentiæ flosculos, & nitorem subterfugisse, quasi apud eruditos, ne mentio quidem vlla de me fieri debeat: mihi enim non summo tantum, neque arrogo: qua propter vos obsecro, vt posthac modestius de me censeatis, ne quem honorare cupitis, oneretis, in nephariumq́ue assentationis vitium incidatis: at postquam ita iubetis, si mihi in alterutro peccandum est, & si grauissima seculi præsentis infamia, quum præsertim nihil intentatum, nihil inexpertum, nihil occultum esse videatur, quod non in medium protulerint, quum nos suis monumentis non inuitauerint modo recentiores, sed vsque eo læti iuuerint, vt illis penè omnia accepta sint referenda, malo parum prudens, quam sægnis dici, malo inscitiæ, quam ingratitudinis nota inustum iri, quum vobis innumeris beneficijs astrictus, non possim non nisi gratificari, & si veritus proprij imbecillitatem iudicij, in proprijs potissimum inuentis, & meditatis, in quibus vt falli, atque decipi facilè est, æquè difficilè nasutulorum sugillationem effugere, vbi præsertim adeo ingentem errorum cateruam debellare, in animum induxerim meum, nec vllus scribendi modus mordacitatem possit effugere, ~~vt~~ ex Galeno 2. de Crisi. cap. 8. Cæterum non prius parerga antedictis prætermittam, collegis videlicet omnibus, quod probè, ac sanctè, sua functione vsi sint: quod ij meam salutem, atque vitam, sua beneuolentia, præsidio, custodiaq́; texerint. donec vitalis spiritus hoc in corpusculo palpitabit, semper deuinctum, & obligatum, par pari rediturum. Isach autem Hebræo, & si vt multis visum est, nulla ratione, in die iudicatorio medicamentum propinauerit, quum trigesies in die inconcoctum mingerem, atque illhac (vt aiunt) natura vergeret, saltem non possum, nisi summas gratias agere, adamantinis literis exculpere, quod omnem pro salute mea voluerit lapidem, feceritq́ue quod potuit, incredibilem suum erga me amorem testatus, iccircò auram popularem hebraica eruditione venatus. Quo ad laccam, quum decoctum laccæ dupliciter parabile, ab Auicenna scribatur lib. 4. d. 4. fen 1. cap. 10. ex Rasi. 18. continentis, & quam ipse 5. can. in trochis. laccæ, & rhabarbari, laccam lignorum appellat: æquum sanè est, laccam Mauritanorum descriptione accipere, & quis sanæ mentis id vnquam negabit? quis nisi mala fortuna, aut genio infesto exagitatus? ea verò super arboris mespili surculis, è Cœlo decidua scribitur: idq́ue diffusius ex Serapione, authore Isach: res rubra, tenuibus lignorum virgultis inhærens, sapore non ingrato, ad pannos rubro colore inficiendos, quam infecturam, chermes appellant, & quod remanet, laccam tinctorum: palam itaque est, legitimum chermes, ne dicam granum tinctorium, vt eo in capite, hodie etiam in infectorijs officinis chermesinum, vel lacchetta appellatum, sericis velleribus eo infectis, vnde pretium serico rubenti imminutum, veram esse laccam, atque à Græcorum cancamo differre: hæc amarescit, gustu astringit, in rubrum inclinat, & masticata, saliuam rubro colore diluit: his igitur deobstruit, firmat viscera imbecilla, & iecoris dolores mulcet, coloris affinitate directa, massam sanguineā defæcat: quantum igitur inertes, quam stolidi extiterint præteritæ ætatis medici, priscorum commentaria sine delectu suscipientes, quod vis aliud potius, quàm authores voluerint significantes, hinc conijcere licet: quum potius cocco baphica, vel tuberibus pimpinellæ radici agnascentibus vtendum fuisset; laccæ barbaræ loco, cui videlicet hæ omnes insunt qualitates: quumq́; ex Gale. 1. meth. med. cap. 3. duo sint instrumenta, quæ fidem his faciunt, quæ rectè sunt inuenta: nos primi Vercellas ferri iussimus, ~~à fidissimo pharmacopola Baptista Cataneo~~, eaq́; ad prouocandos morbillos, iecoris meatus expediendos, aliaq́ue nonnulla, fœlicissimè iam septennio vsi sumus: noruntq́ue omnes ante excussa Latinis typis Matthioli commentaria, in quibus Fuchsio propè in nostram sententiam eunti aduersatur, & si 1. de composi. med. cap. 11. se implicet, integro collegio, me omnibus nostris medicis proposuisse, huiusmodi chermesinum, veram esse arabū laccam: tutissimi etiā in puerulis usus: & quamuis Auicenna cap. de cheichen, & de lacca, se ipsum explicare nesciuerit: Auerroes tamen, per laccam cancamum intelligere non videtur, & si vno temperamenti gradu, à Serapione distet, cætera similia sint, vt hepati robur addere, eiusq́; obstructiones aperire, cancamo à Græcis non attributa: optimū igitur chermesinum, idest acephalo cimici simile, à Venetis infectoribus expetatur, quo autem integra res, nemini dubia, Matthioli dubitationibus occurrat, quo hetrusca, latinaq́; eius commentaria, inter se discrepantia, sibi met contraria, omnibus eluceant, inuicem collata vsque adeo sibi repugnare videbuntur, vt ex alterius authoris officina, prodijsse, planè existimari possint, neque enim adeo immemor, adeo rationis expers, vel adeo perditus fuerit vnquam, si plebeis ipsis inuulgata iam pridem commentaria, abolita non esse cognoscit, at omnium manibus teri, si fixa illa, stabilia, immotaq́ue sibi persuadebat, ab eius serie discedere non debuerat: sin verò opinione mutata, vt in pauculis quibusdam ab eo seruatum est, pari itidem ratione, alias alio modo sensisse, fateri tenebatur, quandoquidem Italicum caput de cancamo, ieiunum profectò, atque inops, cum eiusdem latino mutuò comparantes,

Auicennæ confusio

Matthiolus vertumno mutabilior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rantes non sine maximo Matthioli dedecore, non crimine exiguæ culpæ, tam diuersa, adeo contraria legent, & spectabunt, vt quæ in altero affirmarit, in altero negare non sit veritus, vel mutato propositu, dubitatiuè rescribere; hæc est hominis fides, hæc authoritas, hæc dogmatum sibi met contraria conditio, vt quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur affirmantibus, vt si verum tum, cum verissimis argumentis dixerint, nunc mētiantur, si tunc mentita sunt, doceant nos verum: prius enim cancamum Dioscoridis historiæ consonum desiderari, eoque nos destitutos asseruit (latinè autem peritorum concepta opinione, ita ferri) eos præterea falli proponens, qui officinarum gummi pellucidum, rubensque, legitimum esse cancamum supponunt, quòd erroneam Mauritanorum viam sectentur, &c. vt denique, quum vellit illorum laccam, idem præcisè quod cancamum esse, id autem ad nos non aduehi, ideo eius succedaneum se ignorare fateatur: Latinè tamen, nescio quibus argumentis adducitur, vt quasi laccam Arabum, à Græcorum cancamo nō dissidere persuadeat, & si hæc ad veritatis indaginem, nulla affirmatione proposuisse fateatur, in Amathi censura satis superq; cōprobasse, Mauritanorum laccam, & Græcorum cancamum esse idem asseruit, at videte quæso, in calce sui capitis, de lacca, vbi sibi ipsi prorsus aduersatur, quod videlicet vitiato Anazarbæi textu, prouenisse suspicetur, vbi cancamum virosi, gustus apposuit, quod Serapion in huius reddēda lectione diligentissimus, huius particulæ non reminiscatur, Paulo autem odore sit grato: quumque ex Dioscoride ad suffiendas vestes cum myrrha, ac styrace expetatur, hæc maxime eidem testui repugnare, quod hic ad suaueolentiam accendatur, nec virosi gustus esse possit, quod certè fœtoris esset indicium: denique vulgati gummi usum prosequendum, de quo scilicet Arabes intellexerint, ad sericorum vellerum infectum copiosissimum. videtis si vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, oporteat, quod genus sit ostentationis, & triumphi, quæ spes de eo concipi possit, quum præsertim eo procedit argumēto, quoniam ad vestium suffitus adhibetur, ideo virosi gustus esse non potest, quasi odor, & gustus in idem coincidant, quasi aliqua odore grato commendari non possint, ingrato gustu, atque iusuaui, quum omnia propè odorata, amara sint, idque ex Theophrasto 6. de caus. plant. cap. 13. quod si dulce misceatur velut initium erit grati saporis: quin idem Matthiolus in apologia, de syderite dissentiens, suis se telis opprimens, scribit: multa enim habentur, quæ odore maxime placeant, & sapore displiceāt: præterea odoris, & saporis differentias, ex Theophrasto addiscere facilè potuit 6. de caus. plant. cap. 1. si in Aristotelicis libris versatus non est, neque in Galeno 4 de simpl. med. facult. cap. 22. quod si quispiam moschū, zebet, ambarumque odoratissima gustu consulat, virosi gustus potius deprehendet, quàm secus, vngues etiam odorati, castoreum redolentes, suauibus aromatis in odorem addunt, nec quoniam his admiscentur, ideo iucundi odoris esse proferenda, vt in hoc Paulus, ac Dioscorides, non ideo discordes, appellari possint: quo ad Serapionem, qui & styraci similē facit, ex Dioscoride, quot in locis à Matthiolo repudictur, testibus non est opus: in græcis omnibus, latinisque versionibus, particula hac vbique lecta: at demus illi gratum odorem, si idem esse Serapionis laccam, absolutè comminiscitur, eamque iam multis seculis vsitatam in infectorum cortinis, caruncularum mamillarium ingenti obstructione laborat, & si rhinocerotis naso præditus sit: nullo enim grato, vel ingrato commendatur odore gummi illud, subrubens, surculis circumuestitum: qualem autem cum myrrha quodammodo inneat similitudinem, lippi ipsi dijudicent: ad hæc enim alludit potius Belzoinum, quod cancamum à doctis quibusdam existimatur. aliud est quod audio, quod à Venetis, Mediolanensibus, Ticinensibus, aliisque infectoribus sciscitatus sum, ab his præsertim qui serica stamina, non tantum rubro, sed aliis quoque coloribus diluunt: an rubrum, chermesinumúe colorem inducturi, hoc vterentur gummi laccæ officinarū, quod vel Sumatri, à Sumatra insula vocant, vel Comberti, aut Cambaiti, à Cambaia, vbi Iosephus Indus, vberius nasci, quàm alibi gentium asseruit: qui quidem apertissimè responderunt, se certò scire, nullo tinctoribus vsui esse, vel surculis obuolutum gummi, vel in glebas compactum, cuius in myropoliis est vsus, facta illis vtriusq; copia, nec velleribus imbuendis, apud eos vspiam reperiri, quum verò illis obiecissem Matthioli dicta, cachinnantes, illique iniurii, hoc coram vsi sunt experimento, pertritam laccam ex aqua coxere, lintheum album, floccos, sericumq; nullo colore imbuta, triduo immersum, & coctum, ne paruum quidem contraxisse ruborem ostendere, propterea ad eos vsus inutilem, nec expetitam, iure iurando fidem facere: illisq; solum esse grani puluerem, in massas obduratum, secundum ex planta pimpinellæ vulgaris æmula, vt tertium in cimiceos globulos, quasique semipilulas, quod propriè chermesinum hodie vocant: de quo scilicet intelligit Ludouicus Romanus, sexto suæ nauigationis libro, scribens: mittit & ea regio laccam, vnde conficiunt rutilum colorem: communem itaque medicorum laccam, non cancamum, non Serapionis laccam esse, non modo ex his liquido constat, verum quia è Cœlo delapsa, super ramos arboris Guberæ scriptum est, Isacho præterea res rubra, & tinctoriis officinis vsitata: his calculum addere Auicennam, qui separatum caput de cheichen, quod est cancamum, & de lacca, seorsum describit: si vt dictum est, se explicare sciuisset, quod tunc temporis multa, vt hodie etiam, laccæ nomine circumlata, illos etiam variare coegerit, vt quidam laccam, cancamum appellarent: alii succinum, quos ideo reprehendit Auicenna, & si facultatibus multis illi affinis scribatur: nimirum igitur si Serapion quoque, duplicem laccam proposuerit, primam videlicet cancamum, & Mauritanam laccam, cuius infecturam chermes quoque, vt coccineam etiam nunc chermesinam nuncuparent, & si differre etiam faciāt, hoc de grana, illud chermesinum appellantes: non igitur Matthioli glossa, Serapionis textum corrumpens accipiatur, his tot præsertim additis verbis, ab authoris mente penitus alienis, quod tamen præstare debuerat, in

Matthiol' proprio laqueo capitur.

laccæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

laccæ potißimum lotione, vt à nobis factum est, & si recentiores secutus, nunquam animaduerterit: dum tamen Fuchsium reprehendit, nescio an eiusdem nobiscum sententiæ, quum 2. de compo. med. cap. 4. nil consonans appareat, ideo laccam infectorum, Nicolao vocatam asserentem, vt etiam ex Dessennio in antidoto Dialaccæ, id quod etiam fatetur Brasauolus, quum inquit laccam quæ chermesinum vulgo dicitur, confundit Serapion, Matthiolus ait baccã esse, è radicibus orientalis bipinellæ nõ gũmi, vel rosidũ, vel aliud per se manans: at aliud certè hoc esse ab illa, videtur vtque altera bipinellæ radicibus, ita hæc suæ arboris surculis agnasci, indiesque ad æquam molem grandescere, sic vt sua crebritate ceu gummi, vel ab initio pusilla, è Cœlo delapsa videatur: Nosque Arabum inscitia, textuumque corruptela prouenisse suspicamur, quòd pro bipinellæ surculis Gubere, & gummi rei inscij protulerunt. vnde fortaßis laccam lignorum appellat Auicenna 5. can. quicquid sit, quum in peregrinis, & parum cognitis rebus, non nimia inniti certitudine poßimus, dato quod è bipinellæ orientalis radice, eaque ad cardiacos affectus maxime probetur, ad contagiosas, pestilentesque febres, à Matthæo Curtio medico spectatißimo, vt neque it inficias Matthiolus, cap. de Tragio, quum etiã paulo antea narratis qualitatibus præstet, quæ quidem in vulgata lacca, arboris ignoti non comperiuntur, satius profectò esset, hoc vti chermesino, quàm communi lacca, sæpius ex gummi virgini colore imbuto, ramulis arte supposita. Cæterum quid vltro egemus testibus, quid plura consectamur, quum is met Matthiolus, etiam nolens, in Fuchsii, nostramque deuenerit opinionem, ijs verbis. Si nostro consilio vti velint seplasiarij, non aliud pro lacca, in eam antidotum imponent, quàm laccam ipsam Serapionis, quæ natiua ex Armenia, ad sericorum vellerum infectum copiosißima ad nos defertur: si quidem de hac intellexerunt Mauritani, quos secutus in sua Dialacca Nicolaus Myrepsus, laccam infectorum admiscuit, & quid aliud est, quam chermesinum vulgare, à nobis prædictum: ne tamen Amathi pulcherrimas, & scitu dignas enarrationes dißimulem, & si me pudeat, his nostris lucubrationibus, huiusmodi fabulamenta intexere, quæ solam petulantiam, audaciam, nihil moderatum, nihil pudens, adducant: sed tantos risus exagitent, merum tamen authoritatis Lusitanæ imperium ostendam, quod seplasiis, tinctoribusq; communem laccam, formicarum stercus asseuerare audeat, earum fortasse, quæ vulpibus maiores scribuntur, ab Herodoto lib. tertio historiarum, vel magnitudine luporum, ex Plinio lib. 11. cap. 30. quod si sic: nõ esset Arabum lacca, è Cœlo decidua, proinde nec in eorum medicamenta administranda, non cancamum, ideo res eis indicta: quum res ipsa de se loquatur, nec præmissa laccarum distinctio, stoliditatem, impudentiamque suam apertam faciant: ne posthac stercus pro pane accipiat, nescio an adeo rudem, adeo dementem tantopere admirari poßim, vt hac elatus insolentia, facticiam laccam implicuisse Serapionem, asserere non vereatur: de qua tonsorum iudicio, nusquam loquitur, nec verbum fecit, sed infecturæ residuum, laccam tinctorum, duntaxat appellat, quod si laccam ex bipinellæ eius radice decerptam, quæ subterranei animalis ouum creditur, ideo stercus formicarum nuncuparet, non esset Maurorum lacca, nec myropolijs vsitata, vt quis eius sit stupor, quæ imperitia, clarius sit, quàm quod pluribus declaretur, ne quis cum eo in fronte, in lateribus, in tergo, stultius vbique infatuat. Cardanus pro lacca, sandaracam vsurpari ait, quod si perpetratur, quæ sit eius ratio facilè euincitur. Denique hic aliud est animaduertendum, præter communem errorem illius gummi accipiendi, adeo ignauos pharmacopœos, adeo hebetes, ac stupidos medicos, illos præsertim Thessalios asinos, insipientes Attalos, qui in experimento, artis proram, & pupim constituunt: & hoc perdito abusu, officinarum laccam relinquere nolunt, vt abluendi modum paßim à scriptoribus traditum, laccæ natura penitus ignorata, hactenus non nouerint, vt in eodem, non mediocri censura vacat Ruellius, primo de stirpium natura. nam quicquid purum, sincerum, atque efficax est, illud aquæ miscetur, eam illi dicunt abijciendam esse, & quod remanet in trochiscos formandum, hoc est calculos, ligna, & sordes. aloe enim lauatur, vt quod arenosißimum est, tanquam inutile subsidat ex Dioscoride, En ergo si laccæ vetus decoctum, eius ratione quicquam potest: & quamuis Serapioni, eos ita instruere prima fronte videatur, vertentium vitio dandum credimus, his verbis, ramuli teruntur, ac subinde aqua funduntur, in qua odoratus iuncus, aristolochiaq; inferbuerint, deinde pistillo agitantur, quum autem ab agitatione resederit, aqua abijciatur, quod si vna tantum lotione non pelluceat, secundo etiam repurgetur: demum siccetur in vmbra, vase vitreo recondatur, vt potius non aquam eijci, sed sedimentum illud ineptum coniciamus, aut aquam à terreis scilicet partibus ammouendam, atque seruandam, donec secundo resederit, aquam verò ad craßitiem vsque incoquendam, quamuis absque huiusmodi lotura, puriorem laccam, quæ & purgata scribitur, idest à festucis, & sorditie omni munda, Rasis decocto immiscuerimus. Cordus autem hoc modo lauat: quem Fuchsius sequitur ponderibus paulum immutatis.

Fuchsii tutela.

Amathi fabulosa historia.

Serapion defendit.

Cardani lapsus.

Ruellii error.

Serapiõis lectio deprauata.

Recipe aristolocchiæ longæ, schœnãti añ. drach. i. decoque in aquæ libr. ij. ad dimidij consumptioné, colaturæ insperge, laccæ integræ, libr. med. decoque lento igne, & sæpe agitata, donec aqua colorem sanguineum adepta sit, & quicquid boni in lacca fuerit dissolutum, tunc panno lineo rarissimo cola, & exprimé, remanentes sordes abijce, excolatam verò aquam coque, in vase duplici, ad mellis compagem, & tepidam massam in trochiscos fingito, sunt qui styracem pro lacca suppeditent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

BDellium ex Dioscoride lib. 1. cap. 69. alij bolchon appellant, alij madelchon, lacryma est sarracenicæ arboris. probatur gustu amarum, translucidum, thaurini glutinis in morem, intus pingue, liquescens facilè, ligni, ac sordis expers, suffitu odoratum, vngui aromatico simile: Est etiam num bdellij genus sordidum, nigrum, vberioribus glebulis in offas conuolutum, aspalathi odore, ex India aduectum: defertur etiam à Petra oppido, siccum, resinosum, liuescens, sed facultate secundum: adulteratur gummi, sed ita vitiatum, non perinde gustu amaritudinem repræsentat, nec vsque adeo iucundi odoris in suffitu: rarum est in emporijs, & ad Sophistici, ac reprobati potius dignoscendi censuram; apud nos Hermolao, ac Marcello, vox illa sarracenica adulterina videtur, propterea hic Sembracenicum, ille Scithicum, & Arabicum legit. Brasauolus Bactrianum, quia ex Plinio lib. 12. cap. 9. ita scriptum est, postea mutata sententia, non ab re forte sarracenicum legi debere, à Sarraca vrbe fœlicis Arabiæ, quia Serapion Arabicum exposuit: ea verò ex peritissimis Cosmographis vetustissima est, & Dioscoride antiquior: quo fit vt primam lectionem haud improbandam putauerim, Galenus tamen 6. simplicium, & 7. de composi. med. per genera cap. 3. distinguit in Arabicum, & Scithicum, acrius magis, resinosum, emollientis admodum, & efficacis virtutis, hac in re Arabico præstans. Aliud est quod interpretes non parum turbauit, quum Marcellus in colore vngui humanæ, Hermolaus autem vngui odoratæ simile suffitu, interpretatus sit, quandoquidem Serapion, Dioscoridis verba reddens: inquit, suffitum boni esse odoris, blatæ bizantiæ similis, Aetius etiam vngui simile aromatico, onychi appellato scripsit, alij albis maculis vngui humano similibus præditum excellere credunt, quia Plinius lib. 12. cap. 9. Damocrates in Cypheos compositione, à Galeno relata 2. de antidot. 2. bdelli vngues appellant, forte quia onychi similes, Matthiolus vt cap. de myrrha tactum est, Brasauoli non latus, aut ventrem, sed caput, & collum percutit, in iudicium vocat, quoniam sibi persuaserit, vsitatam myrrham, legitimum bdellium esse, propterea multis commouetur argumentis, ad contrariam prabationem, ob studium nouæ laudis, in veteris fortunæ discrimen adductus: idque Brasauolum perlegenti facilè planum fiet: scribit enim ad hoc animo propensus sæpe fui, vt gummi quo pro myrrha vtimur, bdellij genus sit, ex Africa, Alexandriam, & Venetias comportatum, quia amara est, & alias notas habeat, postea illud esse noui, quod ex Arabia Petrea, & quandoq; India affertur: quod verò bdellium vulgare adulteratum sit, quibus notis deprehendatur, insinuat ex quibus communem myrrham, non esse primi generis bdellium opinatur, vt ineptè cadit in iudicio Matthiolus, & si tanquam præstantissimum passim in medicamenta vsurpetur, nam & si translucida non sit, in morem glutinis thaurini, &c. hæc non repugnant, quo minus officinarum myrrha, esse non possit bdellium Indicum, aut Petreum. quicquid sit, vero bdellio caremus, pluribusque in emporijs, ex eadem myrrha vocata, in frustula confracta, bdellium supponunt: atq; vtinã illa Indicum esset, aut Petreum bdellium impermixtum, in læuorem pertritum, emplastro ab igne iam sublato inspergitur: at si pingue existat, & læuigari nõ possit, post coctionem emolliatur.

Pro Brasauolo Matthioli acusatio repellitur.

AMmi, cuius genitiuo ammeos vtuntur officinæ, ex Dioscoride, lib. 3. cap. 59. Aethiopicum cuminum appellant: plerique hoc natura diuersum esse ab illo existimant, vulgo notum est: semen exile, multo minus cumino, origanum resipiens: ex Plinio cumino candidius, illique simillimum. Eligendum est purum, minimè furfurosum: nobis peregrinum est, eamque ob causam aliunde inuecto vtimur. Pharmacopolæ pro ammi varia semina ostendunt, nonnulli semina parua, oblonga, & tenuia habent, alij similia fœniculo, imò vulgaris petroselini adeo æmula, vt ex Dioscoride cap. de petroselino, quo visu internosci vix possint, nisi gustum consulamus: alij maiora cumino, & nigra, quæ parua sunt, & passim venduntur: illegitimum ammi credita ex Matthiolo, quoniam origani sapore careant: quum verum origanum paucis innotescat, in Vercellensibus tamen officinis per omnia ammi respondet, & ab Alexandrinis nostris herbarijs affertur, eiusque plantarum copiam nobis libenter impartiti sunt, caule videlicet rotundo, ac herbacco cubitali surculis frequentibus, & paruis, folio arcto, in longitudinẽ per ambitum diuiso, ith instar flore exiguo, candicante, anethi vmbella, semine acri, amariusculo petroselino exiliore; Lutetijs etiam adeo vulgaris, & notissima planta asseritur, vt vulgo ammi nominari cœperit, ideo nimirum si apprimè eruditus Ruellius, omnibus suis officinis notum tradiderit, quamuis Mattiolus hac sola causa illum redarguat eius inopia, anisum, aut cuminum substitue; Quæ pingitur ex Matthiolo, ab Anguillario sibi transmissa falsò dicitur. Estq; cicuta, vt eo in capite probauimus, quodq; & Ghinus, & Maranta cumino æmulum tradunt ex Plinio ammi non est.

Ruellius à Matthioli nota defẽditur.

ABsinthium, quibusdam batypricon, ex Dioscoride lib. 3. cap. 23. herba est vulgo cognita, præstantius in Ponto, & Capadocia, in monte Thauro nascitur, aliud est absinthium marinũ, quod aliqui seriphum vocant, religione in Aegypto consecratum, copiosissimum id quoque in Thauro monte iuxta Capadociam gigni scribitur. attamen longo curriculo disiunguntur, nec aduertit Senensis. Tertium genus absinthio assignatur, quo Gallia alpibus finitima scatet: id patrio nomine Santonicum vocant, regionis in qua nascitur cognomento, absinthio non dissimile, verum subamarum est, non adeo seminis fœcundum. Santonicum vertit Sardonium Anguillarius, quòd in Aldino codice pro Gallia, legatur Galatia, quam incolunt Sardi, hodie Natalium, vbi frequentissimum, vti & in Pannonia visitur, nec vllibi in Gallia. at quum ex Galeno, alijsque Græcis, à Santonia regione, atque ex Plinio lib. 17. cap. 7. à Santonibus Galliæ Aquitaniæ populis vocetur, iudicent omnes. ex Galeno etiam 6. simplicium cap. 2. absinthij tres sunt species: quarum vnam eodem cum genere ipso nomine appellitant, cuiusmodi potissimum est Ponticum, alterum Santonicum; tertium seriphum, si

verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vero aliud placet appellare absinthium, aliud verò Seriphum, aliud autem Santonicum, nihil interest, modo exactè, quæ ad rem faciunt edoceantur 11. etiam meth. med. cap. 16. duplex in omni absinthio facultas, & qualitas: in Pontico autem astringendi non parua, in reliquis omnibus amara quidem vehementißima, astrictio verò, quæ saltem gustu agnoscitur, aut planè obscura, aut prorsus nulla, porrò id est tum flore, tum folio, longequam cætera absinthia minore: & si Amathus ineptè satis, in Ponto procerius crescere scribat: odor quoque huic non modo non insuauis; verum etiam aromatum, quid præferens, reliquis autem odor omnibus fœdus. Quare hæc fugere conueniet, vti autem semper Pontico: hinc Matthiolus, Ponticum à vulgari nostro absinthio, alio discrimine non differre censuit; quàm quod proprio clymatis munere, nostrate minus est, astrictorium autem magis: at odor præcellens, hac etiam qualitate differre facit, hanc verò notam latino codici addidit: vbi autem Romanũ somniauerint Barbari, ni cum Mesue Ponticum intellexerint, cum Manardo nescire fatemur, quum præsertim Auicenna, eius sex species tradat, ex antiquis verò quinque, priusque herbam esse similem folijs origani, à quibus tantum dißidet, quantum ab hoc lactuca: folijs enim est incanis, multipliciter sectis ramosis caulibus, aureo flore, semine rotundo, racematim cohærente, locis cultis, montosis, ac saxosis nascitur, in fine Iulij legendum, quo tunc floribus, ac semine turget, nec hortulano, quo solo maximo tum errore, tum mortalium detrimento vtuntur omnes fermè officinæ. tanta est earum cæca ignorantia, & virtutis inimica desidia, sed Augustensi, idest è collibus eius vallis, ad nos allato vtendum: id enim odore, gustu, folijsq; Pontico dißimile non est: hinc itaque omni anno expetatur, relicto hortensi, stomacho impendio inimico. at Auicenna absinthij succum, capiti dolorem inferre, ob noxam ventriculo illatam dictat, postea Nabathæum excipere videtur: Santonicum autem off. propè omnibus ignotum, semen ferre quod sanctum dicitur, vel granella appellatione celebratißima creditur. de qua cap. proprio. Seriphum autem, siue marinum, tum seplasiis, tum medicorum non paucis incognitum, maritimis tractibus familiare, & copiosißimum est. succus fit eo contrito, lintheo raro inuoluto, torculari expresso, nec colo transfuso, in vesicam posito, soli donec concreuerit exposito, eadem arte omnes addensantur succi.

Amathus hallucinat.

Matthioli lapsus.

Auicennæ lapsus.

EVpatorium, ex Dioscoride lib. 4. cap. 33. fruticosa herba est, vnicum efferens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenuem, hirsutum, cubitalem, interdum ampliorem, folijs per interualla quinque folij, aut canabis potius similibus, quinque partito, aut amplius diuisis, nigricantibus, & ipsis per ambitum serratis, semen medio caule erumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccatum, vestibus inhæret: nec qui aberrantes, argemonem hanc appellarunt, quum tamen longè alia sit, vt exponitur lib. scilicet secundo, capite 168. non longè à medio Serapion eadem præcise refert, vt omnibus consideratis, reuera Eupatorium Dioscoridis aliud non sit, quàm agrimonia vulgi, circa vineta scrobiumque margines, locis etiam montosis copiosißima, & si alterum nonnunquam scapum obtineat; tandem igitur priori seculi Barbaries agnosci cœperit, & si hac in re nõ parum digladientur Brasauolus, ac Matthiolus, quanquam ad rem declarandam, innominatim se accinxerit: aliter in tam manifesto certamine, ceu garrula cornix, à solito garritu, à contentione, & dimicatione, desistere nequiuisset. quandoquidem Brasauolus, tam in examine simplicium, quàm syruporum: idem omnibus Eupatorium, Græcis, & Arabibus contendit, & quamuis apud Mesuem, folijs centhaurij minoris comparetur, ab alijs cannabi, & pentaphyllo, in quo ab eo dissentire videtur, quia etiam Auicenna, à quo sumit cannabinis folijs aßimilat, & non centhaurij minoris, ideo cunctis id esse Eupatorium, quod agrimoniam vocamus, sed peruersam ex Græco, in Arabicum, & ex hoc, in Latinam linguam, Barbarorum interpretationem. Matthiolus affirmat sedulo, Græcorum Eupatorium, agrimoniam vulgarem esse: at eupatorium Auicennæ, ipsißimam esse plãtã, qua olim pro eupatorio vtebantur, in foßis, earũq; extremitatibus, vliginosis locis, & iuxta aquas, tardo fluxu prorepentes, prouenientem, tricubitam, folijs oblongis, cannabinis æmulis, subalbidis, hirsutis, gustu amaris, odore non vulgari, caule subrubro, rotundo, firmo, hirsuto, geniculato, multis alarum cauis, circa ramorum exortum, floribus in candido purpurascentibus, in vmbellam quidem, at non simul cohærentem, sed diuulsam, in ramorum vertice hiantibus, origani nostro modo, in pappos per maturitatem euanescentibus, vnde origanum aquaticum quibusdam nuncupatur, radice pluribus partibus diuaricata, inutili, nulliusque in medicina vsus, semine amarescente, totius plantæ odore, quo in Auicennæ antidotis, vtendum iubet, & cum eo Amathus: herba quidem non satis laudata, egregijs viribus constans, ideo non tam magno errore, vt putat Leonicenus, pro eupatorio substituta: & si hoc à Vercellensibus iam diù relicto, quod caneuazo nuncupatur, vsu venerit planta, prædictæ non dißimilis, ijsdem locis agnascens, vulgaribus, & rusticis, terzola vocata, vt in Pandectarij appendicibus, quadrato caule, minus lignosa, longe odoratior, folijs longioribus, & magis in acumen tendentibus, flore croceo, in oblonga semina, remi nostratis fuscinæ persimilia, aceruatim congesta terminante bicuspide, vestibus facilè adhærescentia, amaritudine, & odoris præstantia agrimoniam valde præcellens, ad obstructiones eximendas, crassos, lentosque humores mirificè incidendos perutilis, vt quibus plurimum pollet facultatibus, multorum iudicio, agrimonia multo præstantior videatur. at cum omnis astrictionis expers sit, hepati non adeo commodat huius tam præclarè stirpis author, primusque inuentor extitit, grauißimus ille Antonius Thesaurus, protomedicus non immeritò, tanquam alter primæ medicinæ artifex, & professionis nostræ conditor, nec ideo Græcorum eupatorium fuerit unquam, & si dum mederemur prudentißimo, ac omnibus animi, corporisque dotibus ornatißimo, maximeque Reuerendo D. Gaspari Capris, Astensi Episcopo.

Antonii Thesauri laus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

scopo, non minus Apelleo Penicillo perfecto, quàm Socratico speculo absolutissimo, & omnium omnem lau-
dem post se relinquenti. hac de re, ab insigni quodam medico, in nos mota fuerit controuersia, à qua tamen, vt-
potè iniusta, atq; improba, auocatum deniq; arbitramur, præterea quum eupatorium Mes. planta sit ab vtrisq;
diuersa, plures ab vnica radice caules emittat, folijs centhaurij parui similibus, per ambitum laciniatis, flo-
ribus aureis, & oblongis, perpulchra vmbella, helichrisii modo. Senensibus herba iulia, ideo vnicuique suum
eupatorium, iuxta compositiones reddendum persuadet: qua quidem in re quantum dissentiant, qualemque
dubitandi occasionem aromatopæis præbuerint: vnicuique liberum esto iudicium: non enim vt beneficij huius
obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus diligentissimè trutinanda expono, verum prius examinan-
da: an scilicet Auicennæ eupatorium, præteritæ ætatis eupatorio, hodie etiam plerisque in locis vsitato respon
deat, vt sentit Matthiolus: verba Auicennæ hæc sunt. planta est aromatica folio cannabi simili, flore nym-
pheæ stipticitatis paruæ, amaritudinis aloes: at vulgare eupatorium, nec flore est nymphea, vel illi aliqua ex
parte simili, subamarum quidem est, nec ob id longe aloes amarorem consequitur: id quod iam didicisse potue-
rat ex Leoniceno, vt ex his neque agrimonia vulgi, neque eupatorium vsu commune videatur: & si Auicenna
Græcorum simia, vel pica, nihil ferè noui vltro offerat quod ex se bonum, atq; integrum sit, nisi vt in adagium
abijt, sæpe etiam olitor, valde opportuna loquatur, quod si eius esset inuentum, quadrata ædepol circumscri-
ptione, insigni figuratione delinearet, vt potius cum Brasauolo sentiendum sit, Barbarorum interpretatione,
eiusque idiomatis inscitia, non versos, verum subuersos Arabes: hincque effectum, vt modo mutili, modo au-
cti, nunc ænigmatibus, nodisque inextricabilibus implexi, cum Græcis, inuicemque pugnare videantur, ita sæ-
Arabum pugna. pe mendis scateant, vt nulla ferè sit pagina innumeris labeculis, sordidaque illuuie intincta: nimirum igitur si
illorum auditis nominibus, illorum adductis authoritatibus, statim nauscabundi, terga dent recentiores, ac ve
luti ignauissimos homines, imprudentes, illiteratos, nauci faciant: quod si diuino munere, quos Græci nacti
sunt interpretes, vel mediocriter Arabicam linguam callentes adepti essent: si eorum Barbaries, recentiorum
politura concinnaretur, instructior redderetur, non adeo vilescerent, non citra splendorem, obscuritatis situ
exolescerent, verum primi, vt plurimarum rerum acerrimi indagatores, sine quibus vix medicina, hoc tempo-
re perficeretur, summo trophæo, incredibili gratia, eximia laude honestarentur, per compita, omnesq; erudi-
tiorum linguas, seuera authoritate volitarent: at fato sinistro, prho scelus, & si studiosissimi authores, multa-
rum artium disciplina, sermonis lepore, ingenij acumine, dicendi copia, indefesso studio, medica auxilia, aliaq;
ferè omnia, ad hos vsus necessaria, plenius, elucubratius, emunctius, in publicum emulgauerint: hi tamen tra-
ductores, aut verius proditores, mutila, illepida, nulla phrasi illustrata, difficillima, milleq; inuolucris impedi-
ta reddiderunt, deturparunt, ac in contrariam sententiam prorsus abire coegerunt: quo fit vt in eis legendis
adhibenda sit cautio, nullibique non perpendendum, qua de re, & Græcis ne perspecta scribant, summopereq;
vitandum, in quibus multa eis accepta debemus, ne dum spinas cauemus, imprudentes saxa offendamus, inter
molles herbas delitescentia. Cæterum Auicennæ textum deprauatum, atque idem quod Græcorum eupato-
rium sibi voluisse: indicant eius verba. est subtiliatiuum, valde incisiuum, & abstersiuum, sine attractione, &
caliditate manifesta, & in ipso est stipticitas parua, eadem cum Gale. 6. simpl. eupatorium herba ipsa tenuim
partium, incidendi, extergendiq; facultatem, citra caliditatem manifestam habet, &c. ex Diosc. etiam, huius
folia, & cum suillo adipe imposita, vlceribus quæ ægrè cicatricem trahunt medentur. Auicenna linitur cum
adipe veteri, super vlcera difficilis consolidationis, verbo illo veteri, pro suillo addito, vt etiam apud Serapio-
nem ex Dioscoride, vt quod herba, & semen, in vino potum dyssenteriæ, iecinoris vitijs, & serpentum ictibus
liberent, Auicenna datur potui ex vino, & confert vlceribus intestinorum. Serapion authore Meseo, est bo-
num febribus antiquis, Auicenna confert febribus chronicis, & antiquis, adeo vt his omnibus, Sole clarius
elucescat, Auicennam aliud intelligere noluisse, quam Græcorum eupatorium. Quandoquidem eruditissimum
Brasauol' hallucinat. Bellunensis vertit, est ex herbis pilosis, flos autem nympheæ colori comparandus. idque in eupatorium Mes.
incidisse, textus corruptela arbitratur Brasauolus, ita tamen ab hoc distat, quantum à veritate mendacium,
& à re vera figmentum: nisi totus inuersus, hoc vitio Dioscoridis scriptis omnino refragaretur, ad quæ reduci
nullo pacto potest. scribit .n. Mesues. eupatorium, herba est cubitalis, insignis amaritudinis, folijs centhaurij
parui, viridibus, asperis, & incisis, tenui stipite, quod siccatum flauescit, floribus velut subluteis, oblongis:
quibusdam herba pulicaria dicta, in qua est visciditas adhærens, in remediorum vsu, nec Dioscoridi consentit:
videtur tamen Galeni dicta potius sectari, quum inquit, tenuat, incidit, turget, expurgat, putredinem prohi-
bet, resoluit, sine attractione, obstructiones tollit, &c. cui igitur subscripturus sim, Matthiolo, Brasauolóue,
inter sacrum, & saxum sto, non deficientibus vtrinque argumentis: quandoquidem Mes. antiquiorum dicta
sectari potius videtur, quàm proprij quicquam inserere: propterea mirum subit, quod vnicam inter tot plan-
tam, sub eupatorij nomine, diuersam tamen depinxerit, at quoniam bilis, & pituitæ purgatorium facit, cum se-
ro lactis efficacius, per se autem imbecillum, dos profectò vetustiorum eupatorio non attributa; nouum igitur
Cordi error. simplex, & gratiolam herbam, nostris etiam ruralibus perspectissimam, asserit Cordus: nec probat, quod di-
cit, nec quemadmodum se explicet dicendo, vt capite proprio, alijs conizæ species videtur: Matthiolus om-
nem suam authoritatem, gratiam, in herba Iulia delineanda, tam belle præstitit, vt illi annuere, fidemq; præsta
re, facilè videatur: videlicet hanc esse Mesue eupatorium, eaque in eius antidotis, nos vti absolute debere:
verunta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

veruntamen quum Mes. antidota dupliciter dicantur, vel quia in eius volumine descripta, vel quod marte proprio inuenta; rara equidem: quum multorum scripta in aceruum collegerit, quorum eupatorium, idem quod Græcis commune est, nusquam verò ab his eupatorium Mes. prodierit, non igitur vbique, vt admittit Matthiolus, in eius electarijs, verum in proprijs duntaxat, vt in pilulis polychrestis, ab eo inuentis, conijcienda esset herba Iulia, si verè Mesues esset eupatorium: at quum illam ageratum faciat, de qua Dioscorides lib. quarto cap. quadragesimo nono, ea verò palmaris tantum sit longitudinis, ex Mesue cubitalis, & folijs centhaurij parui: altera penè origani vulgaris, folijs sampsucinis, quum eidem Matthiolo, origanum commune, non sit aliqua ex Dioscoridis speciebus, ex prima pictura etiam deprehenditur, herbam Iuliam æque ageratum esse, vt Mes. eupatorium: folijs asperis, serratis, cum visciditate, quibus illi prorsus refragatur: quumque ageratum purgatorium sit nequaquam, ne insignem herbæ Iuliæ amaritudinem prætercam, quam quidem in agerato nusquam silentio inuoluisset Dioscorides: cuius etiam dotes, vt nec Galenicas, prosequitur Mes. Huc accedit duplex agerati pictura ex Matthiolo, floribus exceptis, eo inter se similis, quo sampsucus centhaurio. hinc eius, vt Amathi inanem coniecturam naucifacimus. æstate carpendum Eupatorium, quum floribus, ijsque bene olentibus abundat: huius tamen aut alterius defectus, altero non incommodè suggeritur.

Matthioli opinio reiecta.
Ageratū, Herba Iulia.
Matthiol⁹ ac Amath⁹ falluntur.

SAbina: ex Dioscoride, libro primo, capite 88. duum est generum: vna folijs cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris, & feruens arbor est coactæ breuitatis, vulgatißima, perpetuo virens, terræ fertilitate altius excrescens, in Bugellanis, Bedulijque colliculis nostris, mediocres arbores interdum æquans, vbique baccifera, officinarum nostrarum sacculis ea refertis, vt etiam in horto Carmelitarum, & retro Templum Diuo Christophoro dicatum, hinde à maleficis mulieribus expetita, in nostro quoque iam triennio consita: at quia nondum adoleuit, infructifera adhuc est, proinde nesciuerim an prius didicerit, quàm docuerit Matthiolus, si huius artis ornamentum se profitetur, an à puero malæ opinioni ita assueuerit, vt ægre ea relicta, ad bonam se conuertat. Quandoquidem bacciferam sabinam semper depixit: at quum morosi nescio qui calumniatores, se hactenus fructiferam non vidisse in eam inijcerent, quod præcipuam huiusmodi notam Dioscorides intactam non reliquisset: inter cætera quæ pro se habuit præsidia, ac auxilia, inquit: id fortasse ex eo euenisse, quod sabina frequentior sterilis occurat, quàm fructifera, atque inter innumeras sabinæ plantas, quas varijs in locis illi videre contigerit, tres duntaxat se obseruasse, quæ baccas ferrent, hancque raram esse in Italia: vt quibus titulis se immodicè ornet, quàm tenuè sit mendacium, nihil habens solidi, hinc palam fieri facilè constet: quum digna hac vituperatione grauatus, quasi dubium sit, quin frequentißima constet baccifera sabina, eam admodum raram ex Dioscoride, pingere nullo pacto debuisset: at id tantum addere, eius generis fructiferam reperiri quidem, sed rarißimè. at quia incoctas lucubrationes in publicum appulit, noster hic herbariorum Deus. quia sibi incognita loquitur, quædam nunc primum offert, vt per hæc se ipsum vlciscatur, quædam penè inuitus defendit, quoniam ridicula, tam vehementer de honore, de salute sua contendens, vt falsum potius curet, quàm vt reus confiteatur. Quandoquidem Bellonij ineptijs, turpitudini, absurditati ascribit. quod secundam Dioscoridis sabinam in Phrygiæ montibus se vidisse tradat, tota facie iuniperum maiorem referentem, magnitudine arboris amygdalæ, maioris folijs cupresso simillimis &c. quum tamen ex Dioscoride, nullum vtriusque esse in notis discrimen eliciatur, quòd eam folijs tantum à priori variare scriptum reliquerit, quòdque quam plantam nunc Dioscoridis alteram sabinam asserit, eandem paulo post Plinij brutam constituat, de qua libro decimotertio, capite decimoseptimo ac si vtriusque sabinæ non meminerit. Ecquid igitur acutißima hæc iacula, apud vos, animosque vestros plurimum valent, quum non modo hunc prosequatur, sed omnibus copijs conetur euertere, & suis gerris tutelæ potestatem adimere, vt per Castorem, ac Pollucem, quid dicam, quia in mentem veniat, tanto apparatu consternatus, planè non intelligam, nisi in causa subridens, eum vbique defendam, in qua ab omnibus desertus hac iudicij seueritate solus ego defensor quòd vix credibile est, Matthioli fraudis, nugasque repudiem, primum quippè Bellonius eos authores admiratur, qui alteram sabinam herbæ nomine vocauerint, arbor satis procera quum sit, & frequentißimè in Thauro, Olympo, & Amano montibus, Plinium videlicet carpens, qui libro vigesimoquarto, capite duodecimo, sabinam herbam appellat, in qua quum hallucinatum credat, & brutam à Græca voce βραθῦ corrupisse, propterea de ea seorsum scripsisse libro duodecimo, capite decimoseptimo, quum brutæ delineatio alteri sabinæ competat, quæ arbor est, non herba. concidit ne igitur Matthioli pharetratus Apollo, collidetur ne ijs rationibus, tam repente de spe sua deiectus, qui hac inuidia, hac infamia, quod nos molestè ferimus, veritatem perfringere, & huius probi viri famam dehonestare non veretur. Secunda sabina, folio tamarisci, non ita multis cognita est, ex Galeno sexto simplicium quidam cinnamomi vice duplum sabinæ conijciunt. Selaginem quum ignoremus, nulla propius accedimus coniectura, an verò Thuia sit, vel Thia, quæ prima sabina de qua Theophrastus libro & capite quinto,

Matthioli erratum.
Bellonii trophęum in Mathiolum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

te quinto, de historia plantarum, quam alij cedrum atlanticam putant, annuente Christo fusius in posterum differemus.

ARistolochiæ tria sunt genera ex Dioscoride libro tertio, capite quarto, rotunda fœmina vocatur, radice in orbem conglobata, rapi modo, colore intus buxeo, gustu amaro, & graui, quo etiam prædita est longa, mascula appellata, à nonnullis dactylitis. eius radix digiti crassitudinem, dodrantis longitudinem implet: ambæ apud nos iuxta fossarum margines, in Serui fluminis recessubus, tam notæ, quàm notissimæ reduntur: Tertia longa, quæ Clematis vocatur, ab vsu recessit, nec esse qui eam nobis demonstret, scriptum reliquit Matthiolus: at Brasauolus, locum scire videtur, in quo mirandum in modum exuberet: Aristolochiæ sarmentariæ meminit Paulus, in hiera Antiochi; Plinius libro 18. capite 8. ab his quartam depingit pistolochiam dictam, vel à radicum multitudine, pollyrrhizon: at è neotericis quidam, de stirpium materiæ præclare sentientibus, in hanc deuenere opinionem, vt vulgarem officinarum, Aristolochiam longam, Clematim profiteantur, atque in Dioscoride legendum, ἄσαρον μικρόν, vbi communiter legitur ἀείζωον μικρὸν, ideo clematidi folia, non semperuiuo paruo, sed asaro paruo, similia facere; præterea, quum Aristolochiæ longæ passim vsitatæ, radices prælongæ sint, & sarmentorum more tenues, ac obsequiosæ, nec flore purpureo, longæ à Dioscoride tributo, sed melino: ijs ita suam astruunt opinionem, à qua tamen longè dissentit Matthiolus, quod vulgatæ lectioni astipulentur Oribasius, ac Arabes, nec asarum minus aliquod sit Dioscoridi, nec rutæ flores ædat, quales Clematiti tribuuntur; præterea, diuersis sæpe coloribus ludere naturam, ideo in Græcis regionibus, purpureos flores emittere, in his croceos; quumque clematis cortice sit crasso, odorato vestita: hæc verò tenuis sit corticis, grauiterque odorata: hinc potius adducitur, vt longam hanc, Plinianam pistolochiam existimet. hoc verò in capite, quantum ab hetruscis eius commentarijs desciscat, qua authoritate populares rumores aufugere possit, qua ratione, vel qua dissimulatione luctabitur, & congredietur quum Dioscoridi mendum subesse credendum sit, velitque scribere asaro similes sed minores. Crateuas etiam ac Plinius nulla foliorum differentia tradunt quumque pistolochiam Plinianam, vulgatam aristolochiam longam arbitretur, suis lineis non figuratam, non tanto radicum cappillitio, nec tanta earum multitudine, nescio vnde à priori semotus opinione, à recto semite diuulsus, ac distractus, talia pensitauerit vnquam, nisi vt in Fuchsium, canino morsu irrueret: si quidem & si longa hæc aristolochia, floribus dissideat, non planè hallucinabuntur, eiusdem vsum pro longa prosequentes, quum & clematis, ad eadem polleat, & si viribus inferior. Qua equidem ratione, nullo pacto credendum Matthiolo nuper excusso, qui aristolochiam tenuem Andromacho, ac Galeno, ἀρισολοχία λεπτὴ clematitem esse, & Theriacæ immiscendam, tanquam digniorem, non magna doctrinæ dote decernere audet, Fuchsio illum secundo, de compositione medicamentorum, vt in Theriaca dictum, atque Galeno sexto simplicium, ad sanationes infirmior sit, clematidis fructus existimant quidam orientales baccas, vulgo cocole di Leuante stupefaciendis piscibus cum stercore humano mirabiles; quum autem legitima aristolochia rotunda, Germanis desideretur, nostris & rusticis, & mulierculis vbique agnitissima, & Dioscorideæ historiæ omnino consona, quæ illis eandem occupat sedem, Fuchsio Plinij pistolochia existimatur, libro 25. capite octauo, quæ tamen tenuior, quàm tertia, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine scribitur, at Germanam aristolochiam, radice rotunda, caua, tuberosa, folijs rutaceis maioribus esse, ideo à Pliniana non parum abhorrere, censet Matthiolus, propterea capni secundum genus existimat (id pariter & Fuchs. primo de compositione medicamentorum, propterea vos non fugiat quid vtrique ascribendum) quòd Dioscoridi fruticosum, prætenerum folijs coriandri, cineracei coloris, flore purpureo, cui sanè, quàm lepide quadret radix globosa, inferne sessilis, superne elata, intus caua, buxeaque medulla, exterius nigricans, floribus luteis, illa purpureis quum sit, quicunque nobiscum, fumariæ genus secundum pertractarunt, ac sæpe inter nostras segetes collectum viderunt. Matthiolum ab errore tueri non poterunt: si quidem, non radice, non folijs, & si magis incanis, minusque numerosis, non floribus, à prima, vel tantillum distat, verum tota longe procerior exit: vt potius spurium quoddam aristolochiæ genus Germanicum, eodem videlicet odoratu, antiquis incognitum, & Italicis tractibus ignotum mihi persuadeam. Insuper legitima Plinij pistolochia Maranta in Neapolitano tractu comperta, folijs hederæ acuminatioribus, & durioribus, fructu pyri effigie, floribus aristolochiæ longæ, ex nigro luteis, radicibus ex vno cespite compluribus, phu similibus, longioribus tamen, paulo crassioribus, odore medicato, validissimo, Dessennius Germanum duplex genus assignauit, vnum radice omnino firma, & solida, alterum intus caua, colore vtrunque subcitrino, floribus nunc candidis, nunc purpuraceis, harum fructum rectè quidem capparibus similem tradidit Plinius, ideo notatur à Matthiolo, Dioscoridis autem aristolochiæ longæ florem marcescentem in pyri similitudine turbinari, Matthiolus nucum viridium similem, pari in ambabus forma, nisi quod longæ longior est, & rotundæ magis orbiculatus: nos in vno met ramulo, viglandis, & pyri similitudinem frequenter annotauimus: quumque paruas, idest initio dixerit Plinius antequam scilicet ad summum adoleuerint, quandam in hoc velut excusationem admittit, mirasq; videtur Matthiol, qui bacculis aristolochiæ omnino æmulas cappares,

Matthioli error.

Matthioli sententia explodit.

nunquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nunquam comedit cum penè omnes tales extiterint ex dolio nobis dono tradito, cum duplici serica veste, à sacrorum scriniorum, rerumq; ducalium magistro primario, Ill. Io. Matthæo Coconato, qui omnes apud me hactenus magnificentia superauit, & omnes virtutes aceruo congestas amplectitur, tanquam solertissimum naturæ miraculum, ad optima quæq; facienda, atque indaganda, diuinitus exornatum. nouum tamen hoc gloriæ genus concupiscit Matthiolus, vt Græci sermonis inscitia, Plinium taxet scribentem, inter nobilissimas, aristolochiæ nomen dedisse grauidas videri, quoniam esset ariste lechuses, & certè Græcus Dioscoridis textus, ita se habet, ὅτι ἄριστα, βοηθεῖ, ταῖς ἐχούσαις Fuchsio λοχοῖς, alijs λοχείας. quæ curationem partus significet, vel λοχεία, idest purgatio ex Galeno, secundo Prorrhit. capite 48. quum igitur non ab vtero gerentibus sed à puerperis, aristolochiæ nomen inditum sit, ceu prægnantibus proculdubiò exitialis, potius quàm salubris, quod menses cieat: &c. non ideo à grauidis, sed ab ennixis, id nominis sibi comparasse: quod si hæc ignorasse Plinium suspicatur Matthiolus: præter id quod ἔγκυος ἐν γαστρὶ ἔχουσα, grauidam mulierem, quæ iam concepto fœtu grauatur, denotare potest: cui instante partu, difficiliq; non nisi competeret aristolochia, non percurrit eius vigesimi sexti libri vltimum caput, vbi & menses, & secundas ciere aristolochiam, & emortuos fœtus extrahere, myrrha, & pipere adiectis, scriptum reliquit: alia igitur ratione, à grauidis deriuatum nomen putauit, quum infra subiecit, à conceptu admotam vuluis in carne bubula, mares figurari traditum fuisse, ideoque à prægnantibus, familiari vsu, ad masculos formados, nomen accepisse, vel quia in difficili enixu, ea vterentur prægnantes, vtpotè, quæ mox remoratos menses, hærentes secundas, & reliquias omnes, à partu expelleret: quum verò Leonicenum eadem labe commaculat: vt qui Dioscoridis historiam corrumpat, ac peruertat, adduci potest Serapion, Dioscoridis dicta referens, hoc pacto, aristro, idest melior, aut rectius ἄριστος, idest optima, & lochia, idest puerpera, quod multum puerperis conducat, denique vbi aristolochia simpliciter scribatur, rotunda efficacior accipienda, in vnguentis autem longa vel priuatim Clematis quinquennio perdurant: easque purgatorias effecit Mes. huius facultatis Dioscorides, & Galenus non meminere. Cæterum præter id quòd legitimam aristolochiam longam ex Oriente passim ferri, coram testatus est, insignis Gabriel Falloppius Mutinensis, in re herbaria, atque anatomicis administrationibus nulli hac ætate secundus, nulli candore, & ingenuitate, quantum equidem conijcere valui, postponendus, Nempe hoc anno cum Venetis Legatis Vercellis hospitatus, tanquam Isæus, verioris, maiorisque suæ famæ certitudinem præstitit, ac augumentum doctissimus. Anguillarius in Apulia ad pagos Sancti Leonardi creberrimam quoque asserit. longæq vulgari intermistam. Aristolochiæ clematidis, hoc est sarmentariæ semen, drachmæ pondere in mulsa potum, colocynthidis more purgare scribit Paulus, ante Mesuem lib. 7. cap. 4. propterea huius ante recordari debuerat Matthiolus.

Io. Matthæi Coconati laus.

Plinii, ac Leoniceni tutela in Matthiolū

Gabrielis Falloppii laus.

GEntiana, à rege Illirico inuenta, cognitu facillima, folijs iuglandis, plantaginiùe similibus, partim à medio, & præsertim iuxta cacumen, paulum dissectis, radice longè Aristolochiæ, crassa, amara: nascitur in sublimibus montium iugis, vmbrosis locis, aquosisque, ex Diosco. lib. & cap. 3. apud nos brachij crassitiem interdum æquat buxei coloris, fractu contumax. faciunt nonnulli & minorem gentianam, raro alibi, quam in montibus inuentam, gustu amarissimam, folio quasi saponariæ, flore cœruleo orbiculato, radice perforata, digitali, candicante, caule dodrantali, nodosò, læui, æstate floret: semine vix maturescente: maximarum, & nobilissimarum virium, Fuchsio cruciata, quibusdam petimborsa, quasi crumena digna, quod pesti, ac venenis, venenatisque morsibus, strenua sit auxiliatrix, vlceratas strumas superposita sanans, emplastri modo illita, puerorum vermes enecans.

Cruciata. Petimborsa.

RVbia tinctorum off. Græce erithrodanum, ex Dioscoride, lib. 3. cap. 137. radix rubra est, qua tinguntur lanæ: vna sponte prouenit: altera seritur, vt in Thebana Galliæ, & Rauenna Italiæ, in Caria, inter oleas, vt in aruis solo credita: syluestris passim in sepibus, & vmbrosis nascitur: nec est pediculus lupinus vulgi, sed potius stellaria, folijs, & caulibus asperis, ac rudibus, quibus vasa perpurgant, expoliunt, & detergent: satiua quæstuosissimo emolumento infectoribus præsertim notissima ab Aegineta lib. 3. cap. 2. thapsi vocatur Asclepiadi Tapsia, cuius radices integræ, non puluerate, expetendæ sunt: at rerum legitimarum studio, ita capiuntur myropolæ, vt earum sedimentum, excoctasùe radices, infectura peracta, seligere audeant. Tanta est auaritiæ libido, & huius generis hominum scelesta, atque impudica natura: stellaria autem, quæ & Alchimilla, aut Pes Leonis, folijs octangulis, maluam penè referentibus, circumseratis, firmioribus, crispioribus stellæ similitudine explanatis, flosculis in ramulorum cacumine stellatis, radice digitalis crassitudinis, palmarisque longitudinis in monticulis Montisferacis, pratisque Maio exilit, Iunio florescit, ad omnia astrictionis opera efficacissima.

SYluius, rem quasi per nebulam intuitus, inquit. Diacancamon à Græcis diceretur, Dialacca nuncupata: id gummi sæpe adulteratur, eoque infectores passim vtuntur, sericum colore chermesino tincturi, ac si idem sit cancamum absolute, cum Serapionis lacca, diuersissima profectò, vt eo in capite discussum est: in nostram tamen ibat sententiam, modo id explicare sciuisset.

Siluii lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Dialacca minor.

REcipe laccæ lotæ, croci, costi, schœnanthi; rubiæ, aristolochiæ longæ, glycyrrhizæ, piperis, añ. drach. i. & med. rhabarbari, drach. iij. myrrhæ, bdellij, añ. drach. i. mixtis vt in priore. Eadem potest, sed inefficacius.

Est & minor Dialacca Auicennæ, lib. 5. ab hac euarians, ex Actuario, duplex etiam perbelle describitur, antidotum Dialacca, ab his nihilum ferè euarians: vt tamen inuicem collatis, præstantius seligi possit, illa hic inferius annectere, operæpretium visum est.

REcipe, laccæ drach. xv. cinnamomi, rhei, costi, cas. aromaticæ, aristolochiæ longæ, & rotundæ, fructus balsami, añ. drach. viiij. moschi, caryophyll. nucis moschatæ, carpesij, eupatorij, gentianę, polij, anisi, singul. drach. iiij. mellis quantum satis erit: modus potionis est sesquidrachma, cum feruectarũ radicum iure:

Facit aduersus frigus stomachi, obstruentes infarctus, inflationes iecinoris, & renum durities, aquæ inter cutẽ causas omnes discutit, menses ciet, ventosos spiritus ab alto corporis abigit.

REcipe laccæ repurgatæ, vnc. i. drach. v. costi, spicæ Indicæ, fructus, & surculorum balsami, casiæ, asari, cinnamomi tenuis, croci, iunci odorati, rhei Indici, mastiches, aristolochiæ longæ, singul. drach. v. myrrhæ, gentianæ, seminis fœniculi, polij, caryophyll. cumini, absinthij, eupatorij, combebæ, quam prisci vocant carpesium, singul. scrup. viij. melle excipiuntur.

Iecinoris infarctus expedit, eiusque frigus, duritiem, & ædemata discutit, ad refrigeratum stomachum, & lienis dolorem, & omne symptoma ab illo proueniens valet, aquæ inter cutem, & ventosis præcordiorum spiritibus, & crassis omnibus recrementis præsidio est.

Id secundum Mesues, Dialacca magna non ignauius, ita ad quædam paulò validior, simplicium ijsdem ferè respondentibus rithmis, hanc eandem ex Actuario mutuatur Myrepsus, at deprauate vt solet.

Diacrocon, aliàs Diacurcuma magna.

REcipe croci, asari, seminum petroselini, dauci, anisi, apij, añ. vnc. med. rhabar. mei, spicæ nardi, añ. drach. vi. costi, myrrhæ, cas. aromaticæ, schœnanthi, seminis balsami, rubiæ, succi absinthij, succi eupatorij, olei balsami, an. drach. ij. calami aromatici, cinnamo. an. drach. i. & med. scordii, scolopendrii, succi glycyrrhizæ, an. drach. ii. & med. tragacanthæ, drach. i. melle despumato excipe. Datur à drach. i. ad tres.

Ventriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos, ob id diuturnos sanat, & quæ his succedunt symptomata, obstructiones, hydropem, cachexiam, colorem corporis fœdum, humorum in ventriculo corruptelam, à flatibus crassis inflãmationem, dolorem quoq; renum, & vesicę, à causa frigida, vel obstructionẽ mitigat, vrinamq; prouocat.

Phu drach. vi. addunt Monachi: Syluius, Cordus, ac alia Mes. exemplaria non habent, ideo Fuchsio non iniuria exploduntur 2. de comp. med. vbi ipse habet ann. vnc. vi. pro drach. vi. facili in librarium lapsu. Quidam scordium, scolopendrium, & glycyrrhizæ succum prætermisere.

DIacurcuma, corrupte fortaßis, pro Diacoro appellata, quũ à largiore croci copia, & colore, huiusmodi nomenclatione potius dignũ sit, quod nec curcuma, de qua capite de zingibere, neq; chelidonij radix, à cuius flauo colore, huic inditũ nomẽ cõiecere nõnulli, ibidẽ accipiantur: alij Dierithrodanũ. i. Electariũ ex rubia vocitãt, verũ croci maior mensura, & ex eo antidoti color, Diacori noĩe dignißimũ faciũt: Est & maior ex Auic. lib. 5. põderibus, ac simplicibus euariãs. Myrepsus ẽt quadruplicẽ habet Diacurcumam, at pondere in omnibus desciscit, diminutis etiã simplicibus est & antidotus è croco vocata, opium accipiens ex eodem.

PEtroselinum, officinis petroselinum, ex Diosco. lib. 3. cap. 62. in Macedonia prouenit, in præruptis locis, semine ammij odoratiore, sapore acri, aroma olente: ex Galeno 1. de antidotis, cap. 14. Estreaticum petroselinum, amaram etiam plus Theriacam facit, præsertim quum recens adhuc imponitur, nam vt acrimonia, sic amaritudine, hoc alia superat: hinc igitur palam esse videtur, vulgare petroselinum, à legitimo procul abesse, verius apium nuncupandum: vt capite de apio, & si alij satione, acredinis partem, ac amaroris vehementiam perdidisse asserant: ceu omnibus vrbanis vsu venit: ex Theophrasto 7. de histor. plant. cap. 7. quo quidem in loco quum paludapium simile quodammodo apio sit, odore, sapore, figuraque. hinc Matthiole

petroselinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

petroselinum nostrum apium esse non potest. quum odoratu, gustuque, ne dicam figura, maxime distent. quin
apium ex Chrysipo, ac Dionysio, vt inquit Plinius, in puerperijs comitiales parit &c. quòd petroselino dicto
non accidit, præterea è Græcia afferuntur apij semina, odore, ac sapore, eleoselinum .i. apium nobis commune
referentia, & si aromatica magis, alijs etiã notis dissideant vnde petroselinum triuiale legitimum esse comper- Amathi error.
tum habeo; non quod apium commune, Græcorum sit petroselinum, vt vbiq; cæcutit Amathus: quum non eius
sit amaritudinis, non in præruptis proueniat, verum humecto vliginosoq; solo gaudeat: Eleoselinum profectò,
quod & paludapium dicitur, & si, vt suis ineptijs coronam adderet, vulgare petroselinum, id esse apium palu-
stre, in aquis nascens exposuerit, nullibi sanè in aquis, nedum propè illas exiliens. Fuchsius oreoselinum, idest Oreoselinum.
montanum, voce transposita, in petroselinum contendit. Plinij authoritate, lib. 19. cap. 8. quod folijs cicutæ,
radicæ tenui, semine anethi, minutiore tamen consistat: vt etiam ex Theophrasto, atq; Diosco. caule dodran-
tem alto, ab radice tenui exeunte, per cuius ambitum rami, & capitula cicutæ, locus .n. ita emendatur φυλ-
λακωνείου παρεμφερή multo tamen tenuiora, semine cumini oblongo, acri, & odorato, tenui, quibus scilicet ar-
ridere videtur, petroselini vulgaris effigies: ideo è montibus, in hortos translatum, cui quidem quum legitimũ
petroselinum adeo affine sit, vt vix solo semine internoscatur, qua causa ne hallucinemur, aduertit Dioscorides
quod hoc semine sit ammij odoratiore, sapore acri, aroma olente: si hortensis nostri icones, libella perpendan-
tur, adeo æmula sunt ammij, & petroselini communis semina, tenuitate sola distantia, vt parum peritis sæpius
imponant, odoratiora tamen non sunt & si acria, atq; aromatica: nec obstat amaritudo, in estreatico insignis,
cuius ratione Matthiolus, ac eruditissimi quique, petroselinũ vocatũ non esse existimarunt: siquidem estreaticũ
ab alijs petroselinis differre censet Gale. 8. simpl. quod vt acerrimum, ita amarissimum sit, non proptera alijs
morbis segnius opitulari, hinc fit vt quamuis nostrum, non eam æquet amaritudinem, cuius non meminit Dio-
sco. non eam præseferat acrimoniam, hac ideo ratione, non aliud quid ab eo coniectandum, quo autem Fuchsius
nutet cap. de Apio tactum est. Monachi tamen in Rheatinis montibus, & supra Palumbarios, legitimum pe-
troselinum adinuenisse referunt: Matthiolus (si vera loquuntur) respondet non Macedonicum, sed Romanum Monachorũ tutela.
appellandum, at neq; petroselinum esse deest, etiam vbicunq; natum, modo eius indicijs omnia ad vnguem re- Matthiolum.
spondeant; magna etenim suæ leuitatis infamia, sibi repugnat, cap. de lapide armeno, quum inquit patrium
Armenij nomen: genus non immutare: nec obstare quin etiam alijs in regionibus nasci possit. Fuchsius cap.
254. vsitatum amomum, verum petroselinum contendit, non amomi semen petroselini vulgaris existimans vt
falsò illi impit Dessennius, cap. de amomo quicquid sit, vel petroselini consueti, vel olusatri copia suppedita- Dessennius in Fuchsiũ
bit, cuius & nomen, non iniuria, in Macedonicum translatum est. Oreoselinum inuenimus in monte Sancti perperam
Laurentij apud Gatinariam, chærefillo vulgaris falsò gingidio simillimum, durius tamen, vnde hortense chæ- ruit.
refillum eiusdem speciei credimus.

DAucum, ex Diosc. lib. 3. cap. 67. aliqui daucium vocant, triplex est: Creticum folijs fœniculo simile,
aliud eius genus syluestri apio simile: tertium assignatur genus, folijs coriãdri, probatissimum Creticũ:
idq; in myropolijs omnibus, vulgatæ syluestris pastinacæ nomine, dauci omnis vsum obtinuit: idem ta-
men non sunt daucum, & pastinaca syluestris ex Brasauolo, atq; Matthiolo, aduersus Marcellum, ac Ruelliũ:
quoniã et si iuste inquam dici possit, daucum vere speciem esse pastinacæ syluestris, non ideo tamen suo iudicio,
illa fuerit vnquam pastinaca syluestris, de qua Diosco. superiori capite egit: quippè quod, si vnam, & eandem
plantam, daucum, & agrestem pastinacam existimasset: ad quid separatis capitibus alterum ab altero disiun-
xisset: quum etiam Gal. 6. simpl. cap. 106. & 107. de dauco, & 8. simpl. cap. 121. de staphilino, hoc est pastina
ca egerit: præterea in sexto, se non de pastinaca, verum de dauco differere planè indicat, scribens: daucus,
quem quidam etiã staphilinum nominant, his apertissimè conicere, inter illa discrimen nouisse. ad hæc, ne Mat-
thiolus impunè abeat: quũ daucum syluestris pastinacæ speciẽ fateatur: subijciat quæso, quã speciem esse velit,
Diosco. vnicam tantummodo pingente: vel opus est, velit, nolit, fateatur pastinacam syluestrem, in his tribus
comprehendi: sicq; idem esset pastinaca agrestis, & daucum, idem .n. dicuntur ex Auer. huic dubitationi men
tẽ fortassis adhibuit Brasauolus, scribens, qui etiã daucum, pastinacæ speciem asserunt, decipiuntur: non tamen
inficias eo, daucum & pastinacã syluestrẽ, aliqua similitudine iungi. Marcellus tamen nõ congeneres, sed idem
esse, & nomine tantum diuersas contendit: cur autem diuersis capitibus, locisq; primum sub titulo agrestis pa-
stinacæ, mox sub dauci nomine, de eadem planta, idem scriptor egerit, respondet non quia diuersi omnino gene-
ris sint, sed quia variante in diuersis gentibus natali, & virium natura, attestari in medicina, id seorsum opor
tebat: quum plura Daucorum genera numerauerit antiquitas, vt ex Pli. lib. 11. cap. 4. plura diffusius ad hu-
ius loci tutelam, prosequi possemus, quæ prolixitatem fugientes, prætermittimus: quum etiam ex Paulo li-
bro 7. daucus etiam, staphilinus dicatur, duplexque: quantum etiam spectat ad Galenum, non habet vnde
tueatur partes suas Matthiolus, si ad vltimum vsq; versiculum, sigillatim eius verba contempletur: quum du- Matthioli sententia
plex, vt Paulus enumeret: daucum domesticum, & agreste: Diosco. triplex scribente, siquidem quum ab aliqui refellitur.
bus, pastinacam syluestrem dici, memoriæ prodiderit Gal. non tamen hac eadem voce nominari indignum pro-
tulit, vt conspicuè opinatur Matthiolus: nec ob id diuersa esse suspicatum, asserere potest, nulla vel affirmante,
vel negante nota. Quare cretici defectu, vt semper factum est, aut huius vulgaris dauci copia satisfaciet,
vel secundi generis hodie hortensis, vt capite de pastinaca dissertum est: visitur & caucalis, in incultis cam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

pestribus, apud nos vbique, ruralibus pastinaca fœnochina, aut syluestre petroselinum, quod folijs terræ pro-
ximis, vulgare petroselinum, quo quo modo, aut verius fœniculum, supernis verò daucum æmulentur, candida
in cacumine vmbella, eius meminit Dioscorides, lib. secundo, vbi cap. 132. folijs apij similibus superflue degi
contendunt plerique.

Meon, siue meu, aut Meum, ex Diosc. lib. 1. cap. 3. athamanticum vocant, in Macedonia, & Hispania,
plurimum gignitur: aniso, alijs anetho, folijs, & caule simili, sed eo crassius, binum fermè cubitorum
altitudine attollitur, sparsis in obliquum, rectumq; radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam ex-
calefacientibus: rarum, adeo fuit, etiam Plinij tempore, lib. 20. cap. 24. vt medici quidam serere cogerentur,
in Italia, quumque alij anetho folijs, Marcellus autem cum Plinio anisi, ex vetustissimorum Græcorum codi-
cum fide comparauerit: hinc factum est, vt qualis herba sit Meon, non facilè quis conicere potuerit. quæ .n.
ex Creta, Gargano monte, & Nursia, radices quædam albicantes, pro Meo aduehebantur nihil constituti ha-
Saxifraga vulgaris. bebant: quidam tragij speciem quandam: alij pimpinellam hircinam, & officinarum saxifragam, in campe-
stribus nostris vbiq; frequentissimam, pro Meo supponunt, cuius folia, & si bipinellam potius æmulentur, la-
tiora etiam, ad anisum tamen, quoquo modo accedere videntur, caule bicubitali, radicibus albis, longis sanè,
in latus, rectéque tendentibus, insignis acrimoniæ, non sine odore: quibus indicijs, & si legitimũ non sit Meon,
illi tamen substituti loco, verius quadrant, quàm vnguentaria nux huic succedaneum facta, ex Gal. ac Paulo,
in tractatu illis inscripto, spurio ædepol, quum plurima facultate diuersa, inuicem succedere doceant, ab ho-
rum doctissimorum virorum doctrina alienum: & si fidem illi adhibere videantur Matthiolus, ac Amathus:
Matthioli ac Amathi lapsus. quandoquidem nux Myrepsica, vomitoria est, ac purgatoria nonnunquam, plura etiam à Mei natura diuer-
sissima obtinet, cui propius accedere videtur saxifraga prædicta, tordylium, siue cyperus: hoc autem æuo alia
reperta est planta, tortuosum aut syluestre anethum: Ruellio appellata, folijs anethi, caule bicubitali, radici-
bus nigricantibus, longis, in obliquum rectumq; sparsis, cum graui odore acribus, quas tamen ob odoris graui-
tatem, & quia tenues etiam non sint, hinc diuersum quippiam esse, non immeritò opponi posset: & si omnis
herbariorum cœtus legitimum esse contendat: idque Amathus, odore sicci fœniculi suauiore, & aromatico, vt
res se se habet, in Sistara apud nos vulgari, longis comatis, capillatis radicibus, nescio qua spicæ nardi effigie
in Bononiensibus montibus, secus, & à Matthiolo diuerse dictauerit. qui in Italicis suis enarrationibus, nusq;
in Italia reperiri conscripsit, nec propterea acriter egit, in Reuerendos Mes. interpretes, vt obicit Amathus,
Matthioli tutela in Amathum verum subdubio relictis, simpliciarios alioqui doctissimos, in tanto rerum discrimine hallucinatos, deducit. de
quibus postea in latino volumine, ne verbum quidem fecit: Veruntamen & si id sibi arroget in Apologia, vt
plantam pro legitimo Meo, ab omnibus habitam, ante Lusitanum agnouerit, quam is in Nursiis montibus co-
piosam dictat, ab accolis spicula vocatum, cuius deinde in latino imaginem appinxit, quum etiam se non scri-
psisse, Meum in Italia haud reperiri comminiscitur, duplici mehercle notatur mendacio ita .n. dictat vulgari
idiomate: parmi perhò gran cosa, che nascendone in Ispagna assai, non si ce ne porti del vero in Italia, alte-
rius prædicti nulla habita mentione, vt quo ad hoc, quum ante eius latina commentaria scripserit, neq; de re-
Matthioli lapsus, ac arrogãtia ligione secum cõtendat Amathus, cur istum infidelem, Iudæum, vel (vt vulgo dicitur) maranum, & exulem,
adeo moleste, atq; insolenter accersiuerit Matthiolus, à quo optimarum artium studio, & disciplina, profecta
sint, me lateat: & si ex Ioanne Rodrico, in Amathum se transferens, forte bis baptizatus videatur, idq; Chri-
stianæ fidei assertorem, minus doceat. Quod si tam inhumaniter, vt aliorum famam arrodit, ac conscindit, tam
feraci ingenio, tanta impudentia, temeritate blateramento, iurgijs rixis, calumnijs, perdito iudicio, Matthio-
lum ita mecum expostulaturum arbitrarer, tot chirurgicis instrumentis Ixia delibutis confoderem Hippona-
ctæa, atq; Archilochia feritate, tam acerrimis verbis illum conspurcarem, vt quàm cito, horribili hoc bombo,
his execrationibus omnia ex lætitia, & voluptate, in lacrimas, & luctum reciderent. at quum omnes artes
quæ ad humanitatem pertinent. communi quodam vinculo, & quasi cognatione iungantur: si mitius nobiscum
aget, mitissimè respondebimus, pro iniuria, beneficium, beneuolentiam, & amorem reponemus, sin minus ali-
quando suæ Philosophiæ finem faciet, aliquando ea met de se polliceri desinet, quæ nunquam in se habuerit, à
conuitijs cauebit, quũ hominis sit errare, & in pluribus conniuere, erratũ non agnoscere arrogantis, & verita
Meon. ti obstrepentis: Meon Calabris in monte Paulino Imperatrix nominatur, accolis Mutinensibus fœnochiella.

Balsamum, ex Diosco. lib. 1. cap. 18. arbor albæ violæ, lycij, siue pyxiacanthæ magnitudine conspicitur,
folium rutæ proximum, longè candidius, perpetuo virens, in Iudæa solum, quadam valle, & Aegypto
nascens, his differens modis scabritia, proceritate, gracilitate, quod igitur tenui, & capillacea coma
est, theristum vocant, quasi demessile, fortassis quoniam ob gracilitatem facilè demetatur: æstiuis sub ortu
canis ardoribus, arbos vnguibus ferreis inciditur, manatque è plaga succus, quem opobalsamum vocant: sed
Opobalsamum. tam exiguo stillatu, vt annis singulis, ne plures quidẽ quàm seni, septemúe congij cogantur, inibiq; pondus, du-
plo rependitur argento ex Flauio Iosepho, antiquit. lib. 14. cap. 7. in Hierico maxime nascitur opobalsamum,
vnguentũ optimũ cuius flos acuto lapide quũ incisus fuerit, destillat. in hac describenda planta, quàm varient
authores facilè colligitur, succi probatio est, vt sit recens, validi odoris, syncerus, nõ ad acorem vergens, dilui
facilis, leuis, astringens, ac modicè mordens gustu, sed varie vitiatur: mixto ab aliquibus terebinthi, cypri
lentisci, balani vnguento, item susino metopio, melle, aut cypria cera, liquida quod maleficium facilè depre-
henditur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

benditur, nanque merus, in laneam vestem fusus, neque maculam facit, neque si eluatur, notam relinquit, vitiatus autem inhæret, & lac instillatus coagulat: quod adulteratus non efficit: quin etiam syncerus, in aqua, aut lacte, celerrimè liquescit, coloreque lactescit: vitiatus verò, olei modo innatat, se conuoluens, aut in stellæ modum diffundens: syncerus senescens, crassescit, deteriorque redditur: hallucinantur, quod aqua concretum, pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur; postea dissipatum supernatare: quum itaque tot artibus adulteretur balsamum, vt internosci vix queat, ex Theophrasto 9. de historia plantarum, cap. 6. ideo ipsum ex sua arbore resudantem, aspicere voluit Galenus, & ex eo particulam, tanquā regulam cæteris agnoscendis, apud se semper habere: præcipuum enim illud est videre prius, ipsa quibus in locis optima nascantur, quemadmodum ipse fecit primo de antidotis, cap. 13. quum adeo quædam interpollentur, vt vera à fictis cognoscere queat nemo: hoc tamen seculo, ne dicam sophisticum, sed quod legitimi balsami, vel quampiā in se particulam contineat, non lignum, non cortex, nisi imposturis vitiata asportantur, illud igitur in memoria reuocandū, non prius lacrymam balsami, pro legitima admittendam: quàm de ea omne periculum fiat: quo clare cognoscatur, omnibus his præstare, tum notis, tum facultatibus, illi à Dioscoride tributis: eius tamen loco, aut vera stacte, nuper ex Indis allata, vel pseudobalsamum Hispaniensis insulæ, de quo lib. 10. histor. cap. 3. vel oleum caryophyllorum, aut ex balsaminis quodpiam, de quibus in oleorum tractatu, ceu quum balsami oleum, vt hic expetitur, accipienda: ex Matthiolo, attamen ex Fuchs. indistinctè tamen 2. de compo. med. aduersus Cordum, cur ad alia, arte paratum confugimus, si Leucoion balsami dotes sortitum est illi succedaneum ex Galeno, nos Leucoi radicem pro ligno, semen pro succo balsami, flores pro semine potius eligeremus.

SEmen balsami, vel fructus, carpobalsamum dictum: eligendum est flauum, plenum, grande, ponderosum, mordens, gustu feruens, in ore modice opobalsamum olens, ex Theophrasto fructus similis terebintho, tam magnitudine, figuraque, quàm colore, admodum odoratus est, magisq́; quàm lacryma, adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido defertur: sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignauia, sapore piperis: idem est quod passim venditant euanidum, nigricans, leue, vix aroma olens, ideo ineptum: quare si cuipiam leucoi flores non quadrent, nō inconsultum erit, eius loco caryophyllos, aut moschatam nucem, vel vsitatas cubebas: aut aliud semen gustu mordens, cum quadam redolentia, carpobalsami facultatis non impar, substituere.

E Ligni genere, quod xylobalsamum vocant, probatur recens, sarmento tenui, fuluum, odoratum, quadātenus opobalsamum spirans; quod in pharmacopolijs versatur, myrtum potius, aut quid aliud, quàm balsami lignum refert: optimum itaq; lignum aloes huic succedat, macis, cyperusúe quibus leucoi radix nō satisfacit ex Matthiolo, non. n. fieri potest, vt ex tam rara arbuscula, tanta ligni balsami copia ad nos deferatur, quanta in Emporijs prostituitur: præterea quum ex Theophrasto 9. de histor. plant. cap. 6. virgas eiusdem arboris odorem suauissimum præstare affirment, sitque succus odoris eximij, quæ floribus exceptis leucoio non insunt, hinc Fuchsio non accedimus.

SCordion, ex Dioscoride, lib. 2. cap. 106. in montibus, & palustribus nascitur: folijs trissaginis maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantulum allia redolentibus, gustu amaris, & astringentibus, quadrangulis caulibus, subrubro flore: inter prima efficax Ponticum natione, Creticumque. Scordij hoc loco depicti, multis in locis vberrimus est prouentus, in palustribus præsertim, & humectis: qua de causa, multis trissago palustris dicta, allij odore prædita, & quamuis pulcherrimum Creta mittat, in alijs regionibus minime est contemnendum: ex Galeno 1. de antidotis, cap. 12. quamuis negligentia factum esset, vt non solum herbam ipsam, scordium vocatam amisissemus, sed & vocis ipsius significatum, allium syluestre eius loco, pudendo nimis errore nominis similitudine decepti accipientes: nam duo vocabula satis affinia sunt, Scordium & Scorodon, quod Græcis allium significat, veluti Scorodon agrion, allium syluestre, huiusque erroris ansam, arabes præstitisse, ac potissimum Auicennam, prodidere Brasauolus, ac Matthiolus, quod vocabulorum vicinitas illi imposuerit, atque scordium, scorodon commentus sit: qui altera Theriacæ descriptione, scordium ponit, in altera syluestre allium pro scordio: hinc præteritæ ætatis medicos, rei, & prioris vocis ignaros palam diffusum, ac annotatum allium syluestre aspicientes: scordium in alia Theriaca descriptum, allium agreste opinatos fuisse: quum Auicenna suam ipse inscitiam declarauerit, ideo syluestre allium, & scordium, vnam & eandem plantam esse, certò sibi persuasisse, in eiusque locum, illegitimè successisse: hæc est Auicennæ Sarcina, hic corruptum vtriusque iudicium, hæ temerariæ, & negligendæ omnino disceptationes, tametsi Auicenna, in tribus Theriacæ descriptionibus, lib. de viribus cordis, summa prima, tractatu primo vnico capite, in prima scordium legat, in secunda autem allium syluestre, non ob id vocabulorum affinitate illusum, ne leui coniectura asserere, vel possunt, vel debent: quoniam si pro scordio, scorodon legisset, allium simpliciter, non allium syluestre transtulisset: nisi scorodon agrion, vnde eius Theriacæ compositionem excerpsit, pro scordio lectum, Arnaldum Auicennæ interpretem hallucinari coegerit: huic enim potius, quàm Auicennæ ascribendum: quum præsertim tractatus ille, in alienam messem irruerit: mira. n. crederetur huius authoris inscitia, lecto apud Galenum carmine 2. de antidotis, cap. 17 videlicet. Scordion herba: Allia quæ redolet, tantumq́; immitatur odore: si adeo stulta in mediū adduxisset: propterea Matthiolus, se se colligit latinè, & Auicennæ, vel eius interpreti inurit. non iniuria igitur, eorum explosus est error, qui allium syluestre, aut obuiam

Auicenna defēditur à Brasauoli, ac Matthioli calumnia

quamcunque herbam, allium ſubolentem hoc eſſe opinabantur. Cæterum ſcorodoraſarin, ideſt aſſam fœtidã,
in Nicolao legi animaduertit Fuchſius, in annotationibus antidoti è caſtorio: propterea per aſſam fœtidam in
Scorodo- Nicolao, non vulgarem hac voce vſitatam, ſed ſcordium ibi accipiendum. calefacit in 3.° atq. siccat
raſerin. ...

SColopendrion, quibuſdam aſplenum, vel ſplenion, alijs hemionion, Barbaris cethrac, vulgo herba dora-
ta, ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 128. folijs eſt multis, ſcolopendræ animali ſimilibus, ab radice vna prodeun-
tibus, naſcitur in parietibus, ſaxiſque ſiliceis, & opacis, nec caulem, florem, nec ſemen habet, folia po-
lypodij modo diuiduntur, ſubter flaueſcentia, hirſutaque ſuperne viridia, cuius notis comparatum, barbarum
cethrac, nullum amplius dubitandi locum relinquit: idque omnium recentiorum, & qui in Barbariem
lapſam medicinam reſtituere teſtimonio, à fibris quas in modum filicis habet, pterix appellata, cuius folia, &
ſi polypodium vndequaque referre non videantur: quandam tamen non eminus præſeferunt ſimilitudinem:
eſtque filiculæ quædam ſpecies, ita ſcolopendrij æmula, folio tamen paulo ampliore, vt primo intuitu, legiti-
mum ſcolopendrion pluribus exiſtimetur: graui itaque errore ducta, vniuerſa Barbarorum ſchola, hactenus
linguam ceruinam, pro ſcolopendrio habuit, quæ quidem an ſit phillitis, vel hemionion, cap. de phillitide di-
ſcutietur. at minime eſt ignorandum, quibuſdam aſplenum, & ſcolopendrium non idem eſſe, ſcribente Galeno
5. ſimpl. cap. 12. nam quæ maiores ſunt lienis obſtructiones, vehementiora deſiderant medicamenta: nempe,
capparis corticem, radices tamariſci, ſcolopendrion, & ſcillam, & eam quæ id ipſum nomine repreſentat,
aſplenos appellata: ex quibus diuerſas inter ſe plantas adducere videtur. vt verò idem eſſe tutetur Matthio-
lus, ibidem ſcolopendrium irrepſiſſe, vel ſcioli cuiuſdam temeritate, vel Galenici textus deprauati cauſa, hoc
argumento contendit: quod in ſimplicium cenſu, aſplenij duntaxat meminerit, ſcolopendrij nequaquã: quod ſi
diuerſa putaſſet, ſigillatim vtriuſq;, præter Dioſco. ſententiã meminiſſet. hæc ille: ſecundis ventis, eum petens
portum, quem nos quoque probamus, at propè impingens in curſu, cum tempeſtate dimicat, pericul oſe, falli-
Matthioli turque apertè, vt mea fert opinio, quum ſcolopendrium 5. ſimpl. accreuiſſe opinatur: ſi quidem ſe ipſum de-
lapſus. clarans Galenus, 8. de compo. pharmac. ſecundum locos, pharmaca potabilia ad ſplenicos Andromachi con-
ſcribens, inquit. Hemionitidis herbæ quam quidam aſplenum, quidam ſcolopendram dicunt, vt per aſplenum
5. ſimpl. hemionitidem intelligendum putauerim: hæcque opinio noſtra, adeo firmiter cohærere videtur, vt
non ſuperſit ambigendi locus, eius folijs tantum vtimur. Scolopendræ animali terreſtri, ſimilis eſt maritima,
magnitudine paulo minore, colore rubentiore, numero pedum copioſiore, & crurum tenuitate graciliore, ex
Ariſt. 2. de animalibus, cap. 14. quibus sane tam illustribus indicijs obruens ...

Diacrocum minus.

REcipe ſpicæ nardi, mirrhæ, caſ. aromaticæ, croci, ſchœnanthi, coſti, cinnamo.
ſingul. partes æquas, melle deſpumato excipe. Idem pollet ſed imbecillius.
Eadem prorſus legit Auicenna lib. v. Serapion ponderi tantum variat.

Diamoruſia.

REcipe croci, acori, añ. drach. ij. myrrhæ, drach. iij. baccarum lauri, drach. ij.
& med. dauci, cinnamo. caſ. aromaticæ, cumini, ſeminis balſami, ſchœnan-
thi, ſeminis apij, cardamo. aniſi, ſpicæ nardi, menthæ ſiccæ, marrubij, ameos, triũ
piperum, coſti, añ. drach. i. melle deſpumato excipe. Datur à drach. i. ad duas.

Eadem præſtat, quæ Diacrocum maius: nam affectus ventriculi, hæpatis, lienis, frigidos, proindeq; cronicos
ſanat, hydropem, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam crudorum ſuccorum copiam, ac dolorem.

ACorum, ex Dioſcoride, lib. 1 cap. 2. folia iridis habet, anguſtiora tamen, radices non diſsimiles, compli
catas, non in rectum, ſed obliquum actas, & ſummo ceſpite ſparſas, geniculis interceptas, albicantes,
guſtu acres, odore non ingratas: ex Pli. lib. 26. cap. vltimo, radices nigras, minusq; venoſas habet, &
creticas candidiores ponticis optimum eſt denſum, candidum, plenum, carie non exeſum, odoratum cuiuſmodi
Colchicum, & Galaticum: quod aſpletion dicunt. officinarum autem acorum, gladiolus videlicet vulgaris; à
Gladiolus vero longè diſsimile eſt: radicibus purpureis raro candicantibus, intortis, nodoſis, nullo acri, atq; adeo nec gra
to, aut ingrato odore, ſed guſtu aſtringentibus, folio, & caule quadantenus iridis, flore luteo, ineunte æſtate,
vbiq; aquoſis locis ſcaturit, vulgo lirio gialo: vt cõgener quidẽ iridi ſit, nõ tanta tamen cognatio, nec talẽ cum
acoro inijt ſimilitudinẽ, inutilis & damnanda, paluſtris hæc radix (& ſi hic cõniueat Ruellius) vt impruden-
ter parũ peritis medicis, poſt hac imponere poſsit. Quare Braſauolus, galangã officinarum, acorũ eſſe opinatus
eſt cũ Leoniceno. Matthiolus tot acies inſtruit, vt quãuis ſententiarũ varietas, difficultate minime careat: Fu-
chſii, & Syluij præſertim, qui maiorẽ myropolarũ galangã, in veterum acorum reuocant, calamum tamen aro
maticum, falsò ita nuncupatum, doctis omnibus eſſe acorum contendit: quin ante eum Manardus, pluresq; non
parui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

parui nominis medici, multum apud Lituaniam acorum gigni, atque in Syria asserunt: omnibus deprehensis dotibus, quæ in acoro desiderantur, si vel gustu, vel intuitu, diligenter examinentur, propterea acorus legitima sit, quæ calami nomen hactenus sibi vendicauit, vt eo in capite discussum est, vel eius loco asarum, validioris etiam facultatis statuatur: siquidem quum vegetior galanga, gustu acerrima sit, nulla in parte albicet, verum externo cortice subnigrescat, interiore substantia rufescat, & si minore dilutius rubeat, acorus acer duntaxat, albicansque scribatur, amarescatque euidenter, ex Galeno illa nequaquam: quicquid ex Plinio luxant Anguillarius ac Amathus, priorem deserere opinionem nullo pacto compellit: nec quia Venerea vocetur ex Apuleio, propterea hæc acorus fuerit vnquam, quum plures sint Venereæ plantæ ob decorem, atq; odoris gratiam, hoc nomine insignitæ, vt Venereum labrum, capillus veneris, & alia plura, non quia Venerem accendant: quum verò galangam, ideo genuinum esse acorum, ex Lusitano scribit Matthiolus in eius censura, quoniam ad Venereos vsus maxime commendetur: commenticium est, nec scribit Amathus. Cæterum quum alter sit gladiolus, Xiphion Græcis, in pratis, & cultis non infrequens: quod per Xiphium aquaticum gladiolum intelligere videatur Plinius lib. 25. cap. 11. scribit Amathus: Matthiolus etiam in vtrisque commentarijs, eiusdem met sententiæ facilè credit, Plinio illum vocari Xiphion, siue gladiolum, quem paßim officinæ acorum nominant: qua autem leuitate, quo consilio, causa, aut ratione, tam subito mentis statu dimoueatur: vt sibi ipsi laqueum nectat, in se ensem accipiat, instar apri contra ictum innitatur. non alia per Deos immortales reddi potest, quàm illi par: qui sibi testes amputauit, vt vxorem defraudaret: hoc igitur fatuitas, vel intestinū, atq; incredibile odium in Amathum, ita sui immemorem reddidit Matthiolum. scribit enim in Censura, quod Plinius lib. 15. cap. 11. per Xiphium intelligat acorum, quod in paludibus prouenit, flore aureo, iridis æmulo, vt Lusitanus perperam intelligit, minime probamus &c. præterea non prius ab hoc se explicat, quàm altero se cõ fodiat vulnere: inquit enim his accedit Lusitani lapsus, quod scribat, Xiphio radices esse, caninis testiculis similes: & profectò ita dictat Amathus: nam radices Xiphio rotundæ, duæ sunt testiculorum canis dictis, radicibus admodum similes, quarum vna alteri subsidet: in quam eandem incidens sententiam Matthiolus, in Italicis commentarijs cap. de Xiphio, inquit. Sono le radici dopie, simili à quelle de i testicoli di cane, vna più bassa dell' altra: & quamuis in latinis enarrationibus scribat, radicibus cohæret geminis, rotundis, &c. quis est, qui eius scripta, poßit reprehendere, quis inquam idoneus accusator, tam efferam superbiam, tam crudeles contumelias, tam rigidas censuras probabit? quis Dij boni, ad earum tutelam descendet, quibus officijs, quibus technis persuasus, in certamen progredietur, se se ipsum accusat, sibi ipsi aduersatur, se igitur defensorem propriarum contradictionum, se vltorem iniuriarum, se cognitorem iuris sui, atque actorem totius causæ constituat.

Amathus repellitur

Matthiol⁹ perperam ĩ Amathū insurgit.

Xiphion

Matthioli contradictiones

Cuminum, vel cyminum, ex Dioscoride lib. 3. cap. 57. duplex est, satiuum & syluestre duplex, satiuum ori gratum est, sed multo magis Æthiopicum, quod Hippocrates regium appellauit, secundum locum tenet Aegyptium, reliqua sequuntur, nunc ex Galatia petendum non est, quum ex Apulia, aliisq; pro pinquioribus locis, præstantißimum afferatur, ex planta, folio fœniculaceo, semine copioso, radice subrotunda, quasi bulbosa, caule frequentibus ramulis brachiato: si vero carmenum cuminum nonnunquam scribatur, idem sit quod Aethiopicum, vel vt quidam exponunt, ex Caramania regione: & si seselim esse, nescio qui opinati sint. Serapione vtrique separatum caput aßignante. Syluestre primum, Italis adhuc incompertum creditur: at secundo loco depictum, consolida regalis dicta, & vulgo sprone di Caualieri, à doctißimis quibusq; herbarijs, Fuchsio autem syluestre Delphinium existimatur: eius autem mentio fit, cap. de symphito. quum autem syluestre primum melanthium citrinum officinarum crediderint cucullati, qui in Mesuem commentaria ædidere. Matthiolus tamen, non vsquequaque reijciendis rationibus illos damnat; præparatur cuminum, viginti quatuor horis aceto acerrimo infusum, postea siccatum: torrefit sartagine subferuida, ab igne semota, statim impositum, vel fictilibus igne candentibus tantisper obseruatur donec torrescat: an verò Delphinij caput Dioscoridi obrepserit, vt innuit Matthiol. quum Græcis omnibus codicibus inseratur, aliorum iudicio stare malo, quàm meo: Fuchsij tamen sententiam non probaturus. aßatio autem omnis fit, vel ad earum facultatis augumentum vt in scilla, ad decrementum, vt in cepa, vel in duplici præditis, vt purgatrice amissa, astringens augeatur, vt in rhabarbaro, ac myrobalanis. vstio autem omnis quo facilius leuigentur, vt sericum, vt tenuitatem inducant, craßitie deposita, vt metallica, vt nouum sibi conciliet colorem, vt cerussa, vt in aliam transeat speciem, vt ex stybio oleum, vt vis in superficiem tracta, lotione separetur, vt in pompholyge, ac phrygio lapide, Galenus 4. de comp. pharm. secundum loc.

Cõsolida regalis

Cumini p̄paratio, et torrefactio.

Marrubium, quibusdam praßium, ex Dioscoride lib. 3. cap. 100. nascitur propè ædificia, ruinas, & rudera: nunc in hortis seruatur. omnibus perspectißimum, nec deest campestre, iuxta tuguria, earum areas, fossas, propè vias, sepes, cimiteria exuberans: praßium fœtidum pharmacopœis vocatum, idem certè cum Dioscoridis ballote, ad multa quidem efficax, verum vsu abolitum. Plinius hic ab Hermolao damnatur, quod prason, & prasion affinitate deceptus sit, vt in stachi, ex Theophrasto 6. de historia plantarum cap. 2. duo sunt marrubij genera: aliud folio herbido, serratiori, incisurisque profundioribus, proinde con spectioribus discreto constat, alter rotundius, squalensque vehementer, sicut sphaceli incisuras habens obscuriores, minusque serratum, at quum marrubij loco marmacur, aut mutatis elementis, paulo aliter ex Mesue legatur:

Plinius notatur.

Marmacur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

legatur: alij melissam, nonnulli marum accipiunt, charonium antrum ingressi, quum Arabicarum vocum syntaxes, aut verius eorum significata sectantur.

Diacuminon primum.

Recipe cumini pp. drach. x. zingiberis, cinnamomi, ann. drach. med. caryophyl. ligni aloes, macis, ann. drach. ii. & med. galangæ, piperis longi, cardamomi, ann. drach. ij. moschi scrup. med. mellis despumati, quantum sufficit.

Ventriculum, & viscera reliqua calefacit, coctionem iuuat, flatus dissipat.

Diacuminon secundum.

Recipe cumini pp. drach. xx. zingiber, thymi, ann. drach. iij piperis, cinnamomi ann. drach. ii. ameos drach. i. & med. foliorum rutæ siccorum, nitri rubri, ann. vnc. med. excipe melle despumato. Ad eadem, sed inefficacius.

Hoc affine est Galeni Diospolitico 4. de Tuend. s. cap. 5. dupliciter præparato, vt infra.

Diospoliticon.

Recipe cumini, piperis, rutæ, nitri, partes æquas, vel cum reliquorum pari pondere, nitri dimidium admiscetur, minusq́; sic ventrem soluit.

Zingiber addunt Actuarius, atque Auicenna in primo suo diacimino, lib. 5. Tract. 3. ponderibus variatis, at in 2. Galeni mentem in Diospolitico, ad vnguem sectatur, vt etiam Alexander lib. 8. cap. 10. in cura lienis inflati, & si inflatu distenso, & intumescente, eodem lib. nitrum quadruplicet, Paulus lib. 7. cap. 11. pondere multiplici zingiber quoque addit, vt etiam Myrepsus nu. 324. & 325.

Coctionem iuuat, flatus dissipat, hypocundria turgida, & inflata cruditate, & flatibus liberat.

Est & Diacuminon Nicolai, vsu frequentius, præsertim saccharo, in morsulos effictum, quia gratius, quàm cum melle liquidum, id tamen ab Actuario ferè excerpsit. Quare per Diacuminum simpliciter, primum potius accipiendum statuimus, si verò alterum parare cuipiam arrideat, id quoque inferius annectemus: Est & antidotus è cumino Myrepsi his valde dissimilis.

Diacuminon Actuarij.

Recipe cumini sextulas quinquaginta, idest vnc. viii. drach. ii. scrup. ii. cinnamomi, spicę, zingiberis, piperis nigri, fructus balsami, singul. sextulas x. idest vnc. i. & med. drach. i. scrup. i. iridis, cyperi, cardamomi, rutæ, lybistici drach. vi. scrup. ii. melle quan tum sufficit.

Arteriacis, difficultati spirandi, tussiculosis, inflationibus, efficaci est adiumento, noxam stomachi corrigit, coctionem affert, astrictionem vitia sanat.

Diacuminon Nicolai nu. 100.

Recipe cumini pp. vnc. i. scrup. i. cinnamomi, caryophyl. ann. drach. iii. scrup. ii. galangæ, zingiberis, piperis nigri, satureiæ, calamenthi, ann. drach. i. scrup. ii. ameos, lygustici, ann. drach. i. gr. xviii. piperis longi, spicæ nardi, nucis moschatæ, ann. scrup. ii. & med. mell. attici, aut sacchari quantum sufficit.

Ponderibus aliter excedebat, variabatq́ue, præsertim ex Cordo, ac Præposito, nunc integritati suæ restitutum ex Fuchsio, & si alia sit antidotus è cumino magna, & Diaspoliten vocata, ab his, vt etiam à Diospolitico diuersa, vt alia purgans nu. 328. Dessennius Myrepsi ponderibus hic non respondet.

Cōfert frigiditati thoracis, stomachi inflatis, colicis, febre quartana laborātibus, & ventriculi coctionē iuuat.

Thymum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

THymum, ex Dioscoride lib. 3. cap. 35. ab omnibus cognoscitur, ex Theophrasto 6. de histor. plant. cap. 2. duplex est, album scilicet, & nigrum: ex Plinio quoque lib. & cap. 21. candidum est & nigrum, florisque nigri; hinc duplex tantummodo thymum elici potest, & si nescio vnde tertium expiscati sint Brasauolus, ac Matthiolus, potissimum nobilius erigens ex Dioscoride, quia scriptum reliquit lib. 4. Epithymon flos est Thymi durioris, satureiæ magis similis: at satureiæ simile duntaxat effecit Dioscorides, cuius fortasse mentis compos effectus cap. de epithymo, atque in latino volumine verbum illud (magis) expungit: quanquam addere, ac minuere sæpenumero consueuerit, & sibi partiendæ, ac communicandæ laudis gratia, arbitratu suo, & verba, & authorum mentes disponat: nihilominus quum satureiæ tantum simile hic, atque alibi, vt etiam cap. de satureia, thymum subsequente, thymo similem, minorem tamen, & tenuiorem deduxerit satureiam, vnci thymi tantummodo recordatur; nec Theophrasti diuisione vsus est, & si hæc aliqui, ad hunc scriptorem importunè transtulerint, vel post candidum, & nigrum: si nobilioris thymi speciem elicere volunt, opus est tertiam ostendere thymum, quam sibi suo modo parturiant, si non album sit, non nigrum, sola à rei herbariæ scriptoribus celebrata: Nempe & si è Lyguria duplex afferatur ad nos thymum: vti ex Apulia nigrius Cretico, quamuis alij Apulum, vt præstantissimum, quidam Creticum accipiant, alterum lignosius, fruticosius, ac durius, flore purpurascente, inter purpuram & candorem medio, alterum mitius, tenuius, albo flore, spicatis capitulis, odore fragrantissimo, semper tamen satureiam æmulantur, natalium diuersitate, magis, ac minus euariantia: hisq; conuoluitur epithymum, nec ob id, aut à Dioscoride sciuncta, aut diuersa appellanda existimauerim: vt nescio quo vesano spiritu ducti, tot nugas, tãtam garrulitatem asperserint de quibus diffusius cap. de epithymo. Aetius Tetrabiblo primo, serm. primo, à nigro thymo, elleboro appellato, penitus abstinendum animaduertit, quod corruptoriam vim habeat.

Brasauoli lapsus.

Matthioli reprobatio.

RVta, ex Dioscoride lib. 3. cap. 43. triplex est, satiua, syluestris, & montana: satiua, atque hortensis, tritæ est cognitionis, minus acris, magis in cibos admissa; Aestate floret, Autumno maturescit, quo tunc semen est demetendum: Syluestris etiam in campestribus, & suburbijs, à nobis sæpe collecta: montana autem in collibus Montisferacis, Crepacorianisque calidissimis, ac siccis locis copiosissima prouenit: horum defectu, hortensis duplum indi poterit, siccatæ scilicet, cui ad viridem, non parua est differentia, quũ arida multo acrior, ac calidior, quàm viridis existat, ex Galeno 2. de composi. med. per locos, cap. 1. propterea ab erronea Monachorum opinione cauendum, qui androsæmon, siue hypericum vocatam, aliam rutam syluestrem ipsius Dioscoridis, tam ineptè commenti sunt, idque pro ea substituendum, syluestris autem intelligatur, satiuæ similis, graciliori tamen folio, gustu acriori, amarioríque: duplex quum sit syluestris rutæ species, prima antedicta altera moly nuncupata, & si aliud sit moly cap. subsequenti, quibusdam Harmala, Syris besasa, quæ Serapionis, & Auicennæ testimonio, tam aspirata quàm non, huius rutæ semen significet: siquidem Mauritanorum scripta, Dioscoridi, ac Galeno, rutam hanc describentibus astipulantur: scribit enim Auicenna, cap. de ruta: syluestris vehementioris est nigredinis, quàm alharmel. idest hæc syluestris, quam illa magis nigrescit, quamuis ipsa quoque syluestris appelletur: cætera ex Dioscoride prosequitur, lib. etiam 4. cap. 33. inquit: & alharmel est de medicinis liberantibus, & paulo infra, & ruta syluestris, & non est harmel, ceu quidam existimarunt: imò est species rutæ ipsius, ideo per harmel, sine addito articulo al, secundam syluestris rutæ speciem se intelligere conspicuè declarat, apulis hoc nomine cognita vti in Patauino Viridario: hinc igitur quantum errauerit Quiricus Augustus, & si magna cum laude, praxim in Apollinea nostra ciuitate, diutius exercuerit, quantum vnà cæcutiant, quàm obscura erroris caligine inuoluantur, qui luminarium labyrinthos sectantur, quamque detestandus sit hic error, atque abolenda praua, ac perniciosa consuetudo, cicutam lethale venenum, in pilulis fœtidis, atque alibi admiscentium, Sole clarius illustrari potest: quum cicuta Arabum sermone, succaram nuncupetur: & si eorum interpretes, rei inscy, apud Auerroem, pro harmel, idest cicutam, turpi nimium lapsu, stultissmè exposuerint: eo autem in capite, Galeni mentem reddat, capite de moly, idem certè cum hac syluestri ruta, vt capita conferentes, facillimè dijudicabunt. hanc esse caryophyllos vltramarinos censet Amathus, de quibus in fine capitis de parthenio. quantum autem distent, vide ex Matthioli censura: an verò hyperico congener sit, idemúe, in eius capite discutietur: rutæ semina ad quinquennium seruari solent. at quum Cicuta legitima scilicet sua vi refrigeratoria necet, ex Dioscoride lib. 4. cap. 67. formidandaque pariat symptomata, ex eodem lib. 6. cap. 11. quamuis dolores haud dubie mitiget, non nisi summa vrgente necessitate accipiatur, siquidem ex Theophrasto 9. de historia plãt. cap. 17. ex Thrasya Mantinensi compertum est, veneum ex cicuta locis prægelidis enata, quod drachmæ pondere irremediabile esset: ea in palustribus nostris qua itur Decianam frequẽtissima occurrit, cauis radicibus, folio ferulæ, angustiore, aut verius coriandri, vt ex Plinio, quibus dissentit hoc nomine vulgata, cuius radices ineunte vere quum pastinacæ loco ederint quidam, nihilum penè læsi sunt: alteram ne anseres quidem attingunt, secus obstupescunt. quamuis seminis cicutæ mentio fiat, inter nephriticas Andromachi compositiones, ex Galeno 10. de composi. med. secundum locos cap. 1. vt etiam inter Asclepiadis compositiones, simul ac ex Paulo in trochis. de vesicaria, eius quoq; meminit Myrepsus, in remedio nephritico, ad exulceratam vesicam. Nos tamen certò scimus, medicis quibusdam, qui ex tam frigida herba communi videlicet cicuta fatuitatem fortasse contraxerant. summo dedecori fuisse, quũ illud languẽtibus quibusdam exhibuissent, qui postea maximo in discrimine versati sunt, propterea dexter adsit Apollo,

Monachi aberrant.

Moly.

Harmala.

Alharmel

Quirici Augusti error.

Amathus fallitur.

Cicuta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

sit Apollo, ne audaciori confidentia, aut confidentiori audacia proximum præcipitemus: spuriam enim quan-
dam cicutæ speciem credo.

NItrum, Barbaris baurach, ex Dioscoride lib. 5. cap. 75. præfertur leue, roseo colore, aut candido, in fo-
ramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quoddam, quale ex Bunis affertur, addit Plinius, quod sit
purum, sincerum, tenuißimum, & facilè resoluatur: id olim quotidiani vsus erat, cum sapa, cumino, aut
aliis huiusmodi mixtum, ad sedanda tormina, nec non in balneis, vt spuma nitri, nunc autem absoluere, nec
agnoscuntur, aut asportantur. & si Cardanus 5. de subtilitate, quia ex Alberto, in Goselaria, Cypro abundan
te, nitrum cogeretur, candidiorque eius pars, in speluncis striarum instar penderet lib. 5. cap. 7. quandoque
etiam resudaret aphronitrum vocatum, ideo vtrunque periisse falsò creditum asserat, vnde reuocari poßit,
Cardani labes. vel quibus in locis, apud nos comperiatur, silentio inuoluens, quod halinitrum vocat, forte eiusdem generis suspi
catus, idem quum sit, quod salnitrum vulgare, à veterum nitro valde diuersum. hodie enim ad tormentorum
bellicorũ pulueres, ad aquas fortes, quibus aurum ab argento segregant argentarii, quod ex terra, & calce pa
ratur, antiquis incognitum retur Brasauolus, nosque nitro carere, & antiquos nostrum non habuisse, dedu-
cit Matthiolus, quod scilicet nostrum salnitrum, ab antiquiorum nitro longè dißideat, id quod & si verum sit,
quum nostrum ex calcis efflorescentia, circa parietes, scrobesque in vinariis cellis, veteribusque cementis in-
uenta perficiatur, ad subitam hominum necem, mißilibus igne tormentis, ad tartareas machinas opplendas, in
diruendis vrbibus, depopulandis gentibus, altißimis turribus, solidißimis propugnaculis, comminuendis, dis-
sipandis: quum Mesue talia posteritati tradiderit, cap. de baurach, & est aliud sicut artificiale, quod est flos
parietum, & est sicut flos salis, quæ verba hoc modo peruertit Syluius. alterum artificiale, flos parietis, vel sa
lis dicitur, nitro valentius, ita enim crediderim in Arabicis elementis, earumque disciplinis, ne primum qui-
Syluii inscitia. dem gressum promouisse, non modo illorum typos iungere, non declarare posse, sed nedum Mesuem proprio scri
ptum idiomate vidisse, ideo phalerato sermone, illius mentẽ millies, & eo amplius inuertere: quum enim funda
menta infirma sunt, ipsaque basis statim in initio debiliter iacta, nimirum si superstructa, ventorũ impetu desii
ciantur, illidantur, & corruant: nec ideo mirandum, si versionem veterem, impolitam quidem, sed fidelem,
affectato lepore contaminauerit. nostrum itaque salnitrum, quum Mes. perspectum extiterit, huius recordari
operæpretium erat, quum sola præmissa distinctione, alterum altero valentius, aut imbecillius esse deduxerit;
nitrum, ac eius spumam inuicem complicans, quæ tamen pharmacis admixta, pituitam crassam, lentam, parti-
bus impactam, solutione, & vomitu educere testatus est, hoc potius, quam illo non excepto, vt iccircò dici posse
videatur, nostrum salnitrum, aliis admixtum medicamentis, innoxium esse, & eadem præstare: vnde fortaßis
innixi, vti ex Fuch. 1. de composi. med. cap. 17. Reuerendi illi Monachi Mesuem commentati, nostrum salni-
trum, veri nitri loco substituendum consuluere: Matthiolus repugnat, temereque ab his alieno periculo fa-
ctum ostendit, quod prius in se ipsis experiri æquum erat, ita denique ea nobis consulere, ac literis posteritati
prodere, vt ex Galeno 3. simplicium cap. 9. si fraterna charitate ducti, hæc in medium adduxere: alii quum
vulgare salnitrum, sit calcis extinctæ veluti flos, quasiq; parietum mucor exudans, & humectis locis concre-
scens, & in apricis etiam exhalans, ex his igneæ mordacitatis qualitatem, ferè deponere aiunt: quum præser-
tim aqua ad hos vsus præparata, triduò diutiusque maceretur, dehinc vbi efferbuerit, tandiù subsidere sina-
tur, donec in frustula glaciei similia addensetur, concrescatque: propterea non nisi maximam acrimoniæ par-
tem exuisse, sic sanè, vt aliis medicinis admixtum, non solum innocuum, sed nitro persimili esse facultate credi-
derint, ideo veri loco vsurpandum, id quod in topicis admitti quo quo modo potest, at quum linguam acerrimè
vellicet, vix eius apice admotum, præsertim vase æreo 2. concretum, certoque sciam, quum iumenta insciis he
ris, nitrariam huiusmodi aquam hausissent, interiisse, non eo audaciæ procederem, vt legitimi nitri vice, in me
dicina succedaneum fiat: huic enim consilio occurrendum, audacia debilitanda, sceleri resistendũ, quum Hip-
pocratis iussu, quid temerè agendum sit nunquam, eorum loco tutius sal gemma, vel sal satisfaciet, alias enim
salis gemmæ, vel salis inopiam pari nitri pondere emandauerunt, in medio coctionis emplastris iniicitur: Ni-
trum tam natiuum, quàm facticium, quomodo fiat, vide ex Georgio Agricola 12. de re metallica. quo autem
Matthioli ignorãtia. differant aphronitrum, & spuma nitri, vide ex Bellonio lib. 3. cap. 8. & si id ignorauerit Matthiolus, menda-
cii conscius: quum tamen eius ingenii, ac memoriæ præstantia, id exposcere non videatur. vt quum nitrum, non
asii lapidis florem esse deducit: quumque in Fuchsii sententiam eat, in vitio dictionis ἀφρού, νίτρυ ibique, vide-
licet 1. de composi. med. cap. 17. aphronitrum, siue aphrolitrum, spumamq; nitri nitidißimè illustrauerit, mi-
rum subit, quòd hæc se ignorare fateatur, neque id alium, quòd sciat, hactenus explicasse. quum etiam asiæ
petræ florem nostrum esse nitrum significet.

SAtureia, vel cunilla Latinis, Græcis verò thymbra, vulgo sauoregia, Vercellensibus segreza, Hetruscis
coniella, ex Dioscoride lib. 3. cap. 36. triuialis noticiæ est, quædam satiua syluestri prorsus minor, tyroni-
bus etiam cognita, hortis quasi omnibus familiaris, ob communem in acetariis, atque intinctibus vsum.
Syluestris Columellæ thymbra propriè, gustu acrior, & odoratior est, in sabuletis, & campestribus quibusdam
proueniens: in Græcia præsertim suffrutex enim est thymo similis, foliis nigrioribus, at tenerioribus, spicatis
floribus, purpureisque in morem betonicæ, semperque viret.

Dianison

Dianiſon.

RECipe aniſi, drach. xx. glyczyrrhizæ, maſtiches, an. vnc. i. fœniculi, cari, macis, galangæ, zingiberis, cinnamomi, ann. drach. v. trium piperum, calaminthes, pyrethri, caſ. aromaticæ, an. drach. ij. cardamomi maioris, caryophyll. cubebarum, croci, ſpicæ nardi ann. drach. i. & med. ſacchari vnc. ij. mell. deſpumati q. ſ.

Intemperiem frigidam ventriculi, à pituita cruda, vel etiam flatibus ſanat, & tuſſim diuturnam, à frigida cauſa genitam.

Alia eſt antidotus ex aniſo, Myrepſi deſcriptione.

PYrethrum ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 69. Romani ſaliuarem vocant, radix longa eſt, pollicis craßitudine, guſtu feruidißimo. off. omnibus nota, frequentiſſimi vſus in dentium cruciatibus, ex Apenini Alpibus frequens, ad nos aſſertur, at non eius acrimoniæ, quæ è Græcia, floribus eſt chamæmelinis, non anethi vmbella, vt ſcriptum reliquit Dioſcoridis, qua cauſa, ibidem mendum ſubeſſe ſuſpicantur nonnulli, eligenda eſt radix ſolida, non carioſa, guſtui feruida. Quidam hortenſem dracunculum, vulgo dracone, herbam in acetarijs, & intinctibus grauißimam, guſtu acrem, oblongo, tenuique foliolo, radicibus humi repentibus, graminis modo, quia placida acrimonia linguam amburit, pyrethrum eſſe inepte ſatis coniecere: alij pratenſem herbam, folijs paſtinacæ ſatiuæ proximis, quia diutino manſu, linguam, ac fauces vehementer vellicat, ideo nouum pyrethri genus commenti ſunt. Dracunculus.

Diambar, aliàs Diambra.

RECipe cinnamo. doronici, caryophyll. macis, nucis moſchatæ, folii, galangæ, ann. drach. iii. ſpicæ nardi, cardamomi vtriuſq; ann drach. i. zingiberis drach. ii. ſantalorum citr. ligni aloes, piperis longi, ann. drach. ii. ambari drach. i. & med. moſchi drach. med. excipe ſyrupo roſ. ex aqua roſa. i. ex infuſione roſarum.

Cerebrum, cor, ventriculum, ac reliquum ventrem inferiorem calefacit, & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnibus aliis frigidis prodeſt, ſenibus ob id, ac mulieribus ſalubre, nunc forma ſolida, cum ſaccharo, in aqua roſ. ſoluto paratur.

Fuchſius, perperam legit ambræ, drach. i. cum Cordo, plura in Myrepſi Diambar deſiderantur, id enim illi penè fatale eſt, vt vel addat, vel ſuccidat.

Diambar Actuarij.

RECipe ambaris, ligni aloes, ſingul. ſcrup. iiii. caryophylli, nuculæ moſchatæ, maceris, galangæ ann. drach. i. cinnamomi ſcrup. viii. zulapii roſ. quantum ſatis eſſe videbitur.

Contra omnem corporis imbecillitatem efficax, omnem corporis perfrictionem diſcutit, natiuum ſuſcitat calorem, & rediuiuum recreat, reſarcit eos qui frigido torquentur humore, iuuat articulis, & membris omnibus magnificè ſubuenit, ſtomachum faſtidientem, ciſſas, & innapetentiam cibi, quiq; continere non poteſt, ſumme corrigit, cor ipſum roborat.

Diamaſchu dulce.

RECipe croci, doronici, zedoariæ, ligni aloes, macis, ann. drach. ii. margaritarum, ſerici crudi, toſti, aliàs vſti, ſuccini, coralliorum rubr. galliæ moſchatæ, ocimi, citrariæ, aliàs citrati, ann. drach. ii. & med. been albi, & rubri, folii, ſpicæ nardi, caryophyll. ann. drach. i. zingibere, cubebæ, piperis longi, ann. drach. i. & med. moſchi ſcrup. ii. excipe mellis crudi quadruplo, vaſe vitreo conde: Datur à drach. i. ad duas.

Cordis palpitationi, melancholicis affectibus, ſine cauſa manifeſta, malis cerebri frigidis, ob id vertigini, comitialibus, paralyſi, oris torturæ pulmonis affectibus, ac ſpirandi difficultati ſuccurrit.

Monachi ocimi citrati, drach. i. & med. legendum contendunt: Deſſennius cum Fuchſio, galliæ, & ocimi ann. drach. i. & med.

Diamoschu amarum sic fit, prædictis addendo: Absinthij, ros. ann. drach. iij. aloes lotæ vnc. med. castorei, seselos, aut lygustici, ann. drach. i. cinnamomi drach. i. & med. Monachis, cum Fuchsio, drach. ij. & med.

Efficacius fit, & præterea ventriculi humores, etiam putres, potentius absumit.

SEseli, Barbaris, seseleos, recentioribus siler montanum, ex Diosco. lib. 3. cap. 51. multiplex est, Maßiliense folijs fœniculi, Aethiopicum folijs hederæ minoribus, peryclimeni modo oblongis, Peloponense folio cicutæ latiore, & craßiore. Est & tordylium, quod aliqui Creticum seseli vocãt, ad nos Maßiliense affertur, odoratum, amarum, oblongum cum latitudine carnosum: nec deest quod cimicum putorem, cũ insigni amarore representat: aliud certè à legitimo seseli, id quidam sphondilij semen autumnant, in pratis nostris vliginosis, & montuosis præsertim, folijs quadantenus platani, at panacis, caule fœniculaceo, per omnia tandem, respondens descriptioni Dioscoridis. Maßiliense seseli accolis Comensibus montis Generosi Meu falsò dicitur. vti Aethiopicum in Galliæ Narbonensis Prouincia, Taccobugada, qui eius cineris contacta maculet.

Tordyliũ.

Sphondilium.

Aloes tractatum, in hieram reiecimus.

Diamoschu Actuarij.

REcipe zedoariæ, zarnabi, vnionum candidorum, succini, corallii, ann. vnc. i. setæ crudę hermodactili candidi, & punicei, spicę, folii, cardamomi, ann. vnc. med. auri elimati, castorei, piperis lõgi, zingiberis singul. drach. ii. & med. moschi, drach. i. & med. ea tundãtur, cretaq; cũ despumato melle, fermentescũt, moschus cum aqua ros. supra calidos cineres soluatur, vt cum reliquis in vnitatem coeat.

Prodest contra micationem cordis, impulsumque, ei quoque cui tumultuosa insomnia obseruantur, auxiliatur: item his qui incertis timoribus corripiuntur.

Varias diamoschi compositiones, vide ab Auicenna, lib. 5. à quo suam mutuatus videtur Actuarius, at pro been hermodactylum interpretatus, & pro doronico, zarnabum, auro etiam addito, & variatis ponderibus, Ruellij exemplaris fortasse culpa. Est & aliud Diamoschu, post Dianacardon Actuarij: est & antidotus ex moscho, Myrepso diuersa, vt alia etiam post antidotum musæ, & post antidotum è galanga.

Diacinnamomum.

REcipe cinnamomi electi drach. xv. cinnamomi præstantissimi, cumini, helenii, ann. vnc. med. galangæ drach. vii. caryophyllorum, piperis longi, cardamomi vtriusque, zingiberis, macis, nucis moschatæ, ligni aloes, ann. drach. iii. croci, drach. i. sacchari vnc. v. mellis despumati quantum sufficit, vel sacchari tenuissimè triti, duplo põdere, pulueres excipiantur, & siccum seruetur, alii moschi scrup. ii. addunt, ad cordis, & cerebri robur.

Coctionem iuuat, & pituitæ putredinem prohibet, distributionẽ alimenti in corpus promouet, delicatum est, ac ganeis accommodum, condimenti vice vsurpatum.

Est Electarium de cinnamomo Auicenna descriptum 5. can. ab hoc non longè recedens, at antidotus è cinnamomo Myrepsi, valde euariat, vt etiam aliud, atque aliud, post antidotum ex acoro. quum autem cuminum non admittat Fuchsius 2. de composi. med. ex Syluio, Cordoque legitur, vide cap. de cinnamomo.

HElenium, vulgo enula campana, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 26. duplex est, vna folia habet verbasci, angustioris folij, asperiora, oblonga, &c. altera Aegyptia, vt Crateuas tradidit, incognita: an verò enula vulgaris, quotidianique vsus, hieme præsertim, pro conficiendis pastillis, quos inolotos nuncupant, sit Dioscoridis helenium, ad incudem reuocandum videtur: quum nostra latifolium verbascum magnitudine longè superet: cui dubio pluries occurrit Theophrastus, regionum videlicet varietate, terræ fertilitate, grandiora, angustioraue emitti folia: Marcellus etiam, præsentis textus violentia, id accidisse animaduertit, nec euidentem in helenio amarorem præteryße: huius quum meminerit Plinius lib. 19. cap. 5. his verbis: siser his seritur mensibus: Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri, breuior his est, sed torosior, amariorque inula, id quod clarius est, quàm quod docendo, quis laborem impendat. Amathus tamen, nescio qua acie, Matthiolo vitio vertit, quod Pliniũ adduxerit, hoc in cap. de enula loquentem: quoniam eius illhic nulla sit mentio: res profectò à veritate adeo abhorrens, vt ẽt obesißimæ naris homines, id facilè intelligant: at quum verba Plinij, postea reddat Matthiolus lib. & cap. 21. quo in loco Aegyptium helenium recenset: primi autem remedia implicat, quod tamen intactum, ipse prætery̆t in commento, quum præsertim hanc folio serpylli annotauerit, eodem lib. cap. 10. Dioscorides autem folia lentis, & ramulos humi sparsos, serpylli modo tradiderit, quis non

Matthiol⁹ defẽditur ab Amathi calumnia.

Matthiol⁹ retractat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quis non admiraretur? propterea in latinis lucubrationibus rem probè dispoſuit, vel ab Amatho admonitus, vel quia vt propria confeſsione pateſcit, in Apologia, Typographus lineis quibuſdam in medio relictis, tranſlaticia excuſsit. Quare noſtras legitimum ſtatuatur helenium, cuius radix conciſa, ſoli exſiccata, etiam vltra biennium ſeruari poteſt. Floret Iulio menſe, in hortis, vt etiam montanis, vmbroſis, ac ſiccis locis prouenit. ad Theophraſti chironiam panacem propius accedit. quippè quòd lib. 6. de hiſt. plant. cap. 1. helenium ſurculoſum minutiſque conditum foliolis fruticoſumque ſcribitur, eodemque lib. ſed cap. 7. fuſiuſque inuenerim, ab Anguillario deſcribitur.

DiaZingiber, aliàs Confectio ex Zingibere.

RECipe ſacchari partes viii. mellis deſpumati, partes quatuor, ſaccharum aqua & melle ſolutum coque quantum neceſſe eſt, tunc zingiberis electi, craſſiuſculũ puluerati, partes tres, curioſe permiſce, vel ſaccharo ſolo in tabellas effinge.

Idem polet quod zingiber conditum. Eſt & antidotum è zingibere Nicolai aſcriptum ab hoc valde diuerſum: Eſt & electarium de zingibere Auicennæ, plura complectens 5. can.

Diacalaminthes Galeni 4. de tuenda ſ. cap. 7.

RECipe calaminthes, pulegii, petroſelini, ſeſeleos, cuiuſq; vnc. ii. ſeminis apii, cacuminum, thymi, vtriuſq; vnc. quatuor ad hæc lybiſtici vnc. xvi. piperis verò octo, & quadraginta.

In Græcis codicibus variant notæ ponderũ, aliqui .n. habẽt drachmas loco vnciarum <. ſcilicet loco ℥o. & vbi legitur ℥o. ß. habent ʒß. ideſt non duas vnc. ſed drach. ij. ſicq; minoris eſt acredinis ſecus quantumuis multo ſaccharo, aut melle temperetur, fauces vehementer vellicat.

Diacalaminthes Actuarij.

RECipe piperis, vnc. vi. calaminthæ, pulegii, petroſelini, an. vnc. i. & med. ſeminis apii, ſeſeleos, ſingul. vnc. i. lybiſtici, vnc. iii. thymi vnc. med. mel ſufficiẽs.

Auxiliatur iis, quos cibi faſtidium vrget, appetentiam reuocans, ægrè quoque ſpirantibus, ſtomacho perfrictionem ſentienti, & ſpiritu diſtento confert, ex vino mane, ſi verò reſpuant ficum, nucis auellanæ craſſamento eſtur cum vino.

Hoc etiam ex Galeni ſententia deſcribit Meſ. ab eo tamen non modo pondere recedit, vt etiam ex Auic. 5. can, verum pro pulegio, calaminthem fluuialem, communi Arabum errore, vt etiam zingiber immutat. Nicolaus plura etiam addit, nec minus euariat, poſt antidotum ex eruis. Cæterum pro calamintha fluuiali, in Mauritanæ factionis antidotis, vel pulegium, vel mentha aquatica indi poterit, relictis eorum controuerſiis, qui menthaſtrum accipiunt, iuſsis ẽt valere Monachis, antidotarij cõmentatoribus: quandoquidem ex Dioſcoride, quem admodum oſcitanter percurrerunt, tertium calaminthæ ſpeciem, in aquoſis, atque alibi etiam naſci aſſeuerant, nulla aliarum, quod apud aquas naſcantur mentione facta: propterea tertiæ ſpeciei proprium eſſe aſſerunt, at quum Dioſcorides poſt tertiam calaminthem, omniũ folia, guſtu impenſe feruentia, & acria tradidiſſet, ſubiecit. naſcitur in campeſtribus, aſperis, & aquoſis. i. omnis calaminthæ ſpecies, ijs in locis naſci ſolet. Monachorũ opinio reiecta.

Diatrion pipereon Meſ.

RECipe trium piperum, ann. drach. vii. & med. zingiberis, thymi, aniſi, ann. drach. iii. ſpicæ nardi, ammeos, amomi, ann. drach. i. & med. caſ. aromaticæ, aſari, helenii ſiccæ, ſeminis apii, & ſeſeleos, ann. ſcrup. ii. gr̃. vii. excipe melle deſpumato. Datur à drach. i. ad duas.

Stomachum, & vẽtrem calefacit, calore ſuo coctionem iuuat, ob id ructus acidos curat, & compeſcit, dolores frigidos ventriculi, à pituita multa, craſſa, cruda.

Aniſum dereliquit Propoſitus, cinnamomo in eius locũ ſubſtituto. Syluius, ac Fuch. amomũ prætermiſere.

Diatrion pipereon Galeni 4. de tuenda ſ. cap. 5.

RECipe trium piperum, ann. drach. 50. aniſi, thymi, zingiberis, ann. vnc. i. dandum his, qui male coxerunt, & qui recens frigus in ventriculo habent, & pi-

tuitoſum

tuitosum succum, simplicius fit, detracto zingibere, medicamentosius autem, si ad tria pipera, cuiusque supradictorum vnc. ii. iniiciantur, eoq; maxime vtendum in his fluxionibus, quæ à capite ad pectus descendunt.

Actuarius pondera immutat, semen lini addit, melle excipit. Nicolaus etiam more solito diffundit, & triplici traditione describit, vt etiam Paulus lib. 7. cap. 11. variatis ponderibus.

A Momum, ex Dioscoride lib. 1. cap. 14. exiguè fruticat, ex ligno se conuoluens in racemi modum, flore ceu candidæ violæ, paruo, folijs bryoniæ similibus: laudatur quàmaxime Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subrufo, valde odorato: Medicum quoniam in campestribus, & aquosis nascitur, infirmius esse constat. Est autem magnum, subuiride, tactu tenerum, frutice venenoso, odore origani, alijs rutæ, Ponticum verò subrufum, paruum, fragile, racemosum, fructu turgens, & odore nares feriens. Deligito recens, candidum, vel subrubrum, quod nec astrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed solutum diffundatur, seminis plenum, vuis paruis simile, graue, valde odoratum, modo cariem non contraxerit, acre, gustu mordens, simplici colore, non euariante. Plinius pessimum candidum fecit, ideo pro λεπτον, quod tenuè est, λευκον, quod album significat, Marcello suspectum, quod prima bonitatis nota sit, in vuam conuolutum esse, densum, confractumque & implicitum: vt supra hodie semen quoddam exiguum, nigrum, & inodorum, à pharmacopolis publicè vendi, pro amomo scribit Brasauolus; hoc idem Matthiolus, sed aroma olere, acreque esse, ac ex Gargano monte, à quibusdam stirpium impostoribus afferri, secus quàm dictet Brasauolus, vt alterum aber rare necesse sit: quod tamen apud illustres aromatopæos, sæpe, ac sæpius explorare potui, acre quidem conspicuè apparuit, vt piperis leuiculam præseferret acrimoniam, nullo tamen aromatis odore, Fuch. vulgare amomum, ex petroselini Macedonici specie quadam prostat. id verò non esse amomum, quisquis vel parum diligẽs, ex Dioscoride didicisse facillimè potuit, ne dicam ex hoc, quod semine plenum non est, racemulis simile, verum quoque plantæ notis, potius quàm seminis depictis, cum Aetio, ramos perfectos ab vna radice, celebrare potius videtur, quàm semen: semper autem fragmenta reprobanda sunt, proinde solidi frutices, idest qui surculos, ac ramos ex vna radice sustinent, petendi sunt, nec ob id defuere ebrij quidam, qui Serapionis interprete decepti, pro amomo, columbinum pedem vertente, id hac ratione accipiendum inferunt, qui tamen columbinum pedem nouere, de quo cap. de Geranio, ipsi iudicent, alij Hierosolymitanam rosam, vel Hiericuntam, à Hierico Palestinæ oppido, à peregrinis allatam, mulierculis nostris, rosa sanctæ Mariæ, legitimum esse amomum firmiter sibi persuasere, vt Cordus: at quum origani, aut rutæ acrimonia destituatur, nec albæ vitis folia edat, ne dum odore nares feriat, verum eius expers sit, etiam recens, ideo verum amomũ ignorari certissimum est, nec propterea vulgare supponendum, quippè de incognitis periculum facere indecens est, nec tutum, potius vera acorus, eius in sede collocanda, ex Galeno 6. simplicium, quum amomum, acoro similem facultatem obtineat, nisi quod acorum siccius est, maiore autem concoquendi facultate amomum, hic Cordum inconstantia, latinè taxat Matthiolus, qua tamen facilè defenditur, quoniam tametsi hiericuntam, legitimum esse amomum contenderit. paucis dehinc interiectis folijs, nos vero amomo carere, idest rosam illam hiericuntam desiderari, non ideo sui ipsius immemor appellandus, sed verius errore damnandus. Denique quum seriem mutauerit Matthiolus, nec contendat, vt inquit Amathus, ex India in Lusitaniam delatum esse amomum, sed aliorum dicta referat, non est quod illum vellicet Lusitanus: Carrorum terram fertilem amomi, scribit Flauius Iosephus, antiquit. lib. 20. cap. 2. sunt qui piper syluestre syrium & pimentum rabo Lusitanis vocatum, cuius plantæ, tum Venetijs, tum Patauij in hortis quibusdam visuntur, amomum existiment. suffrutex enim est vitigineis folijs, racemosis floribus, candentibusque in accerrima semina aphacæ magnitudine terminantibus omni ex parte graui, acrique odore præditus.

Hiericũta

Cordus potius hallucinatur, q̃ sibi aduersetur in Mathiolũ.

Matthiol' defẽditur ab Amathi accusatione.

Diacorus.

R Ecipe secacul, nucleorum pini mundatorum, rad. acori, ann. libr. i. & med. radices elixa, exprime, contusis, adde mellis despumati libr. x. coque igne lento, ad consistentiã, ab igne depositis, adde nucleos pineos, diligenter tusos, asperge piperis nigri, vnc. i. piperis longi, caryophyll. zingiberis, macis, ann. vnc. med. nucis moschatæ, galangæ, cardamomi, ann. drach. iii.

Neruorum frigidis affectibus efficacissimum, Venerem etiam promouet.

Antidotus ex acoro Myrepsi.

R Ecipe acori, agarici, ann. drach. iii seminis apij drach. vi. nardi drach. v. petroselini macedonici, cas. pyrethri sing. drach. xii. & med. mellis, vel sacchari quantum satis esse uidebitur.

Prodest

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Prodest difficultati vrinæ, calculosis experta.

Habet antidotum ex acoro, facie ad hac diuersißima, vt etiam post antidotum è sena.

Dianthon Actuarij, vel è floribus Myrepsi.

RECipe florum rosmarini, vnc. i. ros. violarum, glycyrrhizæ, ann. drach. vi. caryophyllorum, spicæ, nucis moschatæ, galangæ, cinnamomi, zingiberis, zedoariæ, ligni aloes, cardamomi, anisi, anethi, anna vnc. med. mellis libr. ij. & med.

Prodest præter rationem tribulatis, cardiacis, animi lætitiam auget, eos roborat, qui à longo morbo debiles, adhuc se se recoligunt, stomachum perpulchre corrigit.

Alias florum rosmarini drach. 40. legebantur, Præpositus ex Nicolao legit, anethi, scrup. iiij. macimque addit: Fuchsius legit anethi, scrup. i. at 2. de compositione medicamentorum, scrup. iiij. & loco zedoariæ, legit maceris, vt alibi, in reliquis idem, at in antidoto Dianthon, Galeno ascripto, vt in alio post Pancalam auream ab his maxime dissentit: nos cum Actuario legimus, anethi, ann. vnc. med. præter Dessennij opinionem.

ROsmarinus, vel libanotis, ex Dioscoride, libro 3. cap. 70. duum est generum, fœcundum frugiferumque, cuius semen canchrys vocatur: Est & alterum omnino consimile, semen ferens latum &c. verum id quod sterile dicitur, illorum planè similitudinem refert, sed neque caulem, neque florem, neque semen promit: est & alterum rosmarinum, coronarium vocatum, id paßim vbique in hortis, & vineis Diuæ Mariæ Cretensis Montisferacis, semper virescit, præterquam in raris, & extremis gelicidijs, vt hac hyeme. huic nihil in tota figura desiderari potest, & quamuis primum rosmarini genus, in Venetis viridarijs, non desit, nullis deficientibus notis, alia adhuc quum lateant, coronaria vulgari frui possumus, eiusque cæruleos flores, quos maleanthos vocitant, saccharo seruare, idem enim est dicere flos anthos, quod flos, flos: carpuntur Maio mense, & deinde ad Septembris medium, bis. n. annuatim floret, Vere, & Autumno: at quum Theophrasti meminerit Galenus, eiusque rosmarini, is 9. de hist. plant. cap. 12. fructiferum folio palustri apio simili tradit, sed multo maius: at sterile, folio lactucæ amaræ hos in monte Generoso supra Comum reperiri fertur & leuisticum syluestre appellari.

Anthos.

VIola, Dioscoridi purpurea, alijs nigra, vel Martia, cum primis aduentum Veris mortalibus nunciat, flore quidem tenui, sed longiore coliculo, altius à terra, inter folia erecto, frigidis, atq; vliginosis locis, atque ad murorum radices prouenit: frequentißima, & speciosa, trimis etiam puerulis perspecta. vulgo violetta: duũ scilicet generum, alia. n. candido est flore, alia purpureo: at quanquam plures sint violarũ species, in re medica multum commendatæ medicorum incuria quasi absoletæ, de quibus cap. de viola alba: per violam simpliciter, huius in nigro purpureæ flos absolutè significatur: ex Mesue, melior est matutina, cuius virtutem neque solis calor resoluit, neque pluuia dißipauit: recentes refrigerant, & humectant ordine primo, siccatæ minus tum frigidæ, tum humidæ: in recente enim excrementosa in superficie humiditas, purgatrix lubricando, caliditatem obtundit, perfectionis ipsius, & formæ causam: hæc autem siccando resoluta quum est, caliditas prius obruta emicat, & ab ea sapor amarus: fitque trahendo purgatoria, Auicenna etiam, siccam violam soluendo bilem educere scribit, quibus verbis factum est, vt recentiores, siccatas violas purgantibus electarijs indant, quasi sic, tractoria vi expurgent, recentes autem leniendo: hac autem in re, vna cum Auicenna, ac Mesue, illos aberrare coniecerim, & si res sit nondum ab alio examinata, in præsentia, ex proprys eiusdem verbis illustrabitur: quippe si eius facultas, quæ vtranque, tam lenientem, quàm chatarticam complectitur solaribus radijs resoluitur, quoniam subtiliores extimæ partes, eius calore euanescunt, potior tunc vis deiectoria, potius elucesceret, nec ideo minus præferendæ essent, at quum tenuißima constent essentia, facilè insolatæ expirant, & imbribus dilutæ exoluuntur: propterea & si minus in vmbra exsiccatæ, euanidæ fiant, fatiscunt tamen paruo interuallo, neq; recentes, siccæue purgant, neq; hanc facultatem Græci posteritati tradiderunt, ideo Matthiolus, eos nõ nouisse, violas deiectoria facultate, citra noxã præditas esse, quasi Mes. assentiatur: Manardo Brasauolo, nec non clarißimo nostro experimento, in contrariã sententiã euntibus: credi tamen potest conueniente Manardo, si magna quantitate sumantur, ventrem lenire: quomodo igitur lubricandi facultate amissa, ob siccitatem, aut calore, aut amarore, perfectior reddetur viola, quo ad aluam citandam potißimum, quum ob has facultates, nullo pacto purgatoria dici mereat, alijs multis calidis, atque amaris, eodem, atq; maiori gradu, nec lenientibus nec trahendo purgantibus. Brasauolus vt Mes. tutetur, quũ violã soluere asserit id vocabulũ soluere, quo vtitur Mes. pro lenire sæpius accipi ait: Arabesq; & eorũ interpretes, huiusmodi voces cõfundere, vt soluere, purgare lenire, pro eodẽ frequẽtius sumãt, quasi inferens, quũ Mes. violas soluere dixit, pro eo lenire intellexisse, at nisi sit pistillo retusior, nõ intuetur ex amaritudine, à calido prouenięte,

Auicennæ & Mes. error.

Matthiol⁹ notatur.

Brasauoli opinio reprobata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quæ sub humido delitescebat, non solum deiectoriæ facultatis, quod emolliant, sed quod plus est, dissoluendo purgatorias facere: res profectò vt à veritate, & ratione æque ab experimento aliena. Nos enim recentes, nec non passas, contusas, siccas verò pulueratas, etiam ad tres vncias, vel modum excedentes, pluribus hoc studio propinauimus, vixque earum decoctum, recentiumue infusum, lenire comperimus, nunquam autem trahendo soluere non tamen negauerim, eorum semen rotundum, milio non dissimile, aperte cholagogum esse cum Syluio. quod verò deterius est, ea siccantur diligentia, ea Tabernariorum incuria, vt inodoræ, omnino decolores, nulla ex parte violarum effigiem exprimentes, paleam, aut festucas potius referant, atque ad annum seruatæ, fœno imbecilliores iudicari possint: has tamen chatolico, alijsque electarijs indunt. Quare dum adhuc recentes vigent, aut passæ diligenter, coloris, & saporis partem etiamnum retinent, illis admisceantur. Cæterum & si pro saccharo condito, ac syrupo, succoúe eliciendo, cærulea tantum foliola accipi consueuerint, croceo, viridique, ceu caudicula detruncatis, quòd Dioscorides anginis, & puerorum epilepsiæ valere tradidit, si vna quandoque relinquantur, non adeo magnifaciendum erit, ceu quidam alias coniecere: reliquum sanè abijciendum, quod herbaceam quandam acrimoniam præseferat, hac tamen & pediculo, cum floribus totis vtuntur, ad liquorem stillaticium, at viridia violarum folia, quæ matres violarum appellantur, quibus nullus inest vel gratus, vel ingratus odor, admittenda sunt nequaquam. Est & alia violarum species prorsus inodora, Fuchsio herba trinitatis, quibusdam Iacea, vulgo nostro pensier, in segetibus, ac viridarijs copiosa, folio initio orbiculato postea oblongiore, & serrato, cauliculo triangulo, intus cauo, leuiter striato, geniculatis spatijs, ex alarum sinu, longis pediculis, flore in ambitu purpureo, medio candido, inferne luteo, floris pulchritudine commendata, tota Aestate floret.

Iacea.

Diacostu Actuarij.

RECipe asari, anethi, seminis apij, iunci odorati, mirrhæ, piperis nigri, singu. drach. ij. & med. croci, rhei, aristolochiæ rotundæ, singul. drach. i. & med. cinnamomi, cas. aromaticæ, costi, singul. drach. iij. mel quantum ad ea capiendum satis fuerit.

Prodest lienosis, hydropicis, leucophlegmaticis, hyposarchadiis, qui febre non conflictantur: detur ex decocto rad. cappar. scolopendrii, consimiliter auxiliatur colicis, & renum vitiis, & stomachicis à frigore affectis.

Mes. ponderibus ab hac euariat, & loco anethi, anisum substituit, nec piper accipit, Auicenna pondere, & paucis quibusdam. Nicolaus pondere tantum, & quamuis costum, in Actuarij versione omiserit Ruellius, restituendum certè est, aliter petenda esset aliunde antidoti inscriptio.

Ruellii incuria.

Diarhabarbarum.

RECipe costi, croci, cinnamomi, spicæ indæ, ann. vnc. i. cas. aromaticæ, rad. asari, myrrhæ, aristolochiæ longæ, & rotundæ, schœnanthi, rhabarbari, ann. vnc. med. mellis quantum sufficit.

A Diacosto hoc tantum dissidet, pro anetho, spica Inda imposita: pro apio, aristolochia longa: pipere omisso.

Est & antidotus ex rhabarbaro triplex, ex Myrepso, at ab hoc longe recedit, vt etiam in antidoto ex rheo, post antidotum è castorco: Est & confectio de rhabarbaro, aliàs de rauedseni, qua quidem, quum Diacrocum maius valentius sit, nec vsitata, ideo prætermittitur.

Diamargaru .i. ex vnionibus antidotum Actuarij.

RECipe cinnamomi, caryophyllorum, spicæ, galangæ, glycyrrhizæ, ligni aloes, trochis, diarhodon, trochis diaion, singul. drach. i. nucis moschatæ, maceris, zedoariæ, rhei, styracis, singul. drach. ij. margaritarum, zingiberis, ossis ceruini cordis, eburis, vngus aromaticæ, singul. drach. i. moschi, drach. med. ambaris, caphuræ, singul. gr. vj. mellis modus qui fuerit satis.

Omnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Omnem virium imbecillitatem firmat, iis quos animus deficit, siue à corde, siue à stomacho deliquium originem ducat, omnem noxæ causam vitalium partium discutit, insuper suspiriosis, tussientibus, tabidis auxiliatur, longo morbo deiectos, & imbecillitate languentes recreat, & ad robur pristinum reducit.

Hoc prorsus absimile est, ex vnionibus illinctui: hic tamen quidam legunt trochis. diaion, singul. drach. i. & med. & styracis, singul. drach. i. addunt aliptæ moschatæ, drach. i. & med. &c. quæ verò ibidem ascribuntur, frigido Diamargaritoni, Cordus ac Fuchsius ineptè vendicarunt, vt infra, quum autem ex Nicolao transumit, Brasauolus pondere, & paucis in fine euariat, vt profectò ab Actuario prodijsse ignorauerit, etiam Fuchs. secundo de compositione medicamentorum, nulla istius habita mentione, multa propterea addens in fine. Cordi ineptia. Brasauoli inscitia.

Vnguis aromaticus, siue odoratus, vel conchula Indica, siue onyx, off. blatta bizantia, ex Dioscoride libro secundo, capite 7. conchilij tegmentum est, ei simile quo purpura integitur, quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur, suauem ideo spirans odorem, quod conchilia inibi nardi pabulo vescantur: laudatissimus qui à rubro mari defertur, candicans, pinguis: Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur, ambo odoris gratia suffiuntr, sed aliquantenus castoreum olent, onyches autem priuatim dicti, in quorum testis nulli margines, nullæ rugæ, nullæ concauitates, sed toto corpore læuor, & candor, qualis in humano vngue: Matthiolus officinarum conchulas Indicas, odore fœtido, verius damnandas, quam suffitus iucunditate commendandas asserit: Nos tamen prunis impositos, cum odoris fragrantia, insuauiter etiam spirare percepimus: nimirum castorij quasi halitum eructantes, inutiles & si habeant ostraci cortices, malum emittentes suffitum: quum verò Fuchsius quem sequuntur Mantuani in prima annotatione, vt etiam primo de compositione medicamentorum, capite 15. blatum bizantium, os anterius narium purpuræ contendit, mala profectò, ac penitus inani opinione ducitur, quum huiusmodi os, ne vlla quidem odoris gratia commendetur, si per id supernum purpurarum tegmentum, naribus adiacens intelligit quum aliud os nullum, vel in ore, vel naribus gerat, idque Arabum scriptis potissimum reclamat, à quibus Myrepsus, ac recentiores Græci, plura mutuati sunt: vbique enim per blattum bizantium, Dioscoridis onychem reddunt. Marcellus pro nardiferis, malabathri paludibus legendum, non iniuria contendere quibusdam videtur, ideoque Matthiolus, in nuper aucto volumine, vt Dioscoridem ab erroris suspicione vendicet, tanquam id è suis horreis deprompserit imperitos secutum, inquit, eas paludes Indiæ vnde malabathrum, nardiferas iccirco appellasse, ac si Gangitis nardus, in vliginosis, lacustribus non oriatur, sed in monte, aut inferna eius parte, quam flumen ipsum alluit. attamen quum palustria fluminibus adiacere consueuerint, id quod ex loci vligine Dioscoridis facilè indicat, capite de nardo. ne quempiam detestanda hac negligentia defendat, etiam, atque etiam rogo, ne vanissimis cauillis tenui admodum coniectura proponat, vehementer efflagito: nec optauerim ob variam multiplicemque suam doctrinam, eius se imperitiæ ostendere, quo sibi incompertum asserat, cur onychem purpuræ tegmento similem fecerit Dioscorides, quæ in vniuersum aculeata, inæquali, sinuosoque cortice obducitur. Quandoquidem ex Plinio, libro 9. capite 36. concharum ad purpuras, & conchilia, eadem est materia, eadem sanè non figuræ comparationis similitudine. vtque errorum cumulos grandiores reddat, illi non placet eorum opinio, qui onyches non alia de causa dictos volunt, quàm à nobis præscripta: ac si onychi talia non insint. Vlterius ferè non dubitat affirmare, seplasiarum legitimas onyches, suffitu castoreum olentes, quas prius odoris fœtore damnauerat, vt tandem sordidis contumelijs aspergi posit, quod tantæ eruditionis assertor, incertus sæpe fluctuat, ait, negat, in repugnantiæ scopulos, in falsissima aditamenta incidens: & si nihil penè addat, nisi admonitus, per quos profecit dissimulans, & nescio qua pertinacia omnibus modis illos incessens. Matthiolus nō probatur. Fuchsii error.

Diamargariton frigidum.

Recipe nucleorum, seminum anguriæ, cucurbitæ, melonum, cucumerum, seminis portulacæ, papaueris albi, santali albi, & citrei, ligni aloes, zingiberis, ros. rubr. florum nympheæ albæ, florum boraginis, myrthorum, singul. drach. i. coralliorum vtriusque, anna drach. med. margaritarum drach. iii. sacchari quantum sufficit. Sunt qui istis addant, vt in Præposito scriptum est foliorum violarum, trochis. diarhod. serici torrefacti sing. drach. ii. cartilag. osseæ cordis ceruini, antispodii, doronici, been albi, & rubri, croci singul. scrup. ii. ramentorum eburis, sapphiri, hyacinti, smaragdi, seminis oxalidis, seminis intybi,

ambari fol. auri singul. drach. i. caphuræ scrup. i. moschi gr. ii. & completum
vocari potest.

Idem pollet quod Diamargaru, cardialgicis, febricitantibus idoneum.

Diamargariton, idest ex vnionibus illinctus Actuarij.

RECipe intybi, buglossi vtriusque, santali citrini, & flaui, seminis fraxini, sing.
drach. vi. ligni aloes, succini, corallii cremati, ambaris, caryophyllorum, mar-
garitarum, seminis citrii, seminis ocimi, cyperi, boli armeni, coriandri sicci, auri,
argenti, aluminis, galliæ moschatæ, setæ crudæ, scobis cornu ceruini, antispodii,
rhabarbari, singul. vnc. med. thymi, florum rosmarini, senecionis, zedoariæ, cro-
ci, cubebæ, maceris, nucis moschatæ, seminis intybi, satiui vtriusque, & errati-
ci, singul. drach. iii. moschi, caphuræ, singul. drach. med. ea tusa, cretaque cum
syr. malorum punicorum, vt fermentescant misceto: modus est drach. ii. & med.
ex antedicto syr. aliàs zulapio.

Sunt qui nucis moschatæ loco, legant nucis Indicæ: ab huins tenore electarium de gemmis effictum est, quo tamen non est hoc ignauius.

*ALuminis plurimæ sunt species, ex Dioscoride, lib. 5. cap. 72. verum ad medendi vsum, scißile, rotun-
dum, & liquidum expetuntur. Optimum est scißile, præsertim recens, candidißimum, gustu perquam
astringens, graue olens, calculorum expers, nec glebulose, aut assulose compactum, sed sigillatim in
capillamenta quædam canescentia dehiscens, quale est quod Trichites, quasi capillare nominatur, in Aegypto
natum. reperitur quoque lapis huic alumini persimilis, qui gustus iudicio dignoscitur, quod non astringat,
damnatur in rotundi genere, quod manu confictum est, sed in figura deprehenditur: assumendum autem sua-
pte natura rotundum, bullis turgens, albo propius, atque validius astringens, propterea nonnihil palloris cum
quadam pinguitudine præseferens, sine arenis, friabile, natione Aegyptium, aut ex insula Melo: liquidi pro-
batio, vt sit limpidum, lacteum æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atque quendam coloris igni-
culum expirans: scißile rotundo efficacius intelligitur, vt etiam ex Galeno, primo de compositione medica-
mentorum per genera, cap. 12. quod & stypteria schiste, nomine ab astrictione vehementißima deducto 11.
simplicium, vbique vel alumen, vel scißile simpliciter, scriptum sit, id alumen intelligendum: at quamuis tria
tantum aluminis genera recenseat Dioscorides, nobis sex conscribuntur. Primum scißile, vel schiston, aut
Trichitis, Arabibus Iameni, vulgo plumosum, vel de piuma, quia capillamenta si frangantur plumis similia
apparent, mulieribus flos lapidis, quòd velut flos canus, ex lapide exiens videatur: eo genas fricant, igneum
ruborem ad tertium vsque diem excitantes, maximo tamen pruritu præcipuè inter humeros aspersum cutim
solicitat, & quo magis frictione euelli tentatur, eo amplius, intimiusque, se se diffundit, vt bullas etiam citet,
gustu excepto, omnibus Dioscoridis indicijs respondet, ideo & si Matthiolus in Italicis lucubrationibus legi-
timum id censuisset, in Latinis mutata sententia, amyanthum coniecit, nam liquidum scißile, rotundum pla-
cites, & plinthites, nullis repugnantibus notis, à Maranta Apulo se accepisse asseruit. Secundum est liqui-
dum, vel rupeum, quibusdam Liparinum, vulgo de roccha, quod quidem non esse liquidum alumen, his pro-
bat argumentis Matthiolus: alumen (verbi gratia) rocchæ. dum effoditur, non est liquidũ, nec fluxile, sed la-
pideum, nec post soli exponitur, æstiuo tempore densandum, vt putat Brasauolus, quoniam ita addensari li-
quidum alumen asseruerit Plinius, ex quo, quum etiam sit limpidum, lacteumque, & quod liquidum effodi-
tur, & æstate in sole concrescit, quod an sit adulteratum, deprehenditur succo mali punici, syncerum enim mi-
stura ea nigrescit, quæ res nullo pacto in alumine rupeo deprehenditur, glaciem etiam, aut crystallum potius
referente quàm lac, fit ex durißimo, lapide, non ex liquida terra, nec effuso punici succo nigrescit, sed clarius,
tersiusque euadit, magisque crystallum reddit, pellucens, ac transparens efficitur, igitur &c. ad huius ita-
que primum argumentum, aut aluminosæ illæ aquæ, apud centumcellas, in Tolfeæ alumeriæ caliginem Mat-
thioli pupillis offusam detergere, haud potuere: vel maledicendi studium, tanquam fumus oculorum aciem
mordens, rationem infuscauit, eoque illum prouexit, quo Brasauolum sibi persuasisse, alumen rupeum dum
excauatur, liquidum esse, scriptis committere audeat: quum his verbis, diuersam omnino opinionem declaret.
nihil aliud est alumen, vt Plinius lib. 36. cap. 15. censet, quàm salsugo terræ: Est. n. veluti terræ exundantis na
tura, hyeme corriuatum, æstiuis solibus maturatur, ex aqua, & limo fit, hoc modo; lapides accipiunt, aqua ma-*

Stypteria schiste.

cerant, per aliquot dies, deinde ad mensuram quandam ebullire faciunt, aquam illam in vasa coniiciunt, & alumen fit liquidum, illi autem lapides variorum sunt colorum. Ecce igitur, quod ex lapidibus aqua maceratis, eodem in loco, videlicet apud Centumcellas, & propè Baias, parari asseruit Brasauolus, cuius opera si interuissent, quis non liquidum effodi dictasset. Tanta est Matthioli eloquentia, aut potius ingenij vbertas, tanta dicendi copia, aut verius facilitas, vt idem Plinium sensisse, promulgare ausus sit, quanquam ex prædictis longe diuersum appareat, præter hæc Georgius Agricola 12. de re metallica, fit inquit, ex aqua aluminosa decocta vsque dum densetur in alumen, vel ex decocto aluminoso, quòd ex id genus terra, vel saxo, vel pyrite, vel alio mixto conficitur. quo in loco, vnde suffuratus est Matthiolus, coctionis eius modum, atque artificium diligentius animaduerte. neque eius sententiam amplexatus est Brasauolus: quum aliter fieri duobus in locis recensuerit: poterat tamen Plinij tempestate, natiuum alumen in vsum venisse, quod forte ex his montibus exudabat, à quibus nunc facticium foditur, ceu fortasse ex Ilua Tyrrheni insula, à Lucca Ghino legitimum (vt ait) postea aduectum esse tradit, vt si nostrum rupeum alumen, Plinianum dici non debeat, alterum naturale quum sit, sponte concretum, alterum verò arte, ideoque Plinij indicijs omnibus non respondeat, ex eodem subiecto quum effingatur, ideo etiam Plinij, liquidum alumen vocari potest, hac sanè præmissa distinctione: ne verò id quidem facticium, dispar sit à liquido Dioscoridis, hac ratione probatur: quum ex albicantibus lapidibus factum, lacteum sit, liquidum, æquale, & semper succo madens, quendam etiam coloris igniculum expirans, quæ liquido alumini ascripsit Diosc. liquidum fortasse vocatum, quia prius liquefieri opus erat, antequam aluminis effigiem indueret, vel quia, facilè etiam rupeum hoc liquescat, lapidum respectu, hinc liquidum nuncupari multifariam potest, & si ex præ duro formetur lapide, ex rubicundo durius, maiorisque acrimoniæ ex candidiore friabilius, & tenerius, crystalli in morem transparens, minoris à priore acredinis. Tertium saccharcum, barbaris zuccharinum: hoc ex alumine rupeo, aqua rosarum, & albo oui effingitur, in globos eximiæ albedinis, saccharo fino persimiles, ideo hac nomenclatione vulgatum, ad tergendam atque dealbandam mulierum faciem: idque tametsi rotundum putauerit Pandectarius, quum hoc manu factum sit illud spontaneum, ita in hoc sapit, vt in suo mendaci multiloquio, vbique desipit. Nos tamen rotundum alumen, cum alijs scholasticis Ticini, cum lapidibus vitrearijs, inter massas vitra conflantium, sæpe discreuimus, duplex sanè bullæ instar tumidum, aut fistulosis foraminibus spongiarum modo tertium astragalites, idest talarium nondum vidimus. Quartum est alumen squammeum, alijs gypseum, seu vitreum, vulgo scaiolæ, ex lapide squammoso, & transparente, vulgo specchio d'asino, ambusto igne, aut supra igneas ferri laminas, id verò excoctam, & perfectam gypsi partem maturam opinantur: nimirum, quod in ipso sæpe pelluceat, in eiusque fodinis procreetur. de hoc Albertus sub specularis nomine libro 2. cap. 17. id cum Talcho confundunt, alterum pro altero communiter accipientes, & si Talchus, non nisi diutino igne comburatur: caueant itaque, ne hoc, vel aliud, ad medicos vsus, per os ingerendum transferant: vtrunque enim in gypsum euadere experimento edocemur, ideo strangulantem facultatem sibi asciscere, & si Cardanus 5. de subtilitate, ad astrum samium referat, vt capite proprio. Quintum est alumen fæcis, ex vini sedimento, ardente syrio exsiccato, in globos compacto, ad candorem vsque insolato, demum exusto. Sextum est alumen Catinum, vitrearijs familiare, ad vitrum in fornace depurgandū, à cinere herbæ, vulgo Soda, vermiculariæ simili Mauritanis chali, ex qua sal alchali, chimistis vsu frequens, hetruscis in maritimis & litore Veneto copiosa: hanc Dioscoridis anthillidem, secundo loco depictam, & Valentinis Bordam appellatam, dictat Amathus alteram, verò alchali satiuam reperiri, prædicta præstantiorem, & Dioscoridi tragum esse, de quo lib. 4. tertiam etiam dari, silicorniam vocatam, raram sanè, & cultum nequaquam admittentem, at in lacustribus maritimis produci. Matthiolus istius errorem ita explodit, nescius quomodo alkali, anthyllidas vtrasque referre possit, at quum secundæ anthyllidi alkali aßignauerit, & si confusè satis, idque in varias partiatur species, quarum vnam tragum esse Diosco. comminiscitur, quo ad hoc, non est quod inhonesto, aut nimis acri gloriæ amore perculsus, Lusitanum credat. Circe veneficis incantationibus, vnam & candem plantam, in varias transmutare formas, id enim iustius in Matthiolum cadere potest, quum arcadum more ex hominibus in Lupos, rursusq; in humanam formam restitui fabulatum est, qui tragum iunci speciem esse, in hetruscis commentarijs affirmarit, in Latinis autem aculeatam plantam depingat, nec iniuria: Theophrasti, ac Plinij authoritatibus adductus, nec aliter olim sensisse, aut nouam ibidem induisse opinionem fatetur. Nempe & si tragus rigentibus fulciatur spinis, quarum in sua barrhilia, non meminit: suum tamen, ex Amathi quantumuis falsa opinione, recognouit errorem, quod autem anthyllidis neutra species sit chali, hinc facilè constat, quod foliorum primo germine, minus semperuiuum æmulatur, temporis curriculo palmarem quoque longitudinem nanciscuntur, geniculatimque protrahuntur, vnde adulta folia, pinguia & crassa, arcuata, è lato in acutum terminantia prodeunt consistente ad summum caule, his verticibus gracilescunt, rufescuntque & longe minora euadunt è quorum sinu teretes, exiguæque pilulæ minime semina continent in creta σανδαλα *dicitur salsi gustus, edulis tamen secunda Anthyllis Patauij visitur. Vritur alumen candentibus prunis impositum, aut ollæ inclusum, tumet enim, & substantiæ suæ nonnihil relinquit, in emplastris plerunque secundum coctionem additur, peculiarem verò coctionis modum nullum habet. Tria vltimo, inter aluminum genera plerique non accipiunt.*

Brasauoli & Plin. tutela i Matthiolū.

Talchus.

Cardani lapsus.

Soda. Chali.

Anthyllis

Amathus defēditur à Matthioli cēsura Matthiol. notatur. Tragus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

*C*Eruus animal simplex, & omnium rerum miraculo stupens, ex Aristo. 6. & 8. de natura animalium,
4. de partibus animalium, vt ex Plin. lib. 8. cap. 32. & si cognitißimus sit, suis tamen depingitur notis
ex cornigeris vnicornua tota solida, cæteris caua quadantenus, & mucrone demum concreata sunt,
ijdem soli, cornua omnibus annis decidua, initio à bimatu, ex Aristotele, secundo de animalibus, cap. 2.

*C*Ornu cerui, vel eius ramentum, quæ & scobs, vel rasura, aut limatura dicitur, simpliciter prolata,
crudum cornu cerui pulueratum designant quo magis, quàm vsto, ad conficiendos interaneorum ver-
mes vtimur: vritur cerui cornu, ex Dioscoride, lib. 2. cap. 50. contusum, crudo fictili, luto circumlitũ,
in furnum inditur, & vritur, donec albescat, si verò additur loti, lauetur vt Cadmia.

*G*Enitale eius tritum, & in vino potum, ex Dioscoride libro secundo, cap. 37. à vipera demorsis opitu-
latur, ex Rasi colicis, & ischuriæ, venerique auxiliatur, nobis expertißimum, in omni fluxu, & ferè
deplorata dyssenteria.

*S*Enecio, in macerijs, iuxta oppida, exuberantißimum est, & cunctis obuium, vuulgo cardoncello, aut
speliciola, ne latum quidem vnguem, à Dioscoridis doctrina recedit: lib. 4. cap. 82. videlicet cauliculo
cubitali, subrubro, folijs continuis, erucæ modo, per extremitates diuisis, sed minoribus multo, luteis flo-
ribus, qui dissecti vanescunt in pappos, radice superuacua: hanc vbi seplasiarijs nostris indicassem, atque se-
necionem esse, ex Dioscoride luculenter aperuissem, mirati sunt medicorum inscitiam, qui senecionem ordinan
tes, cressonem vulgi, suis cacuminibus, ac turionibus, in acetarijs hyemalibus creberrimum intelligant: idem
profectò quod sisymbrium aquaticum, cardamine scilicet, de quo Diosco. lib. 2. cap. 120. quum si aquaticam
Sisymbriũ aquaticũ. hanc plantam indi malunt, proprio vocabulo poßint exprimere: hinc itaque coniecere maiorem medicorum
turbam, scire quidem receptulas scribere, verum quid, & quale sit in his contentum, non intelligere. Nem-
pe, & si Serapion, Sium Senacion vocet, cuius barbara voce permoti, sisymbrium aquaticum, idest cressonem
Sium. dictum, vnà cum sio, lauere vocato off. berula, Italis gorgolestro, plerunque confundant: & si in ijsdem riuo
rum scatebris, non raro agnascantur, vixque vna sine alterius comite innatet, diuersa tamen sunt, quum ve-
rò eadem Plinium implicuisse notat Matthiolus, quoniam sio facultates reddidit, sisymbrio aquatico à Dio-
scoride aßignatas, has sanè easdem, quum illum sisymbrio in riguis nascente, particulatim contribuisse non
ignorauerit, libro videlicet 21. cap. 22. hoc est sanare epinyctidas, cutisque vitia, in facie mulierum: præte-
rea lib. & cap. 22. Sion latius apio, sisymbrium verò prædictum, nasturcio simile tradat, vnde quibusdam na-
Ꝑ Plinio ĩ Mathiolũ sturcium aquaticum dicitur, quàm insolenter suis mæandris Plinium obuoluit, qui suo fortasse experimento,
eadem præstare sion, non minus atque sisymbrium agnoscens, ijsdem dotibus pollere, scriptis commisit, illis fo-
liorum, & capitum diuersitate seiunctis. Auic. tamen cap. de pupilla oculi, Bellunensi Charealhain, & ca-
Auicenna cõfusus. pite de Sumio, Bellunensi de Sio, ex consuetudine, solitas implicat repetitiones, omnino indignum Auicennæ
authoritate: nec obstent olusatri folia Sio comparata, omnino inter se dißimilia ex Anguillario quòd interse-
cta olusatri foliola maxime conuenientia apparent, ut probè sentit Matthiolus.

Diamargariton calidum.

*R*Ecipe margarit. pyrethri, añ. drach. i. zingiberis, mastiches, an. vnc. med. ze-
doariæ, doronici, seminis apij, rad. thapsiæ, cardamomi, nucis moschatæ, ma-
cis, an. drach. ij. been albi, & rubri, piperis nigri, & longi, an. drach. iij. cinnamo-
mi, drach. v. sacchari.

Valet mulieribus, rectificat enim vteri dispositionem, & eorum ventriculorum.

*Est etiam antidotus è margaritis Myrepsi, Gal. ascripta, initio conueniens, cæterum longe diuersa: est &
diamargarit. calidum Præpositi, vt electarium de margaritis, idem præcise: at cinnamomi, drach. ij. præter
dictas accipit, vt in multis Auicennæ exemplaribus scriptum est. hic Fuchs. eximiæ alioqui eruditionis, 2. de
de comp. med. corna nequaquã ad saxa limato Cordum taxans, non leuiter criminandus est, nec fuerit tã myops
nycealopsue aliquis, qui id eminus, cominusue, tersißimè non speculetur, quòd ipse, non Cordus, ab Anicennæ
Cordus dẽfenditur. præscripto longe recesserit: idque lib. 3. D. 2. fen 21. illud proinde addens, thapsiam à contextu eijciendam,
nec intra corpus exhiberi debere, contra Dioscoridis, aliorumq; sententiam, nouo hoc oblectamento, vagæ le-
ctionis suæ tedium discußit, nobisque animum paulisper recreauit.*

*T*Hapsia, ex Dioscoride, libro 4. cap. 138. nomen ideo accepit, quod in Thapso eiusdem nominis insula,
primum inuenta est, rusticis, in quibusdam Italiæ montibus, crafegnana vocari scribit Brasauolus. in
hortis pro spectaculo seruatur, tota natura ferulæ similis, ex Gargano frequentißima adducitur, radice
larga humiditate impleta, cuius vitio fit, vt celeriter cariẽ sentiat, atq; corrũpatur: Vercellis elibrata, & tur-
peti loco semel diuendita est, tormina tamen, & scroti tumorẽ in purgationibus turpetatis, adeo multis induxit
vt statim dolus innotuerit: lactis extrahendi ratio hæc est, facta in ambitum scrobe, cortices inciduntur, aut
radix in fornicis speciem, in se excauata cooperitur, quo merus succus confluat, oportet illhuc sequenti die
se con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ſe conferre, & ingeſtum ſuccum extrahere, tunditur etiam radix in pila, & ſuccus organo, per quallum expreſſus, fictili craſſo inſolatur: aliqui folium vnà terunt, ſed inualidior huiuſmodi ſuccus, hæc ad nos non afferuntur, quorum inopiam, radicum puluere ſubſtituemus: non pari tamen efficacia, eius vſum vide ex Galeno, primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, capite ſecundo, nec græca vox ὀπίζεται *obſtiterit, quo lacteum ſuccum è radice non effluere, experimento noſtro negaturus ſit Matthiolus.*

Diahyſſopu.

RECipe hyſſopi, iridis, thimi, piperis nigri, ann. drach. xxx. pulegii, ſatureiæ, rutæ, cumini, ann. drach. xx. carnium dactylorum, tragacanthæ, glycyrrhizæ, ficuum, paſſarum enucleatarum, fœniculi, ann. drach. x. zingiberis, aniſi, cari, lyguſtici, añ. drach. v. ſacchari. glycyrrhizam neſcio quo pacto præteriit Fuchſius.

Capitis quærelę ex frigido commodum eſt, vuam exſiccat, arteriam purgat, tuſſim compeſcit, omnem pectoris, & ſtomachi frigiditatem emendat, digeſtionem procurat, pleureticis, & empycis mirabiliter opitulatur.

Diapraſiu Actuarij .i. è marrubio antidotum.

RECipe hyſſopi, libr. i. iridis, glycyrrhizæ, calaminthes, ſaluiæ, ſeminum cotoneorum, terebinthinæ, aliàs nucis tedæ, ſing. libr. med. ſcillæ, helenii, marrubii, ſing. vnc. iii. pulegii, vnc. iiii. fœnugræci, unc. i. ficuum, & paſſarum pinguium, ſing. libr. i. mellis quantum tibi faciet ſatis.

Prodeſt tuſsiculoſis, & pituitoſioribus noxis.

Eſt & aliud Diapraſiu, vel antidotum è marrubio Nicolai, vt aliud è marrubio magnum, numeroſis conſtans ſimplicibus, nulla harmonia coeuntibus paratu difficile, ideo prætermiſſum. Eſt & aliud ex Tralliano, lib. 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 4. ex Paulo, lib. 7. cap. 11.

SAluia, ſiue eleliſphacos, ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 32. nulli non nota, vſuſque quotidianis, rugoſis folijs, incanis, valde odoratis, fruticoſa, ſpicato flore, Iunio, & Iulio menſibus, fructu in Græcia, vt tuberculum, gallæ modo palleſcente, pluribus quidem in locis, in Maſilienſi tractu, etiam pſeudo nardo permixta, ſponte agnaſcitur, ideo in aſperis naſci, ſcripſit Dioſcorides, & ſi alia hæc non ſit, ab hortenſi, illhinc in viridaria tranſlata: propterea quum Italicus Matthiolus, in campeſtribus, & montanis, ſatiuæ ſimilem, ſolo pallore, atque hirſutie diſsimilem, ſyluestrem effeciſſet: Latine ſe colligit, & mutata opinione, ſe per ſylueſtrem ſaluiam, non intelligere ſpontaneam, in Hiſpanis, ac Maſilienſibus agris productam oſtendit, ex Matthiol⁹ recantat. *Theophraſto, 7. de hiſtor. plantarum, cap. 2. ſphacelus & ſaluia inter ſe diſtant: quaſi alterum vrbanum, alterum genus ſylueſtre dixeris, ſphacelo folium, læuius, contractius, minuſque ſqualens, ſaluiæ ſcabrius: vtraque in hortis quàm plurimis, hodie reperiuntur: ſphacelus mas, ſaluia autem fœmina creditur. Sunt qui* Sphacelus *agreſtem ſclaream, centrum galli dictam, foliorum quadam cognatione illuſi, pro ſylueſtri ſaluia vſurpent. Cæterum quum vocabulorum cognatione deceptum, Plinium accuſat Matthiolus, quod magno errore, eleliſphacon, lentis ſpeciem eſſe putauerit, lib. 21. cap. 25. de heliochryſo medicinis ibidem duntaxat ſermonem habere, Plinium comperij, quod ſi librarij (vt credimus) lapſu, libro 22. reponendum, iuſtius aſſeuerabit, num adeo cæteris excurſionis oblectatione tenebitur, quin huius flagitij conſcientia mordeatur, quin ſuæ le-* Plinii tutela in Matthiolum *uitatis pœnam, ante oculos verſari credat, nempe iuxta illud Pythagoricum,* ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθ᾽ ὅυσον λύνι, *ſanare te ipſum oportet, quantum potes, tu tibi excuſationis viam inuenies qui videre ex eo, atque Crateua id primum debueras,* φύλλα ἔχει ὅμοια τῷ ἡδυόσμῳ *in Dioſcoride legendum quumque Plinius ſylueſtrem lentem ſatiua leuiorē folio minore, eleliſphacos dictam aſſeruerit: at quum paulo infra ſubdat, noſtri qui nunc ſunt herbarij, eleliſphacon Græcè, Latinè ſaluiam vocant, hanc iniuriam, ignominiamque inultam, atq; impunitam, iccirco non dimittimus: foliorum, ac florum vſus.*

TErebinthus, quibuſdam granum viride, quod fructos ſuos in viridi pallidos ferat, vel quia viridem æditum, rufum poſt modum tingit, & cum vite matureſcente, nigrum nouiſſimè facit, ex Theophraſto 3. de hiſtor. plantarum cap. 15. duplex, ex Dioſcoride libro primo, cap. 76. cognita arbor eſt, cuius folia, & ſemen, & cortex aſtringunt, reſina eius ex Petrea Arabia defertur, prouenit etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Aphrica, & Cycladibus inſulis, ſed præualet candida, perlucida, vitreo colore, & in cæruleum vergente, odorata, terebinthum olens: inter reſinas hæc principatum tenet, ſpiſſa nanque, & leuiſsima, & odore gratiſsima eſt, ex Theophraſto, 9. de hiſtor. plantarum capite ſecundo, poſt eam lentiſcina, tum &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quæ de picca raditur, & abicte, post quas pinea, strobilinaque numeratur: hæcque de infima strobilina, opti-
ma autem terebinthina, sentire Dioscoridem asserit Galenus, 3. de compositione med. per genera, cap. 2. verum
ex his tribus resinis, strobilina, abietina, terebinthina, principem strobilinam calore, secundã abietinam, po-
stremam terebinthinam esse dixit, nec ideo à Dioscoride dissentit, quum alius ad qualitatem vnam, sermonem
referat, alius absolutè de tota ipsorum substantia pronuncians, verus esse deprehendatur: eadem ratione, in-
ter resinas optima terebinthina tanquam medicamentum, in multiplices vsus accommodatum: nec tamen ca-
liditate prima indicatur. ex Galeno 1. de antidotis, cap. 14. lybica autem non semper bona. Terebinthina
multis iam præteritis lustris, medicos omnes latuit, nec dudum Venetias ferri cœpit cocta, & in massas velut
placentas congesta, forte quod ita commodius vehitur: aut sic facilius adulteria admittit: nec deest liquidæ
copia, qualis ex terebintho manat: huius loco ætas nostra, resinam larignam vsurpauerat, ei terebinthinæ
locum, & cognomentum falsò vendicans: nec graui admodum errore: quum ex Galeno 4. de composi. medic.
per genera, cap. vltimo omnibus his pharmacis, quæ chironijs conuenire palam est, larix resina, loco terebin-
thinæ, nullo errore misceatur, sibi inuicem affini similitudine, primo de compo. med. per genera, cap. 15. atque
lentiscina terebinthinæ respondeat, ex Dioscoride, altera alterius defectui satisfacere poterit, quanquam te-
rebinthina passim vendita, flaui coloris, & mellis attici, ex larice resina sit. ideo Venetis atque alijs multis,
deflexa à larice appellatione lariga, quasi ex larice, non terebinthina nuncupetur: propterea quum terebinthi
plantæ, folijs laureis, numerosis, ab eodẽ pediculo coniugatim, quemadmodũ sorbo, quod parte postrema acu
minat, impari exeunte, flore oleæ, verum colore rufo, quales depinxit Theophrastus, 3. de histor. plant. cap.
15. in Hetrusco Baldi monte Iapidiæ collibus Tergestinis tractibus, & vetustis Romanorum ruinis, vulgo cor
nocapra ob folliculos caprinis cornubus æmulos ac propè Tridentinum Athesim reperiatur, procritate ac re-
ctitudine differentes, si is in locis lacrymam effundit, inde vt ex Cypro expeti poterit, coquitur hoc modo.

Accipe terebinthinæ, aut laricinæ resinæ, libr. i. affunde aquæ, libr. 24. coque in magno vase, donec
odoris expers reddatur, spissescatque adeo, vt refrigerata, digitis in puluerem teri possit: hoc modo
vsta trochiscos Cyphi, ad Mythridatium pertinentes ingreditur, vnguenta, & olea nonnulla.

Scilla off. squilla, ex Varrone notissima est, tam alba, quàm rubra: est & fœmina, nigris folijs, ex Plinio
lib. 19. cap. 5. Est & pancration appellatum ex Dioscoride, lib. 2. cap. 164. quod quidem pusillam scil-
lam vocant, & cõmunem; tertium genus cibis gratum, Epimenidium, siue Epimenidæum Theophr. 7. de
hist. plant. cap. 11. assata multo vtilior est, polline ad crustã subacto, aut luto oblita, in clibanũ conycitur, aut
carbonibus obruitur, donec obducens crusta sufficienter intosta fuerit, qua exempta si non emollescat, altero
polline simili, aut luto circumlinitur, & eadem quæ prius fiunt: nam quæ ita non assatur, interaneis maxime
noxia est. hodie scilla magna, recens non putris, neque gelu flaccida, aridis suis tunicis spoliata, in furnum
temperate calentem, pistorij operis panificij crusta obducta, non luto, quia corrumpitur, vt sentit Auic. lib. 5.
tandiu coquitur, donec festucam immissam admiserit. torretur item in olla, indito operculo, quàm in fur-
num demittatur: sumi etiam solet, & maxime medium, dirreptis viuotenus tunicis, quod frustratim conse-
ctum coquitur, mutata sæpius aqua, donec ipsa, nec amaritudinem, nec acrimoniam habeat, traiectaque lino
frusta siccantur in vmbra, ita vt ne vlla quidem parte se contingant, nec est ferreo cultro, sed è ligno guaiaco,
vel alio quodam scillæ cor, vnde germen etiam enasci solet, incidendum: nam contrahit ex ferro, venenosam
quandam rubiginem: his scillæ segminibus, ad oleum, vinum, aut acetum scillinum vtimur: euellenda est suc-
culenta, cuius iam folia, & scapus aruerint, ex Galeno 1. de antidotis, cap. 9. quamuis in eo de vsu Theria-
cæ, ad Pamphilianum cap. vltimo, messis tempore, quo præcipuè vigeat, colligendum innuere videatur: eius
succus mucosus fit, eius laminis crudis, in pila terrea, ligneo pistillo tritis, ac expressis. Brasauolus loquit,
nec se apposite explicat, quum in Galeni linctu, ex scilla cruda exprimatur: quin in fine libelli pro puero
epileptico, quoniam scillæ succum plerique non rectè conficiunt, quo nam modo illum conficere solitus esset,
abundanti, simulque accurata oratione prosequitur. Scilla candidissima ex Plinio, lib. 20. cap. 9. vtilissi-
ma scribitur, ideo quum vsitata rubescat, venenosa quibusdam, nulla (quod equidem sciam) ratione cense-
tur: propterea alba vtendam, quæ ad ciborum quoque delitias vsurpatur, & subdulcis est, ridendo satis
errore, Epimenidæum implicantibus. Quandoquidem ex Galeno, quarto simplicium, capite vltimo alba
minus calida dicitur, nec vllibi rubens, perniciosa præterea quum Anguillarius vsitatam scillam pancratiam
fateatur, cur eius quasi venenate vsum damnet, non video & si vnum scillæ genus lethiferum tradat Aui-
cenna. Cæterum quæ vulgata hactenus consuetudine pertrita prodijt, Pancration est, folijs albi lilij lon-
gioribus, crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo, idque ex Dioscoridis ac Pliny delineatione,
libro vigesimoseptimo, capite duodecimo, id quòd quum olim ignorasset Matthiolus, nouissime in hanc iuit
sententiam. Quandoquidem scillæ folium est aloe proximum ex Dioscoride, Thephrasto etiam latum septi-
mo, de historia plantarum capite duodecimo caulis quoque per se prius, tum flos ex eo emergens insidit, ea-
demque florum prouentus ternos ostendit, quumque ita senuerit, tunc foliorum exortus, multis postea diebus
inceptat etiam ex Plinio lib. 21. cap. 17. nulli etiam bulbo amplitudo maior quàm scillæ, ex Plinio lib. 19. cap.
6. vulgaris autem vfficinarum liliacea, folia in caulem agglomerata ante flores promit, idque quum nouitius
quibusque innotescat erubescet Matthiolus, quum inquit, deinde legeram apud Theophrastum, scillam prius

Brasauoli lapsus.

caulem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

caulem, floresque gignere, quàm folia, id quod quũ in nostratibus manifestè deprehendatur, mihi quidem non videbatur esse discedendum à vulgari opinione. hæc equidem ac alia plurima habeo, quæ dicere, aut commemorare possem, quæ leuiter transeo, aut perstringo, vt omnes intelligant, me non accusandi studio, sed defendendi officio in Matthiolum impelli: à vulgari itaque non desistant pharmacopæi, quum scillæ vires, & præparationem habeat, eodemque pondere, in morbis assumatur, & si huic mitior, quàm scillæ facultas insit, donec ab Hispanis, vbi copiosissima, legitima se se offerat.

Diasulphur, vel Diathiu primum Actuarij.

Recipe sulphuris viui, cardamomi, styracis, hyosciami, rutæ, myrrhæ ann. drach. x. scrup. ij. costi drach. xiij. scrup. i. cas. aro. vnc. ij. lybistici vnc. i. croci, piperis ann. drach. v. scrup. i. mellis quantum sufficit.

Valet aduersus horrores, circuitu, repentes, vt febres quotidianas, quartanasque, resolutos, hepaticos, duabus horis ante accessionem, cum posca dilutiore, sed oportet laborantem excrementis vacuum esse, & probam in vrinis apparere coctionem.

Diasulphur secundum Actuaij.

Recipe anisi, sulphuris uiui, añ. unc. iii. ammoniaci, castorij, nigellæ, ann. unc. med. ea aqua dissoluantur, & in catapotia cogantur, quæ dãtur cum oximellite, cyathis tribus. Difficulter spirantibus auxilio est.

Est & tertium, atq; aliud ex Nicolao, vt post antidotum, è myrobalano, sine opio, & cum eo ex Auicenna, silentio ideo inuoluta, quod plura quàm primum non præstent.

Sulphur, ex Dioscoride lib. 5. cap. 73. optimum existimatur viuũ, quod apyron vocãt, nitedulæ modo splendidum, pellucens, minimè lapidosum. probatur in genere sulphuris ignem experti, quod viret, ac præpingue spectatur: plurimum in Melo, & Lipara gignitur ambo notissima sunt: & quamuis viuum excellat, rarius est in officinis, at in fornacibus, velut in rotundos bacculos effictum, frequentissimum est. Plinius lib. 25. cap. 14. quatuor genera facit, aliud viride, aliud luteum, cinereum, vel pallidum: Chymistæ ita expurgant, suisq; organis sublimatum, odoris, & saporis, insuauitatem deponit. in fine emplastris adijcitur. sulphuris parandi rationem, vide ab Agricola 12. de re metallica, de eodem Albertus lib 4. cap. 1.

Ammoniacum, officinis armoniacum, ex Dioscoride lib. 3. cap. 80. probatur bene coloratũ, ligni, & calculorum expers, thuris similitudine, minutis glebis, densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarum: hoc genus thrausma, idest friaturam appellant, quod verò terrã, et calculos collegit, phyrama gignitur in Aphrica, iuxta Amonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore, addit Galenus 2. artis curatiuæ, ad Glauc. cap. 4. quod pinguæ, & nõ vetustum est syncerissimum, & quod suis minutis glebis, thus referat, rarissimum est. terrosum, & resinosum, impurum, in massas compactum, off. vsitatissimum, ideo in eo seligendo, iudicium apponendum. Brasauolus inquit, ammoniacum genus salis, & succum ex frutice eiusdem nominis significare, quum tamen ammoniacum simpliciter, vel thymiama addito, ferulaceæ huius plantæ succum designet, quæ & gutta ammoniaca dicitur: quum verò salis genus: sal ammoniacum distinctè proferatur: præter hæc Aeginetam admiratur, inter odoramenta ammoniacum numerantem, quod & Dioscorides thymiama vocat, vt hinc colligi possit, quæ apud ipsos pro odoribus existimarentur, quum odore sit graui: nescitque, quare Paulus ad odorem accendat: dum tamen alios admiratur, nos in sui admirationem, adeo trahit, vt vel subinuiti, eius inscitiam diuulgemus: quum Dioscorides vnguem odoratum, in redolenti suffitu permisceat, nec per se iniucundum spiret: & si aliquatenus castoreum oleat, vt etiam bene olentibus mixtum in eorum gratiam addat: pari enim argumento, ammoniacum primæ classis, non graui, vt castoreum odore pollet, sed quadantenus in eum inclinat, nec ob id tam ingratum, grauemque eructat odorem, quin odoramentorum catalogo ascribendum sit: illum etiam somniare conijcio, vbi ex Galeno, ammoniacum odoris esse coriandri, scriptum reliquit, hactenus quod sciam, ab impressis eius codicibus alienum, at quid hæc sunt, subijciendorum respectu, inquit enim forte diuersum est id: Pauli, & Galeni, ab eo Dioscoridis, & quod de re diuersa loquantur, hoc signũ est: quia in simpl. med. facult. ea dicunt, quæ à Dioscoride in ammoniaco tractantur: quod quale sit diuersitatis indicium, quis nam sylogismus, aut verius parasylogismus, qualisue consequentia, etiam plebæis, nullo disciplinæ genere instructis, notissimum duco. Ammoniaci suffiminis drachma in mulsa pota, aquam educere scribitur, ex Paulò lib. 7. cap. 4. &c. circiter mediam coctionem emplastris inijcitur, detritum verò si fieri potest, & in tenuem redactum puluerem inspergere oportet, sin minus cum liquore quodam læuigatum inijcere, & iuxta Pauli modum lib. 7.

Brasauoli opinio reiecta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Dialibanu, alias Diaolibanu d. Actuarij.

Recipe castorei, opii, hyosciami, ann. drach. iii. cas. aromaticæ, drach. ii. & med. folii, croci, thuris ann. drach. ii. rhei, myrrhæ, amomi, ann. drach. i. & med. spicæ, pæoniæ, pyrethri, styracis, piperis, ann. drach. i. euphorbii, piperis candidi, ann. drach. i. & med. mel sufficiens.

Lacrymas mirabiliter sistit mediæ caluarie dolorem, idest hemicranicum, & ilei, cum vino albo, quod in thure, aut saluia ferbuerit, datum mitigat, anginæ cum ptisanæ cremore sumptum, medetur: similiter & destillationes sanat. Est & pondere duntaxat, ex Myrepso diuersum, pro pipere longum habens.

Pæonia, siue glycyside, ex Diosc. lib. 3. cap. 134. Græcis aliquibus Penthoron dicitur: sunt qui Idæas dactylos, radicem pæoniæ vocent. duplex est, mas, & fœmina, in plerisq; hortis copiosa: flore, figura, & colore puniceæ rosæ: mas paucis cognita, vix dum affertur: quidam in legenda pæonia, motus obseruant lunares, eximuntque non nisi decrescente luna, epilepticorum gratia, nec damnandum, & si ridiculæ, ac superstitiosæ sint incãtationes; Pamphiliq; præstigiaturæ, de quibus Galenus 6. simpl. 1. eius grana diuersimodè accipienda sunt, quum rubra vni, nigra autem alteri succurrant morbo.

Euphorbium, ex Dioscoride lib. 3. cap. 78. lybica arbor est, ferulæ speciem habens, quæ in monte Atlante, aliàs in Imolo, iuxta Mauritaniam inuenitur: spinosam plantam scribit Galenus 10. de comp. med. secundum locos, in antidoto Philonis: Plinius folijs acanthinis: Duo eius succi genera, vnum orobi magnitudine, sarcocollæ modo emicat, alterum in ventriculis concrescit, atque nitreum spectatur. Eligendum est translucens, & acre: ex Mes. lene, & frangibile: adulteratur sarcocollæ & glutini mixtione, sed difficile quidem experimentum: quippè quum leui gustu, os accensum diù detineat: adeo vt quicquid ori obijcitur, planè euphorbium resipiat, ex Galeno 2. de composi. med. secundum locos, circa finem, recens albidius est, antiquum ad flauius vergit, ex eodem etiam 3. de composi. med. per genera cap. 2. quod non ab initio cinereum, verum subpallidum, & subflauum redditur: inueterascens etiam, si non manduces, colorem contemplatus, cognosces: quum verò principio bonum fuerit, & probè repositum, asseruatumque, etiam anno tertio, adhuc vim aliquam retinet, interim & quarto, quinto autem, aut sexto, iam exoluitur, deinde procedente tempore, in totum elanguescit, trimum itaque, vel quadrimum duplicatum admiscebat; quo fit vt officinarum euphorbium nigricans, vetustum, & suppositicium sit, nec eius eximy feruoris, quo mihi sæpe exploratum, non solum linguæ apice, verum quoque liberalius masticatum: quumq; in recens incidi, acerrimum sanè, & igneæ mordacitatis, alias in omni mihi obtemperare proposui: Genuæ tamen translucidum, perspicuum, atque selectissimum emi potest, facilè enim illhuc ex Mauritania commeat, Aphricæ maiori parte, nunc à Christianæ fidei assertoribus expugnata, vt vix Pyratarũ, ac infideliũ incursiones, vsq; ad Gaditanũ fretũ pertimescãt: Virtus ei solutiua ab Actuario, Aetio, Mes. tributa est, qua phlegma, & aquam per inferiora maxime purgat, si recens desit, veteris duplum substituendum, sin omnino desit, sulphur, aut castorium, seruatur milio, fabis, lentibusúe occlusum. vt autem eius acredinem tundendo euitent operarij, amygdalini dulcis pauxillum affundant: recens enim oleo solo citra pistillum dissoluitur, torretur crusta pistoria circumlitum, ex Alcansio præparat Mes. Manard. lib. 16. Epist. 5. cum mastiche, & tragacantho coctum, vt innoxium, ad plura maximi præsidij constituit. alij recenti non vtuntur, quia violento, sed annotiue.

Antidotus, è Castorio, siue Diacastorion Myrepsi.

Recipe castorii, myrobalani, ann. drach. iii. aloes flauæ drach. i. & med. scordii, myrrhæ, euphorbii, ann. drach. i. gr̃. vii. folii pyrethri, tragacãthæ, calami odorati, nitri, galbani, senæ, floris iunci odorati, spicæ, opopanacis, rhei pontici, sagapeni, styracis, calamitæ, zingiberis, cinnamomi ann. drach. i. gr. ii. staphisagrię, seminis dauci, fœniculi, petroselini, seseleos nigellæ, sinonis, petrolei, styracis, sanguinis draconis, thuris, salis ammoniaci, zedoariæ, ansi añ. drach. iii. & med. scrup. viii. thymbræ, hyssopi, chamedryos, pulegii, origani, balsamitæ, seminis ocimi, acãthi, dictami, aristolochiæ rotundæ, brassicæ syluestris, asari, saluiæ, ros. bdellii ann. gr. xviii. ambaris gr. x. ossis cordi ceruini drac iii. unguis odorati drac. i. epithymi, polipodii, succi balsami, ann. gr. xiii. betonicæ gr. xi. anacardii, sabinæ, gentianæ, foliorum mandragoræ ann. siliquas ii. & med. serici vsti gr. xii. peucedani, absinthii, singul. gr. vii. iridis gr. xiii. mellis, aut sacchari, quod satis est.

Succurrit vertiginosis, comitialibus, apoplecticis, resolutione correptis, tremulis, & paraplecticis. Datur nucis poni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cis ponticæ quantitate, ex decocto absinthii, saluię, adianthi, macedonici, & granorum solis.

Est & antidotus è castorio Myrepsi, post antidotum è cumino magnam: hoc nomine maxime indignum, nec castorium accipiens, at quantum imprudens, aliorum scriptis adductus, errauerit Cordus, vnà cum illis, quorum sequitur errorem, quicunque non modo præsentem intuentur, expendunt, conferuntque descriptionem, verum quoque alias penè omnes, ingenio, æquitate, veritate, examinabunt, Luminarium naufragia, corruptas, peruersas, rudißimasque compositiones, ab authorum mente, à prima origine, vsque adeo degenerasse intelligent, ac spectabunt, vt doctis quibusque, summæ esse molestiæ, ac perturbationi, non dubitent: quum autem ab vsu recesserit, consuetam simplicium declarationem non aggrediemur. Fuch. 2. de composi. med. nescio qua adductus fide legerit, anisi ann. drach. iij. & med. scrup. med. gr. med. Cordi, ac Luminariũ peruersio.

Diahyrundo, vel Antidotum, siue Electarium ex hyrundinibus Galeni 6. de cõps. med. secundum locos, stomachicha illitio ex besasa. i. semine rutæ syluestris.

Recipe seminis anisi, apii, ammii, schœnanthi, aluminis scissi, iridis, seminis rutæ syluestris, cinnamomi, mirrhæ, aristolochiæ longæ, ros. siccarũ, crocomagmatis ann. vnc. i. costi, cineris hyrundinum recentis, an. vnc. iii. croci vnc. i. & med. nardi, amomi, ann. unc. med. gallas octo, tritis cum melle vtere.

Ad desperatas anginas facit, plura ex Galeno, Hera, atque Asclepiade scripta prosequere, si libet.

Est & Diahyrundo Auicennæ, plusculis quibusdam, vt etiam ponderibus diuersa, bis lilium accipiens, librariorum incuria. minus distat Serapioni qui ad triennium ualet

Hyrundo, ales veris nuncia, in ædium trabibus, tectorum postibus, ex limo, stramentisque nidificans, Aequinoctio autumnali, ad alienum clyma gregatim transmigrans, tam nota est, quàm notißima: eas quidam accipiendas, alij ipsarum pullos, nonnulli eorum recrementum, plerique nidum contendere: at quamuis hyrundinum excrementa acria, & discussoria sint, quemadmodum etiam alia omnia, omnium animalium stercora, aliqua magis, aliqua minus, velut etiam ipsorum animalium vstorum cinis, quoduis eligatur, nõ refert: hoc est vel excrementum vstum, vel hyrundines ipsæ seniores, similiter crematæ. ex gal° tamen ... loc urantur hoc modo pullos sale conspersos una cum pennis in fictili concremus ... [illegible] ... animalia ... recrementum ... Asclepiade ... quem Auicennas atque ... diuersis fuerint sententiae

Aromaticum ros.

Recipe ros. vnc. i. & med. ligni aloes, macis, caryophyll. trochis, diarhodon, galliæ moschatæ ann. drach. ij. glycyrrhizę rasæ, vnc. i. cinnamomi drach. iij. galangæ, zingiberis, nucis moschatæ ann. drach. i. & med. cardamomi, spicæ nardi, ann. drach. i. syr. ros. & syrupi è corticibus citrij, quantum sufficit. sunt qui aromatizent moschi scrup. med. Datur à drach. tribus, ad quinque.

Cor, ventriculum roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, nauseam, & vomitum sedat, viscerum humiditatem excrementosam absumit.

Rosatum Gabrielis.

Recipe ros. drach. xv. glycyrrhizæ rasæ, drach. vii. ligni aloes, santalorum citrinorum, ann. drach. iii. cinnamomi drach. v. macis, caryophyll. ann. drach. ii. & med. gummi arabici, tragacanthæ ann. drach. ii. scrup. ii. nucis moschatæ, cardamomi, galangæ, ann. drach. i. spicæ nardi, ambaris, ann. scrup. ii. moschi scrup. i. syrupi, seu zulapii ros. & syrupi cort. citrii, quantum sufficit, vel saccharo in buccellas.

Cor, ventriculum, atque adeo totum ventrem inferiorem roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, ventriculi humiditatem excrementosam, & ab ea putredinem omnem corrigit, ob hæc reualescentibus, & imbecillis mire subuenit.

Hoc vsu frequentius est superiore, at quidam cinnamomi vnc. 5. nimio excessu legebant, quumque omnia penè exemplaria habeant, tragacanthæ, ann. drach. ij. scrup. ij. monachi drach. i. addunt, quidam etiam spicæ nardi, drach. ij. lectitarunt cum Fuch. 2. de composi. med.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Rosatum minus.

Recipe rosſ.drach.x.ligni aloes,ſantalorum citrinorum,ann.drach.ii.cinnamomi vnc.med.maſtiches ſcrup.iiij.ambaris ſcrup.ii.moſchi ſcrup.i.ſyrupi roſ. quantum ſufficit.

Cor, & ventriculum roborat, & eorum flatus, & ab his inflationes diſsipat.

Aromaticum moſchatum.

Recipe ligni aloes drach.vii.cinnamomi electi,drach.x.ambaris drach.iij.moſchi,ſcrup.ij.ſyrup. roſ. quantum ſufficit.

Cerebrum,cor,ventriculũ roborat,ob id confert epilepſiæ,cordis palpitationi,& ſyncopi, ſuffocationi quoq; ab vtero, oris odorem commendat.

Aromaticum caryophyllatum.

Recipe caryophyll.drach.vii.macis,zedoariæ,galangæ,ſantalorũ citrinorum, trochis,diarhodon,cinnamomi, ligni aloes,nardi,piperis longi,cardamomi ann.drach.i.roſ.vnc.med.glycyrrhizæ,galliæ moſchatæ,añ.drach.ij. folij,cubebæ ann.ſcrup.ii.ambaris drach.i.moſchi ſcrup.med. ſyrupi citrij quantum ſufficit.

Cor,ventriculum,& reliquum ventrem inferiorem roborat,nauſeam,& vomitum ſedat, flatus carminat, putredinem in ventriculo inhibet.

Monachi legunt cubebæ ann.gr.xlv.& in aromatico moſchato,ligni aloes,drach.viij.vt quantum interdũ afferant faſtidij, ac ſatietatis, quenquam non fugiat.

Aromaticum nardinum.

Recipe ſpicæ nardi,drach.ii roſ.rubr.vnc.med. cubebæ, ligni aloes,macis,caryophyll.cinnamomi,aniſi,folij indi,cort.citrij,trochis,diarhodon,& galliæ ſebelliæ,ann.ſcrup.iiij. nucleorum pini, amygdal.ex corticat. an. drach.v.gummi arabici,tragacanthæ,ann.drach.ii moſchi ſcrup.med.ſyrup.roſ. quantum ſufficit.

Ventriculum,hepar,renes,& cætera viſcera roborat,& veſicam,coctionem iuuat, ob id oris, & ſudoris odorem commendat,flatus diſsipat,tamen veneris appetitum excitat, reſpirationem facit liberiorem.

Præpoſitus addit glycyrrhizæ, drach.ij. & med. & pro gallia ſebellia, moſchatam.

Pliris archigon, vulgo Pliriſarcoticum, Fuchſio Pleres archonticon, ideſt implens principale.

Recipe cinnamomi,caryophyll.ligni aloes,galangæ, ſpicæ indicæ, nucis moſchatæ,zingiberis,antiſpodij,ſchœnanthi,cyperi, roſ. viol. ann. drach. i. gr̃. xv.folij glycyrrhizę,maſtiches,ſtyracis,ſampſuci,ſiſymbrii,ocimi, cardamomi,piperis longi,& albi,myrtorum,corticum citrei mali, ann. ſcrup.ii. gr.xv. margarit. been albi,& rubri,corall.rubr.ſerici añ.ſcrup.i.gr.ii.& med.moſchi,gr.vii.& med. caphuræ,gr.v.ſacchari, vel ſyrup. roſ. quantum ſufficit.

Triſtibus,melancholicis,imbecillo ventriculo,deliquio animi,à corde proficiſcenti ſuccurrit, memoriã amiſſam recuperat,ſenſus acuit,comitialibus,& aſthmaticis prodeſt, omnemque cerebri debilitatem aufert.

Sunt qui vel piper album,aut longum duntaxat imponant: Præpoſitus granis quibuſdam differt: Fuchſius in Myrepſo legit,balſami,ſiſymbrij loco,ex Græco,at facilè fuit,quum balſamita vocetur: Simplicibus etiam conſtat diminutis. alys ... [illegible]

Lithontribon,vel b in p mutato, ſunt enim λίθων θρυπτικὰ calculos comminuentia.

Recipe ſpicæ Indicæ,zingiberis,ligni balſami,acori, cinnamomi, peucedani, mei,trium piperum,ſaxifragæ,an.drach.ii.& med.ſucci balſami,caryophyll.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

costi, rhapōtici, glycyrrhizę, ciperi, tragacāthæ, chamedryos, ſeminis oluſatri, apii, ameos, aſparagi, ocimi, & vrticæ, ſeminis citrei mali, ann. drach. i. gr. xv. folii, croci, ſchœnanthi, caſ. aromaticæ, bdellii, maſtiches, iridis, amomi, lyguſtici, lithoſpermatis, petroſelini, ſiſeleos, ſiſonis, cardamomi, anethi, euphorbii, lyncurii, olei nardini, olei moſchelini, ann. ſcrup. i. ſacchari, vel mellis quantum ſufficit. Datur pondere nucis ponticæ.

Præclarum ad ſtomachi indigeſtionem, ex frigiditate, iliorum, lumborumque dolorem compeſcit, lapides in renibus potenter confringit, alias & in veſica, & inde mirabiliter expellit, ſtranguriam, & dyſſuriam, è veſtigio ſoluit. Sunt qui irionis drach i. gr. xv. addant, & ſemina citrii obliterent. Fuch. 2. de comp. med piper album omittit, legitque in fine ann. ſcrup. i. gr. quatuor.

PEucedanum, alijs fœniculum porcinum, ex Dioſcoride lib. 3. cap. 74. caulem emittit tenuem, gracilentem, fœniculo ſimilem, comam habet ſtatim à terra copioſam, ſpiſſamque, flore luteo, radice nigra, craſſa, graui odore, ſuccoſa: gignitur in montibus Opacis, tenera radix cultello conciditur, profluensque è plaga ſuccus, vmbræ mandatur, in Sole ſiquidem confeſtim euaneſcit: aſſatione radix inutilis fit: tam lac, quàm ſuccus, radice, & caulibus extrahi ſolet, ſicut è mandragora: verum inefficacior ſucco lachryma habetur, & velocius expirat: interdum etiam concreta inuenitur lachryma thuris ſimilitudine, caulibus, radicibusque adhærens. Præfertur ſuccus è Sardinia, & Samothracia, colore rufo, odore graui, feruens guſtu: radix eligi debet recens, quæ cariem non ſenſerit, firma, odoris plena. Matthiolus Hermolai fortaſis opinione ductus, quod non graui odore, ſed iucundo, apud officinas peucedanum eſſe dixerit, inquit: radices quibus pro peucedani radicibus vtuntur vulgares tabernæ, illegitimas eſſe, non exterius nigricare, nedum grauiter olere, nullaque acri facultate præditas. Inſubres tamen ſeplaſiæ, cortice nigro, horribili odore, craſſas radices, apud ſe habent, Dioſcoridis peucedano omni ex parte reſpondentes, idque tam notum eſt, quàm notiſsimum, nec in eo elaborandum, quum è iugis Crepacorianis, huiuſmodi plantas nos quoque attulerimus: quanque Alexandrini Italici herbarij, his, vt alijs pleriſque, pharmacopolia noſtra expleant. propterea quum à peucedani hiſtoria, ne latum quidem vnguem recedant, parum firmamenti, parum virium falſitas habet, quo nō ſolum à ſermonibus imperitorum, ab ingenijs prudentum repudietur Matthiolus, vera adimens, falſa, atque corrupta in emporijs ſæpe collaudans, ſed etiam in ampliſsimis areis cognitiſsima, ruralibus, atque plebeis vulgatiſsima, ignorare non erubeſcat, quamuis in latino codice, in Ananienſibus montibus, ſe eam vidiſſe plantā fateatur, omnibus notis noſtrati peucedano aſtipulantem: eius lac, ſuccus, & lacryma, apud nos non expetuntur, nec è Sardinia afferuntur, vbi laudatiſsimum, & copioſiſsimum enaſcitur: & per Genuenſium naues facilè comportari poteſt: quinque, & aliquando ſex annis perdurat peucedanum ex Theophraſto 9. de hiſt. plant. cap. 14.

Matthioli opinio refellitur.

SAxifraga, ex Dioſcoride lib. 4. cap. 17. ſurculoſa herba eſt, in ſaxis, & aſperis exoriens, epithymo ſimilis, &c. hoc caput in alienam meſſem irruiſſe ſuſpicatur Marcellus, & cum eo claſsici ferè omnes quod latino cognomine, contrario Græci ſcriptoris more proferatur: & ſi in multis exemplaribus, græce ſcriptum reperiatur: quidam cum Braſauolo, genuinum eſſe contendunt, hicque in montibus quærendam, in eius exortu ſaxa ſcindentem, & per ſciſſuras exeuntem, epithymi figura. Matthiolus in pluribus Hetruriæ locis, præſertim Argentai promontorio, & eius maritimis vberem eſſe, è duriſsimis erumpentem ſaxis, frondibus capillaceis, epithymo non diſsimilis tradidit. eius tamen appicta imago, ita ab epithymo nobis diſsidere videtur atque gramen, à braſsica. Inſubribus tamen, quod ſciam nondum comperta: at quamuis alibi innoteſcat, non ideo probabit, germanum Dioſcoridis caput, quod multa huiuſmodi, veteribus ignota, hoc æuo in lucem prodierint, ſicut multa quondam fuere, quæ modo vel ignorantur, vel certè non habentur: alij tamen aliā herbam pro ſaxifraga accipiunt, quidam pimpinellam hircinam, alij tormentillæ ſpeciem, aut herbam ſancti Petri vocatam, alij radice ſubrubra vtuntur, folio pimpinellæ cognato, & ſi neutra iſtarum ſit ſaxifraga, eius vice vtendum ſuaderem, vocati raphani radice, vel naſturcij, aut raphani ſemine, ſiue aſpleno, aut filipendula, vel adiantho, donec vera ſeſe offerat. Fuchſius ſaxifragam vocat paronichiam, falſoque tenues iuncos, epithymo non diſsimiles habere tradidit, eam & ſi viderimus Crepacorij, inter duriſsima ſaxa exortam, alia multo exiliorem, & ferè diuerſam effigiem oſtendentem.

Fuchſius aberrat.

RHaponticum, aliqui rha, quidam rheon vocant, ex Dioſcoride lib. 3. cap. 2. prouenit in his, quæ ſupra Boſphorum Cinerium ſunt regionibus, ex quibus affertur, radix nigra, centhaurio magno ſimilis, ſed minor, ac intus rufior, fungoſa aliquantum, leuis, ſine odore. optimum habetur, quod teredines non ſenſit, ſi guſtatu, cum remiſſa aſtrictione lenteſcat, manducatumq;, colorem reddat pallidum, aut ad croceum inclinantem: ex Galeno 1. de antidot. cap. 14. in rheo quoque fraus committitur, nam quibus in locis naſcitur, ſimul atque euulſum eſt, ipſum elixant, quo ſuccum remittat, ac tam ſuccum vt ſyncerum, & aqua impermixtum, quàm rheum exſiccatum, vt non elixum, ad nos poſtea mittunt: eadem vel non diſsimilia, in rhabarbaro committi ſcriptum reliquit Meſ. id fieri negat Braſauolus, quo factum eſt, alijs etiam pluribus indicijs, huic opinioni calculum addentibus, vt idem eſſe cum vulgato rhabarbaro, plerique opinati non iniuria videantur, & natalium diuerſitate, ex inodoro odorum redditum: nimirum ex Theophraſto 6. de hiſtr. plant. vlti. ad iu-

cundam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cundam olentiam solum, & cœlum singulis accommodatum, plurimum confert: nam in Aegypto, cætera quidem omnia sine odore, floreque etiam aromata dicta sentiuntur, myrti verò mirum in modum odorati assurgunt: Arum etiam ex Galeno 2. de aliment. facult. cap. 63. in quibusdam regionibus ad dracontij radicis acrimoniam propè accedit, in alijs rapi modo manditur. at quãuis raucissime frigulent Brasauolus, ac Matthiolus in Ruellium, ita suam dilatant orationem, quasi infinitam, vt denique nihil pressum, nihil reconditum nanciscantur, vt cap. de rhabarbaro breuissimis tactum est, relicto Isidori testimonio 17. Etymologiarum cap. 9. nam his præsertim medicis, & speciarijs quibus nondum veri rhapontici noticia patuit, eius nomine centhaurij magni radix circumfertur, nec magno errore, facultatibus in idem propè terminantibus, & si legitimum Venetijs non desit, nobis etiam persæpe ad Iusticiæ insigne, Ticini pertractatum: non desunt satiui lapathi radicem, quanquam odore grauem, in nostris seplasiis, crassa nimium Minerua, eius vice supponentes, vt alij alia: propterea mirum subit, quod præstantis ingenij Matthiolus, hac in re manifestè decipi Brasauolum tradiderit, eo ita scribente Est alia radix è Gargano, pro rhapontico ad nos euehi solita, hanc Dioscoridis centhaurium esse non dubitamus: id quod negauerit ne, vt Brasauolo inurit Dessennius, doctis quibusq; palam esse existimauerim. ne igitur quancunque pro rhapontico in officinis habitam, centhaurium maius excogitent, verum indicijs è Dioscoride luculenter expensis, alteram ab altera internoscant: nec obstet, si quo quo modo odoratam percipient, vt etiam sentit Vesal. in lib. chynæ fol. 19. quòd si idem esset cum imperfecto rhabarbaro longe maiori copia ad nos transferri posset, rarum tamen quum sit.

Ruellius à Brasauoli, ac Matthioli accusatione immunis.

Brasauol[9] à Dessennio iniquè accusatur.

CHamædrys Græcis, alijs chamædrops off. chamædryos, genitiuo pro recto vtẽtibus, vt in stœchade, vulgo calamandrina, aut herba febrium, siue febrifuga, hetruscis querciola, quasi coactæ breuitatis quercus, nec immeritò, quod chamædrys paruam quercum significat, ex Dioscoride lib. 3. cap. 94. Latinis trissago dicitur: sunt qui eam teucrion appellauere, propter eam quam cum teucrio seruat similitudinem, carpitur semine prægnans: hæc nostris in regionibus, asperis, montosis, & campestribus notissima est, nec nisi imbribus obruta, Cretensi minus commendanda, Iunio, & Iulio mensibus floret. eius plures species obtulit Fuchsius.

OLusatrum latinè, Hipposelinon græcè, off. & vulgo, olusander, vel corruptè magis alexandra, vel semen alexandrinum, aut apium macedonicum simpliciter: ex Dioscoride lib. 3. cap. 62. maius est, & satiuo apio candidius, caule alto, cauo, molli, habente veluti lineas, folijs latioribus in puniceum vergẽtibus, coma rorismarini, florum plena, dependentibus in cacumine corymbis, antequam deflorescat, ea semine turget nigro, oblongo, acri, solido, aromatico, radix demittitur odorata, candida, ex Marcello intus candida, foris nigra, nec crassa, quæ os commendat: hæc tam belle hortensi herbæ, in acetarijs hyemalibus frequenti, & prædictis nominibus insignitæ respondet, vt Dioscoridis dicta intuentibus, euidentissima sit, nec in ipsa prorsus vlla nota possit desiderari, tametsi Matthiolus, ac Amathus, vulgare leuisticum hipposelinũ esse cõceperint, sicut eo in capite, oppido quàm affabre discussum est, nam folia phu, ac sii, hipposelino similia fecit Dioscorides: quibus cum leuistici vulgaris folia nullis planè notis consentiunt, vt ex Matthiolicæ picturæ varietate, abundè excuti potest, vtque in præsentia, magna cum laude se se efferat Matthiolus, amplissimam ex hoc iucunditatem consecuturus, Brasauolum Marcelli commentarijs illusum reprehendit, qui Hetruscorum macerone, idem profectò cum Hipposelino (si eiusdem Matthioli notæ cap. de smyrnio accuratè percurrantur) olusatrum esse commentus est, quod non esse, hac vnica coniectura contendit, quoniam exterius radice nigricat, Dioscoridi autem omni ex parte candet: id si tanquã verum concedatur, quamuis Marcellus ex aduerbio ἔνδον .i. intus, ideo intus albũ, exterius nigrũ, nõ immeritò interpretatus sit: quum smyrnio semen sit rotundũ, huic aũt oblongum, alterius partis periculum subit, quæ multo minus firmamenti, ac roboris habet: præsertim quum caulis, veluti lineis interstinctus sit, folia etiam in puniceum inclinent, anexa videlicet parte, & qua cauli ipsi annectuntur, id potius olusatrum, quàm smyrnium demonstrantia: præterea, si hipposelinum quod æquapium vertit Theodorus 7. de hist. plant. cap. 6. smyrnium est, id verò hirsutũ est, hinc Anguillario quoq; non accedimus: quũ maceroni leuia sint folia, & cuticula tantum nigrescat. radix verò ex Theophrasto nigra absolutè scribatur, quantum dissideant, hinc facilè colligitur. Nempè admonuisse illos debuerat Ruellius 3. de natura stirpium cap. 47. quum longo dissidere interuallo, smyrnium, & olusatrum, lucidè probat, & si eius opinionem improbandam censeat: quæcunque tamen cap. de smyrnio, ad hos impetus reprimendos congessit, ex Galeno 2. de aliment. facult. cap. 52. illi ne tantulum quidem fauent, nec aliqua ex parte, in eius cadunt sententiam: non .n. reprobat illegitimam quasi nomenclaturam, olusatri nomen smyrnio ascriptum, ex Scribonio largo, quum ex Dioscoride ipso, latinorum olusatrum, smyrnium etiam appellari possit, quamuis aliud sit, quod propriè smyrnion dicitur, & hypposelinon agreste, ideo non mirum, si Græco nomine relicto, Latino potius vterentur Romani: alter tamen alterius inopiæ satisfaciet: quum verò Syluius, ac Fuchsius, in suo de historia plantarũ cap. 291. smyrnium, vulgare leuisticum esse contendant Galenicæ doctrinæ, cuius se vbique studiosissimum prædicant, ignari planè apparent, siquidem, vt dictum est secundo de aliment. non insuauem facit, sed vere caulem crudum in edulia expeti ait: leuisticum autem, vt cap. proprio discussum est, gustus est valde insuauis, & odoris ingratissimi, vt quantum dissideant, præter cætera, ex his luce clarius enitescat.

Matthioli ac Amathi error.

Fuchsius reprehenditur.

Vrtica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

VRtica, nulli non cognita, solo tactu, suoque igneo pruritu, non modo interdiu, sed etiam noctu, in tenebris de se facillimum præbet indicium, vellicat enim, pungit, & suo morsu sensum lacessit, ex Dioscoride lib. 4. cap. 79. syluestris asperior, nigrioribusque folijs, hirsutiori caule semine lini, sed minore, altera minus aspera, minuto semine, triuialis est: tertia canina nominata, minor quidem est, acrior tamen, & mordacior: cuius semen eligatur, non refert: meßibus enim legendum est: alij ex Romana, vel Græca, ac Satiua appellata accipiunt, caule rotundo, asperrima, nigricantibus folijs, semine lini æmulo. Est inter vrticas cardiaca quædam nuncupata, folijs sanè non dißimilibus, at iuxta solum, rotunditatem ac diuisuras, ranunculi instar exprimens, floribus galiopseos, ex ipso foliorum sinu, praßij modo, caulem circumsepientium, radice in rubro pallida, radiculis referta, in macerijs, ac septis vbique, seplasiarijs nostris brancha vrsina vocatur.

Cardiaca

LIthospermon, off. milium solis, vel soler, ex Dioscoride lib. 3. cap. 135. à seminis duritie nomen accepit, folijs est oleæ longioribus, latioribus, mollioribus: Seplasiæ maius, & minus ostendunt: minus semine est candido, oblongo, milij magnitudine, cuius similitudine, quidam phalarim existimarunt, at quum cauliculis, nec culmis Teiæ similibus sit: hinc planta ab hac euarians, concedi potest: quod verò legitimum est lithospermum, non cognouisse Fuchsium, contendit Matthiolus: & si in vtrisque de plantarum historia commentarijs, illud appinxerit, latinè autem pro lithospermo, milij solis minoris picturam dedisse, rectius quidem enunciat, nam Italica eius verba, satietatis, ac stomachi plena sunt, & perridicula. Aliud maius, Lacryma vulgo dicitur, qua infimæ mulierculæ, corollas sibi construunt, ad salutandam Beatam Virginem: at quo maius lithospermum, Hetruscis frequens dictat Matthiolus, & Dioscorideæ historiæ consonum, & si illud diligentißimè indagati simus, non modo in officinis totius Insubriæ, verum in asperis, editisque locis, atque etiam viridarijs, nunquam tamen assequi potuimus, at appictam maioris lithospermi imaginem, folijs non humi iacentibus intuiti ancipiti animo, in contentionem timoris plenam vocati, scribendi scilicet, respondendi, aut cauendi non parum admirati sumus, nullum plantæ vestigium, cuius seminibus lacryma vocatis, funiculo traiectis, ad salutandam Virginem pauperculæ vtuntur, in Matthioli commentarijs reperiri: id enim illi non ignotum mihi persuaserim: quum præsertim quotidiano experimento, renales calculos potentißimè atterat, vesicæ minuat, iam diu comprobato ab omnibus medicis Brasauoli vsu: præterea quum Plinium adducat lib. 27. cap. 11. tanquam de legitimo Dioscoridis lithospermo differentem, id verò semen ciceris magnitudine constet, Dioscoridi autem paruum semen sit, erui magnitudine, vel vt inquit Censura in Amathum, ex Oribasio, ac Serapione, ex ipso Diosc. transcribentibus, erui parui magnitudine, id ēt multo magis obstiterit, quominus lithospermum Diosco. sit: vt certò crediderim lacrymas, quibus varia admodum regnoscit delicta, tam crassam caliginem Matthioli oculis effudisse, quo non viderit, non cognouerit, lacrymas has vulgi, à Plinio elegantißimè descriptas, esse lithospermum: præsertim quo ad semina, vt inquit Brasauolus, in Monachorum hortis propè omnibus satiuum, folijs miliaceis, ad radicem humi prostratis, culmis interuallatim geniculatis, ex quibus quum folijs oleæ longioribus, latioribus, ac mollioribus sit, & si harundinacea hæc folia sint, nonne oleæ longiora, latiora, molliora que appellanda sunt, qualia forte sterilibus in locis, Dioscoridi apparuere, hortorum irrigatione, grādiora effecta, quæ enim ab radice exiliunt, humi iacent, vt quamuis Dioscoridis lithospermum, ab hoc diuersum statuat Brasauolus: idque eius speciem esse, nec propterea legitimum indicat, & si quod intus semen est, qua pediculis adhæret, orobo facile comparari poßit, cortice lapidoso relicto: vtcunque sit, hoc legitimi lithospermi, aut milij solis loco vtendum, donec res aliter se se offerat, vel milio solis vulgari, ad eosdem vsus non inefficaci, ad decennium se extendunt. Iunio, & Iulio mense, semine turgent.

Lacryma.

Matthioli error.

SIson, off. sinon, vel sissaron, ex Diosco. lib. 3. cap. 53. exiguum semen est, in Syria natum, apio simile, nigrū, feruens, oblongū desideratur. eius loco olusatri tantundem satisfaciet, etiam si iteretur: Cordus temerè satis, & cum eo Anguillarius astruunt, idem quod falsò amomi cognomine semen esse, quum eius plantæ, non minus ac sisonis delineatio, incomperta adhuc sit, Dessennius sium intelligit sinonis loco propterea Syluaticum admiratur, Dioscoridem in sinone citante, apud quem nulla huius sit mentio. Verum tamen quum vnius alteriusue literæ negligentia, ac mutatione, lubricum, facilemque lapsum admittat, non erit vsque adeo craßi ingenij, vt pro sinone sisonem accipere Pandectarium, ire inficias audeat, cuius sanè notas ex Dioscoride cap. proprio deprompsit. Quandoquidem cap. de scilla, noscat ipse, quàm graui errore plectendus esset, si assumpta humiditate legitur, pro absumpta.

Cordus aberrat, & Anguillarius. Dessenni' taxatur

ANethum Dioscoridis ætate, tam frequens, quàm notißimum, pingi desiit, multicaule ramosum, folio, & flore, vsque adeo fœniculi æmulo, vt oculis illusis, gustu atque odoratu internoscatur, semine tamen minore: de quo in antidotis semper intelligendum: eius figura ligustici cauliculo, capitulo seseleos Aethiopici, vmbella, semineque elephabosci delineari potest. Quidam à vetustiorum anetho, vulgare hoc diuersum suspicantur, quod ius album de quo Galenus 4. de Tuend. s. cap. 10. vt etiam 3. de aliment. facult. atque alibi, ex anetho paratur, quod si illis idem esset, medicamentosum, amarumque redderetur, in medicamenta verius, quàm cibaria enumerandum: at ignorare videntur: multa in ganeam irrepsisse, plebi, ac nobilitati olim communia, nunc absoleta. nempè ex Galeno lib. de Ther. ad Pis. cap. 7. Ante tamen misces, frondem graue olentis anethi: eius coma, folijs, floribus, ac semine, vtimur. Quidam tamen anisum nostrum, priscis anethum extitisse coniectant.

Ius albū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

LYncurium, officinis lapis lyncis, ex Dioscoride lib. 2. cap. 73. lyncis vrinam, quam lyncurium appellat, simul ac excernitur, glaciari, coireue in calculi duritiem, creditum est: quare quod de ea proditum est, vanum esse conuincitur. Est enim quod à nonnullis vocatur, succinum pterygophoron, ideo dictum, quod pennas ad se alliciat: hinc igitur constat, quàm stolide garriant, qui sibi primas deferunt, sola practica se ostentantes, cum Dioscoridis grauissimorumq; medicorum placitis, nullam penitus considerationem incuntes: quum præsertim lapis ille cauernosus, cinereusque, ab impostoribus pro fabuloso lapide lyncis substitutus, non aliqua succini species, nec illi viribus proxima existat, præterea ex Plinio lib. 8. cap. 38. carbunculis similis igneo colore fulget: propriam tamen ignorantiam tueri, quàm deprecari malunt: omniaque ita pessum eunt, vt nihil sit pro pecunia inexcogitatum, nè verò detur vacuum, illorum gratia qui in huiusmodi abusu, iam diù consenuere, quibusque vitio difficillimè, atque infœliciter virtus inseritur: quibus iam ita vitiatum os subest, vt recentiorum, atq; Arabicorum antidota, inconcinne sanè cōfarcinata, nulla scientia, nec certo simplicium ordine compacta, Sybillinis folijs veriora, atque ab Aesculapio ipso originē duxisse, sibi persuadeant, tametsi etiam ex Plinio lib. 37. cap. 3. nec visa sit, æuo nostro gemma, lyncurij appellatione, ac falsum sit, quod de medicina simul prodetur, calculos vesicæ eo poto elidi, ad quos vsus maxime à recentioribus expetitur, ideo in eorum medicinis, illi facultatibus non impar, vt spongiæ lapis, vel Iudaicus, sanguisue hircinus, etiam lecta, substitui possent: quum autem ex Aetio, Tetrabiblo tertio, sermone tertio cap. 13. in Philagrij pharmaco, lyncurium, quod succinum, itemque electrum appellant, propositum sit, pro eo succinum suppeditare posset si eius esset speciei, vt ridicule scribit Amathus, ideo notatur à Fuchsio 1. de composi. med. cap. 18. officinarum lapidem lyncis Phrygium Dioscoridis affirmante, id quòd quum Matthiolo prætereundum non sit, si falsa confudat, si validissimos quosque oppugnat, insectatur, exagitat, atque expellit: si tanquam plagiarius, etiam insontes exturbat, quid toties latitat, cur non probat, vel reprobat.

Electarium Iustini.

REcipe cinnamomi, folij, costi, nardi, cas. aromaticæ, aristolochiæ longæ, & rotundæ, helenij, hyssopi, pulegij, arthemisiæ, rad. quinque folij, piperis albi, orobi, petroselini, lygustici, olusatri, seminis vrticæ, lithospermatis, saxifragæ, baccarum lauri, & iuniperi, seminis asparagi, seseleos, anethi, rutæ, citrij, anisi, fœniculi, apij, ann. drach. i. & med. sacchari.

Renum dolori strenuè auxiliatur, calculos frangit, arenulas pellit, stranguriam dissoluit. nec isto minus, quo Philotimus, & Iustinus vsi sunt, ex Aetio, Tetrabiblo, & serm. 3. cap. 12.

ARthemisia, ex Dioscoride lib. 3. cap. 108. duplex est, vna lætior, habitiorque folijs, virgisque latioribus, altera tenuior, flore paruo, tenui, candido, graue olente, æstate floret: sunt qui in mediterraneis, vnicaulis nomine appellant, tenuem herbulam, simplici caule, & minuto, floribus scatente tenuibus, flauo colore: hæc iucundiorem quàm præcedens efflat odorem, prima species vulgatissima est, maior videlicet, cui & minorem annectimus, odore, & sapore, nihilum dissimiles: surculorum, foliorum, floris, ac seminis magnitudine tantum differentes, aquosis, incultis, asperis, ac etiam in hortis proueniunt: vt quamuis hortensem hanc vocauerit Amathus, Plinio, ac Dioscoridi indictum: non est quod apologeticis verbis tempus conteram, Altera tenuior, Fuchsio est matricaria, vt vnicaulis attanacetum: hic tamen Brasauolo obtrectat Matthiolus, terrorē, metumq; incutit, quod is quoque, matricariam myropoliorum, in arthemisiæ speciebus reponat, scribens: quam nos matricariam vocamus, vel marellam, arthemisiæ species est, illa scilicet quæ male olet, in eius specie, quæ plures habet ramos: præterea quum Dioscoridem, arthemisiæ duo genera facere scribat, monoclonon, & polyclonon, idest vnum, & plures ramos habentem, ideo in plures impegisse errores, quorum primus, quoniam in arthemisiæ speciebus nullam vnicaulem tradidit Dioscorides, sed eodem quo Plinij modo lib. 25. cap. 7. post duo genera, vt supra: alter quum matricariam siue marellam, quæ legitimum est Dioscoridis parthenium, secundam arthemisiæ speciem, graue olentem putauerit: quæ tamen flore est exiguo, candido, tenui, tametsi matricaria, flore sit vmbilicotenus aureo, candidis foliolis circumsepto, id quod silentio minime præteruisset Dioscorides tertio quod ambas arthemisiæ species, sibi assimiles, quas Ferrariæ haberi fatetur, non esse duas primas species, à Dioscoride numeratas contendit, & cætera, quæ capite de parthenio abundè discutientur. adeo vt ni quispiam pro Brasauolo declamet, nisi illius animum excipiat, diffidentem confirmet, perditumque recreet, Matthiolo herbam daturus sit, victoriæ symbolum, iam vbique locorum decantante: vt tamen eius in posterum moremur argumenta, in Brasauoli gratiam, nonnulla subijciemus, quibus honestè huiusmodi causam defendendi posse cognoscat: primum enim, vt ostenderet, vnicaulem Ferrariæ prouenire, circa medium, maritimam efficaciorem esse, ac Dioscoridem non ex sua sententia, in vnicaulem, arthemisiam diuisisse scribit, quod autem propria ductus opinione, in vnum, & plures ramos habentem segregauerit: nimirum: quum duæ illæ species, magnitudine sola dissimiles, vnum dici posse, illi non iniuria viderentur. Nempè

Amathi in Mathiolū tutela.

& Matthio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

& Matthiolus in Apologia, adeo maiorem arthemisiam æmulari, adeoq; illi congenerem ait, vt ambigendum non sit, quin ipsa sit altera arthemisia: quæ vero singulari caule, magis variat, in species diuisione dignior videtur: quo fit vt non immerito, ex primis arthemisiæ speciebus, non esse protulerit: meramque ostenderit veritatem, quum vnicaulis, etiam proprio Matthioli testimonio, ex primis non sit, ipse autem in vnicaulem, pluriumque deduxerit: quod verò in matricaria subdubitauerit, facilè defenditur cap. de parthenio: En igitur quàm acerrimus bellator Matthiolus, quanta facilitate, quanto ingenio, angues venetur, quæ arma, quosque milites, ad dimicandam instruxerit: quibus futura prospiciat, impendentia non pertimescat, quum hoc in certamine, dum manus conseruntur, sæpe nullis, aut prorsus obscuris rationibus, prælia committat, non stabili, non certo indicio, Brasauolum oppugnet, quanquam seipsum implicuerit, suaque scripta, hoc etiam in capite inuoluerit: Matthioli autem argumenta, nihil in eum iniiciant, vt neque in Plinium, quem in tertio arthemisiæ genere deceptum, aberrasse deducit, quod Dioscoridis ambrosiam, in eius locum subiecerit, vnamque, & candem plantam, cum tertio arthemisiæ genere censuerit: mira enim est Matthioli laus, non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebranda, sed doctorum iudicio expendenda: quum Ambrosiam ad vnguem, ex Dioscoridis capite, arthemisiam sequenti, recitet Plinius, lib. 27. cap. 4. præterea quum lib. 25. cap. 7. in capite à Matthiolo adducto, quibusdam ambrosiam vocari proposuerit, non ideo eandem protulit: verum Dioscoridis dicta, in arthemisia sectatur, nec ab eo aliquantillum differre dicendus, tametsi cum vua maturescere addiderit: quid igitur audet, in alto theatro, penè populares propositus Matthiolus? tam immensò instructus exercitu, Plinium tam acriter expugnare, doctorum aciem tot verbis profligare: Id vnum tamen non conticescam, Fuchsium maluisse cum Ruellio, aliisque cespitare, quàm cum Hermolao bene sentire, præsertim quum tenuifoliam, idest minorem arthemisiam, matricariam esse totis neruis contendit, atque confricata eius folia, ac flores, sampsuci odorem reddere: quæ tamen & à veritate penitus abhorrent, & adscitiis Dioscoridis verbis tribuuntur: quum præter prædicta duo arthemisiæ genera, nec non vnicaulem, non sit alia tenuifolia vocanda, in sepibus, & cultis, iuxta aquæ ductus enata, quum vero athanacetum, vulgo daneta, siuæ athanasia, vnicaulem esse præcipuo iure defendit, quicunque non modo in ripis More Nouariensis, atque apud nos in camporum margine copiosissimam, sed etiam in hortis vbique excultum perpendent, id non paucis stolonibus ab vna radice, foliis filiceis, floribus croceis gregatim in vertice comantibus aspicient. ex cuius descriptione, quantum dissideat ab ambrosia, idem ab Amatho credita, diiudicent etiam rei herbariæ imperiti. Sunt qui botryn, ac vnicaulem arthemisiam, idem esse existiment, quum hoc nomine Cappadocis vocetur ex Dioscoride, sitque vnicaulis, & si fruticosa, multis alarum cauis, ac stolonibus, semine admodum pusillo, rutundo, racematim totis ramulis agnascente, in nostri Serui sabuletis, atque in Pandesi glarea qua itur Ponteturiam, adeo frequens, vt nihil vltra: illhac verò mecum equitantes, mirati sunt tam odoratam herbam, insuetam, atque despectam, qua tamen in vterinis affectibus, præsertim guttur irritantibus, fœlicissimè vsi sumus. coma præsertim cum semine, vt etiam præscriptarum stirpium floribus, plebi morina appellatur, quòd leguminibus insita curculiones Midas atque erodentia animalia fuget.

Brasauol⁹ defēditur à Matthioli calūnia.

Brasauol⁹ confusus Plinii tutela in Matthiolum.

Fuchsii, ac Ruellii lapsus.

Amathi opinio reiecta.

Botrys.

QVinquefolium Latinè, pentaphyllon Græcè, ex Dioscoride, lib. 4. cap. 34. ramulos fert festucarum similitudine tenues, dodrantales, in quibus semen, folia menthæ, quina singulis pediculis, raro plura, &c. ex Galeno, 1. de antidot. cap. 14. ab omnibus cognoscitur, & fraudem non admittit. Vulgaris est herba, humectis locis, secus vias, in riguis quoque virescens, cauliculis tenuibus, floribus aureis, è quibus subinde semen Brasauolus hoc demit, quod radicem rubram non habeat: Matthiolus refragatur: isque, & nos triuialem pentaphyllum, hoc studio sæpe defodimus, at subrubras radices, exteriori saltē cuticula, semper obseruauimus: hinc etiam Manardum admiratur, qui tormentillam, legitimum esse quinq; folium sibi persuaserit qua de re capite proprio. hac tamen vnica deficiente nota, locorum diuersitate, vt quæ Ferrariæ, vliginoso fortasse loco, contingere potuit, quum in eiusdem colloquii fine, eodem anno, quinque folii speciem quandam, radice rubra insignitam, vidisse fateatur: hinc ab errore quodam, quasi velo se explicat: hodie quatuor quinque folii species ostenduntur, quarum maxima est Dioscoridis pentaphyllon: secunda primæ nihil absimilis, verum hirsutior, foliis, & flore candicantibus: tertia pumila, subalbida ad terram vt plurimum repens: quarta foliis vitiginosis, aut apii, quinquefariam incisis, duplex est, mas surculis ad radicem rubris, exiguis capitulis, herbidis, aut subnigris, in summo cauliculorum, radice capillata. fœmina rubentibus notis destituitur, rubrisq; ad radicem surculis, floribus candidis, semine striato, ac longo, Diapensia, & sanicola quibusdam nuncupantur: quamuis alia sit sanicola, mirando naturæ artificio, connexis in nodum radicibus, longe ab hac differens, de qua capite de fragraria nobis aliud adest quinque folium, arido gaudens, foliis longiusculis, penè à medio vtrinq; serratis, radicis cortice rubente, gustu astrictorio, intus lignoso, caule altera parte rubente, altera herbido, flosculis aureis, in capitulum fragrariæ simile terminantibus foliolis occlusum.

Brasauoli clypeus in Mathiolū.

Diapēsia.

ERuum Latinè, orobum Græcè, ex Dioscoride lib. secundo cap. 101. frutex omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, semina in valuulis habens, è quibus farina fit, nomine eruina, ad medendi vsus conueniens. parandæ farinæ ratio hæc est, vberiora grana, candidaque deliguntur, permiscendoque aqua respergunt, donec sufficienter combibant, postea torrentur, vsque dum hians cortex disrumpatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

molitaque farinario cribro incernuntur, postremo farina reconditur. Planta hæc omnibus olim, vulgatissima, eggregiæ in boum sagina vtilitatis, ideo suis coloribus non depicta, vix hodie cognoscitur: quidam enim cicerculam, Galeno lathyrum; alij eruialam, nonnulli viciam, plures semen quoddam, ab Alexandria Sy-
Lathyrũ. riaque allatum, vitiæ simile putarunt. quidam lolium, alij etiam alia: seplasiarij Vercellenses, semine vtuntur, plebeis il moccho, idque in triticeis segetibus, sponte nonnunquã exilit, ac inter vitiæ species enumeratur: alibi etiam iugeribus cultura expletis, absolutis meßibus triturari consueuit: planta est caule cicerculæ æmulo, cognatis floribus, subrubentibus sanè, vel ex albo aut rufo in cœruleum siliquis, pisorum æmulis, at minoribus, non rotundis: id quòd Matthioli pictura dictis contraria indicat, tametsi tota planta, breuiore ac rotundiore, & tenuiore. idque legitimum esse orobum Matthiolus etiam testatur, inscitia Brasauolum accusans, quod eruum rouiglionem vulgi, Græcis ochron vocatum existimauerit, nullius prorsus amaritudinis, largius etiam esitatum cruentum lotium non eliciens, quas vires orobo ascripsere Dioscorides, ac Galenus, potißimum primo de aliment. facult. cap. 29. & 3. lib. cap. 32. videlicet amaritudine, boum potius, quam hominum pabulum, insuauißimum quum sit, ideo ab eis abstinere, nisi neceßitate vrgente: aliudque semine esse albo, alio ad flauiciem, ac pallorem recedere: quum itaque huiusmodi farina, tenui cribro excutienda sit, ac præterea diligenter læuiganda, ita Matthioli verba exquisitè perpendenda, quum in Brasauolum reiecta, facilè indicent, quid animo complectatur, quod per vim, & iniuriam, voluntas non defuerit, quod pilos quosque carpserit, festucas omnes collegerit, se vbique morosum, difficilemque præstiterit, nec istis contentus, si vera obijceret, vehementis accusatoris, sin falsò, maledici conuitiatoris notam subiret. Scribit enim Brasauo-
Eruiala. lus: decipiuntur & qui vulgo vocatam rubigliam, orobum esse credunt, ea autem Eruilia Latinè, ochron
Ochron. Græcè appellatur. hinc igitur manifestißime constat, quibus ingenij ornamentis, qua copia, ac singulari ad
Brasauolus à Matthioli nota vendicatur. reprehendendum facultate polleat Matthiolus, si eius est obtemperandum authoritati, si hæc quoque ex subsequentibus addiscere non recusabitis si quidem male instructum Brasauoli senem, præcipuo iure defendit, quod candidißima grana eligenda statuerit, quum ex Galeno primo de aliment. facult. alba rubris, & pallidis, minus valeant: at quanquam alba, ijs minus esse medicamentosa, quæ ad flauitiem, aut pallorem recedunt, asseruerit, vtpotè amariora, & esui magis incongrua, non ideo eligibiliora censuit. quum primo de antidot. cap. 9. in hæc proruperit: candidam erui farinam admisce, nam quæ candida non est, amara supra modum esse consueuit, quum ex candidis granis candidior sit, ex alijs non æque, minus etiam amarescet: candida ergo semina cum Dioscoride elegit: quod alia intensius amara, sanguinem plus iusto fundant, præter medici intentum: nullum itaque inter duo medicinæ lumina dißidium, nulla Brasauolicæ doctrinæ improbatio visitur, & si seditiones in argumentis, vim vbique in verbis inferat Matthiolus: quum præsertim semen il moccho vocatum, curiosißimo quoque apud nos mansu non insignem amarorem, sed nedum exiguum præseferat, auillicis etiam frequenter ingestum, quibus sua copia, sanguinolentam vrinam nunquam eduxit, gustu cicerculæ, coloris potius cinericij, quàm albi: ex quibus tota errare via, deprehendi videntur, id eruum esse exponentes, nec scio quàm apposite his respondebit Matthiolus, nisi Hetruscorum moccho, diuersum sit semen à nostro, quod araci cognomentum est, ex Anguillario. legitimum autem apud Samnites, Ieruo appellatur, id minus est sambuci acinis ex Theophr. æthiopidi acylitospermo comparatur magnitudine ex Dioscoride: quum .n. rus, à rure, cœlum à cœlo differat, ex Theophrasto 8. de histor. plant. cap. 10. diuerso terræ temperamento ascribi posset, quod non amarescat: vel quia Vere satum, ideo facilè, gratumq; exierit, non graue, quemadmodum Autumno, ex Theophrasto, 2. de histor. plant. cap. 5. at hoc admisso, quum vis eius omnis, ex amaritudine consistat, hac destituta, simul & facultate, ad eosdem vsus inefficacia perhibentur: quod si illa amara sint, eruo omnibus communicare notis facilè concedimus, eius autem inopia lupinos viciamúe imponerem, in aruis sponta-
Vicia. neam, Maio mense florente, subinde semine in siliquis contento, moderati enim caloris, valenter autem desiccat: hanc nescio qui non incelebres viri, aphacem, vtpotè idem commenti sunt, plebi vecione, & si ex Galeno
Aphaca. 1. de aliment. facult. cap. 36. diuersa censeantur: quin & spontanea visitur, & satiua aphace, folijs vitiæ grandioribus, quadrato caule, & maiori, rubescentibus floribus, in siliquis, vitæ paulo maiore: Est & eruum syluestre ruralibus vocatum, in semitibus, areisque campestribus vbique folijs hordeaceis angustioribus, nec ideo oblongis, spica lolio simili a phœnicis historia nihil prorsus dißidens.

Phœnix. IVniperus aculeis potiusquam folijs vestita, perpetui viroris, ex Diosco. lib. 1. cap. 87. duum est generum: maius & minus: vtrum autem colligatur, non refert, baccarum nonnullæ nucis ponticæ magnitudine nonnunquam grandescunt: at nostratium tam vrbanarum, quàm montanarũ, vix cicerum molẽ excedunt, nec ideo iuniperinas haud esse, non modo non credendum, sed ne suspicandum quidem: si cedrides non sint, & si Venetias, & ad nos allata, Græcorum iuniperorum grana, longe nostratia exuperent: plantæ enim aculeatis folijs fructus, odore, & gustu, inuicem respondent: montes & maritima amant, Autumno earum baccæ decerpendæ, per maturitatem nigræ, bimatu videlicet, ita .n. fructuum suorum maturitatem prorogat, fructu in eaterno, eodem tempore, nigro ad maturitatem producto, viridi maturescente, & nouo irrumpente: iuniperi, ac cedri differentias, ostendit Theophrastus, 3. de hist. plant. cap. 12. cedrum quũ binam proponat, iunipero non absimilem, sed folio maxime distantem, quòd cedro durũ acutum, spinosumq; iunipero mollius, cui parua spissaq; sit materies, breuique cessa putrescens medulla inodora fructus cedro flauus iunipero niger nec quicquam

propria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

propria Minerua, vt neque eodem lib. sed cap. 6. vbi binas iuniperos esse quosdam dixisse, florentem infructiferam, non florentem protinus fructum ostendere: quum cedros Theophrasti Dioscoridis iuniperos asserit Anguillarius, ideo aberrasse, quòd Theophrasti seculo cedri appellatione continerentur ne ardua ceruice, superbóque gressu in amicum progrediar non egide quadam, sed simplici munimento Dioscoridem defendi posse tutabor, quòd alium authorem à Theophrasto secutus sit, quum præsertim in iuniperis aliorum sententiam proponentem animaduertisset, vel quia reuera apud eum, præscripta iuniperi genera, vt etiam hoc æuo sola fructus magnitudine distantia conspexisset; alibi verò arborem iuniperi modo baccas parientem &c. ideo à iuniperis distinxisse, quum etiam oxycedros Istriæ frequens rubentibus baccis ad duo Dioscoridis genera non reducatur, sed ad eius cedro, quam hebraicam esse falsò equidem rentur, quum ex fructus varietate nobis argumentari liceat, tantique authoris nomen protegere, cui equidem pugnæ te præparare potißimum debueras Matthiole, quum nouißime alteram quoque cedrum tibi allatã glorieris, quòd si doctißimi huius viri scripta te nondum vidisse excusaueris, non erit id saltem admittendum, quòd baccarum nonnullas nucis iuglandis magnitudine nonnunquam grandescere scriptum reliquisti: & si te admonuisse potuerit Serapion at quòd Græcum Calfurnij exemplar, quum nullibi reperiantur iuniperinæ baccæ iuglandis magnitudine iuniperi gummi mastiche simile, recens splendescit, inueteratum rufescit, vernix scriptorum vulgo, quòd eo delinitæ paginæ non transmittunt, nitidiores, elegantioresque litteras ostendunt, hisque derasis bibulas non reddunt sandaracha, etiam pernicioso nimium errore, ab Arabicis inuecto nuncupatur: quum longe differat à Dioscoridis sandaracha, erodente, atque deleteria, de qua cap. proprio. Quare summopere aduertant pharmacopolæ, ne sandarachæ loco, in medicamentis præsertim, per os intus assumendis, exitialem Græcorum sandaracham admisceant, verum gummi hoc iuniperinum, quo nomine dignius appellandum: quod autem liquidus vernix dicitur, pictoribus & gladiarijs vsitatus, ad eorum opera illustranda, ex oleo nucum, vel seminis lini, & huiusmodi gummi paratur: aloe interdum adiecta. ea nanque colores imbuti pertinacius hærent: Est & vernigo apum opificium quo fauos extremos inter se conglutinant ex Varrone, 3. de re rustica cap. 16. ἐριθάκη appellata, vti ex Arist. 5. de histor. animal. cap. 22. Pli. lib. 11. cap. 7. vbi hanc sandarachæ nomine dignatur, & si ab illa, atque vernice, diuersa sit. huius enim recordatur lib. 13. cap. 11. at nullius vsus tradit, idque sua ætate quum tamen Actuarius, ac Myrepsus, nec non recentiores, ad multa vtilẽ commendent.

Vernix scriptorũ. Sandaracha.

Vernix liquidus.

calidus et siccus 3.o excessu fructus uerò ex Dioscor. modice calefacit et astringit stomacho utilis ... cit ruptis convulsis ... subuenit contra pectoris uitia tussi infla... tormina et serpentũ ictus efficacissime bibitur

Electarium Ducis.

Recipe anisi, drach. ii. gr. xv. glycyrrhizæ, mastiches, añ. scrup. ii. gr. v. chamædryos, cinnamomi, zingiberis, galangæ, fœniculi, cari, ann. scrup. i. gr. xv. cas. aromaticæ, calaminthes, dauci, pyrethri, piperis albi, & longi, cyperi, schœnanthi, iridis, amomi, folii, asari, ann. scrup. i. spicæ nardi, croci, gummi arabici, tragacanthæ, seminis anethi, calami, aromatici, cubebarum, caryophyll. seminis balsami, cardamomi, lygustici, olusatri, iuniperi, seseleos, quinquefolii, radicum acori, rhabarbari, been albi, & rubri, nucis myristicæ, ligni aloes, ameos, ocimi caryophyllati, lithospermatis, seminis, aut radicum saxifragæ, nucleorum, seminis cucumeris, anguriæ, melonum, cucurbitæ, intybi, petroselini, styracis calamitæ, ann. scrup. med. gr. v. penidiorum, vnc. med. scrup. ii. & med. sacchari albissimi. Fuchsius legit anisi, drach. ii. gr. xvi. styracis, singu. scrup. med. gr. iii.

Stomachum à cruditatibus liberat, eius flatus, & intestinorum, ilei dolorem, & lapidis sedat.

Dialithosperma .i. è lithospermo antidotum Actuarij.

Recipe lithospermi, betonicæ, rad. saxifragæ, seminis petroselini, piperis albi, æquas portiones, excipe melle sufficienti.

Renum vitiis, calculosis, difficultati vrinæ auxilio est.

Electarium de baccis myrti,

Recipe baccarum myrti tenuissimè tritarum, libr. i. myrobalanorum nigrarum, bellericarum, empellicarum, in succo cotoneorum, & vino odori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

fero semel feruefactorum, ann. drach. vij. seminum anisi, cumini, apij, aceto horis 24. maceratorum, & siccatorum an. drach. v. additur id totum electario de aromatibus, excipitur syrupo cotoneorum aromatico.

Ventriculum, & hepar firmat, eorumque coctionem iuuat, ob id lienteriæ, & dyssenteriæ hepaticæ confert.

Præpositus scribit granorum myrti, vnc. vi. & si quædam Mes. exemplaria habeant, drach. centum: Auicenna 5. can. inuersis ponderibus, additisque simplicibus, electarij de aromat. non meminit. castorei drach. 5. addendas contendunt Monachi. vnico tantum feruore, myrobal. excoquit Mes. quo earum vis purgatoria deperdatur, ne vlterius efferuescentes, roborantem quoque facultatem relinquant, quam potißimum hoc exigit in antidoto. succo igitur cotoneorum, & vino iam feruere incipientibus, myrobalani enucleatæ indantur, & peracto vnico feruore, statim eximantur, & siccentur.

Micleta.

RECIPE myrobalanorum citrearum, chepularum Indarum, ann. drach. ii. & med. bellericarum, empellicarum, omnium tostarum, ann. drach. ii. seminis nasturcii, cumini, anisi, fœniculi, ammeos, cari, ann. drach. i. & med. hæc cruda terantur, macerentur aceto modico, horis 24. exsiccentur cum insperso aceto, postea sub prunis torreantur, tostis adde infrascripta, antispodii, balaustiorum, pulpæ rhois, mastiches, gummi arabici, ann. drach. i. gr. xv. omnia ex oleo rosato fricentur, & syrupi myrtini triplo excipiantur, aliis succo. Datur cum decocto plantaginis maioris, aut minoris, polygoni, rhois, culinarii, & rad. symphiti, cum baccis myrti, vesperi dormituro, aut media nocte.

Ventris torsioni, rugitui, lienteriæ, dyssenteriæ, omnique fluori, etiam hemorrhoidali salutaris.

Michletam paucioribus perstrinxit Auicenna, libro 5. tracta. 4. Fuchsius in Myrepso legit cardamomi, nasturcij loco: quum tamen secundo de compositione medicamentorum, capite 9. secus interpretetur. Cordus habet nasturcij, drach. ij. & med. Fuchsius etiam vertit omnium myrobalanorum, ann. drach. ij. & med.

ACetum, idest acre vinum, aliud album, aliud nigrum, ex vinorum diuersitate, magis, & minus euariat, vt etiam ex acredine, ideo album magis refrigerat, rosaceum etiam valentius astringit, & roborat: Creticum tamen magis calet, verum nisi aliter præcipiatur, acetum ex albo vino communiter imponi potest, ex contrarijs constat qualitatibus, ex Galeno primo & 4. simpl. vt etiam 8. at frigida calidam vincente, in 3. siccantium ordine, parum videlicet calidum, plurimum verò frigidum, & tenuium partium, ex eodem 1. de compo. med. secundum locos: at acerrimum tempore ita reddi potest, vt calor frigiditatem euincat, ceu ex Galeno elicitur, 11. simpl. cap. de adipe: Auer. tamen frigidum in secundo & siccum in tertio statuit, & maxime vetustum, eius verò acumen ex siccitate, morsum verò non ex multa caliditate, quia hoc à tenuitate prouenit. aliqui propterea album tenuius, ob id valentius nigro constituunt, si æque sit acre, & vetustum.

RHus Græce, quod ex Plinio, lib. 24. cap. 40. Latinam vocem non habet Barbaris sumach, ex Dioscoride, lib. primo, cap. 124. ab aliquibus erithros appellata, obsonijs inspergitur: semen est coriarij fructus, lenti similis, sic vocati, quoniam coriorum infectores eo vtuntur, ad inspissandas pelles: alias conficiendis pellibus inseruiuit: ex Galeno etiam 6. de compos. pharmac. secundum locos, cap. 1. duplex est: alter tinctoribus coriorum expetitur: alter obsonijs inspergitur: quibusdam rhus culinarium dictum, eo enim salis vice vtebantur antiquiores, vt hodie etiam in Syria, atq; Aegypto, obseruari fertur: nunc etiam ad densandas, ac leuigandas pelles, & coria quædã, quæ quoniam ex hoc rhu aptantur, ideo sumachij nomen adepta sunt: eius plantæ in Italia, in pluribus Apænini locis nascuntur, Dioscorideæ descriptioni omnino respondentes, vt in Vmbria vbi sumachi vocantur. hic non prius ab errore se se explicat Matthiolus, quàm in alium inciderit: quum enim Ruellium nominatim palam in hetrusco codice obiurgasset, errorem suum in Latino, facilè quidem, at non sine bile deprehendit: Fluidam videlicet Theophrasti, rhoem esse, non autem lantanam vulgi, è cuius radicibus viscum quibusdam paratur: attamen quum vnicum rhois genus duntaxat, aduersus Plinium ac Fuchsium, summa cum laude erigit, quum se Galenum 6. de composi. medicamentorum secundum locos, legisse declarat, nescio an liberis sensibus scribat, vel in his

Matthiol° in Ruelliũ delicta recognoscit Fluida. pro Plinio ac Fuchsio i Mathiol.

carpendis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

carpendis tantopere auidus, qua illos arrodit intemperie, eadem quoque celeritate conuellat, nec vidit Ruellium ſcribentem, aliud eſſe magiricum Græcis, alterum birſodepſicon: præterea hæc ſunt Galeni verba: in confectione pharmaci, ex malis punicis, maxime vero aptus eſt rhus, ſiue maſculino, ſiue fœminino genere, illum velis nominare. Eſt autem duplex, alter obſonijs inſpergitur, ſtomacho commodus, alter à tinctoribus coriorum expetitur, vterque verò &c. quin in confectione pharmaci ex muſto, rhois coriariorum, aut eius qui obſonijs inſpergitur meminit, ſi vero vtranque inijciamus &c. in Critonis ſtomachico ex muſto, rhois coriarij meminit, in ſtomachico Ariſtoclis rhois culinarij. vnuſquiſque igitur reuocet iudicium, ſic legat, vt perlegat, vt videat, vt intelligat, Matthioli inquiſitiones, calumnias, ac diligentiam, ne poſthac eius ignoratione, aliorum ſalute abutamini, vt quum rhois diuerſitatem apertiſsimè indicet Plinius lib. 24. cap. 11. mihi enim planè abſurdior videtur Matthiolus, quàm quod approbari, vel poſsit, vel debeat, quum Theophraſto acquieuerit, 3. de hiſtor. plant. cap. 18. duplicem fluidam ſcribenti.

Electarium de ſeminibus, alijs Diaſperma.

RECipe ſeminum cumini, aniſi, fœniculi, cari, dauci, ameos, apij, amomi, aceto horis 24. maceratorum, & ſiccatorum, añ. drach. vi. cinnamomi, zingiberis, piperis longi, ſeſeleos, galangæ, añ. drach. v. cardamomi, ſpicæ nardi, caryophyllorum, añ. vnc. med. libiſtici, drach. iij. melle deſpumato excipiantur, vel duplo ſacchari adiecto, puluis fiat leuiſſimus.

Coctionem iuuat, obſtructiones aperit, ob hæc lienteriam ſanat, & dolores viſcerum à flatibus excitatos placat.

A Serapione parum ab hoc euarians deſcribitur antidotum, plurimum autem quod ab Auicenna 5. can. Confectio de ſeminibus dicitur, vti & quod Galenus, ac cæteri Græci vocant Diaſpermaton, vt etiam Myrepſo alia opium accipiens, ceu duplex ex Aetio, Tetrabib. 3. ſerm. 1. cap. 48. vt etiam paſtillus Diaſpermaton, Alexandri lib. 8. cap. 6. Monachi excedunt, legentes cheiſim, vnc. iij.

Electarium de baccis lauri.

RECipe rutæ, drach. x. ameos, cumini, nigellæ, ſeminis lyguſtici, origani, cari, amigdal. a. piperis nigri, & longi, menthaſtri, dauci, acori, baccarum lauri, caſtorii, añ. drach. ij. ſagapeni vnc. med. opopanacis, drach. iij. mell. deſpumati, libram vnam, vnc. iiii. drach. vij. Præpoſitus ſcribit mellis coctij, ad pondus omnium.

Valet ad colicos, iliacoſque affectus, ad inteſtinorum dolores ex frigiditate, vel flatibus.

Myrepſus in antidoto ex baccis lauri, longo abeſt interuallo, ſulphurque accipit. Quidam ſmirnij drach. ij. addunt.

ORiganum ex Dioſcoride lib. 3. cap. 28. triplex eſt: aliud Heracleoticum, quod & cunilam vocant: ſecundum onite: tertium ſylueſtre: aliqui panaces heraclion, alij cunilam vocant, ideo difficile eſt concordem veterum hiſtoriam, de origano facere: Theophraſtus 6. de hiſtor. plant. cap. ſecundo, nigrum ſterile facit, candidum fructuoſum: Braſauolus vulgatum origanum, in campeſtribus paſsim oboriens, heracleoticum eſſe retulit. Matthiolus negat, & ſylueſtre facit quia in aſperis, cliuoſiſque locis, & montibus ſponte proueniat: quaſi heracleoticum, & onite, quæ in Italia deſiderari aſſerit, cultura, atque artificio, ſeri conſueuerint: hæc verò quàm inſufficiens ſit probatio, quæ accuſatoriq animi oſtentatio, hinc liquet, quoniam per ſe naſcitur, ideo ſylueſtre origanum ſit: propterea latinè ſcribens, ſeipſum tacite deprehendiſſe videtur, ſerie ita permutata: addens, ſe exiſtimare origanum commune, ſylueſtris quoddam genus floribus à Dioſcoridis ſylueſtri differens, quod ita in alijs à Græcia regionibus gigni poſsit: attamen quum ſylueſtre Dioſco. folijs ſit origani, hyſſopo ſcilicet Matthiolico non diſsimilibus, ramis tenuibus dodrantē altis, in quibus umbellæ anethi inſunt flores candidi, radix tenuis, & ſuperuacua: cōmune autem officinarum, origanum ruralibus cunctis agnitiſsimum, propè vepres, ſentes, colles, & foſſarum marginos, penè vbiq; & cornabugia vocitatū quaſi cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Brasauoli ac Matthioli lapsus. Plinius à Matthioli nota vendicatur.

nila bubula, vt ex Actuario in antidoto diachamemælu folijs est sampsucinis, purpurascente vmbella: En igitur quantum in re vulgatißima obstupescant Brasauolus, ac Matthiolus, quum neque heracleoticum sit, nec folijs earum hyssopi, hinc neque syluestre Dioscoridis, esset ijsdem folijs præditum, floribusque candidis, at vel secunda heracleotici species, ex tribus à Plinio depictis, libro 20. cap. 17. caulibus tenuioribus, folio sampsuci æmulo, nec ideo hallucinatus est Plinius, tametsi nesciuerim ego, quo argumento, palam id supponat Matthiolus, ac si secundo Dioscoridis tragorigano debita, huic vendicauerit, quum illud folijs sit tenuibus, hoc tenuioribus, folioque sampsucino, cuius non extat in tragorigano Matthioli memoria: quare nostras origanum, pro legitimo statuatur: folijs enim sunt sampsuchinis omnia origani genera à Matthiolo confusa, hyssopi germani instar, quòd si onite non sit syluestre saltem fuerit, quòd si floribus non sit candidis loci ratione euenit, calidiore enim solo Apulo atque Calabro candidius est sapidius, atq; odoratius, anethi etiam vmbella magis quadrare videtur, quàm veluti iunctos corymbos habeat. Qui autem siccum è Creta Venetias fertur, flore candido, acerrimi gustus, fragrantis odoris, heracleoticum creditum, alijs hyssopum Ciliciuм Matthiolus tragoriganum suspicatur, quia Cilicium & Cretense, optimum ex Dioscoride scribuntur: nec Cretæ meminit in heracletico origano, quam autem leui, & friuola occasione moueatur ediscendum: potius enim alia annotanda erant indicia, quum neque floris candidi, nedum quod gustu linguam adeo vellicet, in tragorigano reminiscatur Dioscorides, quandoquidem & si planta sit, è Creta transportata, non ideo hoc, potius quàm illud probat, sed alijs potius attendere notis operæpretium est, ceu in his (vt ait) à Luca Ghino, è Creta sibi allatis: alij idem esse volunt, quod origanum orientale, surculis, capitulis, & folijs sampsuci similibus, saporis verò inter satureiam, & dictamnum medij, valde odoratum, atque aromaticum. Est & origanum Persicum, à Mauritanæ scholæ medicis inuectum, non aliud certè ab heracleotico, etsi Auicenna cap. de Mumia, eadem referens, quæ Serapion, satureiam legat, vbi in Serapione origanum persicum scribitur, quasi origani persici voce, satureiam significare voluerit: hinc igitur indiscretas, atque inarticulatas Arabum lineas, præ oculis subijcite.

Origanũ Persicum.

SAgapenum, officinis Serapinum, ex Dioscoride lib. 3. cap. 77. ferulaceæ herbæ succus est, quæ in Media nascitur: Optimum est translucens, fuluo florinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter lasser & galbanum redolens: gustu acri, Plinius lib. 20. cap. 18. in Italia nasci asseuerat, nuncque in Apulia, natum afferri cœpit, sed orientali multo imbecillius. Brasauolus contendit verum sagapenum, & efficacius esse, quod vt inquit Mes. porri odorem habet. at quoniam Manardus reprobare Mesuem videtur, his verbis: nescio vbi Mes. olfecerit, præsertim quum ipse met scribat, paulo posterius, hæc verba, & quod non est, in vehementia odoris assæ, nec habet odorem galbani, ideo inquit Brasauolus, si vt nos fecimus, sagapenum gustasset Manardus, porri, & ferè allij odorem persensisset, nec ita temere quenquam culparent. Ego hasce contumelias mecum sæpe excogitans, risu penè dispereo, non enim cogitata sapientis, sed optata furiosi videntur, quamuis enim porraceo fœteat odore sagapenum venale, quo præditum esse fassus est Mes. non ob hæc efficacius, atque legitimum tali odore putens asseuerandum, vt huius cognitionis expers, & communi sensu fermè carens Brasauolus dictitat, nisi alia consentiant: quum huius odoris nota, non à Græcis, nedum ab alijs Mauritanæ familiæ auctoribus adducta sit, solus Mes. meminerit, ac paulo inferius subiungat, non habere galbani odorem, secus quam dictet Dioscorides, nimirum si Manardus, in ea prorupit: vbi eum olfecit, quasi dicat, quum adeo sit propinquæ naturæ, vt galbanum mutetur in sagapenum, ex Galeno, primo de antidot. cap. 11. his verbis: sagapenum quoque quod vocant, & ipsum in aqua, ceu vino demissum cognoscitur, verum nanque statim dissoluitur, quod Mes. facilè solubile tantummodo asseruit: quod autem tale non fuerit, indissolutum manet: addit, nam galbani pars quædam reuera in sagapenum transit, quæ spumosa, & leuis est, quædam verò chalbanum optimum est, sagapeno æmulum, densum autem hoc est, & reliquo chalbano magis compactum, quo vti debemus, ceu optima chalbani particula; quo igitur naso, chalbani odore destitui sagapenum, recensuit Mesues, vim per inferna purgatoriam Græci tacuere, Arabes inuenere. tunditur in pila, & teneriusculum redditur cum emplastro, vbi ab igne sublatum fuerit, emollitur.

Manardi ĩ Brasauolũ defensio.

Mes. lapsus:

OPoponax, idest liquor panacis, ex Dioscoride libro 3. capite 46. ex quo colligi solet, panaces heraclium nonnullis dicitur: eius scilicet radicibus, & excisis: ex Galeno 8. simplicium panacum historiam vide etiam ex Theophrasto, 9. de hist. plantarum, cap. 12. vbi chironiam folium habere simile rumici, ideo helenium nostrum referre videtur Dioscorides autem amaraco tradidit: triplicem enim tradunt panacem, Herculeum, Asclepium, & Chironium, quorum historiam confundit Mes. asclepium potius describens, maxime probatur quam amarißimus, interne albus, aut subfuluus, floris ad croci colorem inclinans, leuis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens, graui odore: niger improbatur, ac mollis: adulteratur ammoniaco, aut cera, sed synceri experimentum est, si digitis in aqua resoluatur, & lactescat: hoc ex Gargano, atque Apænini iugis, in quibus panaces heraclium copiosum est, vt alijs etiam in Italiæ locis, condensari posset, atque ad vsus seruari, & si minus valeat Alexandrino, Venetias comportato, varijs etiam imposturis vitiato, tametsi syncerum, atque præstantißimum non desit, etiam per lustra à corruptione tutißimum, paucam coctionem requirit: ex vino, acetoúe, prius leuigandus est Asclepium seseli Cretensibus siculis Peucedano falsò dicitur, his enim in locis est non infrequens.

Mes. cõfusis.

Electarium

Electarium regium.

RECipe nucleorum pini mundatorum, vnc. viii. amygdalorum ſimiliter purgatorum, libr. med. ſacchari, libr. iiii. aquæ roſ. libr. i. & med. olei amygdal. dul. recentis, & roſacei, añ. vnc. iii. cinnamomi vnc. i. drach. med. caryphyll. & ſantalorum citrearum, añ. drach. iii. ligni aloes, vnc. med. ambari, drach. i. moſchi, ſcrup. med. quidam codices ſantala, & lignum aloes non habent.

Cerebrum, cor, thoracem, ventriculum roborat.

Ab hoc olea tollenda ſcribunt Manardus, ac Syluius, ne ſit vomitorium. quum tamen roſaceum leuicula aſtrictione, vt cætera ad ventriculi robur addant, & ſi Franciſcani Sacerdotes id tantum extriuerint, & cinnamomi, drach. iiij. & med. lectitauerint.

Regium alterum.

RECipe nucleorum pini depellitorum, libr. med. amygdalorum dulcium delibratarum, vnc. iiii. aquæ roſ. libr. i. & med. roſ. rubr. vnc. i. & med. ſantalorum citrearum, drach. iii. & med. ſacchari, libr. iiii. ambari, drach. i. moſchi, ſcrup. med.

Idem pollet, vſuique eſſe poſſe, ſublatis ſantalis, ferè ingratis, aromatibus etiam diminutis, & in eorum locum ſemine cucurbitæ, & melonum additis, vel alio pro varijs ſcopis, ſcriptum reliquit Syluius: at ſantala præſertim citrea, non iniucundo odore prædita, neque aromata adeo exuperant, quin maxime ad authoris mentem commendanda videantur: ſi tamen frigefacientia, & calidorum vim remittentia admiſcere libeat, quis prohibet? omnium enim eſt ſyluas, ranceſcunt facillimè, ideo recentia in ægrorum commodum paranda, additis ſi ex vſu ſit, phaſianorum, perdicum, caporum, vel cochlearum, teſtudinumúe carnibus: ex his enim elicita eſt paſta regia vulgaris.

Electarium de oxalide, Galeno aſcriptum:

RECipe ligni aloes, cubebarum, an. vnc. med. roſ. rubr. corallii rubri, margarit. albarum, ſantalorũ citrinorum, auellanę Indicæ, an. drach. ii. baccarũ oxyacanthæ, ſeminis anguriæ, cucumeris, cucurbitæ, & melonis, an. vnc. med. ſeminis oxalidis, portulacæ, & bugloſſi, an. drach. iii. & med. antiſpodii, ſuccini, gummi arab. tragacanthæ, an. drach. iii. boli armeni, drach. i. & med. caphuræ, drach. i. excipe ſucco citrii, aut omphacii, coctione inſpiſſato. Datur à drach. ii. ad vnc. med. cum frigida.

Ad intemperaturam calidam totius, vt in febre æſtuoſa, vel ſolius ventriculi, aut hepatis, ſyncopim, cordis palpitationem, ebrietatem.

Monachi legunt boli armeni, drach. ij. & med. ac gummi tragacanthæ, tanquam vnum: quidam, caphuræ, drach. ij.

Galeno perperam tribui, oſtendunt multa illi ignota, vt ſantala, caphura, auellana Inda, cubebæ, &c.

AVellana Indica, Arabibus fauſel, ex Serapione, & fructus nuci moſchatæ ſimilis, facultate ſantali rubri, cuius defectum pari pondere, vel dimidiũ coriandri recentis ſubſtituit, quum ergo auellana hæc Inda deſideretur, ſantalũ rubrum ſatisfaciet, quum autem ariſtolochiam longam, Arabibus fauſel vocari dictitat. Vgo Solerius, in Scrapionis ſcriptis, ſe parum verſatum facilè oſtendit. Fauſel. Vgonis Solerii laps.

OXylapathum, off. lapathum, vel lapacium acutum, vulgo rumex, ex Dioſc. lib. 2. cap. 105. quadrifariam diſtribuitur, Gal. trifariã, primum paluſtre notũ: ſecundum ſatiuũ, in hortis primo non diſsimile, at minoribus folijs, pluribusque cauliculis, plebi lingua vacinna, quòd autem hippolapathon ac ex Ioanne Izetzo Heſiodum exponente rheon, nunc vbique rhabarbari Monachorum nomine excultum, alijs pro rhapontico habitum, radice longa, inſignis amaritudinis, coloris, ex rubro, & croceo diluti, rhabarbaro affine: tertium genus ſylueſtre, paruum, plantagini proximum, humile, & molle, vbique in arcis, ſepibus, & ſecus vias copioſiſsimum: quartum oxalis, vulgo acetoſa dicitur, quia gratum acorem, palato repreſentat. folijs ſylueſtri, ac exiguo rumici ſimilibus, caule non magno, ſemine rubente, ſubacuto, in caule, & agnatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

appendicibus emicante, partim seritur, partim in pratis, atque incultis prouenit, omnibus exploratum. Est
& oxalis quædam, omnium minima, folijs magis acuminatis, subrubris, succosis, & acidioribus, semine mi-
nutiore, foliaceo, vt primo vestitum inuolucro, è scapo agnascente, ad vsus medicos magis expetita: Brasa-
uolus Arabes reprehendit, præsertim Auicennam: Matthiolus etiam Serapionem, quod minime huiusmo-
Arabũ tutela ĩ Brasauolũ, ac Mathiolũ. di vocabuli lapathi, hoc nomine acetosa vtuntur, decepti Græca voce, ὄξυ, quod in omni lapathi specie, non
significat acumen saporis. sed in aliqua acumen foliorum, vt in nostro vocato rumice, in acetosa autem acumen
saporis, quæ omnia ex Marcello surripuere, scribente: quod ὄξυ, siue ὄξος ex Galeno aduersus Lycum cap.
4. Græcis acetum significat, & quæ acuminata sunt, causam antiquis interpretibus, & Latinis dedisse, vt om-
ne rumicis genus vno acetose nomine indicauerint, quum tamen quartum rumicis genus acetosa, etiam plebi
ob acidum saporem, ideo ὀξαλις dicta, cætera ab acuta foliorum magis, minusúe cuspide: nimirum itaque si
Arabum interpretes acetosa pro humad verterint, quod Mauritano idiomate, vt in Serapionis inscriptione
patescit, lapathum fortasse significat: hinc in discrimen æquiore animo adducendi sunt. Amathus ait domesti
cum, siue hortense lapathum, spinachiam vulgarem esse, proinde, & eam merito inter olera collocasse Ga-
lenum 2. de aliment. facult. cap. 43. & eam betæ non gustu modo, sed viribus similem facere, quæ omnia spi-
nachijs nostris, luce clarius conueniant: huc accedit rumex ipse vulgatus, insipidus, atque ori ingratus, quem
nusque in cibaria acceptum, sibi persuadet: hæc illæ, non aduertens, spinachiam quum folio primum triangu-
Spinachia lo, molli, mox quasi intybacco, semine spinulis horrido, & si herba ipsa glabra sit, nihil commune habere, cum
betæ figura: quo beta syluestris, si quæ sit, vt ex Galeno, qua videlicet appellari debeat, quam tamen inijt la-
pathum; sub falsa rhabarbari nomenclatura, hincque Auicenna siclam syluestrem dici asserit: præterea be-
Amathi opinio refellitur. tam hoc lapatho suauiorem tradit Galenus, id quod si spinachia esset, & si inertis sit saporis, tamen betæ, quæ
fatua est Martiali, gustu non cedit, dulcior etiam, ac suauior: quumque tertium genus syluestre, paruum,
plantagini proximum, humile, & molle delineauerit Dioscorides, si spinachiam esse putasset quum tertio hoc
exiguius sit, eius paruitatem nullo pacto prætermisisset, si verò similitudinem Dioscoridi suffecisse deduxerit,
huc conferendus est Plinius lib. 20. cap. 21. asserens, oxylapathum, non nisi in palustribus nascens satiuo si-
milius esse, cui sanè hortense lapathum, à nobis prædictum, maxime correspondet: ne autem Plinio refraga-
ri videatur Dioscorides, cuilibet Serapionis lectionem sequenti, facilè constabit, non tantum differre priora
lapathi genera, quantum vulgatæ versiones exponere videntur: inquit enim, alia est regalis, lata habens fo-
lia similia folijs siclæ, dissimilis à supradicta: denique si Oribasii scripta imitemur, 11. simpl. quæ habent: ὄυ
κατὰ πᾶν ὕμοιου τῷ πρώτῳ, idest, non prorsus simile primo, illud idem elicietur: huius verò vt etiam alte-
rius folia, ineunte Vere, à mulieribus nostris in fercula cum olusculis expetuntur, ceu etiam coctam rumicem
cibo idoneam scribit Theophrastus lib. & cap. 7. de histor. plant. Denique ex Serapione, sola Arabum authori
tate, spinachia redditur, quum tamen seorsum eius lapathi meminerit, cap. de acetosa, quod syluestrem betam
appellat, vt quàm vanis contentionibus, quàm euidenti mendacio accusandus sit Amathus, vnicuique medio-
criter etiam in re herbaria versato, perspectum esse possit.

Electarium stomachicum nostrum, off. confortatiuum stomachi, ex inuentione nostra.

Recipe ligni aloes, galliæ moschatæ, spicæ nardi, cyperi, calami aromatici, añ. drach. ij. cumini pp. & torrefacti, drach. iij. seminis porri torrefacti, drach. i. & med. empellicarum, & bellericarum, succo cotoneorum infusarum, & tostarum, nucis moschatæ, añ. drach. ij. & med. seminis nasturcii tostorum, drach. vi. nucleorum, vuæ passæ, drach. v. seminum myrthi, tenuissime tritorum, drach. xxvi balaustii, concharum vstarum, olibani, fructus tamarisci, añ. drach. ij. & med. ameos, drach. iij. tere omnia, & frica in vino odorato, postea exsicca, frica iterum succo cotoneorum, aut baccarum myrti, rursus tere, & quidem tenuissime, excipe syrupo cotoneorum aromatico. Datur drach. iii. cum syrupo cotoneorum, aut myrtino.

Ventriculum, & reliqua viscera roborat, atque calefacit, proinde lienteriam, diarrhæam, dysenteriam hæpaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos sanat, & immodicam medicamenti purgantis euacuationem sistit, & hæmorrhoides, flatus quoque discutit.

Porrum, de quo Dioscorides lib. 2. cap. 142. quoniam in caput crescere, capitatum nuncupatum, maiores ad omnia sectiuo effectus, ab antiquitate accepit: cultura tamen, & forma, & satione duntaxat differens: quoniam Februario seri solitum, vbi adoleuit, apricis translatum, densius relictum, post duos menses, fronde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ses, fronde illi supra terram eminente ablata, ideo sectiuum dictum est, ob densitatem gracile, tenuiusque redditum: capitatum verò, rarius quàm sectiuum, & antequam translatum iterum depangatur sub terra amputatis radiculis, & tunsis fibrarum summis partibus, tum testulis, vel conchis, quasi sedibus, singulis subiectis, non in altum, sed in latus eorum incrementum reddunt. Est & ampeloprasson, de quo cap. de allio.

BAlaustium, ex Dioscoride lib. 1. cap. 77. syluestris punici flos est, cytino similis, cuius complura genera reperiuntur, candidum, fuluum, colore rosaceo: Græci itaque florem satiuæ cytinum appellant, balaustiũ verò syluestris: Plinius tamen lib. 13. cap. 17. pluresq; Latini, huiusmodi obseruationem negligentes, balaustium vtriusque florem, in ipso erumpentem cytino, & tam satiuæ, quàm syluestris partus, florere incipientis, cytinos, ex Plinio lib. 23. cap. 6. hinc factum est apud aromatarios, vt balaustii vel cytini voce, tam flosculi, quàm calices vtriusq; accipiantur, nec iniuria; tametsi in syluestribus, maior insit vis astrictoria. optimi domesticorum flores purpurei, flammei, & viuidi coloris. Nunc Venetias ex Creta, alijsque orientalibus partibus, valde punicei afferuntur, at reuera nostrates, tam satiui, quàm syluestres, nihilum cedunt extraneis, ex Galeno 6. de composi. pharmac. secundum loc. cap. 1. primogenita punica cytini nominantur. & 11. simpl. cap. 32. corticis, balaustij, & cytini, aperta est differentia. Cytinus

COncha, alijs conchula, aut conchylium, nomen commune est, quo omne genus piscis significatur, firmiorem habens testam, & testæ ipsæ duriores, propriè conchæ appellantur, quales sunt cochlearum, ostreorum, purpurarum, buccinarum, chamarum, mytulorum, tellinarum, &c. de quibus Dioscorides lib. 2. hinc & si varia testaceorum animalium capita, ab authoribus scribantur, nondum tamen conspicuè innotuit, quorum conchæ eligendæ sint. Manardus per conchulas adustas, intelligit coopercula paruarum conchularum, qualia apud nos multa, & quæ piperacea vocant, & similia: quanquam onyches, quas blattas bizantias vocant, præstantiores sint: alij conchas, hoc est eorum animalium, quæ propriè conchæ appellantur, accipiendas iubent: hæ verò authore Aeliano lib. 3. linguam habere, & Veneri quoque sacratæ dicunt, hinc conchas cytheriacas, alio nomine margaritiferas, quas Mauritanorum Venerias appellant, arbitramur: nec ideo conchulas à compostellanis peregrinis allatas, sed vel matriperlam vulgo, idest margaritarum matres sic dictas, vel vnguem odoratum, potius accipi mallem: Vruntur tritæ, fictili puro in furnum, per noctẽ iniectæ, manc autem si nondum albescant. rursus indantur ad vsus. Veneriæ.

OLibanum, idest thuriferæ arboris cortex, ex Dioscoride lib. 1. cap. 71. præfertur crassus, pinguis, odoratus, recens, leuis, minime scaber, sine membranis: adulteratur admixto pini, aut nucis eius cortice, sed horum index ignis est, siquidem reliqui cortices suffiti, nequaquam inceduntur, sed sine odore fumum eructant, thuris vero cortex ardet, & cum odoris fragrantia, vaporem eiaculatur. cum lacryma arefacta depectitur, ideo inter thuris globulos quandoque reperitur, & si olim à thure priuatim separaretur, ad vsus, nunc verò rarissimus: cuius defectui, thus ipsum, minus tamen astrictorium, satisfacere poteret: officinæ mannam thuris, idest eius purgamentum, pro olibano vsurpant. Mãna thuris.

TAmarix, seu Myrica, officinis tamariscus, ex Dioscoride lib. 1. cap. 99. arbor vulgo cognita est, quum apud pigras, & stagnantes aquas nascatur, fructum quasi florem ferẽs, compage muscosum: Aegyptus, Syriaque, alterum gignunt mitiorem, syluestri cætera similem, fructum parit gallæ proximũ, inæqualiter astringentem gustu, quo conuenienter vtimur gallæ vice, in medicaminibus oculorum, orisque: duplex igitur est tamarix, syluestris, & domestica, Italiæ ignota, quæ enim plerisque in locis, insignem nacta proceritatem, vrbana creditur: syluestris est, & si mitior, quum flores, ac fructus, illi simillimos ædat, nec gallæ quadantenus æmulos: hæc igitur quum nos fugiat, hac forte ratione, vnicam, & syluestrem, Brasauolus duntaxat memoratur. eamque cum Dioscoride, apud stagna, atque paludes nasci, Matthiolus contra, secus fluminum defluuia, in tota Italiæ ora exuberare testatur: hinc Dioscoridem admirari cœpit, quod circa pigras tantum, & resides aquas, oriri crediderit, cuius contrarium quotidie experitur, quare aut græcum codicem, hoc in capite deprauatum, vel in Græcia secus quàm in Italia, myricam nasci, quibus in verbis, mox dicam leuitate Matthiolum tentari, quum verbum illud, tantum, Dioscoridis textui addiderit. quandoquidem & si secus palustria, atq; stabiles aquas, aut tardo fluxu prorepentes tamaricem exoriri tradiderit Anazarbæus, non iccirco negauerit in torrentium margine, & si præcipiti ferantur impetu, apud nos produci non posse, vt in Sesitensibus, Seruiq̃ue nostri ripis, virgultorum in morem abundantissima conspicitur, sed quoniam sua fortasse in patria, circa resides aquas, vt plurimum inhabitaret, vel ambitiosos sequeretur riuos placidioresque, siquidem quod in palustribus exsurgeret myrica, indicant Philostrati Icones lib. 1. capite de paludibus: ita enim inquit, myrica picta est, & gladiolus: hæc enim in paludibus enascuntur. quid igitur vocem illam [tantum] adiecit? quid aliud mussat, quàm textuum peruersione, medicinam prorsus in Aethnæ crateras præcipitare, & medicinæ candidatos tortilibus dictis debellare? Fructus tamaricis inopia, eius cacumina indi possunt, in quibus minutum semen sæpe decernitur. eius radix succedaneum Guayaci in morbo gallico, quibusdam fœlicissime credita, in arboream mollem apud Tagum, atq; Hiberũ, fructu rotundo scribitur, de quo in nauigationibus Indicis lib. 9. cap. 14. Est et Erica Hermolao, ac Marcello perspecta, alteri Patauinis, alteri verò Florentinis motibus familiaris, bicubitalis, sæpe longè maioris proceritatis arbuscula, multis à radice stolonibus, ad verenda pauimenta in scopas vsitata. hanc in hetruscis enarrationibus Matthiolus pro legitima non habuit: latinè autem secus

Matthioli lapsus.

Dioscoridis tutela in Mathiolum.

Erica.

Matthiol. retractat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

secus esse dictat, quod hæc planta coris herbæ folio admodum affinis sit, & quæ bis in anno florescat, nempè verno, & autumnali tempore, vt etiam ex Theophrasto. Nos Ericem vidimus, non procul à Padensibus ripis, propè Valentiam, ibidem integra hebdomade commorati, instructo nauali ponte, ob aduentum Serenißimi Burgundiæ Archiducis: quippè quod variarum stirpium faciem recognoscens, quum tamariscum copiosissimam annotassem, incidi in arbusculam, eius imaginem adeo exprimentem, at rosmarini colore, folijs denticulatis, vt hanc plantam ericæ nomine habitam, statim existimauerim: & si bis florescat, nec ne, quum annotare non potuerim. Matthiolo affirmanti, verius quàm neganti Amatho, astipulandum est.

Amathi lapsus.

Electarium stomachicum nostrum alterum.

Recipe nucleorum myrti tenuissimè tritorum vnc. i. & med. rос. antispodii, rhu, trium santalorum, balaustii, gummi assi añ. drach. i. & med. granorum mali punici assatorum drach. vii. coriandri pp. & assi vnc. med. seminis rос. oxalidis, & plantaginis, ann. drach. ii. trita probè omnia, fricentur ex omphacio, vel succo myrti, & aceto, siccenturque, excipiantur deinde syrupo ex succo oxalidis. Dantur drach. ii. vel iii. cum syrupo cotoneorum acidorum.

Ventriculum, & viscera alia roborat, fluorem alui à causa calida, vel medicamento nimis purgante sistit, appetentiam excitat.

Syluius, ac quædam Mes. exemplaria, legunt trium piperum, postea santalorũ, at nos cum venerandis Mes. censoribus, piper extriuimus.

Malum punicum: quibusdam pomum granatum, alijs granata, quod granis abundent, vel quia in Granata, Hispaniæ regno exuberent. punici nomen circa Chartaginem sibi vendicarunt, vbi multa, & insignia nasci perhibentur: apud nos in hortis copiosa, in tria rediguntur fastigia, ex Plinio quinque, lib. 13. cap. 17. ex Dioscoride lib. 1. cap. 127. triplex est, dulce, & acidum, & vinosum, quod mediam sortitur naturam, ideo acidodulce vocatum: horum nuclei, vel ex acidis accepti, magis astringunt. assandi autem sunt aut per se, siue singula, vel omnibus simul mixtis, omphacio, aut succo myrti: eius cortex malicorium appellatur, psilia vocant officinæ, at exempta litera σίδιων *græcè legitur, idest malicorium, siue putamen seruari integro anno huiusmodi mala dicuntur, pediculis à quibus ex arbore propè matura pendent obtortis, vel si collecta, argilla aqua dissoluta oblinantur vndique, pluribus postea diebus insolata: alij integra in feruentem aquam vel lixiuium demissa, statim eximunt, radijs solaribus per octo dies siccanda exponunt, loco frigidiore incolumia per annum asseruant.*

Malicoriũ Psidia.

Plantago, vel arnoglossa, ex Dioscoride lib 2. cap. 118. maior quæ multo vtilior est, & minor: prima quibusdam septineruia, latifolia, secunda quinqueneruia, angustifolia, à fibris quibusdam, tanquam neruis per totum folium extensis, herbæ triuiales sunt: Est & lanceola dicta, quod cum lancea quandam velut similitudinem inierit, acuminatior, & veluti in eius mucronem fastigiata, latifoliæ similis, folijs tamen longè minoribus, & leuiter hirsutis. Est & lonchitis duplex Dioscoridis lib. 3. cuius prima semine est lanceæ simili incognita. altera folijs scolopendrij, asperioribus multo magis diuisis cacumine duro, atque acuminato, vt lanceæ speciem exhibeat: propterea obrepticiam falsóque à Ghino transmissam Matthiolum pinxisse testatur Maranta lib. 1. Quandoquidem ad nos missam à Magnifico Orlando Turillia, grauis armaturæ equite, at in re plantaria grauißimo, atque expertißimo, foliolis etiam est vtrinque ad imum sectis. Est & trineruia, non alia à plantaginis specie: omnes circum sepes, aggeres, & lacunosa loca; herba, & flores in æstatis initio, semen Augusto mense prodit, vbi tamen plantago longa, vt in vnguento palmeo legebatur, maiorem vtpotè efficaciorem vertimus: Est & plantago aquatica, vulgo barba syluana, Amatho Damasonion, vel alisma, de quo Dioscorides lib. 3. cap. 144. hæc tamen folium fert arnoglosso angustius, terræ instratum, caulem vnicum, & gracilem: at plantago aquatica folijs est plantagine grandioribus, quæ in lanceæ modum desinentia, sursum versus aspectant, multis ab vna radice prodeuntibus surculis, id quod in nostris palustribus sæpe obseruauimus: hanc limonium credit Anguillarius, non contemnendis rationibus. Nos tamen Matthiolo potius acquiescimus. Est & plebi nostræ herba arietina, alijs ophioglossum, aut lingua serpentina, folio vnico, pingui, digiti longitudine, paruo, plantagini aquaticæ vocatæ nõ dissimile, pediculo herbaceo, ex huius inferiore sinu prodeunte, vt arietinum cornu scissuratum: pratensis est herba, Maio præsertim mense irrumpens, & ascensus Dominicalis festo, in manuales fasciculos paßim venalis: siquidem paulo post, fugax euanescit: hanc oleo macerant mulierculæ nostræ, magno in recentibus vlusculis experimento: quum autem Ruellium falsò hallucinatum inquit Amathus, quia argentinam, Talictrum esse dixit, non videt Galli argentinam, à nostra diuersam, coriandrinis folijs, argenteo splendore emicantibus, quarum nomenclationum diuersitate, sæpe etiam fallitur Matthiolus, in Ruellij obiectis, quum non eadem postea, at longè diuersa, suis coloribus distinguat.

Plantago aquatica. Barba syluana. Damasonion.

Offioglossum.

Ruellii in Amathum defensio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Omphacium, officinis agresta, ex Dioscoride lib. 5. cap. 4. succus est acerbæ vuæ, nondum maturescẽtis, è Thasia vite, aut Amynea: oportet autem ante canis exortum, expressam melliginem, in rubro ære, lintheo cooperto insolare, vsque dum cogatur, semperque quod ceruici vasis concretum hæsit, reliquo humori permiscere, noctuque à subdialibus locis, in lectum referre, quandoquidem nocturni rores, ipsum concrescere non sinunt: Eligendum est flauum, friabile, vehementer astringens, & linguam mordens: sunt qui coquendo, melliginem coquant. hoc tempore huiusmodi ritus exoleuit: quum ex omni vuarum immaturarum genere expressus succus, Soli pluribus exponatur diebus, cum vinaceorum suarum portiuncula, ob nocturnum rorem, lintheamine vasi superposito, donec emergat quicquid excrementosum est, clarumque videatur omphacium: quod defæcatum, ac percolatum, integro anno à corruptione vendicatur: alij sal addunt, at salis expers, gustum magis commendat, atque excitat: ad ciborum condimenta gratissimum, in morbis efficaci etiã remedio.

Electarium Alcansii.

Recipe rosſ. costi, spicæ, ann. vnc. med. florum rosmarini, vnc. i. nucis moschatæ, calami aromatici, caryophyll. macis, cardamomi, an. drach. iij. & med. zingiberis drach. ii. myrobal. Indarum, empellicarum, bellericarum, an. vnc. vj. granorum myrti, libr. i. balaustij, thuris, corticum citrij, fructus tamarisci, ann. vnc. med. feruefiant semel omnia in vino generoso antiquo, post siccentur, feruefiant deinde semel in succo cotoneorum, exsiccenturq; in vase terreo vitreato, terantur tenuissime, syrupo cotoneorum excipiantur. Dantur drach. iij. cum syr. cotoneorũ.

Ventriculum, & hepar calefacit, & roborat, ob id appetentiam excitat, coctionem iuuat, flatus dissipat, vomitum pituitosum, & ab eo virium dissolutionem emendat.

Franciscani Mes. annotatores, legunt cardamomi, ann. drach. iij. addunt trium piperum, ann. drach. iij. & med. cyperi, vnc. i. & med. ab alijs exemplaribus aliena.

Tres Alcansii traditiones, non multum dissimiles visuntur ex Auicenna 5. can.

Florum rosmarini loco, legebatur alkelil, quibusdam alcheil, Manardo alkilil, vt Syluio, Genuensi, alkilkil .i. granatũ syluestre, vel de quo Auic. lib. 2. cap. 310. quod nõnulli semen mali punici syluestris, alij radicem mugath, idest syluestris punici radicem interpretati sunt: quod ita se reperijsse inquit, in antiquis vocabulorum expositoribus, Simon Genuensis: Auicennam verò vocis inscium videri: alij per alchilchil, in oleo de lateribus, flores rosmarini exponunt, vt non fretum, non Boreas, tantas, tam varias habeat agitationes, quot incertas, fallaces, atque obscuras significationes, huiusmodi vocum inscitia. maximam itaque confusionem parit, non leue damnum medicamentarijs affert, amethodica Arabicarum vocum congeries, & ignorantiæ barathrum: ita enim Arabum characteres agnouisse velim existimetis, vt ne hos procul aspexerint: vt quibus hercle furijs agatur, bonus hic Simon, facilè innotescat, quasi in eum, atq; alios, cadere possit, quod circumfertur adagiũ, ne sutor vltra crepidam: aliena sanè ab institutis suis quũ sint, sacris quibus initiatus erat, ei vacandum præstitisset, Deoque preces vouere, quàm hisce demoniacis vocibus se intromittere: Ego enim, vt ingenuè fatear, nunquam adeo commoueor, quàm horum vocum corruptela, & mera inscitia, vt conticescere malim, quàm de re incerta nugari: flores tamen prædictos non detrimento, sed maiori vsui futuros contenderem.

Vinum, liquor ille suauissimus, moderatus videlicet: non modo corporis, sed etiam animæ vires restituens: immodicus autem summe exitiosus, caliginem animæ circumfundens, neruos labefactans furere, bacchari, nepharia, multumque prophana perpetrare sæpenumero compellit, haustus & sitis longè optimus, in quotidianos vitæ vsus, ad voluptates epulas, multiplici, & penè infinita varietate, non solum ex Dioscoride libro & capite quinto, sed etiam ex Galeno tertio, de aliment. facultat. 12. meth. med. alijsque pluribus in locis, diffusissimè explicatur: at laudauit vnusquisque, aut quod maxime apud se natum nouisset, aut quod ingenio, naturæque suæ aptissimum sentiret: Nouum inflat, ægre coquitur, insomnia parit grauia, & vrinam ciet, ætate medium vtraque vitia fugit: quare ad victus sanorum, ægrorumque vsurpatur: album tenue, stomacho vtile est, ac facilè in membra distribuitur: reliqua prosequere ex Dioscoride. Cæterum vbi vinum vetus, aut generosum, siue album aromaticum scribitur, imperitis maluaticum appellatum, aruisium scilicet accipiatur: quumq; Falernum & Faustianum, aliaq; olim generosissima, quæq; ad theriacem conficiendam eligi cõsueuissent, nostra autem ætate absoleuerint, in ea paranda Creticum potius seligerem, quàm nostras iusto aquosius, aut sapa, passum, aut defrutum, spissiora quàm vt in eis concreti, atque densati succi, & liquores, dissolui debeant: cuius rei gratia, vinum theriacæ permiscuerunt veteres: at Scybelites vinum, est quod sponte, ex passis vuis, vinum vltro effundentibus destillat: id quod ex Nicolao annotauit Fuchsius, in Athanasiæ cuiusdam declaratione.

Electarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Electarium ex lasere, officinis de assa.

Recipe laseris cyrenaici, piperis, myrrhæ, foliorum rutæ siccorum, ann. vnc. med. melle despumato excipe. Dantur à drach.i.ad drach.i.& med.in febre cum oxymellite, per horam ante accessionem, contra venena cum vino calido.

Ad febres antiquas,& circuitu repentes, vt quartanas, quotidianas, somnum grauem, tremorem, venenosos morsus vtile est: ac ad quartanas in declinatione vniuersali, duabus horis ante accesionem, ad drach.i.& med. cum vino tenui calido.

Idem refertur ab Auicenna lib.5.vt ab Aetio, Tetrab.2.serm.1. cap.84. Alexandro lib.22.cap.8. Myrepsus vocat antidotum Galeni, ad quartanam, diapipereon nominatum.

Laser, vel silphium, officinis assa: alij succus cyrenaicus, ex Dioscoride lib.3.cap.76.è radice, atq; caule laserpitij scarificatis colligitur: præfertur aũt rufum, translucens, myrrhæ æmulũ, nõ porraceũ, odore valens, suaui gustu, quod dilutum facilè albescit: Cyrenaicum si quis degustarit, humorem toto corpore ciet blandißimo odore, adeo vt ne os quidem gustanti, nisi paululum spiret: medicum, & syriacum, minimis viribus valent, & magis virosum reddunt odorem: lasser omne antequam siccescat, adulteratur sagapeno, aut fabæ lomento: quod maleficium deprehenditur gustu, odore, visu, & dilutione: de laserpitio Theophr.6. de hist.plant.cap. 3. Cyrenaicum olim antiquioribus, non solum in quotidiano ciborum vsu, sed tantum laudis, & honoris sibi accreuerat, vt Catullus, laserpiciferas Cyrenas cantauerit: cuius dotes haud facilè enumerare: Arabibus lasserpicium, aniudem dicitur, à quibus duplex assæ genus prodijt: fœtidum scilicet, & odoratum, at recentiores nescio qui ignauißimi, dulcem assam, glycyrrhizæ succum commenti sunt: vbi gummi assæ vertendum erat. odoratum à paucis annis citra, illustres medicæ materiæ indagatores, idem quod laser Cyrenaicum, vulgo belzoinum, multo ante Cardanum (& si incontradictore se ipsum præponat) & illustrarunt, & approbarunt, quod videlicet selectißimum est, admodum odoratum, subrubens, pellucidum, gustui gratum, & quod aqua dilutum albescit quod aliqui gummi ligni aloes coniecere, vel cancamum: Matthiolus tamen, quem omnis herbarium chorus tanquam Numen reueretur, & obseruat, quo illustrior, atq; expreßior fiat, priori suæ opinioni contrarius, belzoinum haud esse laserem odoratum, primum ex Strabone defendit, vltimo Geographiæ: quòd cyrenis nisi clã euehi posset vti etiam ex Pli.lib.19.cap.3.iam istorum æuo cyrenis defecerat, neq; inibi inueniebatur, & ad pondus argenti pendi solitum, propterea nil mirum videri, si hac tempestate nullum ad nos migret, quòd vere Germanum dici poßit. ex Dioscoride cyrenaico succo vim acrem tribui, ex Galeno calidißimum, validos etiam cortices quibus implicitum aduehitur indicare ex magna arbore, non ex ferulacea planta prodire, nec ex Perside, Media, Syria, & Parnaso monte aduehi, præter assam fœtidam officinarum. cuius igitur sit solertiæ Matthiolus, cuius acuminis, ac memoriæ, hinc omnibus liquido patet: quòd contra propriam eruditionem facilè disputare potest, quum pluribus hisque disciplinarum volubilibus telis sit armatus. Quippè quòd Ludouicum Romanum silentio inuoluit, quasique paruifacit, quanquam 6.suarum peregrinationum cap.9.14.19. laserpitium id esse belzoinum vocatum sua firmarit sententia, tametsi rei plantariæ fortaßis inscitia, laserpitium perperam appellasse, atque ex arbore prodire. tutentur quidam, quos non præterit alibi huius arboris ligni reminisci, ideo non admittendam excusationem. forte quia Theophrastus 3. de histor.plant.cap.3.inquit. & si quid culturam non patitur, seu arbor, seu ex minoribus aliquid, vt laserpicium. Cyrenis suauißimum ex eodem 4.de hist.plant.cap.4.quòd superiori tempore quum defuisset fortuita quadam pluuia restitutum est, ex eodem 3.de hist.plant.cap.2. qua nec dißimili occasione, post Strabonis, ac Plinij tempora, regerminasse persuaderi potest: quumque in Arabia, Syria, India, & apud Cyrtes exoriretur, ex Theophrasto, ex his, vt ex Cyrene, Aphricæ contigua, si Augustino credimus, quanquam fragrantißimum, nulloque adulterio exceptum, aduehi potest. nec vis acris gustu illi tribuitur ex Dioscoride, vt credidit Matthiolus, sed quod acrem vim habet, idest fortem ad expediendas illi tributas facultates. Theophrastus enim 9.de hist.plant.cap.1.inquit, gustu vehementem, modo ipsius laserpitij constet, idest ab eius gustu, odoris vehemẽtiam, vti ex odoratu insurgere, vnde calidißimum à Galeno appellatur, nec cuiuspiã acredinis expers omnino est vulgare belzoinum, legitimum scilicet quum plurimum prostet deprauatum, nec obstiterint corticosa operimenta, quibus interdum aduoluitur, nisi vtrium frusta aloe quoque resisterent, qui maxime absurdum est. hæc itaque literarij Præsides, veritatis acerrimi propugnatores diligenter examinent. fœtidã autem assam, idem quòd laser medicum, aut syriacum, quòd minus valere, virosumque odorem præseferre scripsit Dioscorides: quodque etiam tunc temporis, vt hodie fit, sagapeno adulterabatur: propterea nimirum, si adeo fœteat, velut putrilaginem sapiens: vbi igitur lasser, vel assa, siue succus cyrenaicus simpliciter scribatur, belzoinum accipiendum: vbi verò lasser medicum, aut syriacum, assa fœtida: de qua vnum scias velim, ab institoribus, & callidis nebulonibus, adeo adulterari, vt potius sagapenum, varijs suppositum fucis videatur: addit belzoinum amygdalinum Amathus cap.de myrrha: vocatque legitimam myrrham: nos nondum vidimus, vt nec odoratißimum illud, de quo in Indicis nauigationibus, Ludouico Varthomano referente.

Aniudem.

Cardani iactantia.

Cyrene regio sit Aphricę.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Electarium Cyphoides off. de chiſodea, de paſſulis, aut de vino.

R.Ecipe carnium vuę paſſæ drach. xxxv. croci drach. i. calami aromatici, bdellij, ſchœnanti, ann. drach. ii. & med. caſ. aromaticæ, drach. i. & med. cinnamomi, drach. med. ſpicæ nardi, drach. iij myrrhæ, terebinthinæ ann. vnc. med. ramentorum aſpalati drach. ij. mellis vnc. ij. vini optimi q. ſ. coque igne carbonum lento.

Ad hepaticos, & omnia thoracis vitia: reliqua proſequere ex Galeno 8. de compoſ. pharmac. ſecundum locos cap. 7. idem eſt hepatica Andromachi, ex Actuario. Eſt & antidotus cyphi, atque alia Confectio cyphi, ex Myrepſo, at longe ab hac euariat, minus verò in Cyphoide, poſt antidotũ ſymphonos, alias paſſæ drach. centum, croci obolos tres, terebinthinæ, ann. vnc. ij. lectitabant. Eſt & medicamentum Cyphoides ex Paulo lib. 7. cap. 12. idem ſanè, at cinnamomi, ac nardi an. obolos tres habet, at in Cyphoide Alexandri, illius pondera non ſectatur lib. 8. cap. 4. vt nec Aetius, in triplici traditione Tetrab. 3. ſerm. 2. cap. 5.

ASpalatus, Arabibus darſiſahan, ex Dioſcoride lib. 1. cap. 19. alijs eryſiſceptron: frutex eſt ſurculoſus, aliàs lignoſus, multis ſpinis horrens: naſcitur in Iſtro, Nyſiro, Syria, & Rhodiorũ inſula, quo ad vnguẽtorũ ſpiſſamẽta pigmentarij vtuntur. Optimus eſt grauis, detracto cortice rubẽs, aut in purpurã vergẽs, denſus, odoratus, guſtatu amarus, eſt & alterũ genus cãdidũ, lignoſum, ſine odore, quod deterius habetur: hodie deſideratur. quidã ſantalũ rubrum arbitrati ſunt, at longè decepti: Hieronymus Cardanus 5. atque 8. de ſubtilitate libro, ſantalum eſſe abſolutè ſignificat: triplex verò quum ſit, quàm graui iudicio conuincitur, oppugnandus profectò, & deſerendus, potius quàm adiuuandus, aut defendendus, & ſi vir ſit ſapientiſsimus, ac doctiſsimus, & qui omne ſuum ſtudium in ſapientia, ac doctrina collocauit, Nempe ne more Dodonei aheni, continuo tinire, ne adunco naſo, omnia ſuſpendere videamur, eius in re plantaria cognitionem, alijs vituperandam relinquemus, quum ſantala non amareſcant, ſintque proceræ, ac erecte arbores, non frutices, ex Muſto, & Chriſtophoro Columbo: Aſpalathus autem arbuſcula: præterea ex Serapione cap. de ſantalis, Græcorum nulla fit mentio, ſed Arabum duntaxat, quorum eſt inuentum, vt capite de ſantalis deductum eſt: quinimo darſiſahan nomine, aſpalathi caput ex Dioſcoride exſcripſit, etſi Arabum interpres pudendo ſatis errore, granatum ſylueſtre interpretatus ſit: eiusque ratione, oxyacantham creditam, & granatum ſylueſtre, & berberum, ſtultè nimis aſpalathum eſſe ſupponant, omnibus ferè reclamantibus notis: Ruellius, ac cum eo Amathus, arbuſculam quandam oleaſtri rhodij cognomine, alias pro ligno aloe habitam, quo in orbes tornato, corollæ precariæ parari conſueuerant, nigricantes, aut velut curſitantibus venis, è nigro & croceo interſtinctis, aſpalathum putarunt. id tamen non auſim comprobare, & ſi Amathus in Matthiolum, nõ ex oliuæ ſpecie, verum ex humili arbuſcula, crebris ſpinis aculeata, lignum id eſſe contendat, & ſubrufi coloris, magna copia in Hiſpania, apud Taraconenſes, & Valentinos: at quum rhodium lignum coronarijs fabris vulgatiſsimum, nullibi rubeſcat, ſed variegatum, è nigro in croceum vergere videatur, exutum enim cortice ad nos affertur: præterea Matthiolus in Apologia, rhodiorum hiſtoriam ex Melita inſula reddat, nec frequentibus ſpinis ibidem inhorreſcere, aut detracto cortice rubere, ſed cortice tenus candicare, medullitas verò nigreſcere aſſerat, forte maiore contradicendi cura, quàm quod res ita ſe habeat, Nempe ex probatiſsimi Anguillarij lectione, nulla in hoc deſideratur nota. his etiam obſtiterit Galenus 6. ſimpl. ex quo guſtu acris eſt, ſimul & aſtringens, quæ in rhodio oleaſtro non reperiri ait, vt neque amaritudo, quam illi tribuit Dioſcorides: Verumtamen, & ſi de re dubia ineptum ſit, firmiter velle contendere, eius loco rhodium id lignum, odoratum, amarulentum, aquis immerſum non emergens: vel ſemen viticis, ex ſuccedaneis Galeno inſcriptis, indi poterit: vel lignum aloes optimum, aſpalato non ignauius. **Cardani lapſus, & honos.**

Electarium, aliàs Confectio Humain.

REcipe euphragiæ drach. ii. ſeminis fœniculi, drach. med. macis, cubebarum, cinnamomi, piperis longi, caryophyll. ann. drach. i. tere, cribra, poſt accipe mellis ſpumati libr. i. ſucci fœniculi cocti, ſpuma purgati, vnc. i. ſucci chelidonii ſimul cocti vnc. med. coque omnia hæc ad mellis compagem, dinde pulueres inſpergito.

Oculorum ſanitatem tuetur, viſiuoſque ſpiritus debiles recreat, terſoſque, & puros reddit.

EVfragia, Græcis (vt creditur) εὐφροσύνη, *quibuſdã herba adhil, alijs ophtalmica antiquioribus ignota: herbula eſt inter Autumni initia, magna copia erumpens, folijs minutis, criſpis, per ambitum ſerratis, pimpinellæ, vt ẽt pentaphyllo, aut fragrariæ æmulis, guſtu ſtypticis, paulumq; amaris, tenui, rubenteq; flore, aut verius inter purpuram, & aurũ albicante, radice exigua, & ſuperuacua, vnico frequentius caule, & ſi in pratis ſuburbanis, decliuibusque locis, ac etiam in apricis collibus, pluricaulem nonnunquam collegerim,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rim,nec ideo videtur hyssopi similitudinem referre,& si ita senserit Fuchsius: folijs,ac floribus vtimur.

CHelidonium,alijs hyrundinaria,vulgo herba donna corrupte,ex Dioscoride lib.2.cap.172. maius sci licet vsu receptum,in parietibus, semitis, lapidum cumulis, ruderibusque nascitur: plebs adeo denti- bus aduersari credit,vt vel eius luteus succus,aut radix dentibus affricata,statim corruere cogat,pu- trefaciat,& ore corruptos euocet; & si contra sit,quum potius eorum dolores leniat, & veluti finiat, tremu- losque stabiliat, nisi admodum putruerint, nostro cum Dioscoride experimento, hyrundinariæ nomen sibi videtur vendicasse,quod aduentu hyrundinum exurgat,& eorum discessu emarcescat: vel quia suorum pullo rum affectibus,tali succurrant hyrundines. Est & chelidonium minus,vulgo scrofularia minor, quibusdam fauarola,siue testiculus sacerdotis,solo præsertim vliginoso,nostrisque campestribus frequens,ad errhina non nunquam acceptum, nullius tamen acredinis, qua potissimum causa ad Malacocissi speciem retulit Fuchsius, quum prius lepidæ Matthioli rationes diluendæ sint. nihil enim illi deest, præter acredinem loco mutatam.

Electarium resumptiuum.

REcipe rosarũ,glycyrrhizæ,sacchari, an.drach.ii. gr. v. gummi arabici, traga- canthæ,an.drach ii.scrup.ii. santali albi,& rubri,an.drach.i. scrup.i. papaue- ris albi, succi glycyrrhizæ, amyli, seminis portulacæ, lactucæ, intybi, ann. drach. iij.caryophyll.antispodij,cinnamomi,ann.drach. i.zedoariæ, zingiberis, styracis, calamitæ,an.drach.ij.croci,gr.v.penidiorũ vnc.med.nucleorũ cucurbitæ,anguriæ, cucumeris, melonis, amygdal.dul. nucleorum pini, oxyacanthæ, seminis maluæ, gossipij,& violarum,ac mixorum ann.drach.ij.seminis cotoneorum scrup.ii. cum syrupo violato quantum sufficit fiat electarium. Propositus pondere aliquantu- lum variat. Est & Analepticum Myrepsi,idest vires restituens,pluribus constans, e quo fortasse præsens transumptum.

Restaurat humiditatem radicalem,lenit, humectat, nutrit, & confortat, aperit poros,obsistit choleræ, sedat febrem,tussim,& sitim,restituit integras vires,& pristinam sanitatem,extenuatis,consumptis, & hecticis.

Matthioli inscitia.

GOßipion: alijs Xilon,vulgo Cotonum,siue bambagia,Græcis veteribus intactum putat lib.3. Matthio lus: at quantum equidem conijcio,Theophrasti verbis perlectis 4.de hist.plant.cap.9.nunquam in hu- iusmodi inscitiam incidisset, siquidem in hunc modum dictat: lanigeras quoque arbores multas eãdem insulam ferre proditum est,has folia vitigena gerere,verum minora,fructum nullum, id in quo lana contine- tur,mali amplitudine cerni,vernum nascens compressum, quum tempestiuæ maturitatis sit aperiri, & lanam excipi,qua telas texunt,alias viles,alias pretiosas. hoc idem & in India,& in Arabia fieri asseuerant. id igi tur Tylon,quia in Tylo insula,veriusquam Xilon vocari posset: à prædictis non dissentit Plinius lib 19.cap. 1.videlicet in superiore parte Aegypti gignitur,in Arabiam vergente: frutex paruulus est, similemque bar- batæ nuci defert fructum,cuius ex interiore bombyce lanugo netur,nec sunt vlla eis in cãdore,mollitiaue præ- ferenda: nunc multis Italiæ locis nascitur: ex Apulia,Cypro, & Sciciliæ insulis copiosissimum ad nos defer- tur,indies tandiù eflorescit,ac fructificat,donec hyemali scæuitie prohibeatur, folio vitigineo, at minore, lu- teis floribus,in medio purpurascentibus: eius fructus mali parui similitudine maturescens, lanæ quam inclu- dit copia disrumpitur,linumque inclusum detegit: seminis medulla, cuius est in medicina vsus,tussi, & diffi- culter spirantibus auxiliatur. Est & Gnaphalium, tormentosa planta, & incana, quibusdam herba sancti

Gnapha- lium.

Christophori,vel filius ante patrem, folijs albis, ramulis capitatis, rosmarini,vt scribitur, effigie,alijs impia herba Plinij lib.24.cap.19.apud semitas nostras pedibus quæ conculcatur, folijs origani æmulis,capitulis in- fernis,è croceo,ante superna eflorescentibus vsus in dyssenteria non contemnendi neutra est.

MYxa, & myssaria, posterioribus Græcis,Barbaris sebesten, ex Serapione autore Isach: fructus sunt non in proceris fruticis,cortice caudicis candicante,ramis verò è pallido virescentibus, folijs rotun- dis,amplis, fructu in racemis prædulci,iuglandis magnitudine paulò pruno minor, & consimilis fa- cultatis, vbi maturuerit glauescit, viscida pulpa, vnde myxarum appellatio, nucleo inæquali passim ad vsus medicos recipitur. ex huius acinis viscum fit, Alexandrinum vocatum, aucupijs commodissimum, in aquati- les volucres exceptum, nunc in Calabria, Sorbo insitæ, alibique in Italia prouenire dicuntur: nosque earum stirpium imaginem vidimus laudantur graues, pulposæ, ex rubro nigricantes.

Electarium ad Pestem.

REcipe boliarmeni,dictamni,myrrhæ,bipinellæ,zedoariæ,ann. vnc. i. theria- cæ liquore stillaticio vini dossolutæ,vnc.med.croci,scrup.i.caphuræ,marga ritarum,smaragdi ann.drach.iij.tormentillæ,sigilli lemnii, ann.vnc. ii. seminis ci-

trij vnc.i.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

trii vnc.i.& med.terenda tere, syrupo ex succo citrii acido,electarium para, Da vnc.i. & med.cum aqua melissæ ieiunis.

Venenum omne à toto corpore fugat,pestique mirandum in modum succurrit.

Antidotum aliam cordialem; incerto authore non contemnendam,tradit Fuchsi.2.de compsi.med.sect.4.

DIctamnum,vel dictamum,officinis diptamus,ex Theophrasto 9.de histor.plant.cap.16. Cretæ insulæ proprium est,vsus foliorum,non ramorum,nec fructus.Est & falsum dictamnum,natura vt aiunt simile,natali solo discrepans. Est etiam aliud dictamnum,velut æquiuocè appellatum,non specie,non eadem vi,quippè quod folio simili sisymbrio constet,& ramis condatur maioribus,vsu, & vi nõ ijsdem: ex Dioscoride lib.3.cap.31.aliquibus syluestre pulegium appellatur: Cretensis herba est, acris, leuis, pulegio similis, sed maioribus folijs,quæ tomento quodam, spissaque lanugine pubescunt, [florẽ nullum,aut semen proferens] Est & pseudodictamnum,antedicto simile, sed minusquam illud acre:defertur è Creta alterum dictamni genus: folijs sisymbrij,ramis maioribus,in quibus flores syluestris origani,nigri, molles, odore foliorum inter sisymbrium,& saluiam iucundissimo: ex quibus eadem cum Theophrasto voluisse videtur, eius propterea filo,ac structura, Dioscoridẽ tutari debuerant tot generosissimi sophistæ,atque eius textus Plinijq; corruptelam,hoc modo sarcire. flores,& semen nihilum prosunt. quippè quod è Creta Venetias allatum,veri dictamni effigiem ita adamussim reddit,vt nemo nisi sensibus, & ingenio obtusus, id denegare audeat, floribus tamen exornatur:prætera aliud ab isto nõ gignitur in Creta,vnde nesciuerim qua ratione clarissimus Anguillarius qui tot incognita simplicia singulari,qua pollet veritatis præstantia excutere,ac adijcere videtur tertium hoc Diosco.spuriũ velit Serapione præsertim eadẽ reddente,,quæ tamen circumfertur,veram non esse dictamnum, hoc argumento apertissimè constat,quod radice crassa est,& sola in vsum veniente,quum legitima dictamnus, Plinio authore,radicem habeat tenuem,& inutilem: quodque Cretæ vnius soboles est, solaque folia, in ferula,aut canna intercludi solebant,ne expirarent,quoniam sic imbecilla fierent.cum expirauere:Legitima itaq; negociatorum incuria olim rara,nunc frequens & sicca est Venetijs.quare enitendũ summopere est,ne ex aliorum sermone, sed proprijs notis deprehensa & coemantur,& selecta asseruentur: Quandoquidem dictamnus alba officinarum,quibusdam fraxinella,à fraxini foliorum similitudine, floribus bene olentibus, leuibus, & vagis, radice candida, amaraque, nullotenus ad cretici dictamni aliquod genus accedit,ideo nimirum videtur,quonam pacto in eius locum irrepserit: quod autem prisci, rem plantariam maxime callentes, tam mirificam stirpem, sub silentio reliquerint,vt Matthioli fert opinio, nos vanum esse facilè probamus & ipsissimum Tragium Creticum esse, de quo Dioscorides libro 4. capite 40. & si hac ætate non deferri in Italiam inscius protulerit,quod si Tragij fructus,& folia,lentisco minora opponat,ne ignoret ex Plinio lib.13.cap.21.terebintho æqualem reddi, & si lib. 27. nescio quo pacto iunipero similem reddat: præterea in Dioscoride non μικρότερα, sed μακρότερα legendum, hodie quũ pesti,ac venenatis animalium morsubus efficacissimè medeatur, stomacho, atque asthmati, validissime succurat, interaneorum vermes strenuè conficiat, proinde dictamni cretensis inopia supplenda, vel pulegium maiori pondere: quum verò alteram cretensem dictamnum, folio cressonis & ad fenestras frequentem, aurentiorum odore depingit Amathus,amentia tali se oppressum significat, vt (verbi gratia) cressonis folia, pseudodictamno fecerit cap.de sisymbrio: mox eadem in alterã hanc dictamnum reiecerit,tametsi Theophrastus, Dioscorides, Plinius,huic sisymbrij simpliciter folia dederint, primum videlicet genus intelligentes,non eius aquatici,erucæ folijs? quumque alterius huiusce dictamni folia, gratissimi odoris,inter sisymbrium & saluiam conscripserit Dioscorides, quam ineat communem cũ aurentiorum floribus iucunditatem,iudicent ij qui alterutrum olfecerint.

Matthioli sensus reprobatur. Tragium.

Amathi lapsus.

BIpinella,corruptè pimpinella,quibusdam solbastrella, alijs sanguisorba: herba elegans, & perpulchra, in acetarijs grata, folio est paruo,orbiculato,per ambitum crenato,thyrsulis plurimis,dẽsis, rubrisque, ab vnica radice,crassiuscula,longa subpurpurea, semine in modum mori rubri: perbelle etiam picta ab Hermolao 4.sui corrolarij cap.de saxifrago,cuius speciem aliqui coniecere: hanc tamen depilem esse, illam verò nequaquam: quumque Dioscoridis Teucrio aliquantulum alludat, idem esse iccircò suspicantur, alij Elatinem, quamuis reuera vel antiquioribus incomperta extitisse credatur, vel syderitis altera Dioscoridis sit, de qua lib.4.& si Matthiolus à Lucca Ghino,obrepticiam vt credimus plantam sibi transmissam, latino volumini appingat. bipinellæ tamen meminit Theophrastus 7.de hist.plant.cap.10. in iugis Crepacorianis cubitales interdum sponte erumpit,hodie & si in hortis vbique excolatur, æstate vsque in Autumnum florescens. Est & alia bipinellæ species, saxifraga hircina quibusdam vocitata, maior scilicet, & minor; quod hirci odorem præseferant, de quibus cap.de Meo, ac saxifraga tactum est. Bipinella in contagiosis, pestilentibusque morbis maxime commendatur; quòd si filicis folio non esse obijciet. Senensis Γτέρις aliter in rotundum facili lapsu, è Græco vti poterit ceu ex Hermodoro Listarco græci idiomatis peritissimo.

Syderitis altera.

TOrmentilla, Heptaphyllon vocata, à septenis foliorum diuisuris, ex vno vt plurimum pediculo, in quinquefolij specie reponitur, folijs iunioribus, quorum duo tam exigua sunt, vt in foliorum numero ponenda, quibusdam non videantur; cauliculis est tenuibus, subrubentibus, flore melino, radice rubra, paululum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lulum nigricante, breui, crassa, graui strumosa, in vnũ compacta globum, atque intorta capillata, gustu astrin-
gente, sterilibus, siticulosis, æditisque locis familiaris, montibus præsertim Crepacorianis, vbi innumeras eius
plantas vidimus, globulũ quendam seminum repositorium, fragrarum instar gerit, incipitque, & desinit cum
vite, quibus factum est, vt Brasauolus hanc Plinij Pentaphyllon suspicatus sit: hanc eandem legitimum fuisse
quinquefolium, sibi persuasit Manardus lib. 5. Epist. 3. ideo mirum in modum cæcutiuisse tradit Matthiolus,
~~qui in dolis, ac versutijs, magis quàm in comitate confidit~~. inquit enim tormentillam, septenis folijs singulis pe
diculis, frequentius quàm quinis constare: pentaphyllum verò quinis, vnde & nomen, in riguis, & aquarijs
ductibus nasci, illum potius in montuosis, & campestribus: hoc radices elleboro similes habere, illam verò radi
ce admodum breui, strumosa, simulque in vnum compacta globum: quo igitur ad Dioscoridem, iacta est alea:
at quid ad Theophrastum, familiari negligentia constituet ~~Matthiolus~~: quorsum progredietur longius, quid
poterit manifestius hoc considerare, quod vobis persuasum esse non dubito: illi enim tam aptè respondet, vt nul
li magis: Nempe hunc in modum dictat 9. de hist. plant. cap. 14. Quinquefoliæ, siue quinque petæ: nam hoc
etiam nomine appellatur, quum effoditur rubra est, inarescens verò nigrescit, atque quadratur, habet folium
vitis, sed pusillum, & colorem simile vitigineo est, & augetur, & desinit cum vite, folia omnia quinque, vnde
& nomen, caules prætenues mittit, & crebris internodijs constat, vt ne hylus quidem huic deficiat, nisi & duo
foliola excipiat, quæ certè ob eius exiguitatem, in numero recensenda non videntur. Equidem & quinis dun-
taxat folijs præditam, sæpissime collegimus. Cæterum quum radicibus elleboro similibus, pentaphyllum con-
stare absolutè pronunciat Matthiolus, crassitie excepta, hinc errandi, aut verius illum sugillandi ansam facilè
tradit, Tormentilla quibusdam bistorta vocatur, forte quia illi par est facultas: altera enim alterius locum, nõ
Bistorta. iniuria suppeditat: verum bistorta folijs est oxylapathi radicibus, & si tormentillæ facie, & gustu æmulis:
alij britanicam existimant, quum autem Ruellio obtrudit Matthiolus, quod secundi generis Catanãcem, bistor
Catanãce tam dici posse asseruerit, quæ tamen rumicis folio prædita est, radice non exiguæ oliuæ crassitudine, verum
quandoque vlnæ magnitudine, in eius monumentis, se parum versatum liquido ostendit, quoniam tametsi lib.
3. à gallicis herbarijs, illam vocari bistortam deducat, folijs oleaginis, figura, & colore, mollibus, radice par-
ua, ceu oliuæ, secundo tamen volumine cap. 139. bistortam cognomento alteram, rumicis folio, &c. depingit:
Pro Ruellio in Matthiolum. vt quum varias bistortæ nomine stirpes intelligat Ruellius, qua cautela, doctissimum hunc hominem incessat,
etiam à mediocriter gnaris, & recognosci, & discuti facilè possit, nec crediderim stupidum aliquem pharma-
copœum, serpentariæ loco, bistorta vti, facultatibus maxime inter se dissidentibus. Est & pulsatilla, vlcera-
Pulsatilla. toria herba, folijs hirsutis, minutim laciniatis, flore stellato, subpurpureo, è cuius sinu, flosculi rosarum instar
flaui, purpureum apicem, villosumque exornant: sub flore alter visitur floccus cinericius, sericini velleris in
modum, fructu candicat, nucis penè magnitudine, capillato semine intus contento, radice est pedali, succisa, ac
erosa, nigri chameleontis modo, gustu subdulcis, nec vlius acredinis. Est & morsus diaboli herbariorum, radi-
Morsus diaboli. cibus pariter circum rosis, ac succisis, vnde Fuchsio succisa dicitur, nigrescentibus, ac plurifariam diuisis, fo-
lijs arnoglossæ, iuxta bicubitum caulem, arctioribus, minusque longis, & circumscissuratis, flore ad scabiosam
accedente, incultis, & montuosis saltibus, interdum etiam in pratis, ac dumetis.

Sigillum, vel sphragis lemnia, vel terra Lemnia, officinis sigillata, ex Dioscoride lib. 5. cap. 63. cuniculoso
in specu nata, è Lemno insula, palustri loco defertur: laudatur munda, non valde leuis, gustu nõ mordax,
sed modice astringens, tenax aliquo modo, & lubrica, ita vt in aqua resoluta, similis fiat molli ceræ, ex Ga
leno 9. simpl. cap. 3. diffusius, & accuratissime declaratur, & eundem quem rubrica colorem obtinet, ob quem
nonnulli lemniam milton, siue rubricam appellitant: hanc tamen adeo quidam interpellant, ex Galeno 1. de
antidot. cap. 2. vt veram à ficta cognoscere queat nemo: rubrica autem eodem lib. cap. 14. res alia est, & ad
alios vsus apta, non ad quos lemnium sigillum: præterea non esse eandem, Dioscoridis cum Galeno historiam,
hinc patet: quod alter in cuniculoso specu, palustribusque eius insulæ locis afferri ait: Galenus autem in ea in-
sula, è monte sterili, ambustorum modo rubente, in quem è Cœlo pulsum cecidisse Vulcanum ferunt, non procul
ab Ephestiade eius insulæ oppido, signarique Dianæ, non capre sigillo, &c. quæ quidem Dioscoridi aduersan-
tur. quum igitur ad nos allata, sigillo turchicho impressa, dilutius rubeat, carnis: potiusquam rubricæ colorem
æmuletur, id equidem alterius terræ admixtionem coarguere, contendit Matthiolus: veramque & insucatam
putat, bolum armenium orientalem appellatum, à quo non dissentit Brasauolus, quoniam nõ ex Armenia, vbi
merus, & inadulteratus is bolus affertur, sed ex Lemno insula, de qua Galenus ideo errore duci existimantes,
hanc esse bolum armenum, vt proprio capite dissertum est, vt verò huiusmodi thecna, atque impostura, omni-
bus detegatur, non ignorandum, Lemniensium mercatorum dolo fieri, quo res diuersas mẽtiantur, vt ex eadem
terra duplex assequantur lucrum, syncerissimam terram Lemniam, pro armeniaco venum tradere, nullis im-
pressam characteribus, hancque ex Armenia allatam persuadere, hanc eandem terram, alia decolorem red-
ditam obsignare, verique Lemnij sigilli loco diuendere, quo fit vt longe minus rufescat: fraude tamen à pluri-
bus deprehensa, atq; ex Lemnio huiusmodi bolum comigrare, ideo terram sigillatam exceptis arenulis, & esse
bolum armenum orientalem falsò dictum, veramque Lemniam sphragidem, pro comperto habent, ideo vbi si-
gillo lemnio opus sit, bolo armeno orientali vocato vtendum: quibus sanè deductionibus, & si capite de bolo
armeno, nonnihil satisfactum videatur, in difficili contentione, dubiaque propositione, quanquam rectè dictis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

eximia laus, dubitanti fidele consilium ostendatur, non paruum tamen huiusce rei discrimen, summum laborem, difficillimumque veritatis aditum parit. Quandoquidem dato quod ex Lemno commigret, bolus armenus orientalis, non potius sphragis, quam rubrica Lemnia probari potest, eaque tanto iustius rubrica dici potest, quo magis tactu contaminat, id quod in bolo isto luculenter inficiente animaduertitur: quem sanè colorem rubrum, floridum, picturis relinquere dictat Brasauolus, ac veteres eo vsos ad picturarum splendorem, vt hoc pacto illam potiusquam hanc, probare non poßint: qua fortaßis de causa, hunc bolum armenum, vel terram Lemniam, aut rubricam esse, æquius sanè subdubitans: in fine capitis annotauit Brasauolus: quod vero terra hæc, thurchico sigillo impressa, & quæ alias Venetijs trochiscorum forma densa, grauis, illapidosa, hepatites afferri consueuerat, à paucis annis citra, exiguo rubore, & alba quadam terra permixta, ex Sinopidis specie verius, non ex eadem terræ materiæ fiat, idest ex terra sigillata vera, quam bolum armenum orientalem appellant Brasauolus, ac Matthiolus: hinc probari potest, quod aut lauatur, aut non: si lauatur, post huius laboris impendium, quid esset eam munire turcicis elementis, & pro legitima terra Lemnia venundare: si verò illotus ad nos affertur, vix posset absque lapillis, arenulisúe decerni, quibus tamen noster caret, quum ea ratione lauetur, vt quod ad imum subsèdit, lapidosum scilicet, & arenosum, vt inule, ac superuacaneum effundatur: sicque excogitandum, si adeo laborant ad eam terram sigillatam imprimendam, albi sabuli, aut alterius terræ mixtura, vel ex Brasauolo, vt commodius sigillum recipiat, quin potius in proprijs rebus, ab ipsa patria nomen, & originem ducentibus, omnem nauare deberent operam, omnem voluere lapidem, ad syncerißimam seligendam: quin ita ne coniectandum, illi ratione supradicta, albam terram admisceri, quum ex Galeno, lutum illud pingue si exsiccetur, mollis ceræ consistentiam accipiat, vt ad sigillum promptius sit, potius enim illi esset impedimento arena alba, dissolueret, potiusquam vniret, exasperaret, verius quam læuigaret: denique ad sigilli impreßionem minus aptam redderet, quin laudabilius esset arenas, micasque secum agnatas relinquere, idque minori negocio, quàm à sordibus mundare, dehinc talia addere: præterea quum in ea vsus patrius, vulgo etiam celeber sit, noscuntque eam rubram esse, quo studio eius ruborem alba arena fucarent, quæ etiam admodum parua est, cuique nostram gustanti, vt ad eum colorem inducendum, qui in terra sigillata visitur, nullo modo sufficiat: denique quod bolus armenus orientalis, non sit Lemnia sphragis, nostro iam pluries cognitum est experimento, in præfocatis ex fungis, in altero qui cantharides hauserat, in mecho ex lethali veneno ab adultera propinato: sedulo enim ex hoc bolo armeno medicamentum parauimus, nec vomitum citauit, secundo etiam confectio Galeni antidoto ex baccis iuniperi, quam prognosticam vocant, secundo de antidotis, cap. vltimo, tertio cum radicula, alijsque vomitum cientibus permixtum, quibus adeo valenter restitit, vt non modo vomitum non irritauerit, sed quoq; continuerit: hinc igitur liquido constat, bolum armenum orientalem dictum, neque legitimum esse bolum armenum, neque sigillum Lemnium: Nos tamen in officina Iusticiæ Ticini, trochiscos quosdam turcicis literis impressos, impense rubentes, tenaces, è spectaculo potius, quàm parandæ medicinæ: quos à Maumethano quodam se dono accepisse asseuerabat Tabernarius, ita ab hac communi sigillata & orientali bolo dißidere cognouimus, vt alij omnibus conueniret notis, & contra pestilentiæ contagia fœlicißimè successisset. Quare si contingat sigillũ Lemnium verum afferri, suis indicijs depictum est: eius loco rubrica boli orientalis nomine potius vtendũ, quia sincerum quoddã est, & impermixtũ, & si ad alios vsus apta sit ex Gal. terra aũt sigillata officinarũ facticia & veræ delineamẽtis parũ respõdens. Quæ.n. duplex Cõstantinopoli affertur, altera subrubescens, altera ex pallido subcinerea, thurcicis elementis insignita, & magno in pretio habita, experimento parum respondet: idq; in Cane à vipera demorso, id quod et testãtur Florentini suo in antidotario. Effoditur quoq; apud nos è Ruuaxiensibus iugis rubra terra, multis Lemniæ, & Armeniæ loco vsurpata, ceu quoq; vulgaris Creta, ex Cardano in contradictore, quod si fiat Mediolani, is met erroris fundamentũ præbuisse videtur: quum 5. de subtilitate libro, cõem argillam diu subactã, scordij, ac iuniperi decocto aspersam, in tumulos coactã, denuo tusam, inspersam, vt prius conglobatam, ac siccatã, eiusdẽ vsus ostendit, ratione, ac experimento repugnantibus, quãdoquidẽ nullius astrictionis particeps, dißimillimæ à Lemnia facultatis, in aqua resoluta, gypsi modo strangulare, & osculorum spiramenta euidenter obstruere perhibetur, nõ modo non iuuare, sed etiam maxima pernicie, humano generi aduersari, non tantum mihi, sed etiam medicis nostris, conspicuè innotuisse certo scio.

Brasauoli & Mathioli opinio explosa.

Cardani opinio reiecta.

Electarium de cineribus.

Recipe cineris vitri, cineris scorpionum, radicum caulium nabathæorum, leporis, lapidis spongiæ, lapidis iudaici, sanguinis hircini exsiccati, & contriti, corticum ouorum è quibus exijt pullus, gummi nucis, acori, singul. partes æquas, petroselini, dauci, pulegij, gummi arabici, seminis altheæ, piperis, singul. partem vnam & mediam, confice ex melle. Da drach. iij. cum aquæ decocti tribulorum.

Calculum renum, & vesicæ comminuere, & pellere creditur, quidam scorpiones non legunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

VItrum, liquor ille translucens, quo vita humana longè fragilior, omnibus cognitißimum candidum, &
proxima crystalli similitudine, laudatius habetur, versicolor etiam fit, & totum rubens, atq; non tran
slucens: fit & album, & murrhinū, aut hyacinthos, sapphirosq́; imitatum, & omnibus alijs coloribus,
vt ex Plinio, lib. 36. cap. 26. sic vritur, vbi ignitum fuerit, & rubens pici immergatur, rursus igniatur, toties-
q́ue & pici semper obruatur, donec facilè in cinerem verti poßit, vel ignitum vitrum, pice liquida vnctum, fri
gida extingue, toties repete, quoad in cinerem facilè transeat, qui .n. aqua frigida duntaxat extinguunt, ope-
ram, & oleum perdunt: aceto acerrimo extinctum, nostro experimento, facilius in cinerem redigitur: quo pa
cto paretur, vide ab Agricola, lib. 12. de re metallica.

BRaßica, vel caulis, ex Diosc. lib. 2. cap. 112. satiua Aestate acrior est, in Aegypto propter amaritudinē
nō estur. Plinius satiuam in tres species partitur, lib. 19. cap. 8. & ante ipsum Theophr. 7. de hist. plant.
cap. 4. nobis vsus est quotidiani: apiana Catoni Crispa, capitata vulgo cabuso, in capitis modū tuberosa,
folijs in orbē glomeratis, exterius calosis, alterno cōplexu: Est & seßilis, & cuius caulis inter folia rapi in mo-
rē, subinde crassescit, inciditurq́; edendo vt rapū: hi sunt nabathæi vocati, quorū inopia, vulgariū nondū tran-
slatorū radicibus vti cōsueuimus, vulgo caoli rape. Est & syluestris braßica, maritimis, præruptisq́; locis fre-
quentior, satiuæ similis, sed candidior, hirsutiorq́;, amara, de qua Theophr. 7. de hist. plant. cap. 6. Est & mari-
na braßica, off. soldanella, falsò cachile, folijs aristolochiæ rotundæ, ex Diosc. prælōgis, id quod mendosum esse
Soldanella, Cachile. nō iniuria suspicandū, ac forte pro μακρὰ, legendū μικρὰ, .i. parua, quod & ipsum soldanellæ pulcherrimæ re-
spōdet, quæ profectò rotundam aristolochiā, folijs adamußim representat, cui quū rotunda sint, prælonga meo
quidē iudicio, rectè dici nō possunt: hanc nō satis antiquis notā retur Cardanus: præterea in hydrope malā, he-
Cardani opinio non admittitur. parq́; debilitare quū tamen ex eodē, in libello de .s. medicina nullū simplex quātumuis benedictū noxa careat,
atq; ex Gal. 11. met. med. cap. 11. difficilè sit huiusmodi aliquod auxiliū inuenire, quod citra vllā noxā magni
ficè prosit. tametsi in totum stomacho inimica scribatur ex Diosc. in hydropis curatione, hydragoga quū sit, hy
drope exonerato, pro exiguo, & facilè reparabili vitio, maximum sanè cōmodum rependit: hanc verò non esse
Arabum cachile, vsneæ simili, nec nō nasturcij folijs, facilè præter hoc intelligitur, quod sola Arabum autho-
ritate nititur, Serapion, iā capite proprio, de huiusmodi braßica sermone habito, id quod euidentißime aduer-
sus Gentilē, à Leoniceno discussum est, in Epist. ad Hieronymum Monachium, & si eodē in errore versetur Syl-
Sylvii lapsus. uius. Quandoquidē chakile nasturcij folio acri ac salso ramosa flore in apicibus violaceo radice inutili mariti-
mis familiaris valide subducit. hodie nō desunt è suo penu, ex braßica marina antidotū præclarū, tutum, ac in
ascitem strenuum valde, hoc modo parantes. Recipe folliculorum senæ, tartari albi, rad. iridis, polipodij,
an. drach. iij. turpeti, vnc. med. braßicæ marinæ, drach. vi. seminis iuniperi, rhabar. an. drach. iij. diacrydij,
drach. i. ligni aloes, cinnamomi, zingiberis, an. drach. i. & med. nardi, drach. med. sacchari aquæ cichorij, &
hyssopi soluti, libr. i. vnc. iiij. fiat solida confectio arte.

LEpus, animal celer, & fugitiuum, plurimum est generum, ex Plinio lib. 8. cap. 55. epulis verò celebra-
tißimus quum sit, palam quoq; existit: decolatus integer, neq; expilatus, intestinis exemptis, fictili oper-
culato conclusus, furno calente tandiu siccandus, quoad conteri poßit, atq; in puluerem redigi: alij inte-
stina quoq; relinquunt, quod eorum stercus vltro desiccet, nam vtero immissus, eius omnem hæmorosagiā cohi-
bet. Myrepsus accipit leporem viuum, ipsum iugulat, ac sanguinem eius olla noua excipit dein detracta eius
pelle, integram vnà cum sanguine, in vasculum immittit, luto oblitum, & operculo contectam, cremat, donec
pellis vnà cum sanguine, in cinerem vertatur, his læuigatis, cochlear vnum ex mero tepido præbet. Est & ma-
rinus lepus, facie huic non absimilis. Aetius Tetrab. & serm. 3. cap. 11. leporinam pellem duntaxat exurit.

LApis spongiæ, de quo Gal. 11. simpl. idest in his repertus, frangendi vim obtinet, non tamen ita validam,
vt lapides in vesica comminuat: & qui id scriptum relinquerunt, mentiti sunt, verum qui in renibus con
sistunt, rumpunt, velut qui ex Capadocia conuehuntur, quos in Argæo nasci aiunt, soluuntur autem hi
in succum, colore lacteum, ex quo liquet, quod extenuandi vim obtinent, absque vt insigniter calefaciant.

LApis Iudaicus, quibusdam Syriacus, quod in Palestina Syriæ proueniat, ex Gal. 9. simpl. ex Diosc. lib.
5. cap. 93. in Iudæa nascitur, glandis effigie candidus, scita admodum configuratione, lineis æqualiter
inter se distantibus, quasi industria detornatis, solutus nullam qualitatem manifestam gustui represen-
tat, notißimum est omnibus in off. quidam Tecolithon, idest calculos absumentem vocauere.

HIrcus, qui & Caper dicitur, animal petulcum, & lasciuum, caprarum admissarius, oculis transuerse
tuentibus, fœtidum, tanta sanguinis vi præditum est, ex Pli. lib. 28. cap. 9. vt ferramentorum subtili-
tas, non aliter acuatur, aut induretur, aut scabritie poliatur vehementius quàm lima ex Diosco. lib. 2.
cap. 71. hirci sanguis inassatus sartagine, dissenterias, & cœliacorum profluuia sistit: in vino potus contra to-
xica efficax est: alijs adeo feruentis genij creditur, vt adamas ferro, igneq́ue indomitus, hoc solo dissoluatur:
& si hoc gemmarij quidam, tanquam falsum, & ridiculum existiment, nimirum igitur, si renum, & vesicæ
calculos comminuere credatur: hac præsertim arte paratus, qua multorum exemplo efficacißimus extitit: vi-
delicet hircus quadrimus, vel ætatis maturæ plus minus quatuor annorum, ex Aetio Tetrab. 3. serm. 3. cap.
12. vt etiam ex Alexandro, lib. 9. cap. 4. ceu quoque ex Myrepso, post antidotum ex hircino sanguine, vbi
plura ad calculosos leguntur; boni habitus, vel ruber, ad hos vsus aptior (vt creditum est) per mēsem hedera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

raphani, & lauri folijs, saxifraga, lithospermate, adiantho, betonica, philipendula, olusatro, fœniculo, petroselino, alijsque diureticis nutritus, vino albo odoro, & potenti, illis diebus epotus, in Augusto, ardente Syrio, aut magni caumatis tempore, capite mutiletur: alij mactandum contendunt viris exitu, idest principio æstatis, quum Sol cancrum ingressus est: primus sanguis quia tenuior, postremus quia crassior abijciantur, medius verò seruetur, prius tamen vase fictili aquam experto, vel vitreo conscere sinatur, post in frustula sectus, succo balsami, aut eius succedaneo inunctus, in cella ad meridiem cõuersa, in qua solis radij nõ penetrent, arefiat: postea nardi & lauri nõnihil, odoris gratia admisceatur, et reponatur, vel reticulo tenui, aut raro lintheo cõtectus, sub dio exponatur, cura adhibita ne madefiat, leuigatum diligenter asseruetur ex Traliano. calens adhuc, nec coagulatus, validior existimandus, & si in calculum valere nusquam prodiderit Gal. 10. simpl. 5.

OVa gallinacea recentia, cocta præssi lactis, vel semicoagulati, more tremula, sapore, et gustu, alijs omnibus iucundiora, quo recentiora, eo præstantiora, & salubriora, præsertim vnius diei, eoq; magis, quibus vim prolificiam inspirauerit gallus: at molliculum, plus alere sorbili, & durum plus molli, testatur Diosco. lib. 2. cap. 42. cortices vnde pullus exclusus sit, tali modo in cinerem rediguntur: diligentissime contriti, fictili nouo, in clibanum inijciuntur, die, noctuque, donec cremati videantur.

NVx Iuglans, idest Iouis glans, siue regia, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 142. à nonnullis Persica vocata, tam nota est, quàm notissima, ideo in quotidiana re, solo nucis nomine intellecta: eius gummi inodorum, crassiori myrrhæ persimile, raro nostris in partibus stillat: Venetijs fertur. eius Iuli, qui & flores nucũ caduci vocantur, puluerati, vterinis cruciatibus mirabiliter auxiliantur.

TRibulus, quibusdam bucephalon, quasi bubuli capitis formam representet, duobus cornubus, fructu eandem triquetram, & tricuspidem ostendente, ex Diosco. lib. 4. cap. 13. duplex est, alter terrestris, folijs, ac effigie portulacæ, tenuioribus viticulis, in terra stratis spinis secundum folia rigidis, præduris, iuxta amnes, & rudera nascens: Est & alter aquis familiaris, &c. ex Theophrasto 6. de hist. plant. cap. 5. & 4. de hist. plant. cap. 11. vt etiam ex Pli. duæ terrestris tribuli species referuntur, illa Diosco. pluribus innotescit, apud Diui Nicolai cathedram, in litore Veneto: Aquatica autem nec pueros nostros præterit: à quibus detractis spinis, & superiori cortice, dulcis vti castanea manditur, vberrima. n. est in fossa Apollineæ nostræ ciuitatis, secus Diui Andreæ portam vel à gallæ similitudine, vulgo gallarino, vel forte quia eius coma aquæ supernat. idem etiam in lacunis, maritimis locis adiacentibus nascitur, qui Venetijs apud riuum altum uendi solet, ideo marinus appellatus; radicibus in medicamenta nonnunquam insitis, filaceæ & si sint, nulliusque vsus ex Diosc. quare quum semen dum recens editur, calculosis iuuamento sit, etiam si nostratium fructus, eius sedi accommodaretur, non magnifaciendum censerem, tametsi marini vocati, magis exsiccent. Cæterum Matthiolus, in Ruellium inuehitur, quod existimauerit tribulum aculeatum Theophrasti, eam esse stirpem, vulgato cacatrepolæ nomine, secus autem dictat Ruellius 3. de natura stirpium, cap. 84. hoc modo: terrestre quibusdam esse putatur, vulgo calcatrepa, spinarum aculeis insigniter armata, ramis humi procumbentibus, siliqua spinarum vallo muricata, in qua semen rotundum, nigrum, rudera, & septa villarum obsidens, sed folium mihi nullam referre portulacæ effigiem videtur, &c. en ergo si idem existimauit, si laborem requirit, diligentiam desiderat, vigilantiam exigit, pigmea phalanx, in Herculem dormientem.

Ruellii in Mathiolũ tutela. Calcitrapa.

Electarium ex lepore vsto.

REcipe lapidis spongiæ, & iudaici, añ. drach. i. pulueris leporis vsti, specierum lithontripon, añ. drach. ij. sacchari aqua saxifragæ dissoluti, quantum sufficit. Calculum in renibus atterit.

Electarium de pyrethro, alias confectio conditi ex pyrethro.

REcipe rad. secacul, libr. i. pyrethri, recentioris, aut saltem humecti, libr. med. contere, & mellis despumati libr. v. excipe adde nucleorum pini depellitorum, libr. i. & med. zingiberis, pyrethri, an. vnc. i. caryophyll. nucis moschatæ, cubebarum, an. drach. iij. cinnamo. drach. v. alij addunt moschi, drach. i.

Epilepsiæ, & frigidis neruorũ affectibus efficacissimum est: at paulo aliter legitur ex Mes. cap. de Epilepsia, interpretũ fortasse culpa, aucta ẽt hinc suspicione, quod bis pyrethrũ, accipiat, & si recẽtes radices prius expetere asserãt quidã, ne siccæ eius copia, nimiã inducerent acredinẽ, quã nõ euitãs oĩno, ideo addat siccarũ, vnc. i.

Electarium ad lumbricos.

REcipe seminis sancti, libr. med. rasuræ cornu cerui, vnc. i. & med. seminis cãnabis, cinnamo. lupinorum, seminis caulium, añ. vnc. i. abrotani, absinthij,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

origani, cari, baccarum lauri, añ. drach. med. thymi, zingiberis, melanthij, añ. vnc. i. cardamomi, vnc. med. mellis in quo radices bullierint q. s.

SEmen sanctum, quibusdam alexandrinum, off. semenzina, vel granella, Græcis, & Arabibus indictũ creditur, quòd tamen cap. de sccha Auic. implicuisse crediderim; nec est Arabum Ranabel, quod sementinã eorum interpres exposuit, quia est arene similis, è cœlo decidua, qua fictilia cõglutinant, id verò semen ex Gargano allatũ, à planta (vt fertur) absinthio non dißimili, quamobrem vt ẽt ex nominis ethymologia, santonici absinthij semen, potiusquã seriphi credẽdum obtulit Matthiolus, cap. de absinthio, Anguillarius ex abrotano masculo Syris familiaris, Brasauolus nõ ait, nõ negat, at paulo infra, santonici absinthij semen, vt seriphi, maioris esse molis innuere videtur, vt cuiusnam plantæ semen sit, se ignorare fateatur: nos id saltem certò scimus, ad conficiendos vermes efficacißimum esse, puerisq; ẽt saccharo cõtectum, offerri: quidam aceto nouẽ diebus macerant, illud quotidie transferentes, idq; præparatum vocant, verum tametsi acetum eius calorem obtundat, atq; in vermes efficax sit, ideo febricitantibus cõmodius; attamen amaroris particulam deperdit; nosq; sine præparatione strenuam experimur: Non ignorandum tamen sementinam Ticinensium, è cuius semine croceo, exiguoq; ac oblongo, oleũ ad lucernarum vsum cõiter exprimitur, Myagrũ Diosco. esse, cuius folium vnico rubiæ folio simillimum est, vnde illusus est Matthiolus, Montisferacis acolæ Dorellam vocant.

CAnnabis ex Dioscoride lib. 3. cap. 141. satiua planta, ad robustißimos funes factitandos, in marem, & fœminam distinguitur; ad lineos vsus accommodatiorẽ, sed sterilẽ, mas semen profert, bellariorum & tragematum vice antiquitati consuetum. Est & syluestris quàm multi eupatorium vulgi existimarunt, quum tamen illorum ingenium torserit, non adhuc satis cognita est.

LVpinus satiuus, ẽt ex Diosc. lib. 2. cap. 102. notus est, nõ solũ ad agros impinguandos verũ ẽt aqua edulcoratus, ad alimẽtorũ vsum: exilẽ, atq; arenosam terrã appetit: ex siccioribus locis amarior hic accipiẽdus.

ABrotanum ex Diosc. lib. 3. cap. 25 duorum est generũ; mas et fœmina: notißimum mas est ex Matthiolo in hortis, collibus, & campestribus frequens; frutex videlicet in arboris speciem candicantibus folijs, seriphi modo, circum ramulos incisis, cum odoris grauitate, comantibus in vertice corymbis, aureo fulgore æmulis: Augusto floret, Autumno legendum, Septembri potißimum, quo tunc semine prægnans carpitur: Nos tamen Anguillarij opinionis potius adhæremus, quòd vsitatum sit fœmina: Mas aut in Galatia asiatica, atq; alibi, folijs abrotani alterius, gracilibus ramulis, ad solum procumbentibus exiguis floribus, exilibus corymbis santolinæ instar, quanquam cipreßina in horto nostro alijsq; vulgaris ramulis cõsita radices emittens sarmentosa potius videri poßit quam arboris spẽ, & si abrotano cãdidior iccirco: Fœmina quibusdã credita nec facultatibus illi multum dißimilis, cõi tamen vti potius assueuimus: quidam vulgum secuti, chamecyparissum, quasi parua cupressum appellant: nec propterea absinthij põtici, genus eius vice vsurpatur, vt Fuchs. tradidit.

GRamen, ex Diosc. lib. 4. cap. 26 multiplex est, vt ẽt ex Pli. lib. 29. cap. 19. nam vulgare gramen, geniculatis vbiq; serpit internodijs, ad sterilitatem natum, restibili, viuaciq; radice, se se vbiq; propagante, vt eradicata, vix extirpari poßit, quin renascatur: quod in Parnaso monte nascitur, hisce orbis tractibus ignotum est: vt ẽt Babilonicum: & si quidam in vmbrosis, & dumetis, paßim nasci asseueret, floribus candidis, atq; elegantibus, in Aprilis fine; at ex tribus aculeatorum graminum generis Plinij, vnum est, vulgo herba cauriola, pueris etiam cognita, quinis vt plurimum aculeis, quos naribus conuolutos inserunt, extrahuntq; sanguinis ciendi gratia, veluti Aetius quoq; Tetrab. 2. serm. 1. graminis cauliculo veluti mos est, vasa narium sauciat: hanc verò Coronopum Diosc. non esse, omnes sanæ mentis dijudicabunt, quod folijs nõ est dissectis, non satiua, quum ex Pli. lib. 21. cap. 16. in hortis seratur coronopus, nec estur oleris modo, & si eius collecto semine, ac expurgato, & panici modo, iure pingui excocto, cum Germanis quibusdã maximam inierit gratiã, in iumentorũ potius vsum, siquidẽ herba stella vocata, peculiaribus admodũ notis, coronopũ representat, & si hanc cornu ceruinum uocet Ioannes Bruyerinus, lib. 8. de re cibaria. ea. n. in acetaria expetitur, in hortis paßim excolitur, fißisq; folijs, secus campestres semitas per terram sternitur, quin in saxeo quodam, & perarido monticulo, ad riuum pistrinarium Crepacoriense, innumeras herbæ stellæ plantas vidimus, tã rigidis lacinijs, & penè pungentibus, prædurisq; spicis, vt nõ immerito inter aculeatas reposuisse Plinius videatur, & si lib. 22. aculeorum obliuiscatur, cum Diosco. harundinaceum verò gramẽ, ad fluuiorum, & Eridani ripas, vulgatißimum asserit Amathus, quo circa aquaticos calamos, & qui in foßis Apollineæ nostræ vrbis, paßim nascuntur, adducere videtur: quum tamẽ Diosc. teste, hoc graminis genus iuxta vias oriatur.

Coronopum.

Amathi lapsus.

Confectio in vermes.

REcip. pul. granellę vnc. i. & med. farinę lupinorũ vnc. i. dictami, vnc med. ramẽtorũ cornu cerui, scordij an. drac. i. & med. croci, drac. med. saccha. aqua absintii soluti q. s.

Electarium Hæmagogum.

REcipe asari, acori, amomi, seminum atriplicis, fœniculi, añ. scrup. i. gr. vi. aristolochiæ longæ, arthemisiæ, cas. aromaticæ, añ. scrup. ij. gr. xiiij. croci, centhaurij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

thaurii minoris, dauci, aluminis, betonicæ, caryophyll. ſchœnanthi, melanthii, aniſi, añ. ſcrup. ii. foliorum lauri, drach. med. gr. iii. glycyrrhizæ, drach. i. ſcrup. i. lupinorum, drach. ii. myrrhæ, pyrethri, pulegii, ſeminis rutæ, ſpicæ nardi, zingiberis, añ. ſcrup. ii. gr. xiiii. oluſatri, orobi, cyperi, apii, ſabinæ, ellebori nigri, an. ſcrup. i. piperis nigri, drach. i. ſcrup. ii. gr. vii. pæoniæ ſcrup. i. gr. viii. ligni balſami, ſcrup. i. gr. xiiii. rad. capparorũ, cumini, an. drach. i. mel ſufficiens, aut ſaccharum.

Eſt & epithema hæmagogon Actuarii ab hoc diuerſum. Antidotus hæmagogus, hoc eſt ſanguinem ducens, vtilis exiſtit ad varia muliebria vitia, eas .n. quæ ſolito tempore purgari haud conſueuerunt, mirificè iuuat, menſes enim euocat, fœtum in vtero mortuum excutit, eas quæ à partu non ſunt purgatæ, expurgat, & ſanitati reſtituit, calculum veſicæ conterit, & per vrinam expellit, ſtillicidium vrinæ obſtructionem iecoris, lienisque duritiem ſanat, omnibus internis malis, cruditati ſtomachi, coli, doloribus, nephreticisq; auxiliatur, hæmorrhoidas aperit, ſecundas educit, veſicam purgat, ſtomachum calefacit, flatus diſcutit, vomitum compeſcit, & mulierum malis omnino eſt ſalutaris.

Propoſitus legit centhaurÿ minoris, ſcrup. i. gr. vÿ. addit maioris, & ſmyrnü, ſcrup. ÿ. melanthÿ, quoque drach. y. legit: Fuchſius ex Myrepſo, ſeminis intibi, loco aſari vertit, & cyperi, ſcrup. ÿ. & ſchœnanthi, ſcrup. ÿ. gr. xiiÿ. pro ſabina, ſaluiam, ac ſeminis apÿ, an. ſcrup. i. gr. xiiÿ. pro elleboro ellenium malem: quod hoc potum, illud inditum, menſes cieat, Græcè etenim legitur ελγνίου *vocis corruptela, res in Myrepſo nõ infrequens, vt melanos ſuperflue, vel pro melanthio, quorum varietate, ac repetione, nec Bernardo Deſſennio, Fuchſioq; ac alÿs plus æquo tribuimus, quum alter ab altero diſsideat, & qui ſe ædepas iactant, vix Dauũ præſtent: propterea Mantuani antidotorum expenſores, perperam ſæpe, & pondera, & ſimplicia ſtatuunt.*

ATriplex, vulgo arebſe, vel trepexum, voce parum decurtata, ex Dioſc. lib. 2. cap. III. aliqui chryſolochanon vocant, cognitum olus eſt: duo eius genera, ſyluestre, & ſatiuum: coctũ eſtur ut olus: Vercellis alioqui ſeri conſueuerat, ad eoſdem vſus quos beta, quã quo quo modo æmulatur, folio tamẽ pinguiore primũ crenatoxanthÿ æmulo, & tenuiore maturitate ſagitali è viridi in luteũ lãgueſcente, magis acuminato, multis ab vno ſtipite cauliculis interdũ ſubrubentibus, germine lanuginoſo ſemine præſsis folliculis incluſo naſturcium ſuperante, numeroſo, racematimq; ſingulis ramis inſidẽte, radice vna, alte deſcendente, alÿs ex ea ſe depromentibus: at pharmacopolarũ deſidia, ne dicã medicorũ craſſæ ignorantiæ magiſtra, iã deliteſcebat, iam vbiq; apud nos deſiderabatur, eiusq; loco betæ albæ, aut ſpinachÿ ſemen ſubſtituebant, nunc autem noſtra opera recognoſcitur, & ſeritur ſylueſtris inter braſsicas atq; alibi vulgaris adeo eſt noticiæ, vt nulli reperiantur olitores, qui cũ non nouerint: Manardus lib. 9. Epiſt. 3. id eſſe olus ſpinachia nominatum, vel idem eo modo quo genus ſub ſpecie, ſuſpicatus eſt, nulla equidem fultus ratione: quum verò ita ſcribat Ruellius, hallucinari, qui ſylueſtrem putant atriplicem, herbam paſsim in vitibus, & agris enatam, cauliculo binos palmos alto, molli, ſubalbicante, folÿs mercuriali, vel hederæ ſimilibus per interualla ſubcandidis, ſemine apud folia paruo, rotundo, quum ex ea delineatione, picturaue, cynocrambem, ideſt braſsicam caninam eſſe, liquido conſtet, hinc mirum ſubit, quomodo Matthiolus, in cynocrambes cõmento ſcribat, Ruellium exiſtimaſſe videri, cynocrambem eandem eſſe herbam, cum atriplice ſylueſtri, quod ſi ita ſit, non parum aberraſſe: quippe omne dubium illi adimere poterant præſcripta, quibus ſe diuerſæ admodum extitiſſe opinionis, conſpicuè declarat.

Cynocrãbe. Pro Ruellio i Mathiolum.

CEnthaurium minus, vulgo biondella ex Dioſc. lib. 3. cap. 7. limneſion quibuſdã vocatur, quoniam rigua amet loca, & ſi in ſolidis, & fortibus quoq; proueniat, herba origano, aut hyperico ſimilis, &c. radice puſilla, leui, & ſuperuacua, vulgatiſsima eſt ẽt mulieribus, quibus decocta flauitiẽ capillis cõciliat, ſeplaſiis quoq; vſitatiſsima: hic Matthiolus qui plantas ex Dioſc. effigie repreſentat nullis in vniuerſum notis illi reclamare exploratiſsimum habet, nec ex Anguillario aduertit hyperico, aut origano diſsimile nec folÿs rutaceis & fructu tritico longiore atq; exiliore, nec admodũ ſimili, & ſi vſus ſit nõ ſpernendũ floret Aeſtate, & Autumno, quo maxime tempore, ſemine referta colligitur, à maiore centhaurio effigie, & viribus diſsimillima, tametſi Arabes in maius & minus partiantur: poſtea corũ facultates indiſcriminatim obruant, & permiſceant: ſiquidẽ Meſ. in hoc, vt in alÿs multis, Auic. ſecutus, minoris virtutes maiori attribuit, ideo cũ iudicio legendi, quũ Græci oẽs, Pliniusq; ac Serapion, lõge diſtinguãt: & ſi Matthiolus, nõ minus hunc, quã reliquos Arabes hallucinatũ, in eodẽ albo cõnumerauerit: quẽ tamẽ meo ſanè iudicio, tueri facilè poterat, quod eius interpretis lapſu, potiuſquã authoris culpa, recognoſcendũ videatur: nẽpe eadẽ legũtur authore aben Meſ. cap. de cẽthaurio minore Serapionis, vbi & Alcauzi authoritas referẽda eſt: vbi tamẽ cẽthauriũ abſolutè ſcribatur, vt in pilulis ex ſagapeno, minus ſemper intelligẽdũ: nec proinde tãquã myopes Meſ. poſtremi annotatores, adeo mirificè cecutiãt, & ſarraceni huius peſſundatũ, hæſitãſq; iudiciũ, infœlici nimiũ fato ſuſtinere ſibi perſuadeant: vt quũ inquit. cõfert ſputo ſanguinis, quòd eſt centhaurÿ maioris, ſimul ac vbi ait: & quidã ſuperſticioſe dixere, quoniã ſi coquitur cũ carnibus, conſolidat eius partes diuiſas: quæ perperã ex Dioſc. cẽthaurio maiore, ita equidẽ dictantis excerpſit: carnes coaleſcunt, ſi tuſa ſimul decoquatur, ideſt vti recens tuſa, aut arida, aut madefa-

Serapiõis tutela in Mathiolũ.

cta, vulnera glutinat, & coniungit, æque etiam tusa, simul excocta, & vulneribus apposita, carnes coalescere
cogit. reliqua ex Manardo luculentissimè, maius autem centhaurium, nihil planè aliud est, quàm illustris illa
radix, quam antiqui erroris sectarij, rheuponticum vocauere: ex Gargano pro eo sæpius allata, ita illi respon
det: vt nulli ma is, radix enim est crassa, grauis, solida, tripedalis, extra nigra, succo prægnans, cum astrictio
ne aliqua, & dulcedine, acris, intus rubescens, quum autem Brasauolo inurit Matthiolus, quod myropolarum
rhaponticum, huius centhaurij radicem esse negauerit, dum illius carpendi studio, nimiaq; auiditate ducitur,
non annotauit in eius colloquij calce, talia legi, imò & in lyguria hoc, & raponticum vestrum, idest centhau-
rium maius inuenitur, idest nuper effossa radix, pro centhaurio habita, & si multis illi conditionibus quadret,
ea tamen non est: at centhaurium maius, hoc est vestrum rhaponticum, alibi inuenitur.

Brasauol[s] defēditur à Matthio li morsu.

Elleborum, seu veratrum nigrum, ex Diosco. lib. 4. cap. 134. melampodion appellatur: optimum est quod
ex huiusmodi petitur terris, vt ex Antycira, nigrum, inibi probatissimum gignitur: eligi debet corpulen
tum, & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, feruensq; cuiusmodi est in Helicone, Parnaso, &
Aetolia natum, attamen heliconium excellit: Ellebori nigri triplex in flore varietas, primũ purpureo, alterum
candido, tertium herbaceo: at præter primũ, adeo viribus imbecilla sunt, vt ferè alui deiectionem non molian-
tur: id tam in planitiæ, quàm collibus Crepacorianis, frequens vidimus: eiusq; insignis magnitudinis plantas,
nobiscum Vercellas attulimus a sterili solo vehementius soluit, eiusq; nunc vsus vbiq; tã puluerato, quàm in-
fuso, in melancholicis, lue gallica, diutinisq; affectibus, fœlicissimo successu, nullo inquam emergente incõmo-
do, à nobis, alijsq; tutissimus, iam diu exploratus est: omniq; pauore defuncto, omni abdicata formidine, rursus
vsui esse cœpit, rursus suo fungitur munere, nulla, vel minima noxa, recentioribus nõ paucis consiligo existima
tur, & si alij ad album potius referant, quumque Aegineta lib. 3. cap. 13. veratrum sine medulla tunsum, cri-
bratumque, mulsa inspergat, & si exiguæ sint, quæ ad nos afferuntur radices quasi interior medulla, visum pe-
nè subterfugiens secerni, separariq; nequeat: seruamus nos adeo carnosas, à quibus non multo labore, filacea
matrix excerni potest: supernæ. n. atq; in caput exuberantes, inutiles asseruntur, & canibus dandæ: quum pur
gandum est, ex Thephr. 9. de hist. plant. cap. 8. Cæterum & si Vgonis Solerij opinionem, latius explosisse videa
tur Matthiolus, quàm quod hic superſit addendum, diuersa tamen vtriusque ellebori sententia, & foliorum ab
his dissimilitudo, ex Theophrasto 9. de hist. plant. cap. 11. colligi potest: vt quod vtriusq; radices, ad trigesimũ
vsq; annum perdurent, eodem lib. cap. 14. quum autem nigrum albo periculosius fecisse Matthiolum, scribit
Amathus: & si albi ellebori dilutum se exhibuisse, nulla penitus læsione inuulgauerit, vt quod album innoxie
depascantur boues, equi, & sues; quos tamen nigrum interimit, in sexcentis nigri experimentum probat, nec
vllibi perniciosius fecit, vt abundè somniat Amathus. per elleborum simpliciter album nominari consueuit,
non sicuti nigrum cum adiectione, ex Gale. 5. aphor. 1. & si Arabicæ scholæ dediti, aliter intelligant, ideo ob-
seruanda sunt alterius antidota.

Vgonis Soleri error.

Amathi ineptiæ.

Betonica, ex Diosco. lib. 4. cap. 1. vulgatissima est, & in hortis etiã exculta, cum acetarijs, & olusculis in
vsum veniens: syluestris tamen efficacior est, tam ingentibus pollens facultatibus, vt in extollenda eius
multiplici potestate, & vsu, in adagiũ abierit, virtuosiorem betonica dici, qui veluti bonorum formula,
& exemplar, sic pluribus præditus sit virtutibus quàm betonica, quibus aũt innumeris penè dotibus insignita
sit, ex Antonij musæ Augusti medici volumine addisci licet: nascitur in pratis, syluis, secus vias, iugis frigidis
etiã, & opacis. Maio, & Iunio, floribus scatet, ad vsus cum coma; nec quia folijs querneis omnino nõ videtur.
ideo illegitima fuerit: quoniã & Ilex & chamedrys quercinis similia scribuntur, nec eiusdem sunt lacinijs spi-
ca etiã thymbræ Dioscorideæ non absimili, & si his rationibus non desint græcum opponentes. Est & Britanica
alijs Vetonica, nostris tractibus ignota, quã nescio qui bistortam suspicati sunt. Est & Veronica, recentioribus
simpliciarijs duplex, mas proserpens, & si caule sit dodrantali, subrubro hirsutis, folijs longiusculis, cum lanu
gine ad nigrum inclinantibus, circum seratis, floribus ad stirpis cacumen purpurascentibus, semine in thecis
loculaceis, radicula plurifariam dissecta inutili. Fœmina non minus humi repit, lanuginoso itidem caule, at
folijs subrotundis, in virorem tendentibus in ambitu non crenatis, crassiusculis, flore melino, ad purpuram ver
gente: Iunio mense, semine in vasculis rotundis obstructo, eadem propè cum maris radice.

Vetonica. Veronica

Cappares, quotidiani vsus in acetarijs, & vbiq; gentium notæ, in partibus quibusdam nostratiũ horto-
rũ, alibi in sabuletis, tenui plerunq; solo, asperisq; & ruderibus euagantur, Alexãdria Venetias alla-
tæ, præstãtiores sunt, oculis magis ablãdientes, & gustui gratiores, ex Apulia ẽt præcipue afferuntur,
nunc sale, nũc aceto cõditæ, maiorẽ cũ palato ineuntes gratiã: salsæ amnẽ eluuntur, vt omnis salis sapor abeat:
morantem appetitum reuocant, omni cibo acetariorũ moræ præposita, cum oxymelle, vel oxeleo, ex Gal. 2. de
aliment. facult. cap. 34. nec tamen vomitũ faciunt, veluti his verbis testatur Diosco. lib. 2. cap. 165. Aphrica
& præsertim Marmarica capparis vehementer inflat: Apula vomitus facit, & quæ alybico, & quæ rubro ma
ri defertur, mirum in modum acris est, siquidem in ore pustulas excitat, gingiuasque ossetenus exest: quare in
cibis non ab re damnatur: huic difficultati Matthiolus occurrit, quum vomitus hodie non cieat, recentes, ac
virides crudas antequam murla excipiantur, & inde elixentur intelligere: Attamen quum scriptum reli-
querit Dioscorides caulem, & fructum, cibi gratia condiri, aluum turbare, stomacho aduersari, sitim gi-
gnere, coctam tamen, stomacho quàm crudam vtiliorem esse, ex his vtranque noxiam scribit, minus verò
coctam

Matthioli lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

coctam: at quamuis difficultatem liberare ignorauerit Matthiolus, quum Aetius Tetrabiblo primo, sermone primo, præter cibi appetentiam iecur, lienemque laxare, atque aperte pituitam per aluum ducere scripserit, id quidem vt arbitror, aluum turbare intellexit Dioscorides. Cæterum cum excultis locis satæ excrescant cappares, id Theophrasto repugnare putauit, 6. de histor. plantarum, cap. 5. quia gaudere locis arenaceis, atque tenuibus, cultis haud quanquam exire scripserit, at oppido quam ingeniosus sit Matthiolus, quo vultu, quo aspectu pronunciare talia audeat, quàm affabre authorum animos hauriat, hinc apertissimè dignoscitur, quum Theophrastus rem dubitatiue proposuerit, hoc pacto, cultis haud quicquam exire dicitur, quum apud oppida, & loca plana proueniat, non lasserpitij modo apud montuosa: hoc igitur minus verè putarunt: præterea sponte, & proprio terræ genio, in asperis germinare, læto solo nequaquam intellexisse dici potuisset: quum præsertim primo de histor. plantarum, cap. 6. rem ipsam apposite discusserit, vt tertio eiusdem histor. cap. 3. quin omnem plantam & syluestrem, & vrbanam effici posse, Hippon author est: at partim non rectè, quod sic vel deteriores, vel meliores redduntur: quis enim ignorat syluestria ferè omnia, cultum admittere: quum sermo sit multis familiaris, non nascitur locis cultis, videlicet per se, & suapte natura, si verò ex his transferatur, culturam postea facilè, difficileúe admittit. præterea cur capparis locis prouenire cultis haud facilè potest, scriptum reliquit Aristoteles 14. problem.

Cuminata Alexandrina.

Recipe cinnamomi, cardamomi, galangæ, añ. drach. ij. caryophyll. folij, macis, piperis longi, añ. drach. i. cumini, vnc. med. spicæ, drach. med. saccharo conficiatur.

Flatus omnes dissipat, coctionem iuuat, ventremque roborat, idemque præstat quod electarium de maci, ideo prætermissum.

Rosacea nouella.

Recipe rosſ. glycyrrhizæ, añ. vnc. i. & scrup. ii. & med. cinnamomi, drach. ij. scrup. ij. caryophyll. nardi, zingiberis, galangæ, nucis moschatæ, zedoariæ, styracis, cardamomi, seminis apij, añ. scrup. i. gr̃. viij. sacchari albissimi, q. s.

Dessennius & si vitricum Propositum agnoscat, Myrepsum autem genuinum Parentem, longè tamen ponderibus ab eo digreditur, numero 204. Fuchs. 2. de compositione medicamentorum sibi ipsi imponit ad cinnamomum addendo gr. ij.

Vomitum, & nauseam compescit, longo morbo conualescentibus subuenit, ideoque membra roborat, sudores diaphoreticos reprimit.

Tryphera magna.

Recipe opij, drach. ij. gr̃. xv. cinnamomi, caryophyll. galangæ, spicæ nardi, zedoariæ, zingiberis, costi, styracis, calami aromatici, iridis, cyperi, peucedani, acori, mandragoræ, spicæ celticæ, rosſ. piperis, anisi, apij, olusatri, fœniculi, dauci, hyosciami, cumini, ocimi, añ. drach. i. sacchari, vel mellis.

Auxiliatur dolori stomachi ex frigiditate, statim accepta sudorem promouet, insomniis mulieribus ex vtero, & melancholicis, rheumaticis, peripneumonicis, & sanguinea excrementa excernentibus vtilis.

Hodie frequentius absque opio in morsulos effingitur: eius verò quidam vnc. ij. legunt & aliorum omnium, ann. vnc. i. Fuchsius in Myrepso cumini loco, sinonis legit, & petroselini, pro olusatro, additq; hyssopi, drac. i. 2. de comp. med. cap. 6. tacet, habetq́e opij drach. ij. tantum.

Mandragora ex Diosco. lib. 4. cap. 65. aliquibus antimalum, alijs Circæa vocatur. eius duæ species, quæ & sexu distinguuntur: niger fœmina existimatur, Thridacias appellatus: cãdidus mas dicitur, nonnullis Morion vocitatus: aliũ tradunt esse mandragorã nomine morion, in opacis iuxta specus enatum, &c. nostro seculo ignotum. maris & fœminæ tam cortices, quàm radices, aut poma, ex Gargano ad nos asportantur indifferenter, & si mas mala quàm alterius duplo maiora habeat; rariora tamen, colore in croceum inclinante, Theophrasto autem, & Plinio in nigrum. at reuera quibus in hortis spectaculi gratia visuntur, non crocea, non nigra dici possunt, ad luteum tamen vergunt; radix alterius similis, orbata & hæc caulæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

*Theopr.6.de hist.plant cap.2.Plinius lib.25.cap.11.caulem habere censent: Marcellus in Theophrasti le-
ctione vitium suspicatur, illum tamen habere, sed quàm breuißimum tutantur, vt aliorum stirpium respectu
non iniuria caulæ prædita non esse dictum sit, at secus est, quum à Dioscoride dissentiat, vt cap.de solano di-
ximus, & si Senensis non aduerterit crassus hic cortex intus albens, indendus est, qui delibrata radice funicu
lo traiectus, ad vsum est suspendendus, triennio valens. Succus etiam fit è cortice recentis radicis tuso, &
prælo subiecto, qui insolatus vbi concreuerit, fictili reconditur: malis quoque succus depromitur, sed aliquan
to ignauior: alij radices in vino ad tertias coquunt, & defæcatum ius seruant. Circumforanei radices quas-
dam afferunt, humana effigie insignitas, quas mandragoras prædicant, maximo cum periculo effosas, hosque
homunculos tam alte vociferare fabulantur, vt credula plebs, & simplices mulierculæ certò credant, obtu-
ratis auribus non citra vitæ discrimen, euelli oportere, cani qui effodiat radicibus alligato, idque ex radice
Babras, in hanc transumpta, ex Iosepho belli Iudaici lib. 7. cap. 38. alia addunt absurda ex Theophrasto,
lib. & cap. 9 de histor. plantarum, vtque dolum verisimili quadam ratione tegant, & antiquorum quoque
authoritate suas imposturas astruant, atque ostentent, mendacij sui occasionem ex Pythagora, mandrago-
ram antropomorphon, idest humana effigie appellante, veluti etiam ex Columella, lib.10. initio arripuere:
qui ex eadem veluti nontinum supersticiosa ostentatione, in carmine suo ita cecinit. Quamuis semihominem
vesano gramine fœta. Mandragoræ pariat flores, mæstamque cicutam. vtq; suis nugis colophonem addant,
ex humano spermate productas decantant: quinimo circulatorem quendam Ferrariensem, qui se medicum
profitebatur, atque in eorum libris versatißimum, Mediolani & priuatim, & publicè audiuimus, inani loqua
citate, arroganti verborum sonitu talia asserentem, ceu ex Ericij semine herbis, aut fructibus affuso, si hæc
forte fortuna à mulieribus, aut brutis fœminei generis mandantur, erinaceus concipitur, id quod non modo
in molis nuncupatis, diuersi admodum generis, visu monstruosis, atque horrendis, quotidie increbrescit, ve-
rum quoque in vaccis, ouibusque ab interitu dissectis, erinaceis in vtero inuentis: ita in huiusmodi stirpe effe-
ctum, quum autem incredibilia, ac penè à sensibus abhorrentia, ab enixis Ticini, me quoque vidisse faterer,
vbi cum eruditißimis, ac probatißimis medicis, Ioanne Matthæo Bobio, Augusto Senago praxim exercerem,
eius verò opinionem irriderem, subiunxit, se à Medico quodam Gallo, qui in Aetium scholia parauerat, hæc
de erinaceis hausisse. præterea à Rodrico Lusitano, qui se doctorem Amathum postea vocari iussit, sæpe le-*

Amathi fabella.

*gisse: nescio quandam herbam in suæ patriæ muris nascentem, flore passerculorum faciem referente, non alia
ratione, quàm quod passeres inter illos magnæ molis lapides nidificantes, semine eiaculato herbæ radices at-
tingant, ac eam inficiant, vnde flos illæ auiculæ modo effigiatus euadat. horum fatuitatem, risuque dignißi-
mam fabellam quum audiuissem, longo dissolutus cachinno, indagare cœpi, num medicorum quispiam scur-
riles hos commentus effecisset, noui tandem Vgonem Solerium cap. de Erinaceo, huiusmodi Metamorphoses,*

Vgonis Solerii miranda.

*Poetica inquam figmenta, inopi vena cecinisse, infœlici nimium musa talia pensitasse, vt Lusitanum cap. de
struthio, nouam quandam Philosophiam addidicisse, qua herbæ indies multorum animalium effigies induant,
plantis eorum spermate perfusis, vt non minus echium, quia viperinum caput refert, & viperino semine, tri-
bulum, atque anthirrinum, quia bubuli capitis effigiem repræsentare videtur, ex thaurino spermate ortas re-
ferant. addidit tandem Poeta ille vrbicus & audacter ac intrepide respondit obijcientibus Matthiolum, at-
que alios eorum thecnas detexisse, quod apertißimè mentiantur, & ficticiæ sint radices. Quid vos de his,
qui eodem in officio nobiscum in foro sæpe versati sunt, suggesta sæpe nobiscum ascendere, hinc nimirum si fal-
lacias, dolos, imposturas nostras, non minus ac suas agnouerint. Heus tu agendum Alexander, laudato
Matthiolum ad male audiendum habilem, hebem extremo digito illum postea attinge, triumphum ante com-
missum & confectum prælium institue, tu videris: nisi antyciras nauiget, quo vegetiore mansuetoque ingenio
ad disciplinas aptior, in bonam partem accipiat, quæ tu veritatis inueniendæ studio refers, & rerũ inquirẽda-
rum feruore contendis: ita.n.faciẽ perfricuit, vt semper exurgat, perturbetur, cõmoueatur, indignetur, tumul-
tuetur, omniũ famã proscindat, se impunè quenquã adoriri posse sibi persuadeat, & aliena sugillatione inclare
scere. quin age, nũ mirabilius est testiculũ equi lapidẽ fieri, arboreosq; ramos, altera parte lapideos, altera li-
gneos, quæ omnia verißima cõprobat Matthiolus, in initio cõmẽtarij libri quinti. hæc amabo irridenda ne vul-*

Matthioli poesis.

*tis, his ne in risum soluti os totũ pandetis. plurima etiã, atq; etiã, homo ille (vt puto) amentißimus in Matthio
lum expuit, quæ non nisi immodestè referri possent, quod si aliquando cogantur irrumpere, vera sint nec ne, asse
qui poterit: nihil enim tam clausum, tam septum vndique, tam obscurum, quin dato spiraculo elucescat, appa-
reat, & videatur, quanquam impium illum, balatronem luculentißimè mentiri mihi persuaserim, atque admi-
randum Matthiolũ indefatigabili opere, diligentißima rerum cõtemplatione extollendum proponam: atq; ita
me Dij bene ament, si placide, non tanquã aduersarius, sed vt præceptor, nulla indignatione gloriosius instruet,
non refractarius eius ingenij acumen exosculabor, non ignorandum tamen ex Theophrasto 4. de histor. plant.
cap.8. fungos iuxta Mare erumpere, qui Sole tacti in lapidem commutentur, & marinas quasdam plantas so-
li expositas, mox sali similes fieri, id propterea certum afferam, in Monteferaci iuxta aream sacræ edis Cre-
tensis, perpulchra conchularum tegmenta ijs similia, quæ à Compostellanis peregrinis comportantur, non infre
quentia reperiri inter durißimos scilices, quum Reuerendi illi regulares Canonici, exercitij, & sui Templi de-
coris gratia, cuneis, ferreisque malleis illos difficilè excindunt. hæc plurima ibidem indicauit, me Fratremq;*

nostrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

*nostrum Hieronymum, militia clarißimum, multis blanditijs complexus, Venerandus Prior D. Stephanus
Agacia è Burontio, eximiæ eruditionis, ac animi erga nos liberalis: hæc verò in catachysmo cũ aquis ad mon-
tium cacumina sublata existimabat, & si abstrusior reddi posset ratio, quam breuitatis causa conticescam, ceu
ex Alberto lib. I. cap. vlti. id vnum duntaxat addam, Sebastianum Munster Geographum insignem, suis in-
seruisse monumentis, montem reperiri, in quo lapidei pisces omnis generis, non absimiles viuentibus in proxi-
mo quodam flumine, ibidemque regium diadema lapideum, spectaculo dignißimum comperta sint. Insuper ex
Vitruuio 8. Architect. cap. 3. in Capadocia, inter Mazaca. & Tuana lacus, in quem harundinis pars demissa,
postero die exempta inuenitur lapidea, altera superne illæsa, vti & Hierapoli, fontiumq; miranda, eodem lib.
& cap. atque ex Alberto lib. I. cap. 7. hanc itaque mandragoram steriles fœcundas reddere mulieres, tã mel-
lifluis quàm oppido lepidis concionantur, vt vulgi gratiam meant, vt eo circumuento, denariorum loculos, no-
dosasq; bulgas inscijs misellis dissolui cogant, vt eorum nummos extorqueant, atque aucupentur: qui ædepol si
dolum deprehenderent, merasque istorum nugas, ac vana poemata, cautius agerent, nec ab eorum manibus ni
si magno vitæ incommodo euaderent. Quandoquidem suppositiciæ sunt, & manufactæ radices, ex cannarum
bryoniæ, aliarumque plantarum recentium radicibus humana effigie scalptis, deinde vbi pilis est opus, hor-
dei, aut milij granis infixis, postea sepultis, aggesta tenuiori arena per 20. dies, vel quousque grana illa radicu
las emittant, barbam, capillos, vt par est representantia. sicque acutißima cuspide concinnant, & poliunt. si
tamen reddenda est ratio, cur Samius ille sapiens humana forma; & Columella semihominem mandragoram
nuncupauerit: quum eius radix in duas fibras, veluti duo crura, vt plurimum diuidatur, quo partus edidit sta
tu, super folia ad terram prodeuntia, pomum capitis figura breui pediculo appensum, parum à radice distan-
tem gerit, hominisque cui bracchia desint, imaginem quadantenus refert: nimirum itaque si Pythagoras an-
tropomorphon, Columella semihominem nuncupauerit, tametsi Marcellus abstrusiorem ex religionem, cuius
vbique magnus ille author erat, causam habuisse id nomen coniecerit. Est tertia mandragoræ species morion* Melongia
*vocata, quibusdã Maurorum Melongia, quæ nobis Merizana, alys Melensana dicitur, Hetruscis petrenzana,
nonnullis pomo desdegnoso, vel amoris, hortis omnibus familiaris, & in his sata facillime proueniens, colore è
viridi puniceo per ligneum pediculum spinulis quibusdam horridum, cauum, herbaceo cortice vestitum, semi-
ne copioso lentium instar depresso, ex breui planta folijs propè substantia ficulneis figura quasi personaceis,
flore oblongo, specioso, candicante, huius pomo delibrato, mox aqua excocto allio, ac oleo, sale, pipere, & ace-
to frixo, vesci consueuimus: in huius tractatu Matthiolus, Brasauolum vnà cum Fuchsio, Hermolaum perpe-* Pro Brasa
ram reprehendisse notat: at quod viderim in suo simplicium examine, hunc non accusat, nedum nominat Brasa uolo i Ma
uolus. Melenzana tamen omnium iudicio morion non est: quæ verò mala aurea Matthiolo vocantur, pressa, thiolum.
*orbiculatorum malorum modo, melopeponum more secta, colore primum viridi, deinde vbi maturuerint qui-
busdam in plantis aureo, aliquibus autem rubro, & si melongiæ genus putentur, quum nullam quidẽ eius plan-
tæ notam designauerit, iccirco adhuc illi incompertam extitisse non dubitandum, siquidẽ quũ nulla prorsus me
longiæ communis intersit delineatio, ideo diuersum esse genus facilè suspicatus sum, & si eodem apparatu qui-
busdam in mensas venire soleat: eius enim pomum triplo minus, dißimilis faciei, graue quoddã virus expirat,
vt etiam planta fruticosa, ramosa, binos cubitos transcendens, folijs heptaphyllis, betonica grandioribus, pro
fundius laciniatis, in cacumine oblongis, foliolis quibusdam intermedijs, ad vulgaris origanis similitudinem,
alijs ad hortense solanum accedentibus, flosculis stellatis, altera viridi, hirsuta superne, altera lutea, globulo
luteo, virescente apice è medio irrumpente, spectaculi gratia in figlitus prægrandibus consita: hanc & in
horto nostro cum præclaris alijs stirpibus vidit Aloysius Anguillarius, & lycopersium Galeno 4. simpl. cap.
18. fassus est: quum verò huiusmodi stirpem primum intuitus, in horto non minus probatißimi, quàm eruditißi
mi Illustr. que Octauiani Osaci, Præsidis vicem gerentis, viuacißimi profectò ingenij, vt præter summam* Octauiani
Legum peritiam, incorruptam æquitatem, non modo hos, sed longe maiores titulos promereatur, prima fron- Osaci la°.
*te solanum manicon conieci, at statim me longe vana opinione ductum admiratus sum, nouiq; aurea esse mala,
nude satis à Matthiolo deducta. sunt qui pomorum mãdragoræ defectu eiusdem radicis corticem vsurpent fo-
liorum eius inopia, vel cortex prædictus, aut duplum foliorum hyosciami rependendum: an verò quæ Ruben
senior filiorum Lyiæ mandragoræ mala portabat à Rachele in cibum expetita, eadẽ sint discernant Theologi.*

*SPica, siue nardus Celtica, Romana etiam dicta: ex Dioscoride lib. I. cap. 7. nascitur in Lyguriæ alpi-
bus, saliunca, alijs aliungia, patrio nomine appellata, prouenitque in Istria, laudatur maxime recens, iu-
cundi odoris, radice numerosa, cohærens, plena, nec fragilis: adulteratur herba simili, quæ hirculus voca
tur, ab odoris grauitate, sed facilis cognitio: nanque herba candidior est, sine cauliculo, minoribus folijs, ra-
dice neque amara, neque odorata, vti verum nardum, hirculum samphariticam nardum esse affirmat Anguil-
larius, altera frutice quum sit breui, candidiore caule, altera verò caule careat, & herba sit, nec fruticet, hæc
à lyguribus apud quos est frequentißima, ad nos facilè comportatur: quidam lauandam, aut lauandulam vul
go appellatam putarunt: quum tamen spica celtica ab hac longe diuersa sit, folia habens oblonga quidem, sed
colore in flauum, languido, florem luteum: solis cauliculis, & radicibus, medicinam facientibus. Lauanda* Lauanda.
*autem balneis, & lauacris expetita, floribus potißimum, aut ramis, aut folijs pollet, caule, & radicibus, nul-
lius vsus: folio est craßiore, robustiore, colore incano, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis cœruleis,*

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vel purpureis: huius speciei, vnum procerius adolescit, folijs etiam maioribus, & si ambo foliosa sint rosmarini modo, maiore etiam odoris fragrantia, minus diluto flore: id sibi spicæ nomen vulgo arrogauit, & ad nardi facultates accedit, ideo pseudonardus dicta: vtraque in hortis iucundum spirat odorem, vestibus quoque inseritur, in montibus, & campis Narbonensibus, per se se vbique propagat: minor fœmina, maior mas appellatur: vtraque coma perpetua, exitu veris ex cano virescere videtur, Iunio, ac Iulio, flores exprimit. Matthiolus censura in Amathum inquit, saliuncam Lusitano fuisse spicum, idem propè cum lauendula: attamen quum vel hanc, vel potius hirculum esse, ex Euritio Cordo deduxisset, postea in hæc proruperit: vtcunque sit, nos pseudonardum eam appellamus, aspicum à saliuncæ cognomine spoliare videtur, vt quamuis fusca implicetur lectione, inconstantia potius damnandus est, quàm quod errauerit. nos legitimam spicam celticam odoratam, atque amaram, in Crepacorianis collibus creberrimam vidimus, nulla prorsus reclamante nota, qua Dioscoridæa hæc spica explorari posit, verum ibidem & adulterinam eam herbulam, spiculis quibusdam conuolutam, funiculi modo per terram serpentem, muscosamque collegimus, olim pro spica celtica impropriè habitam: quũ potius ex Galeno, phu radice vtendum sit. Matthiolus spicæ celticæ integras, genuinasque plantas sibi allatas testatur, spicis sub terra delitescentibus, radiculis quibusdam quibus aluntur agnatis, velut in Indica, atq; Syriaca memoriæ prodidit, in quorum caulium cacumine nullæ spicæ conspiciebantur, vt in his esse debere sibi persuadet Brasauolus: qua quidem re gratis concessa, non ob id Syriaca, aut Indica spicis superioribus destituta, aliqua ratione defendi posset, vt capite proprio satis superque probatũ est, quamuis in hac quoq; tuto asseuerare posimus, pululantẽ ab initio cauliculum, spicæ effigiẽ quadantenus æmulari, adultam verò nequaquã.

Amathus potius sibi aduersat, q̃ Matthioli notã incurrat.

Triphera Sarracenica magna.

RECIPE quinque generum myrobalanorum, ann. drach. v. cinnamomi, trium piperum, secacul, folij, spicæ nardi, cardamomi vtriusque, cas. aromaticæ, lepidij, cyperi, apij, seminis fraxini, caryophyllorum, ben albi, & rubri, zingiberis, ligni aloes, masticheș, rhabarbari, seminis fœniculi, ann. drach. ii. nucis moschatæ, macis, sesami excorticati, añ. drach. iij. amygdalarum ambarum, ann. drach. v. ocimi, menthæ siccæ, satureiæ, añ. drac. i. & med. myrobalani fricentur butyro recenti, cæteræ species cum oleo amygdal. dul. aromatizetur moschi, drach. i. confice melle spumato triplo. Da post sex menses, à drach. i. & med. vsque ad tres.

Sunt qui addunt turpeti drach. xv. rutæ drach. ij. superflue addiderunt Cordus, ac Præpositus, qui tamen rhabarbarum omisit. spicæ præterea drach. iij. accipiunt Monachi, quarta drachmæ vnius moschi aromatizari asserunt. Est & triphera magna Auicennæ lib. 5. ab hac euarians, at ijsdem ferè dotibus: eandem tripheram de scoria ferri vocat d. 3. Fen. 5 3. rursus describens, vt aliam tripheram maiorem Fen. 14. Est & triphera Sarracenica Myrepsi, ab his longe distans antid. 29c.

Coctionem ventriculi, & hepatis, suo calore iuuat, ob id flatus dissipat, humores in ventriculo, & aliis visceribus putres absumit, oris, & corporis reliqui odorem, & colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatẽ præsentem tuetur, & morborum generationem prohibet, Venerem auget, hæmorrhoidas sanat.

LEPIDIUM, Serapioni setragi, ex Dioscoride lib. 2. cap. 166. herbula est vulgo nota, Damocrati iberis appellata, ex Galeno 10. de composi. med. secundum locos, cap. 2. vt etiam ab Archigene, in Epistola ad Aristonem, ex Aetio, Tetrab. 1. serm. 3. cap. penultimo, ceu quoque Tetrab. 3. serm. 4. cap. 2. folijs veluti nasturcij, vere floridioribus; caule longitudine cubitali, ampliore, aut minore flore, veluti lacteo æstate, quo tunc efficacissima est, radicibus nasturcium odore referentibus, incultis locis nascitur. huius signa per iambos exquisitius describuntur à Galeno: hinc fit quum sola nominis appellatione differre credantur lepidium, & iberis, ideo vel librariorum, vel medicorũ curiositate, quod in fine primi voluminis legitur, Dioscoridi accreuisse putauerint Ruellius, Manardus, Marcellus, ac Matthiolus. Cardanus tamen tertio contradicentium ita arguit, cap. 29. lepidium tanquam iberida describit Galenus 8. simpl. ergo ab iberida seorsum à lepidio distinguit Dioscorides: quale autem sit argumentum, nulla liuoris tentigine, suis dijudicandum scholasticis relinquo. quum enim eggregijs olim medicis tam paruæ curæ fuisse simplicia medicamenta perbelle exposuerit, in libello de malo medendi vsu, cap. 11. antiquos omnes simplicium, & compositorum doctrinam prosecutos asseuerat, in huiusmodi censu, propterea singularis hic vir, & præceptor noster non pœnitendus, immortalitatis gloria dignissimus, lite nullo pacto dirempta, duplicem ex Paulo iberidem non elicuit, vt infra: alia plurima ijs in tractatibus se se obiecere hominis clarissimi dubia quædam testantia, doctrinam tamen ostendentia, & si Tract. 6. Contradict. vsque adeo impingere videatur, vt Galeno inurat, quod pestilentem febrem contagiosam esse ignorauerit, quum primo de differ. febrium, cap. 2. pestilenti morbo laborantium conuersationem esse periculosam, ne inde contagium, quemadmodum ex scabie contrahatur, animaduertat, & si pestilentem febrem

Cardani lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

priuatim vocitatam, mortales vel citra pestem corripere asserat tertio in tertium de morb. vulga. commento 57. quum autem lepidium ex Dioscoride herbula sit: iberis autem cubitalis, qualem ab vrbe Tridentina se vidisse prædicat, effigie nimirum qua describitur à Dioscoride primum irrumpens folijs postea gratiolæ, siue dracunculi hortensis instar: eadem sanè & si nobis quoque iam decennio innotuerit, præsertim iuxta vrbis nostræ mœnia, & secus cathredale Templum D. Eusebio dicatum, vbi adeo exuberantem, ceu mirum quoddam physicis, ac chirurgis quibusdam secum spatiantibus, indicare arbitrabatur, summæ eruditionis, & experientiæ, Gabriel Falloppius, quum à me iam pridem illis peculiarem asseuerarent, & optime sentirent, quæ sua est humanitas, mecum colloqui desiderauit, & maxima animi gratitudine amplexatus est: vt verò ad rem redeam vnde paulisper digressus sum, quum veritati magis, quàm authoritatis credendum sit, nec possunt, nec debent, quando authores probi, ac eruditi sint, hanc opinionem meam non candide amplecti, videlicet lepidium, ab iberide diuersam ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 2. cap. 133. lepidium olus esse in Syria, folia habens seridis angustifoliæ, vocari autem lepidium, & cum lacte conditum seruari, cum radice verò eius lanas tingi, & nigrum induere colorem: olim autem minorem piperitem, herbulam in hortis vbique expetitam, acredinis nasturcij, foliolis oblongis, & crenatis, flore lacteo, & chamæmeli æmulo, minore tamen, in cacumine gregatim disposito, vix dodrantem altiore, albis radiculis graminis more serpētibus, cum olusculis in coquinario vsu familiarem, lepidium Dioscoridi indepictam existimauerā, nulla propterea fulciuntur ratione, qua iberidis caput imprudenter arborum aceruo Dioscoridi irrepsisse tueri credunt, & quod dissona insitione cum his societatem, consortiumq́ue inierit, propterea vel expungendum, aut quo dissilierat vertibulo restituendum: his enim non parum satisfit cap. de spina Aegyptia: quod verò Galenus, atque Aegineta, priuatim huic hyberidi caput aliquod non dicarint, à lepidio separatum, vt secundam hyberidem notat Paulus, à prima diuersam, ceu in hac, non minus in illa, diuersum quippiam voluisse dici posset: Galenus etiam, Dioscoridi in simplicibus vbiq; non respondet. Est ab hoc lepidium Plinij dissimile, lib. 19. cap. 8. in cubitalem exiens latitudinem, folijs laurinis, non autem nasturcij: ea quidem iberidis species Pauli, de qua lib. 3. cap. 77. duplex enim apud eum est iberis, prima quæ lepidion quoque, alijs agriocardamon, hoc est syluestre nasturcium appellatur: secunda quæ in eius patria fruticosa nascitur, similibus lauri folijs, & multo amplioribus: idem profectò cum piperite maiori, vulgo herba peuera, si herbulæ nomine dignaretur, quum folijs sit, ceu drabæ, spontanea præsertim: sique Aetio non reclamaret, cum Anguillario Dioscoridis lepidium concluderem. stirps vltra cubiti altitudinem etiā exurgens, caule cauo, summa sui parte iunceo, obsequioso, è viridi subcinereo, nasturcium, & raphanum valde olente, folijs laurinis grandioribus, in surculorum cacumine minoribus, per ambitum aliquantulum seratis, ex alarum sinu prodeuntibus cauliculis, flore in summis virgis candido, muscaria facie, lygustri æmulo, at longe minore, quibusdam foliolis turgido, Iunio mense semine copioso, minutulo feruidi gustus, radice alba, rotunda, intus lignosa, crassitie penè digitali, parum descendente, ac latius serpente nōnunquam, mirum in modum linguam vellicante, gustu totius plantæ acerrimo, odoris iniucundi, ideo ab edulijs, hortisque pluribus abdicata, in nostro iam decennio ab eadem radice progerminans: hæc alterius defectui commodissime satisfaciet. Cæterum & si in Manardum inijciat Matthiolus lib. 2. quod tam facilè crediderit lepidium eam plantam, quæ vulgo in Italia appellatur raphano: quum subdubitet lib. 8. Epist. 3. his verbis. si his itaque consenserimus, iberis erit notissima sub raphani nomine: præterea capite de iberide, raphanum folijs verbasco maioribus, helenio æqualibus scribat: Matthiolus cap. de lepidio, paulo minoribus, ideo ridiculum est quod malitiosum, obscurum, quod contumeliosum: quum præsertim Hermolaum, ac Ruellium, eadem nota deprehēdit, Ruellio tamen ita scribente: herbarij modo hanc non lepidium, sed raphanum appellant, ideo locorum diuersitate variantibus nominibus non infrequentes accidunt controuersiæ. Brasauolus etiam in simplicium examine, vt probet raphanum vulgi non esse lepidion, inquit. talia dicentes non obseruant, lepidion ex Dioscoride herbulam esse: nostrum autem raphanum magnam esse herbam, ampla folia habentem, lapathi acuti folijs similia, sed multo maiora, raphanumq́ue vulgi, sub raphani genere contineri posse. addit Plinium nostri raphani folia, similia lauri folijs facere, & mollia esse censere, qua in re seplasiarijs fastidium, scribis negocium, librarijs onus, præconibus raucedinem parit, quum raphanus hoc nomine vulgatus, neque raphanus sit, neque sub eius specie, sola acredine respondens, folijs neutiquam similis, primum irrumpentibus valde laciniatis, postea verbasco maioribus, non adeo grandi radice, qualem capite de astragallo comparat Dioscorides, at neque lauri folijs alicubi raphanum scripsisse Plinius inuenitur. Denique in libello pilularum, cap. de aggregatiuis, per sceitragi, vel carpesium, vel fumariam, ceu vincetoxicum vltimo existimat, quod prius piperellam coniecerat, animi inconstantiam facilè demonstrans. Monachi vincetoxicum iberidem esse scribunt, quumq́ue sceitragi Indi hoc in antidoto legeretur, ideo primum Auicennæ seitaragi accipiendum, & casiæ aromaticæ speciem: at hi nobis videntur sapere Auicennianam caliginem, quum res quatuor diuersas eodem in capite implicuerit, cuius sanè factionis Calopodiani illi, post longam nimis garrulitatem, re tandem infecta, operam, & impensam perdunt. Nempe vincetoxicum caule est leui, folijs hederaceis acutioribus, floribus candidis, male olentibus, plumoso semine dehiscentibus siliquis, radicibus numerosis tenuibus cum odoris grauitate in asperis Crepacorianis alpibus frequens, mense Septembri à nobis annotata est, & pro Dioscoridis Asclepiade habita: cui quidem opinioni, vt etiam Fuchsio, & si refragari videatur Matthiolus: crediderim equidem, folia latitudine in acumen

Gabrielis Falloppii laus

Manardi, Hermolai ac Ruellii tutela in Mathiolū

Brasauoli lapsus.

Sceitragi. Vincetoxicum. Auicennæ confusio. Monachi hallucināntur. Asclepias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Matthioli opinio improbata. Hedera terrestris. Chamecissos.

acumen se diffundentia, hederaceis non omnino dißimilia dici debere: quod verò cum folia, tum radices, nullo odore commendentur, vanum esse facilè conuincitur: si quidem radicibus, odorem tribuit, vt floribus virus graue Dioscorides, nulla foliorum mentione: præterea omnibus illi facultatibus proportione simillima respondet, vt ea ratione mihi persuaserim asclepiadem, ac vincetoxicum, Matthiolo incomperta, peccant tamẽ haud dubie herbariorum hederam terrestrem, pro asclepiade vsurpantes: hæc in vinetis, cultisque locis, ac semitibus copiosissima, longis tenuibusque funiculis in terra proserpit, folijs violaceis, asperis, grauiter odoratis, in ambitu discisis, floribus in purpura albicantibus, filaceis. hanc in vterinis affectibus strenuam sæpe comperimus, Fuchsio chamecissos Dioscoridis firmiter creditur, capite 335. Matthiolus negat. Fuchsius in annotationibus antidoti Diaprasşy, inquit. recentiores varie vincetoxicum interpretantur: sunt enim qui iberim, siue agriocardamum esse scribant: alij thlaspin, nonnulli herbam venti, quæ Græcis anemone dicitur: parum autem refert, vtram ex his tribus accipias, quod omnes acres sint, adeoque eiusdem facultatis.

SEsamum: officinis notißimum, olim omnibus agris commune, vt inter fruges enumeraretur, in vsu coquinario, vt in delitijs mel, & saccharum, ad dulciaria in panificijs acceptum: nunc paulo minusquam peregrinum, non perinde, vt ipsa planta vix nominetenus nota: hæc enim terræ molestißima, quum plurimum poßit extenuare, ex Theophrasto 8. de hist. plant. cap. 9. vel quoniam ex oliuis oleo Italia abundat, ideo seri desiit. eius effigiem fœlici pictura describit Plinius lib. 18. cap. 7. ex Dioscoride lib. 2. cap. 91. oleo sesamino Aegyptij vtuntur, hisque vt Græcis abundantißimum: eius candida grana, dulcioraque magis probantur: excorticatur ab omni immundicie purgatum, aqua frigida per noctem maceratur, & madore liberum panno lineo ligatum: vndique valenter concutitur, donec à cortice spolietur, rursus frigida mergitur, eiectisq; emergentibus corticibus, iterum, & toties commouetur, ac maceratur, donec omnino delibratum videatur.

Triphera moschata.

R```Ecipe myrobalanorum chepularum, Indarum, empellicarum, bellericarum, piperis nigri, & longi, cas. aromaticæ, cyperi, spicæ nardi an. drach. v. seminis anethi, seminis porri, ann. drach. ii. seminis daucij, ros. rubrarum, cinnamomi, nucis moschatæ, caryophyllorum an. drach. i. & med. macis, cardamomi maioris, galangæ, ligni aloes, moschi ann. drach. i. seminis nasturcii, drach. x. excipitur melle spumato, galangæ loco quidam galliam legunt impropriè. Datur à drach. ii. ad quatuor: addũtur interdũ scoriæ ferri nutritæ drach. ii. eadẽ prior, sed imbecillius.```

Triphera Galeno ascripta.

REcipe omnium myrobalanorum, ann. drach. x. zingiberis, mastiches, cinnamomi, caryophyll. ann. drach. vii. galangæ, spicæ nardi, asari, croci, seminis fœniculi, anisi, apii, ameos, ann. vnc. med. costi, piperis nigri, & longi, cas. aromaticæ, ann. drach. iii. nucis moschatæ, cardamomi vtriusque, macis, calami aromatici, ligni aloes, an. drach. ii. ben albi, & rubri, rad. piperis, cyperi, ann. drach. iii. & med. ambari, drach. i. moschi, scrup. i. fricentur myrobalani cum oleo amygdal. dul. melle despumato omnia excipiantur: scoria ferri in aceto macerata aliquando additur, ad mensuram omnium, vel dimidii. Datur à drach. i. ad duas.

Eadem omnino promittit, verum non est Galeni, ex simplicibus illi ignotis, ad electarium Cabrosius moschatum propius accedit, ex Auicenna lib. 5.

Triphera minor Phœnonis.

REcipe myrobalanorum chepularum, Indarum, bellericarum, empellicarum, nucis moschatæ ann. drach. v. nasturcii assati, satureiæ, piperis, thuris, ameos, zingiberis, fructus tamarisci, spicæ nardi, schœnanthi, cyperi, ann. drach. iii. scoriæ ferri diebus quinq; in aceto nutritæ drach. xx. myrobalani assentur in butyro vaccino, & cætera: inuoluantur oleo amygdalarum dul. aromatizentur moschi, drach. i. melle despumato excipiantur. Datur à drach. i. ad tres: biennio seruantur huiusmodi tripheræ. Monachi legunt cyperi, ann. vnc. med. & persici satureiæ loco, quidam nasturcii, & asari habent, non assati. Est & triphera dicta, è ferro, post antidotum Pauli ex Myrepso.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ventriculũ, hepar, renes, vesicam roborat, ob id fluorem alui, hemorrhoidum, mensium, immodicum cohibet, sanguinis corruptionem, & cruditates, & in ventriculo putredines humorum emendat, colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ vitium redimit.

Syluius solam ferri scoriam, ac tamaricis fructum paulum astrictorios facit, spicam nardi, & alia quædam imbecilliter, eademque multo plus calore suo, ac essentiæ tenuitate, menses, ac hæmorrhoides promouere, quàm astrictione leui sistere, ob id in hos affectus duos, ea omnia tollit, vel horum partem bonam, neque solum pondus minuendum iudicat, ad affectus alios frigiditate succedentes, & menses (vt vocant) albos esse posse salubres, non autem ad eos qui calorem sequuntur, quod putredo humorum, & formæ corruptio, qualis in elephanticis calorem ferè sequitur, rarius caloris imbecillitatem, &c. hæc ille, non à ratione penitus aliena, quum ex simplicibus compositi cognitio expendatur, è quibus horum facultas omnis pendeat: verum tamen authoris mens, exquisitius quoad fieri potest exploranda, quum ex terrena myrobalanorum substantia, astrictorium quicquam non poßint, non habere, nec non siccando excrementa partium putrida, non segniter absumere, scoria, tamarice, thureque ea retinentibus, vtque ceu rugis quibusdam ea contrahant, ac facilè adhæreant: quum itaque horum duplo maior copia, aliorum respectu, ad humorum serositatem absumendam, non parum idonea sint, simulque ab infarctu liberet, alijs inuicem contraoperantibus, non mirum si sero absumpto, ex quo fluori omni aditus præbetur, sanguisque fluidior redditur, simul etiam flatibus dissolutis, quorum causa vasa extenduntur, ad quæ dolor consequitur, & ad ea defluxus, ex his menses, & alui profluuia sistat, hæmorrhoides ẽt cohibeat, potißimũ ex liquore aliquo stillaticio, aut ad affectuum differentiã congrua mixtura, vel huiusmodi, cuius gratia exhibetur opportuno decocto propinata, vt infrigidante aliquo, & caloris vim obtundente, aut quibus ratione duce commodius videbitur, dissoluenda, ceu non solũ hoc in antidoto, sed etiam in alijs omnibus, obseruari consueuit, ab eruditißimis, hisque expertißimis Vercellensibus medicis, in quibus non vt in alienis patrijs Barbaries, non Arabum periculosum experimentum, sed iterum reuiuiscunt Hippocrates, ac Galenus, cum celeberrima quaque medicorum Academia, & exactißima curandorum morborum ratione, neque etiam intelligit author de formæ corruptione, quæ elephantiasim, sed quæ hydropem antecedit, cui sanè miro est adiumento, quamuis alteri non leue remedium afferat, succo ad hunc morbum competenti addito.

Pro Mes. tutela in Syluium.

Est & electarium de scoria ferri Rhazes, vix ab hoc dißimile 9. ad Almans. cap. de hæmorrhoidibus, sed imbecillius, ideo prætermissum: quatuor etiam de scoria ferri descriptiones adducit Auicenna lib. 5. d. 3. Fen 14. vide si libet.

Scoria ferri, hoc est spuma è ferro ignito exiliens, vel recrementum, seu stercus, aut spurcitia ferri, ferriolo, vel caguzzo vocatum, de ferrarijs fornacibus abijci solita: sæpe etiam in monticulos congesta: non est squama, quæ tuso, aut detrito ferro prosilit, malleoque decutitur, quæ in massam vnde exilit, rursus indi potest: hinc enim multorum error propalatur, scoriam quasi corium dictam putantium: quum tamen ex Dioscoride lib. 5. cap. 48. recrementum plumbi, quod scoriam vocant, scriptum sit: vt etiam cap. 51. recremẽtum argenti, quod scoriam vocant, aut helcysma, aut encauma: squama autem eodem libro, cap. 54. excussa ex Cyprijs officinarum clauis, seu squamæ ex acie, & mucronibus decussæ, quam vocant stomoma, idest chalybis, quod vulgo aciale dicitur, idque ex Galeno 11. simpl. Paulo lib. 7. Aetio, atque Actuario, ac Arist. 4. metheor. & si Marcellus, ac Brasauolus, aliter sentiant, tum maxime quum malleo super incude tunditur, conficiendis armis bellicis, & rusticis instrumentis: caueant itaque posthac imperitiores, ne squamam ferri, cum scoria confundant. præparatur hoc modo, à carbonibus, & calculis munda, & contrita, proijciatur in aquam clarißimam, manibus fricetur, postea aqua affusa, in vitream patinam imponatur, tantum aceti affuso, vt humectetur, nec emineat, postea maceratur diebus quinque, vt in triphera hac minore, alijs triginta, vltimo diligentius teritur, & reponitur, si scoria illa eligatur, quæ ex ferrarijs fodinis eo fuso emergit, qualis Crepacorij nobis visa, purior est, magisque nitescit, cur squamam pro scoria imponendam iubeat Cordus, nulla fulcitur ratione, & si alterum pro altero, non magno errore imponi poßit. ex Georgio Agric. 9. de re metall. ars hoc modo ferrum igni & aditamentis profuit & ex eo efficit aciem, quam Græci ϛομωμα, nominant. de ferro Plinius lib. 34. cap. 14. Albertus lib. 4. cap. 9. & de chalybe.

Stomoma

Marcelli, ac Brasa. opinio nõ probatur.

Triphera alia minor.

REcipe myrobalanorum chepularum, indarum, bellericarum, empellicarum, singulorum portionem parem, hæ butyro vaccino inuolutæ fricentur melle empellicarum excipiantur, aromatizentur moscho: addunt alii cyperi, thuris, seminis apii, & nasturcii assati, ann. scrup. i. scoriæ ferri præparatæ, partes tres, Monachi legendum contendunt ann. sextam partem vnius partis.

Ventriculum, & hepar firmat, lienteriæ confert, & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Radius Primus

Aromatizare dicitur, post perfectam syrupi antidotiue coctionem, vbi moschus, aut quæuis aromata pan-
no lineo ligata, aliquantisper vnà efferuescunt, postea eijciuntur, vel ijs adhuc calentibus macerantur nullo
feruore, paulutum exprimuntur, sinunturque continuè: vbi autem maiori calore, aut calcari opus est, diutius
ferueant: vbi pauco, parum, dehinc tollantur. at quia hic non additur moschi quantitas, ad cuiuslibet myroba
lanorum vnc. ij. impone moschi, drach. med.

Triphera parua Actuarij.

RECIPE corticum myrobalanorum chepularum, Indarum, bellericarum, empellicarum, singul. partem vnam: tusa, & cribrata, misceto cum rosaceo oleo, & cum melle despumato conditum seruato: potionis modus est, scrup. viij. ad vnc. med. è gelida. Ruellius legit chepularum, & huius vice si velis indicarum.

Prodest interaneorum doloribus, ac stomachi, imbecillitatique eiusdem ab humore contractæ, sanitatem tue-
rur, estq; ad multa alia perquam vtilis: qui voluerit perfecte interaneorum vtilitati consulere, vt ea à noxis de-
iectionum asseruet, & ab iniuriis earundem vendicet, bdellii cessi portionem addat: si sanguinem vacuando au-
xilium afferre placet, gummi torrefacti partem adiicias: cæterum ad commoditatem imbecilli stomachi, & in-
fernarum partium correctionem, rosarum, & mastiches, portionem vnam, anisi, & caryophyllorum, dimidiatas
portiones adiungẽs, cõtra cordis micationes, & vibratus, xiloaloe admiscebis, aduersus sinistram valetudinem,
quam atrabilis procreauit, pars epithymi apponitur, si pituitæ deiectionem moliri institutis, alipum, idest album
turpetum adhibeas, aduersus flatuum turgentium molem, cruditatesque, vt ineant consortium, adhibeto zingi-
beris, & galangæ, singulas portiones, item malabathrum, carpesium, piper longum, tenuè cinnamomum, singula
instar dimidiæ portionis, & commodum reddetur: non desunt medici, qui vt venustiorem exhibeant colorem,
crocum adiiciant.

Triphera ex epithymo.

RECIPE myrobalanorum chepularum, empellicarum, bellericarum, Indarum, ann. vnc. med. epithymi vnc. ij. specierum hieræ .f. Gal. vnc. i. cum melle empellicarum fiat.

Maniacis, & melancholicis salutaris, stomacum roborat, dolorem capitis ex eo impendentem leuat.

EPithymum: ex Dioscoride lib. 4. cap. 159. flos est è thymo duriore, satureiæ simili, capitula habet te-
nuia, & leuia, & in eis caudiculas quasi capillamenta, plurimum in Capadocia, & Pamphilia gigni-
tur, idque est capillaris cuscutæ genus thymum circumuestiens, & crebris volutionibus ab alarum sinu
prodeunte cirro, sensim irrepens, statim ab eius ortu thymi fastigia scandens, eius complexu, atque stipite ful-
tum: & si an hic Dioscoridi descriptum epithymum, alia res sit à nostro, nunc vocato epithymo, vltro, citroq;
laboretur vehementer. Est enim non vulgare certamen, inter Brasauolum, ac Matthiolum, quorum partes
Lacedemonios imitati, ita disponemus, vt æquilibrio trutinetur vter istorum iustius arma inducat: nam in co-
rum gratiam, qui Dioscoridem de hoc nostro communi loqui contendunt, multa adducuntur à Brasauolo, po-
stea oppositam sententiam tutatur, ac pro ea fert. primo etenim inquit, non esse legendum, epithymum est flos è
thymo, vt Plinius scripsit, qua de causa Hermolaus Dioscoridem interpretatus, ita vertit, quia in pluribus co-
natur ex Plinio Dioscoridem exprimere. addimus nos, & Ruellium è thymo exposuisse, & si in Græcis exem-
plaribus quibusdam, absque propositione scribatur, vt cap. de thymo annotauimus. ideo vertit Marcellus, du-
rioris, & satureiæ similis thymi flos, quoniam Dioscorides non dixisset, epithymum florem esse durioris thymi,
sed alterius plantæ thymo adnascentis, eique se se conuoluentis: adeo vt Dioscoridis epithymum, verum esse
thymi florem contendat Brasauolus, sed cuiusdam thymi satureiæ simili, flores habente herbaceos, qui epithy-
mi dicuntur, nobis ignoti, ideo Dioscoridem 3. lib. de thymi albi flore, in quarto de thymi flore satureiæ simili,
vtpotè de diuersis specie rebus pertractasse, neque huius nostri epithymi apud antiquos Græcos memoriam
esse, Plinium tamen libro 26. capite 8. talia proferre. Epithymon qui est flos è thymo, satureiæ simili, diffe-
rentia quod hic herbaceus est, alterius thymi albus: quidam aliter epithymum tradunt sine radice, tenuis, vel
tenui similitudine, pallioli, vel ex Ruellio caprioli, rubens, ideo eius opinioni astipulari, quod duo epithymi ge
nera tradiderit, quorum alterum ad Græcos, alterum ad Arabes refert, ideo magno discrimine diuersa.
Matthiolus aperto Marte, vulgare epithymum id esse, de quo Dioscorides lib. 4. contendit, neque Plinium sa-
tis scite Dioscoridis mentem percepisse, ideo velut de re incerta loqui, atque codicem vnde illa mutuatus est,
deprauatum habuisse, vel si vt se habet Dioscoridis scriptura fortasse probanda est, hoc pacto exponendum:
quod sanè compertum habebat, epithymum nulla propria radice supra thymum nasci, eius adminiculo fultũ,
nec ideo sibi visus est aberrare, florem thymi appellans, id quidem apposite declarans: videlicet capitula ha-
bet tenuia, & leuia, & in eis caudiculas habentia capillorum modo, quas inquam notas vero flori ipsius thy-
mi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

mi non ascribit lib. 3. vt sensui repugnat Brasauolus, id enim tantummodo scripsit: capitulis in cacumine, flore purpurascente refertis, nulla caudicularum, neque capillorum habita mentione. præterea hac de causa epithymum florem thymi appellasse, quia à thymo decerpatur, eo duntaxat tempore, quo vnà cum suis rubris capillamentis florescit: quodque epithymum, & flos thymi diuersa sint, facilè patet ex Dioscoride, quod alterius quarto libro, ne tantulum quidē reminiscatur, quodq; epithymum propriā thymi particulam non existimauerit, hinc satis cōpertum est: idem indicat Græca vox ἐπὶ, modo in, modo sub designans, id quod flori ipsius thymi nullo pacto congrueret, verius equidem hyperthymum vocari dignum esset: præter hæc quum plurimum gigni in Capadocia, ac Pamphilia epithymum tradiderit, facilè colligi potest, ipsum de epithymo vulgari esse locutum, quippè si epithymum proprium thymi florem existimasset, non hæc loca tantum in quibus potißimum oritur, enumerasset, sed florem thymi, vbicunque thymum esset, epithymum appellasset. Huc accedunt Aetius, atque Actuarius, qui concordi sermone Dioscoridem, & Galenum secuti, ita scribunt. epithymum atram bilem inferne purgat: dantur ex ipso contuso, ac cribrato, perfectis, scrup. xij. cum passo, & aceto mulso, ac modico sale: confert flatuosis affectionibus, & hypocundriacis præcordiorum, & quibus iecur grauatur, & difficulter spirantibus, similiter autem velut epithymum purgat, flos in stæbe enascens, & flos qui in thymbra nascitur, atque epithymbron appellatur, verum vterque viribus debilior est, ex quo ratiocinandi modo, vt epithymbron in thymbra, epistæbe in stæbe, ita epithymum in thymo nascitur, id tamen non explicuere in epithymo, tanquam eis perspectißimo, quod in stæbe, atque thymbra non subticuere, vt sub his quoque enasci epithymum indicarent, capillamentum id videlicet, nec ideo harum plantarum propriam esse partem, neque suam habere sedem, sed ad sciticium quoddam exterius adueniens, & in his prosiliens, vt in epithymo viuens, imbecillius tamen, quod veri defectum paulo maiori mole suggerere posset. idem consequi poßumus ex Aegineta grauißimo authore, & Galeni sectatore acerrimo, quum lib. 7. inquit. epithymbron quod thymbræ innascitur, vt epithymum similiter euacuat, sed imbecillius. Quare vnicum esse epithymum, nec verum thymi florem, enixè admodum asseuerat Matthiolus, quod si putassent duo epithymi genera reperiri, hæc quidē silentio non præteriissent, tam eruditißimi viri, verum de re tam manifesta, & quotidiani vsus medicamento, verba facere eis superuacuum planè videbatur, idque duntaxat sufficere, si animaduertissent, epithymum nō modo in thymo gigni, sed etiam in stæbe, atque thymbra, iisque nullo radicis adminiculo conuolui, & purgatorium, sed infirmius. Hoc est duellum, de quo si mihi integrum fuerit impunè loqui, & quid sentiam proferre, & si magna mihi res, non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videatur esse, aut in quem reiicienda sit omnis culpa, & quis strenuius dimicauerit, alterumque oppresserit, quum apprimè vtile, nec minus æquum sit lites decidere, Matthiolo honoris manubias offerendas iudicamus, vulgatumq; epithymum id esse, de quo Dioscor. scripserit, nec scire quid balbutiat Brasauolus, si quæcunque capite di thymo, in eum, vt etiam Matthiolum reiecta sunt, diligenter examinentur, duplici tantummodo existente thymo, eoque satureiæ simili, è quo epithymon lib. 4. idem cum thymo lib. 2. descripto, quod & si è durioris thymi genere sit, cui epithymum insurgat, non ideo diuersa in specie appellanda: propterea si quæ aduersus eum obtorqueri possunt, animo agitentur, iure cadit, atque infœlici fato dimicat Brasauolus, tametsi Matthioli lorica, clypeus, galea, tot ictibus perforata sint, vt non multum dispari pugna, vix paulum assumat roboris, vix in domicilio superbiæ, victoriæ insolentia commoueri debeat, quum nihil ferè aduersus eum opponat, quo cum manus conseruntur. nempe hæc stant pro Plinio: cum epi, sub, vel in significet, propriusque thymi flos, vt supra, in thymo sit, non verius hiperthymum, quàm epithymum appellari posset, vt ex nomine argumentum non abstulerit, sub cuius vi Brasauolus nescio quid comminiscitur. siquidem in thymo verum esse florem, vt supra esse, quo pacto non cōueniat ἐπὶ significatui, id agè comprobet. quum ergo Plinius legitimum in thymo florem cognosceret, quod epithymi voce significari poterat, ideo eo nomine, hoc est in thymo nominauit, nec ob id hallucinatus est: vt etiam credidit Fuchsius, neque Dioscoridis meminit, cuius mentem reddere voluisse ineptè colligit Matthiolus, ideo addidit latinè, vel alium authorem in hoc minus grauem secutum fuisse: quoniam verò aliter quoque epithymum nasci audierat, id scilicet quod in vsu nunc est, simile cuscutæ, quod è Lyguria ad nos affertur, ideo duo epithymi nomine vocanda asseruit: at quo ad Diosco. textum, vbi non è thymo, sed thymi florē potius ei legendum videtur, quod sequentibus verbis declaret, se non de thymi flore purpurascente, de quo secundo libro intelligere: credendum & si sit, ἄνθος Græcum vocabulum, non modo florem, sed & canum capillitium, stirpium quam efflorentem excrescentiā significare: vt ἄνθος παρὰ τὸ ἄνω θεῖν καὶ τρέχειν ἐυτῷ ἄυξεσθαι. quòd rebus crescendo desuper currat. nonne æquum erat existimasse, textum Dioscoridis illo modo deprauatum esse, atque è thymo legendum, propositione in Græcis exemplaribus obliterata, quæ Plinij seculo adhuc conspiceretur, et quam in antiquißimis Græcis codicibus annotarunt Hermolaus, ac Ruellius. sicq; omne dubium erueretur, nec quia notas epithymo acceptas, verò ipsius thymi flori non ascripsit, ideo hac in parte Brasauolo contradicit, qui epithymum non florem thymi secundo libro descripti, sed cuiusdam satureiæ simili incogniti, atq; ab eo diuersi suspicatur. quantum autem à scopo aberret Matthiolus, nemo non noscet, qui vel primum pedem in primis disciplinis promouerit. quis enim ita argueret? quia epithymum eo colligitur statu, quo thymum large floret, ergo est flos thymi, neque hoc futili argumento. thymi florem vocitasse Dioscoridem, aliquo pacto imaginandum, verum vt scite Ruellius existimat: florem thymi appellatum, quod crinium, vel cincinorum modo, capi-

tula

Brasauoli sentētia reiecta.

Matthiolus cespitat.

Pugna pro Plinio in Mathiolū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tula thymi comat, quadam florum imagine. quod autem Capadociæ, & Pamphiliæ non meminisset Dioscori dis, si verum thymi florem esse duxisset, sed vbicunque thymus oritur, ibidem & epithymum reperiri dictas set: an ignorat, & si alibi alia nascantur, Dioscoridis more, vbi præstantissima sunt, atque exuberant, locorum meminisse, vt quamuis verum florem opinatus esset, quia tamen hisce in locis & plurimum, & excellentissimum nascitur, quod alibi non vsu venit: plura in hanc sententiam se se offerrent, quæ breuitatis causa prætermittuntur. nostrum itaque capillatum epithymum, non est verus thymi flos, sed cum eo velut cuscuta in lino, spisso contextu irretitum, & quasi capillitio quodam eius cacumina illigans. Quandoquidem si Anguillario credimus apud Samnites epithymum nascitur dodrantale thymbræ folijs hirsutis, densis capitulis terretibus platani more in surculorum cacumine hirsutis capillitio rubro, è pilularum flosculis emergente &c.

Triphera Persica.

RECipe succorum solani, intybi, apij, ann. libr. ii succi lupulorum, libr. i. purgatis omnibus diligenter, immitte pruna damascena quinquaginta, coque penè ad dimidiam succorum consumptionem, post adde folliculorum senæ crassiusculum tritorum, vnc. ii. agarici, vnc. i. cuscutæ, vnc. med. violarum passarum, & rosa. spicæ nardi, ann. drach. iij. coque igne prunarum lento, donec libræ duę supersint, postea inijce epithymi drach. xl. myrobalanorum chepularum, citrearum, indarum, frixarum in oleo viol. aut amygdalarum dul. ann. drach. ii. bulliant leuiter, deinde ab igne deponantur, colentur, in parte colati dissolue tamarindorum recentium, vnc. iij. mannæ electæ, vnc. i. & med. pulpæ casiæ, vnc. quatuor, sacchari violacei, libr. i. cola, & munda à seminibus, & sordibus, atq; in aliam liquoris partem, proijce sacchari albissimi, libr. iij. aceti, libr. i. coquantur leuiusculo igne, adde quod prius in succis est dissolutum, aggrega simul in vnum, percoque ad mellis crassitiem, postremo in puluere redactas sequentes species insperge. rhabarbari optimi, vnc. ii. myrobalanorum citrearum, vnc. i. & med. chepularum, & indarũ, ann. vnc. i. bellericarum, empellicarum, ann. vnc. med. seminis fumariæ, trochis, diarhodon, macis, masticHes, cubebarum, santalorum citrearũ, quatuor seminum frig. maiorum, spicæ, ann. drach. ii. anisi, vnc. med. at hos pulueres in oleo violaceo prius aduolue, postea reliquis permisce, repone vase vitreo, Da ad vnc. i. cum frigida, aut succo intybi.

Febribus acutis, intemperiei calidæ ventriculi, atque hepatis, morbis omnibus ex adustione natis confert, in æstate pestilenti, & autumno, sitim mitigat, icterum calidum ex obstructione sanat, suffusionem à vaporibus biliosis visui incommodantem discutit.

Quanto magis, magisque à fluctuosis litoribus oras soluentes, in altum trahimur, tanto clarius intuemur, eos nautas conuerti ad naufragium, qui antea versabantur in salute, atque auxilio ferendo, si huius tripheræ antenam, si vela, si profundos hiatus, & eo ingredientes vndas circumspiciamus, quæ non facilè sit resarcire, ac propellere, vt quasi sterilem omnino, atque inanem sumpsisse operam videar, eosque æmulari; qui πλῦνθον πλύνειν, & αἰγιαλὸν ἀροῦν, conantur, quum Brasauolus myrobalanos citreas prætermittat, nec primo loco scriptas myrobalanos accipiendas contendat, postremo indarum, ann. drach. i. accipiat, vbi vnc. i. legitur vbique. Præpositus etiam anisi non recordatur, Syluius habet succorum, ann. libr. ij. violarum, libr. i. temerè satis. Cordus pruna xv. duntaxat, & succorum, ann. libr. i. Monachi autem qui tot tantisque negocijs distenti sunt, vt respirare liberè nõ possint, si aliquid non animaduertant, longa nimis oratione seducti, & si aliorum errata non ab re prosequantur, nimio tamen excessu, accipiunt myrobalanorum, vnc. ij. cum Fuchsi. 2. de compo. med. cap. 8. alibi etiam, nonnihil euariante. drachmarum duarum loco, in alijs quoque nonnihil euariãt, vt cæteri omnes: nos meliori quo potuimus sensu, ad integritatem, & propriã authoris mentẽ reduximus.

SOlanum, hodie solatrum corrupte, ex Dioscoride lib. 4. cap. 61. & duobus subsequentibus, aliud est hortense esculentum, olim videlicet satiuum, nunc verò in hortis, vmbrosisque locis, secus vias, sponte inuitis cultoribus exuberans, rotundo & viridi semine, vbi maturuerit nigricante, vulgo herba mora, alijs vua morella, aut canina, quibusdam biasola, idq; Solani voce simpliciter intelligendum est. aliud

HAlicacabon, aut phissalida, idest vesicaria vocatum, officinis alchechengi, Arabum exemplo, vulgo fiaccho, vesicas proferens colore primum herbaceo, mox paulatim rubescente turbinatas, semen intra se claudentes rufum, acino vuæ tum figura, tum magnitudine assimile, nec nisi Autumno maturescens: olim antiquis per ambitum capitis pendens, grato spectaculo. Aliud vesicariæ genus visu pulcherrimum, hortorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

hortorum cameras, fenestrasq; per cancellos, septi modo conuestiens, tenuibus prælongisq; flagellis, vltro citroq; perreptans, exilibus pampinis ex alarum sinu euagantibus, Balsamina alijs Hyerosolimitanũ pomũ vocatur: folijs quasi vitis, flore candido, vesicis halicacabi verucosis, in queis semen maturitate disiliens, inanitate cõfractum apparens, nunc candidum, nunc rubrum, & rotundum, vna ex parte coloris nigri, cordis effigiẽ exprimens, cuius similitudine in cordis affectibus valere pleriq; tradunt, vt Echion, Alcibion etiã vocatum (in quo Leonicenus ante Matthiolum, Pli. notam inussit) in viperas, ob semen viperinis capitibus simile. Est & solanum somniferum, aliquibus etiam halicacabon appellatum, paucis adhuc notum, tractibus maritimis, tum mediterraneis, tum occiduis frequens, tũ apud Nicæam saxosis locis: id quidam cam Mandragoræ speciem cõmenti sunt, vulgo herba bella dõna, bicubitalẽ, lignosam, cauliculosam: nec ideo solani quinta species erit antiquis incõperta, sed Theophrasti mandragora 6. de hist. plant. c. 2. etsi Matthiolus in nullo mandragoræ genere referẽdam putet. Est & solanum manicon, folio erucæ simile, maius aliquanto, oĩo ignotũ. hæc vesicariarã genera duo, alterũ v3 somnificũ, alterũ quod insanire facit, describuntur à Theoph. 9. de hist. plant. cap. 12. at quod solanũ maius appellitant officinæ nostræ, fruticosum est, crassius, nigrius hortẽsi, oblõgis ramulis ligni modo præduris, flore in rubrũ obscuro, fructu in folliculo crocato, longe à Matth. solano maiore diuersum.

Balsamina

Alcibion.

Herba bella donna.

Matthioli opinio nõ probatur.

LVpulus: in sepibus, iuxta vepres, & salicta frequentissimus, vulgo luuertise, quasi lupus repticius, ad vsus medicos familiarissimus, antiquiores latuit: ex Pli. videtur esse lupus salictarius, lib. 21. cap. 11. inter sponte nascentia, & esui apta enumeratus. Mes. in capite de volubili, in quarta specie perpulchre declarat, scribens: quarta est folijs cucumeris modo asperis, flore foliaceo, squammatim cõpacto racematimq; dependente, lupulus vocatur: quumq; tam sit efficax medicamentum mirari subit cur à nostræ tempestatis medicis, in vsu tam raro habeatur: quibus quidem commoti posteriores medici, ex lupulis syr. & stillaticium liquorem parauere Manardus tamen Mes. inscribere videtur quod lupulum æqualẽ dictet, quia florum vires quæ in Curmi, & Ceruisia ostenduntur, & odoris grauitas, satis calidos, & siccos attestari vidẽtur: eos itaq; medicos qui lupulos tantopere cõmendant, cui fundamento innitãtur, animũ aduertere debere asserit, ac si flores in vsu medico sint, cuius quoq; radices, et si ex amaritudine calidas cẽseamus, has nec hic quidẽ intelligit Mes. vt nec teneros cauliculos, eiusq; asparagos, & prima germina, et si ita statuat Syl. verũ medio habitu caules, ne illaborata humiditate participent: à recentibus Græcis bryon vocari traditur, tametsi propriè muscum significet.

Pro Mes. aduersus Manardũ.

Syluii lapsus.

SEna folijs glycyrrhizæ, crassis, subpinguibus, fabarum sapore, caule cubitali, à quo ramuli exeunt in lori modũ flexiles, floribus emicat aureis veluti brassicæ, purpureis intercursantibus venulis, quibus succedũt thecæ oblongæ, lunatæ, tenui pediculo pendentes, adeo natura compressæ vt superior membrana inferiori cohæreat, intus seminibus in ordinem digestis, plani penè corculi figura, in nigro subuirescentibus: hæ maturescentes paruo ventorum flatu facilè decutiuntur. ex Mes. satiua est, & agrestis; folliculo quàm folijs est efficacior: præsertim si is ex viridi nigricat, modicè amarus, subastringit, absolutus, recens, in quo semẽ amplũ, cõpressum, vetustate. n. exanimatur, subalbidus, & imperfectus improbatur, folia oblõga, duriuscula, & viridia præstantiora subalbidis, et tenuibus: surculis est inutilibus, Aegyptia præstantior est quã Apula, aut Lygura, vel Hetrusca, & hæc quã nostras orientalis. n. bicubita. est lignosa, siliquis oblõgis, exilibus papaueris ceratoidis instar, triquetris seminibus, radice digitali inutili Manardus affirmat folia lõge præstãtiora folliculis, experientia ipsa: Brasauolus reclamat, eidẽq; innitens cum Mesue, in folliculis maiorem educendi vim, quàm in folijs, etiam ratione duce contendit: quia folliculi ob perfectiorem ætatem, ob densiorem substantiam, ob potentiam contentorum seminum, maiorem vim habent. Matthiolus vulgari sermone in Manardi sententiam iuit, verum Latine loquens, contrariã attulit opinionẽ: non igitur Mes. non Brasauolus hallucinati sunt, vt olim annotauit: quũ neq; ex caducis folliculis, aut in plãta arefactis, vsu tamẽ cõibus, verũ de crassis, grauibus, succosis, & in vmbra siccatis intellexerint: nosq; senæ follicullos, ad drac. vi. crassos, põderosos, seie non euanido, ex Mes. iudicio electos, sæpe seri vnc. x. infusos, aut pulueratos, zingiberis, vel cinna. drac. i. florũq; buglossi drac. ij. additis, quotidie multis propinauimus, pari modo & folia: semper tamen successit purgatorios folliculos, multo magis subduxisse, quàm folia: vbi verò cõmunibus seplasiarum folliculis vsus, essem optimorum inopia, contrarium: qua fortassis de causa Manardus, non animaduertẽs folliculorum ignauiã ex legendi tẽpore, senioq; prouenisse, leuiter nimis errandi ansam doctissimis quibusq; tradidit. vnũ ideo est annotandũ, selectorũ folliculorũ defectu, folia potius substituẽda esse. tã celebris, præclara, adeoq;, mira herba, Græcos antiquiores latuit, quidam tamen, sed fatue, conati sunt eã apud Diosc. inuenire, vt quidã delphinion, alij pelicinon, alij peplion, nõnulli empetron, nescio qui alypon putauerint: quãtũ verò aberrent, toties ab alijs discussũ est, vt eadẽ propè canere cãtilenã videamur, euidẽtius quũ sit, quã vt à me explodi debeat, quidã coluteũ Theoph. suspicati sunt, quæ tamẽ arbos & magnitudine præstãs, folio nõ absimili fœnugræco, 3. de hist. plãt. cap. 17. ex quibus quãtũ à sena distet quãquã explodẽda sit Tagautij sẽtẽtia, Ruellio plus iusto addicta, quicũq; Ticini in hortulo Tonsoris, apud D. Mariã in Pertica, legitimas senæ plantas viderunt, ab ea nõ dissimilẽ, quæ in Florẽtiuo agro seri consueuit, non arborẽ, sed herbã paucis mensibus, viuentẽ, folijs, semine & siliquis diuersam, addiscere facilè potuerunt. at quãuis facultate parum differre videantur, vomitiones tamen lacessit coluteæ semen: quum verò Amathum improbat Matthiolus, quod magno errore opinatus sit, senã officinarũ colyteã esse Theophrasti, quæ duplex est, nec de qua intelligat explicet, ideo nõ solum hallucinetur, sed etiam confusus, nesciat quid sibi

Mes. ac Brasauoli tutela in Mathiolũ variantem.

Decoctũ senæ.

Manardi labes.

Colutea.

Ruelli, & Tagautii opinio refellitur.

velit: nolim ego iracundiam veritati aditum occupare, nolim sanè indignis efferri triumphis Matthiolũ, si in-
fideli, & iniquo teste diem dicturus est, sin autem omnes curas, vigilias, cogitationes, pro rei veritate disponit,
in tã claro mẽdacio, ne improbißimè polluatur animaduertat; prius.n. Ruellij opinionẽ refellit Amathus, qui
collutean de qua Theophrastus præcitatus, senam existimauerit, quã ipse alburnum, dicamus laburnum ine-
ptißimè credidit, postea colyteam Theophrasti eodẽ libro, sed cap. 14. proculdubio senæ cõuenire ait, sed sit vt
putat, vel non sit, medicinã laudibus dignã asserit, Theophrasti igitur distinctione vsus est, & si perperam ean
dẽ putauerit, quum inter arbores enumeretur; & si frutex potius sit in bugellanis castanetis à nobis perspectus.

Pro Amatho. dicit in Mathiolum.

Amathi lapsus.

AGaricum ex Diosc. lib. 3. cap. 1. radix fertur lasserpitij similis, sed facie summa solutior, & rariore, fun
gosoq; tota contextu: duo eius genera, fœmina quæ præfertur, rectis intus venarum discursibus con-
stat, mas rotundus est, & vndiq; cõpactior, vtriq; gustus in initio dulcis, mox & distributione in ama
ritudinem transit, gignitur in Sarmatia regione, quæ agaria dicitur; sunt qui caudicem esse plantæ affirment,
alij vt fungos nasci in arborum caudicibus quadã putredine, gignitur in Galatia Asiæ, & Cilicia in cedris, sed
friabile, & infirmum, ex Gale. 1. de antidot. cap. 14. optimum est, quod leuißimum est, densum verò, graue, &
lignosum abiectum. ex Paulo eligendum albißimũ, quod facilè frangatur, nec sit valde lignosum, aut perfora-
tum. Mes. in truncis arborũ magnarum vetustate iã putrescentium, & erosarum, tanquã earum apostema, vel
fungum vt par est oriri agaricum scribit, duplexq; esse, marẽ, & fœminã, marẽ malum, præsertim qui longus,
niger, durus, densus, grauis, & in fragmentis ceu villos neruorum ostendit. Fœmina si rotundior, alba, porosa,
rara valde, & frangi facilis, leuis, dulcis primo gustatu, mox amara, & stipticia est melior, præcipuè summa
corporis sui parte: nam stipes quod ligni putrefacti aliquid præferat, malus est, vt erosus. quum itaq; vnum
probitatis indicium sit friabile esse, etiam ex Paulo, atq; omnibus huius ætatis, id repugnare videtur Diosco.
qui in Cilicia in cedris nasci, sed friabile, & infirmum tradidit, Brasauolus ita conciliat, friabile agaricum à
Diosco. non damnari, sed quod in Galatia Asiæ, & Cilicia in cedris nascitur, quod tamen frabile est, sed illi ab-
sunt aliæ perfectiones. ad nos ex alobrogis montibus, ex Augustensi valle, lariceis caudicibus agnati, eximij
candoris, et perfectißimi afferuntur. Venetijs ex cerussa concinnant, vt cãdidiore facie, quod intus latet emen
tiantur, aduersari stomacho, ideo ab Aetio atque Actuario scribitur, quia leuitate sua emergens enatet, à ni-
gro, vtpotè maleficio abstinendum, ex Diosco. lib. 6. de agarico Bellonius Matthiolo diligentior, Plinij locum
restituit cũ eo tamẽ glandiferas arbores genuinũ agaricũ nõ producere, hinc Syluij, ac Brasauoli error pateret.

PRuna: ex Diosco. lib. 1. cap. 137. adeo concisè tractantur, vt hæc potius quàm illa nõ depingat, Syriaca,
Damascena tantum enumerans. Theophrastus, ac Plinius, promißius, recentiores quidã exactißimè pro-
secuti sunt: alia quum sint nigra, alba, rubra, cereola, purpurea, viridia, versicoloria, crassa, parua, medio
cria, lõga, rotunda, oualia, dura, friabilia, dulcia, acida, inter hæc medy gustus, quorũ differentiæ & si innume
ræ penè videantur, in duo tamen præcipua genera reducuntur, syluestria, & satiua. nostri itaq; pharmacopolæ
Damascena quædam vocata, perfectè nõdũ matura, acidi sanè gustus exsiccant, ijsq; in omnibus tũ antidotis,
tum decoctis confusaneæ vtuntur, tametsi ad aluũ citandam frequentius vsurpentur; ea tamen astringere cen-
suit Diosco. Gal. contra 7. simpl. cap. 35. scribit. Cæterum haud scio cur Diosco. pruna Damascena siccata, ven
trem sistere dicat, quum & ipsa palam ẽt subducant, minus tamen quàm quæ importantur ex Hiberia huiusmo
di controuersiam animaduertit Auic. cap. de prunis, at insolutam reliquit. hic itaq; nudato ense, toga brachijs
cõplicata rixantur duo medicinæ lumina, quorũ alteri subscribit Matthiolus, alteri Brasauolus, scribens: Gal.
parũ prudenter Diosco. reprehendisse, eumq;, nõ Diosco. fuisse deceptũ, quoniã pruna Damascena sapore aci-
da sunt, & astringentis facultatis experimento ipso, imo & Gal. id ostendere, 2. de alim. facul. cap. 31. quũ in-
quit. pruna Hispana nihil astrictionis præseferre nõnulla vero Damascenorũ vel plurimũ; ex quibus videtur in
tulisse, Damascena præclarã habere astrictionẽ respõdens aũt seni percunctanti, quid est quod si quis edat, ex-
cernit, respõdet: recentiũ esu copioso, tũ ex humiditate, tũ ex frigiditate ventriculũ relaxari, sicca aũt copiosis-
simè sumpta ob frigiditatẽ, & mediocriter sumpta astringere, quanquã dici poßit cõprimendo educere, verum
hoc esse cõstipare, vt deniq; tã recentia, quam passa astringant, sed quia plures habent species inter se differen-
tes, quædã magis, aut minus, Matthiolus cõtra; immemorẽ, atq; incautum Brasauolum, à veritate prorsus alie
num prædicat: quoniam non solum pruna damascena sicca, sed etiam alia quàm plurima simplicia medicamen-
ta deiectoriam simul, & astringentẽ vim obtinet, vt tamarindi, ac myrobalanorum omne genus, & rhabarba-
rum, atq; alia pleraq;, quæ præter id quod aluum prius deyciant, stipticitatis vestigia relinquunt, qua sanè fa
cultate prædita, optime Gal. Brasauolus autẽ nequaquã percepit. quare quum in simplicibus edocuisset, pruna
Damascena siccata subducere, vt indicaret etiam astrictoria vi pollere 2. de aliment. falcult. his verbis attesta
tur. siccata & ipsa possunt esse vsui, quemadmodum & ficus. Fama est ea pruna omnium esse præstantißima,
quæ in Damasco vrbe Syriæ nascuntur, secunda autem post illa esse quæ in ea regione, quam Iberiam, ac Hi-
spaniam nominant, proueniunt. verum hæc quidem nihil astrictionis præseferunt, nonnulla verò Damasce-
norum vel plurimum. Optima autem inter ipsa sunt, quæ cum mediocri astrictione, magna sunt, & laxa,
quæ autem exigua sunt, ac dura, & acerba, praua sunt, tum si esuum spectes, tum si alui deiectionem,
quæ maxime sequitur ea, quæ ex Iberia afferuntur, ex quibus satis patescit, non nisi inualidis admo-
dum argumentis enixum fuisse Brasauolum, ac si saporum, odorum, cæterarum denique non fructuum
modo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

modo, sed etiam omnium ferè simplicium qualitatum expers extiterit Gale. quarum ita accuratus scrutator, quàm accuratissimus fuit, vt parem vnquam repererit neminem, veluti satis superq; in quinq; primis simplicium libris vnicuiq; elucescet. Huc accedit quotidiana medicorum omnium experientia, qua Damascena his similia quæ à Gal. præferuntur, palam subductoriæ facultatis sunt, postea astrictoriam relinquunt. non secus ac tamarindis, atq; myrobalanis vsu venit, ideoq; pro Diosco. hoc facere posse, quum inquit, Damascena aluũ stringere, vt referuntur ad pruna, quæ minus astringunt, nec ob id purgatoria vi carere intellexerint. hæc tela, hi aculei, quibus se irritant: gaudeat igitur Gal. tam acerrimum deffensorem nactus, talemq; asseclam, qualis non Pyrithous Thesco, non Achiles Patroclo, non Hephestio Alexandro magno, non Damoni Pithias extitit vnquam. quandoquidẽ tam apposite Brasauoli argumentis respondet Matthiolus, vt nisi alio scuto, aliaue tutela protegeretur Gal. quantum equidem reor, iam de Diosco. male sensisse iudicandus esset. nempe Brasauolus, tam recentia, quàm sicca Damascena, nullo pacto educere suapte scilicet natura probasse putauit, & si Gale. sua humiditate, ac lentore, subducere scripserit. Matthiolus autem, de tamarindorum, ac myrobalanorum viribus, primum quidem aluum deicientibus, postea astrictam relinquentibus comminiscitur, velut huiusce rei, & Galenicæ diffinitionis nescius, videlicet 2. simpl. cap. 13. ab accidente esse, ex eo quod per se, omnia clare cognosci, ob id Brasauoli hominis vt expertissimi, ita harum rerum non ignari, nullo pacto argumenta submouet. siquidem iustis in Gale. titulis inuectus est, eiusq; in Dioscor. (pace tanti viri) conatus repressit. quum 7. simpl. & ipsa Damascena palam deiectoria vi pollere, absolutè scriptis mandauerit, verum 2. de aliment. facult. cap. 31. parua, dura, & acerba excceperit, priusq; quædam Damascenorum, vel plurimam astrictionem præseferre, de quibus scilicet [illegible] versatissimum Diosco. intellexisse suspicandum. quod hæc tunc temporis, Damascenorum nomine sola insignirentur. neq; enim rei tutus est, scribens fama esse, &c. Gal. verò tempestate, quædam illis colore scilicet, formaq; æmula, maiora tamen, gustuq; diuersa, impropriè Damascena nuncupari potuere, & hoc pacto istorum discrimen componi, meo quidem iudicio posset, duplicia. n. sunt, hoc etiam tempore Damascena, quædam. n. maiora, dulcia, gustu suauia, quæ ab omnibus magis expeti consueuere, recentia potissimum cum rore decerpta, ad aluum leniendã vulgo familiaria, ideo vix vnquã ab aromatopœis exsiccãtur. quin & Diosc. quum pruna absolutè aluum emollire asseruisset, syriaca, & præcipuè è damasco exsiccata, nec aliarũ specierum omnia excipit. hanc verò litẽ in Mesue cõposuerit, declamatorie, alijs perquirendum relinquo, alia verò minora, acida, subacerba, ad vsus medicos potius accipiuntur, quia non ita facilè putredinem, corruptionem, mucoremue sentiant, quæ maturis, & nisi maxima diligentia siccatis, facillimè succedunt. quamobrem si boni consulantur Brasauoli dicta, id innuere voluit, atq; aromatarios edocere, Damascena cõis in re medica vsus, nullo pacto subducere, quod si contingat præ nimia copia ventriculum, relaxari, id vt in cibo plusquam par sit ingesto, & corrupto, ad inferna reijci, stipticitatis ope tunc tẽporis destituta, qua in re tenebrosus de more Brasauolus non parum cespitat, res ipsas opaca nimis caligine circumfundens, omnia Damascena solutione vacare absolutè contendens: quum tamen liquido constet crassiora, eaq; probè hac in parte censuit Matthiolus, quæ ex Gal. prælata ventrẽ citare, propterea hoc admonendi sunt [illegible]polæ, ne minoribus, acerbisue vtãtur Damascenis ad solutionis opera, antidotis purgantibus, decoctis thoracicis, atq; infusis, vel diapruni, vel pulpa prunorum parando: potius. n. Hispanica, vulgo Catalonica, dulcia [illegible], nullam præseferentia astrictionẽ ampla, succulenta, et quæ duobus digitis leuiter cõpressa, quum perfecte maturuerint expilari consueuere, accipienda: vbi verò astrictione est opus, alia: vt etiam pruneola vocata, syluestria, ad hos vsus præstantissima ẽt maturitate flaccida at syluestrem prunũ, quẽ Germanica voce schleben appellitant, aliqui poterium esse tã fatue prodidere, vt eorũ stultiloquium diligentissimè infrenauerit Fuchsius 1. de cõp. med. hanc eandem credit Amathus, Hispanis familiarem carduum esse, quæ quantum inter se conueniant, etiã lusci dijudicent: de poterio Paulus libro 7. bis disseruit, sub nomine neuras, alijs poterion, & sub nomine poterij, quod alij phrinion dicunt.

Dioscoridis, & Brasauoli tutela aduersus Gal. ac Mathiolũ

Brasauolus fuscus.

Poterium Amathus arguitur. Pauli repetitio.

CVscuta: ex Serapione, authore Abohanifo, est herbarum strangulatrix, his, & earum cacuminibus fili instar se inuoluens, tenui in apicibus fructu, in vinetis vt plurimum prouenìens: authore Aben Mes. est herba ligno agnata, & secum implexa, amara quidẽ, sed põtica magis: authore Aborebenio, calefacit, iuxta plantæ cui annectitur qualitatẽ: ex Auic. est res in modum capillamenti, spinis, ac plantis inuoluta, sine folijs, paruo tamen ac albo flore, astringẽte inquã, sed amaro magis: apud nos hodierni epithymi æmula, rubris arbusculis, omnibusq; proximis fruticibus adhæret, eorũq; adminiculo ramulis se agglomerat miræ lõgitudinis capillamento, per vertices rotata, primũ radiculis nixa, quæ tũ arescunt, ac vanescunt, vbi alienũ depascit alimentum, alter per terrã serpit, inter linũ vt plurimũ tenuibus se implicat cirris, adeoq; crebris inuolutionibus has circũsepit, vt plures ambiat lini plãtas, quibus veluti clauiculis nixa, tã arcte crebro alligatur, vt denso cõtextu aut perimat, vel cacuminibus impendens, sua mole eas oneret, humiq; procũbere cogat, vel propriã parẽtẽ suis laqueis strãgulet, vel humiliores, sterilesue cõtinuo alimẽti succtu reddat, ideo recẽtioribus podagra lini, siue linaria appellatur, quod propriũ ferè sit cuscutæ stratũ, ibidẽq; nata magis albicat, quã alibi, alijsq; potior existimatur: cirris. n. est dilutiore purpura rutilãtibus nõnũquã ex rubro rufescẽtibus, fidibus lyrarũ crassitie paribus Theoph. orobanchã existimant quidã alij hãc esse quã Plin. lib. 16. cap. vlti. cassuthã appellat, nõnulli arbitrati sunt, sit, nõ sit, nõ multũ refert, vel cadytus, vel aliud legatur quòd si ἄφυλλον sit Diosc. nõ erra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

bunt androsacen existimantes, si verò ἐμφυλλον, senã suadent nonnulli Aben Mes. & Auic. in hoc dissentiunt, quod alter ponticam magis, amaram minus, alter magis amarã, & minus astringentem facit; Iulio, & Augusto mensibus, flore est albo ac semine tenui. Est & linaria osyris credita, alijs hortensis planta, vulgo belueder.

Androsace.

TAmarindi: off. & Barbaris, quasi palmulæ Indicæ, Græcis ὀξυφοίνικα, Latinis acida palmula, alijs syluestris palmæ fructus, à saporis acore sic dictus: ex Arabum viridario prosiluit: ex Serapione, authore Aben Mes. fructus est subruber, medullam habens ex croceo subnigram, & acido dulcem, ceratia siliqua copiosiorem, quæ quidem ad vsus recipitur ossibus abiectis. præcellunt recentes, non tabem, aut marcorem vetustate sentientes, maxime acidi: authore Mesarugio, sunt veluti pruna tenuia, minusque humida: ex Auicenna, præstant vere acidi, recentes, non senio confecti, neque exsucti, ex Mes. sunt dactyli acidi, fructus palmæ syluestris Indicæ. præstant sub nigri, splendentes, teneris villis, ceu radicibus quibusdam permixti, recentes, pingues, dulcacidi, synceri. adulterantur carne prunorum, sed nigredo dolum detegit: præterea humiditas largior, & prunorum tum odor, tum sapor: quippe nec adeo sunt acidi, nec tam saturato colore nigricant. quidam siccos puro vino humectant, vt recentes videantur. hæc sunt quæcunque de tamarindis ab Arabibus excerpi potuere, quos aliqua phrasi, diuersis sanè verbis illustrauimus, ab eorum mente ne vel minimum recedentes, vt ab eorum interpreti[illegible]s inornatiu[illegible], cum hac conferentes, facillimè dijudicabunt, non enim succidere, non quicquam addere ausi sumus, ob Arabici idiomatis inscitiam, & si hæc temere satis perpetrarit Iacobus Syluius: nos quippe eorum versiones sectamur, vbi verò aut res, aut veritas aliud expostulet, in aliam reijcimus seriem, nunc etiam ex Darien occidentali insula excerpuntur, vt in earum Summario Petrus Martir, multas referens eius regionis palmas, quæ propter saporis acorem, edendo non sunt. ad nos integri non afferuntur, sed plerunque contriti, et in massam cõpacti nucleo multiformi, solido, & subflauo, meditulio albo, duro, linguam corrugante, pediculis quibusdam simul insertis ex arbore salignis frondibus. Manardus dubitandum reliquit, an sint phœnicobalani, vel myrobalani pomatis cognomine, de quibus Dioscor. lib. 1. cap. 125. quæ ambo astringere censuit, quod si eandem rem descripserit Mes. contrarias ei vires attribuat. qua in re, quo pacto cauilletur, quibus dubijs vacillet, non habet: quũ tamarindi osse præditi sint conspicuo, at phœnicobalanus, qui myrobalanus dicitur maturus, ossa non habeat ex Manardo, authore Plinio, lib. 23. sitq; colore virindi, & odore mali cotonei. quidam palmulam Thebaicam, Dioscor. tamarindum vocant. Cardanus ventriculo nocere asserit, quum tamen frigido solum officiat, bilioso autem prosit, ex Auerroe.

Mes. tutela aduers⁹ Manardũ. Cardani lapsus.

MAnna hebræis quid hoc est, roscidus è cœlo decidens humor, feruentißimis vt plurimum diebus, sub lucanis temporibus, obuio terræ halitu, nunc in grumos coactus, nunc vt mel eliquatus: ex Serapione Arabum authoritate, foliorum in quibus delapsa recumbit, facultatem asciscit: at quæ althæam, vt mel irrorat, statim decerpta virescit, diutius moram trahens albescit ex Auice. est omnis ros dulcis vt mel, gummi instar compactus, vt terniabin, alsiracost, & mel è cusuramio syluestri allatum, de quibus singulatim proprijs capitibus, præter leniendi vim, atq; dulcorem, à quibus inhæret, virium nonnihil assumens: quum ergo inter hæc similtudo intersit, quid sentiant hisce in locis, vt res apertius elucescat, considerandum. Terniabin ex Serapione, mel roridum exponitur: authore Isach, est ros è cœlo deciduus, melli in globulos compacto non dißimilis, flores, fructus, ac cacumina palmarum Corasceny orientalis aspergens: authore Aben Mes. alba, & recens excellit. ex Auic. est ros in Corasceno, eiusq; transfluuium locis frequentius emanans lapidibusq; insidens: capite de melle hæc quoq; asserit. Mel est ros visum subterfugiens, ex vapore elato, & cocto, nocte coalescens, flores, & alia .i. arborum ramos, frondes, herbas aspergens, quẽ ebibunt apes, quod verò perfectam adeptum est cocturã, sensu patet, legiq; potest, iuxta quæ insidet euarians. ex Mes. Manna est ros ex halitu elato, & cocto, in aere temperato, fœcundo, lætis aspectibus, super quasdam plantas, ac lapides cadens, ex quibus di uersas adipiscitur formas: quæ enim lapidibus incidit, guttarum, aut seminis modo coagulatur: præstatq; dulcis, alba, & recens, hanc subcitrina consequitur: mala verò antiqua, cœnosa, ac fusca: quæ plantis harum, tum aliquã facultatẽ assumit, tum foliorum, ac florum, earumq; particulis admixta cernitur. quæ tamen harum minus cõtinet, præstantior est, recens ẽt, ac subalbida. ad nos tria mannæ genera asportantur, vna ex orientalibus locis, altera ex Calabro solo, tertia ex Brigantio, de qua inferius. Orientalis duplex visitur, prima, & præstantißima masthichina dicta, à granorum masthiches similitudine, à quibus nacta est nomen, in quosdam quasi grandinis callos, niueosq; globulos densata. Altera bambacina vocitata, aut masthichina euanida, & senio exhausta, multo saccharo, farina miliacea, aut hordeacea, alijsq; miscellis vitiata, vilis, detestabilis, nulliusq; momẽti floccorum lanæ & gosipij .i. bombacis effigiẽ candore præseferens Calabrensis triplex: prima, & præstantior, foliorũ manna, siue frondacea dicitur quod stirpiũ frondibus insidens, colligatur, oblongis cõstans granulis translucens, grauis, masthiches in morẽ lenta primũ, mox facilè liquescens, alba, dulcis, & suauis, folijs cõcinnatis, & his quidẽ latioribus, veluti tegetibus extẽsis, vt aptius colligatur, nec supra alia decidat. secundam sibi vendicat sedẽ, quæ trunco, ligno, plantarum caudicibus inhæret: qua causa ligni, vel trunci manna vocitatur. tertia manna terræ, omnium infima dicitur, in terram defluens, lapidibusq; insidens, arenulis permixta, colore liuente, minus syncera. Est & Brigantina, è Brigantio cænomanorum oppido, nundinis illustri, candida quidem selecta videlicet, nec vitiata, dulcis, & gustu iucundißima, minuta melleam dulcedinem representans: alia vero liuescens, tenuior, pineis festucis, surculis, herbulisque, & foliolis etiã aduoluta, subductione alijs ignauior,

Terniabin

ignauior, ad alios vsus, vt etiam ad lenitionis opera, vix subduplo efficacissima: quum præsertim orientalis Calabrensisque interdum rancida amarescant, & alijs imposturis imbuta, minus valeant: quum itaque manna cœlitus cadat, vt etiã Terniabin, authore Abicio, ex Serapione, ijsdẽ facultatibus ad vnguem insignita, mirum subit, qua nam de causa Serapion, ac Auic. separatis capitibus, de his sigillatim disseruerint: cur etiam alsiracost, & mellis cusuramij meminerit Auic. quæ omnia mannæ significatu complecti potuit, vbi & capita, & eorum dotes inuicem comparentur. Brasauolus tamen, ac Matthiolus, ideo factum, esse coincidunt, quod terniabin, & manna differant: alia quum liquescat, melli similis, alia in grumos coacta sit, verum inter se distant, quod Brasauolus, ambo quidem ex rore dijudicet, attamen mauritanorum terniabin, nostram esse mannam, in grumos conglobatam, vsu communem, eorundem verò mannam, tanquam liquorem melle densiorem esse, hanc vero opinionem Arabum scriptis refragari, contendit Matthiolus, vt commento capitis de thure, propterea istorum terniabin vt etiam Fuchs. 1. de comp. med. liquidam esse mannam, eorum verò mannam, hanc nostram in granula concretam esse, his probat fundamentis: quoniam Serapion scripsit. Terniabin rorem esse è cœlo emanantem, melli in grumos concreto similem, aliter mel roscidum, siue manna nuncupatum. Auic. aũt de manna agens, inquit: gũmi modo condensari, à quo non recedit Mes. ac itaq; in altercatione statim emergat opus est, qui aut duellum pacet, hosq; conciliet, vel aduersus vtrosq; digladietur, atq; palmam sibi vendicet, proprioq; imprimat vexillo. nos .n. vsq; adeo vtrunq; opprimemus, ita illorum impetus propulsabimus, ac propellemus, vt caprini velleris litigium, apertissimè indicet hos ita Arabum controuersias dirimere, vt in teterrima prolabantur vitia, nunc contumelijs, modo ineptijs, vagaque, & nõ profutura lectione hos irritent, volumina impleant, res indiscussas relinquant, quæ vsui nõ sunt prosequantur, sæpe velut elingues, et stipites, vt canes è nilo, vident, & fugiunt, scrupos inijciunt, vbi autem rei veritate opus est, non dissoluunt. cuius quidẽ generis adeo multa, atq; innumera reperiuntur, vt nè lingua explicari, nec calamo scribi, nedum cogitatione aliqua complecti possunt. Quandoquidẽ absolutè nullo pacto dici potest, aut mannam, aut terniabin, hoc liquidum vt mel concretum, illud grumosum, aut è contra, vt hi diuersimode sentiunt. quũ Serapion cap. de manna Brasauolo subscribere videatur, inquiens vt mel defluere. Auic. tamen, ac Mes. Matthiolo, quorum alter mannam gummi modo, alter verò guttarum, ac seminis more coagulatum scripsit, quorum dicta si ad vnguem examinentur, vtrosq; in errore versari, nec scopum attigisse, facilè decidemus: quum enim Auic. ac Mes. Brasauolo repugnent, nulla ratione dixit mannam Arabum, esse liquidam, & si huius generis reperiatur in Neapolitano agro nullo hodie in pretio habita penè contempta, quumq; Serapion, ac Auic. ex quo suæ probationis fundamenta iecit, Matthiolo, neq; ipse terniabin liquidam esse aliqua ratione tradere potuit. scribit .n. Auic. mannam concrescere gummi more, vt terniabin, alsiracost, &c. si ergo gummi instar terniabin concrescit, ambo vt gummi addensata, dicenda sunt. quum terniabin ex Serapione, sit melli granuloso assimile, atque ex Auic. sit ros in corasieno descendens: quid garriunt, quid desipiunt ambo, hoc, aut illud diuersa affirmantes, in quibus neq; ipsi constituti aliquid eduxere. siquidem si hoc tale esse ex Serapione tantum, illud verò aliter ex Auic. decertarent, vix excusarentur, vix admittendi essent: quum itaq; ex Arabum mente, hæc absolutè pronunciare ausi fuerint, oppido quàm ingeniosi sint, ediscere licet, vbi igitur vel manna, terniabin, alsiracost, aut mel cusuramium, in Arabum antidotis comperiantur, manna, & ea sanè præstantissima, vbiq; imponi potest. An huius cœlestis mannæ recordati sint Græci quibusdam alioqui dubium extitit. Hermolaus putare videtur, elæomelli Dioscoridis, esse aeromelli, idest mannam: hunc verò eodem aculeo admirantur Brasauolus, ac Matthiolus, ante eos à Ruellio, primo de natura stirpium, cap. 24. animaduersum: & si capite de saccharo, in eius tutelam nescio quid commenti simus: verum tamen, quum elæomelli, lib. 1. cap. 31. ex arboris caudice effluat, oleum melle crassius, veternosos reddens: Manna autẽ non ex trunco, in hanc potius quàm illam arborem non descendat, ex Brasauolo, vires etiam recreet, & elanguescentem appetentiam excitet, propterea ignorare videtur, mannam quoque è fraxino, & orneoglosso emanare, vt cap. de saccharo dictum est, id quod quum à veritate omnino abhorrere, fabulamque esse aduersus Monachos tradidisset, vulgari idiomate Matthiolus, Latinè credit quidem, at infamiam suam nephario in eos odio, diuersis sanè argumentis susurrauit: quum autem Amatho inurit, quod ex Indica nuce elæomelli destillare affirmet, is ex palmæ Indicæ caudice, cuius fructus est nux, defluere asseruit, & oleum, & mel, nec de vna re, verum de duabus prædictis mentionem fecisse: Matthiolus contra, de vno tantum liquore Dioscoridem pertractasse deponit: at quum diuersæ sint facultatis elæomelli, ab oleo è surculorum pinguitudine facto, & si vtrunque facultatibus implicet Auicenna, cap. de amumelli, in reliquis Dioscoridis mentem sectatus, hinc saltem geminum liquorem annotasse debuerat, vt suis in commentarijs non præterijt, nec ideo excusandus est Amathus, pierio vt credimus æstro percitus, iccirco fabulosas vbiq; cantilenas effingens, quum oleũ mellitum ob dulcorẽ vocetur, non quod mel sit, sed vnica voce Græcis vocatum, id quod & capitis præscriptum indicat, videlicet: περὶ ἐλαιομέλιτος, nõ περὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος. an verò è palma indica mel, vinũ, fructus, linũ colligantur, quũ Gonzalus Ouiedus in Indicis suis nauigationibus, talia ex hac palma susceperit, non est quod Amatho fides adhibeatur, quũ Plinius, lib. 24. cap. 4. ex oleis ipsis manare elæomelli tradiderit. Marcellus quoniã ab oleo statim de eo agitur, & quasi congener oleo subijcitur, in censu mellis magis constituendum iudicaret, si mellis, magis quàm olei naturam referret. vt deniq; Diosco. hac de manna locutus non sit: eam autem non leuiter delibat Gal. non adum-

Alsiracost

Brasauoli & Mathioli diuersæ opiniones reprobant

Brasauoli inscitia.

Pro Monachis aduersus Matthiolum.

Auicenna implicitus Amathi error.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

brat, verum vnico loco apposite, certißimeq; demonstrat, idq; 3. de aliment. facult. cap. 34. quod peritis naturæ interpretibus videtur, ex halitu è terra, & aquis solis calore sublatis, ac deinde exactè tenuitatis, et coctis, qui frigore noctis concreti coalescunt: hoc mel roscidum, et aereum nuncupatur, melligo certe sub lucanis tēporibus, in arborū folijs concreta, roscidus sapore mellis humor: quod verò manna vocant Græci, aliud est ab hac cœlesti manna: nēpe ex Diosc. lib. 1. cap. 72. māna thuris dicitur, vt ēt ex Gal. 13. meth. med. cap. 5. purgamen

Māna thuris.

tū thuris, leui astrictione præditum, ex eius glebarum attritu elisa, in acerris subsidens. hanc mannā thuris, cū manna roris, inepte satis implicuit Serapion, cap. de manna, quum in initio è cœlo deciduā, pectus, & ventrem lenire dictauerit, postremo Hibicis sententiā inserat, his verbis. astringit ventrem, & est siccæ naturæ, quæ de manna thuris, nō aūt roscida intelligenda sunt. idq; euidenter eiusdem Serapionis testimonio cōprobatur, capite de terniabin vbi eodē Hibice authore inquit, terniabin est manna, ut manna descendens, febrium biliosarū

Serapiōis lapsus.

feruorem sedans, sitim extinguens, ventrem mediocriter emolliens, thoracē, ac tußim leniens, quibus vel se ipsum apertißimè falleret, vel se, aut eius interpretem implicuisse, atq; mannam aereā, cum manna thuris, cui nihil simile, communeue est, permiscuisse necessum est, quod autem Serapionis caput de manna, non sit de manna thuris, nulli dubium, eam. n. cum thuris cortice, cap. de olibano, ita inuoluit, vt quamuis huius vocis non meminerit, id totum thuris cortici ascribat, idq; Diosco. verba ab eodem adducta conferentes, facillimè intelligent. aduertant itaque aromatopœi, ne similitudine nominis decepti, pro manna thuris, cœlestem imponant, aut pro cœlesti, in Arabum antidotis mannam thuris, in hac Crinitum accusat Manardus, Epist. 4. libri primi.

CAsia: vel simplici cōsonante, prima correpta Latinis, vel duplici, cuius nunc tantus nigræ medullæ in aluo mollienda vsus, vt sine ea vix poßit nostrorū temporū medicina stare, antiquioribus, ut nostro orbi diu incognita, meliore tandē fato, ex vltimo mundi aliquo margine ad nos penetrauit, trifariā diuisa. Altera ex Memphi, Cairinæ cognomentū, iccirco nacta omnium iudicio alijs præferenda. Secunda Damiatensis, siliquis & si craßioribus angulosis sanè, minus tamen est pulposa. Altera occidentalis, ex Hispaniola, cuba alijsq; insulis, siliqua quàm prima breuiore, torosiore tamē leniēdo reliquis valētior, annua præsertim, nuncq; vt in Indicis historijs, lib. 8. cap. 1. eius ibidē maxima viget copia, fronde, ac folijs iuglandis, angustioribus tamen, ac tenuioribus, floribus croceis, siliqua tereti, feruginea, nigraue pollicis magnitudine, cubito quandoq; oblongiore, obliqua, succo prædulci uerum medicato, propterea sanitatis, salutisq; nostræ non mediocrē gratiā à nobis, & ipsa sibi inuenit; priscorum igitur nemo est, qui eam vel à longe describat, vel nutibus ostendat, quibusdā Aegyptia siliqua, vel casia siliquaris, aut nigra, mauritanis ēt, & recentioribus quibusdam casia fistula, quæ tamen apud Græcos, vt cap. de casia discussum, aliud non designat quàm Diosco. casiam, & istorum casiam ligneam, Arabum itaq; munus est, de qua Serapion, sub hac voce ciarxamber, cui fistulæ nomen parum recte, sed siliquæ magis competit, quoniam vndiq; clausa, aliarum siliquarum in leguminibus modo, semina sua intra se claudit, fistulæ verò à summo vsq; ad extremum, peruio & excauato foramine patent: siliquas itaque potius quam fistulas fert, cylindraceas, lōgitudine ferè cubitalis, lignosas, colore nigro, et quasi ex sole, igneue torridas, inter quas lignosi itidem per interualla orbiculi sunt, & inter eos semina concreta, ceu pulte nigra inuoluta ex Actuario etiam recenti Græco, omnibus ferè à Serapione mutuatis, ita describitur. Fructus est fistulosus, teres oblongusq; concretum intus humorem ferens, non vna coalescens continuitate, sed ex interuallo intercedentibus lignosis, tenuibusq; membranis, septus seminalibus granis figura, & specie, non dißimilibus ys, quæ cognita nobis siliqua profert, additur ex Serapione, fructum esse subrubrum in nigrum inclinantem, eiusq; fistulam aut verius siliquam, præstare ponderosam, pellucentem, ac intus nigram, quæ inclusis seminibus minime obstrepit, vsuiq; esse internam eius medullam: ex Mesue deligenda & est fistula insigni plena, ob id graui, quam si concusseris, inclusa grana non resonent, splendente foris, ac etiam in medulla pingui, quæ recens sumenda est, potius quàm vasis seruata. hodie datur cortice membranis, seminibus, per cribrum purgatis, isq; flos casiæ, succus, pulpa, aut medulla, vocari consueuit, cuius loco perditißimi quidam propolæ, membranulis simul contritis, vt maiori pondere superlucrentur, bolos effingunt guttur exasperantes vsq; adeo vbiq; atrocißima comittuntur scelera, posthac sacra aqua nullo pacto expiāda. Quandoquidem & siliquas subterraneis vliginosisq; cellis asseruant arena limoue interdum operiunt, aquā obruunt, quo imbibito humore recentes plenæ grauesq; appareant, propterea flatuosam experimur. sacchara etiā condita dum recens est, Venetias affertur, in eundem vsum, in quem Manardus semina quoq; efficacia esse, longeq; magis quàm intraneum liquorem, scriptum reliquit Brasauolus huic tacitè aduersatur, quod recens cum cortice condita, soluat quidem, non tamen plenius, quàm qui flos casiæ appellatur, nec grana melius soluere, vt falsò putant quidam, imò quandoq; nihil penitus soluere, ēt si qui sumpserat, decem drachmas eorum pulueris melle mixtas comederat, id. n. ter aut quater, in diuersis data opera fecisse, vnum solui visum, sed id potius ex flore casiæ mixto effectum arbitrari, nec mirandum est, si quo maiori pondere, eo minus eduxerit, quin verius aluum constipauerint, quum adeo lignosa sunt, vt puluerari poßint. attamen Manardus, non huius communis semina, sed recentis conditæ casiæ in-

Manardus à Brasauoli nota defenditur.

telligit, in qua nuclei molles, liquore quodam grauidi potentius leniunt, quàm vera casiæ medulla, quæ tunc temporis velut præcoqua est, ac imperfecta. at forte Brasauolus conditam non esitauit: nos enim sedulo, hoc pluries experti, semper inuenimus nucleos adhuc tenellos, atque, vt ita dicam, virides, seu maturis recentes, conditæ casiæ, eius medulla magis subduxisse: in is itaque pericula facere Brasauolum oportebat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

oportebat, non in casiæ vetustæ nucleis: se igitur abdat in suum musæum, tanquam in gurgustiolum, nec amplius latret, eoque minus obstrepat Matthiolus, Ruellium admiratus, quoniam ex recentiorum Græcorum sententia, casiam hanc fistulam appellet, quum tamen ipse eorum hactenus repererit neminem, de huiusmodi soluente casia differentem, Actuario excepto, nec fistulam, sed nigram vocante: at sui erroris complex, quum scilicet Trallianus Alexander, ac Nicolaus Myrepsus Græci, casiam hanc fistulam quoque vocent, ceu non it inficias latinè loquens capite de casia, hinc mutato idiomate, Ruellij sedulo obliuiscitur. Matthiol⁰ retractat.

FVmaria: officinis fumus terræ, capnos Græce, adeo nota est, vt monitore non indigeat: hæc quia magna vbique copia luxuriat, ideo quasi vilescit, & si eam pluribus & quidem non contemnendis viribus commendēt Mauritani: herba, eiusq; succus, veris initio efficacissima, semen vere desinente: quumq; eius succus oculorum aciem acuens, non paulum trahat lacrymarum, velut ipse fumus, ideo ei appellationem inditam scribit Galenus 7. simpl. ex Mes. optima est viridis, tenera, folijs tenellis, planis, non crispis, flore subuiolaceo, nunc vero subalbo, nunc cineritio, nunc pallido violaceo an autem corydalios sit de qua Gal. 11. simp. in calce capitis de gallerita quia in ascriptitijs Diosco. nomenclaturis hac voce capnos inscribatur vix vnquam crediderim quin Græcus aliquis vel Arabsúe colicos iuuare leuiter saltem in fumariæ sermone attigisset.

Antidotus Philonis.

REcipe piperis albi, hyoscyami albi, añ. drach. xx. opij drach. x. croci drach. v. spicæ, pyrethri, castorii, añ. drach. i. mellis despumati quadruplo omnium excipe: addunt aliqui, moschi, scrup i. Datur quantitas ciceris, aut fabæ paruæ, cum liquore aliquo conuenienti.

Efficacissima & expertissima ad sedandos vehementes, & lethales partium dolores, ventriculi, coli, hypocundriorū, hepatis, lienis, renū, vteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu crasso, aut amborū causa, intēperie frigida, valet ēt ad suffocationis periculū, singultū vehementē, vrinę difficultatē, ob hæc à morte impēdēte vēdicat.

Idem est quod apud Galenum 9. de comp. med. secundum locos, Philoni medico Tarsensi ascribitur, verum pro castorio, euphorbium accipit, vt etiam ex Paulo, lib. 7. cap. 11. at ex Actuario, cum ponderum inæqualitate, vt etiam triplex è Myrepso, ex Aetio geminatur pondus, Tetrabib. 3 sermone 1. cap. 33. nobis euphorbium magis arridet, hocque & si primum, atque celeberrimum sit antidotorum, quæ à Græcis ναρκωτικὰ, καὶ ἀνώδυνα, καὶ παριγορικὰ, καὶ παραυυτικα, *hoc est stupefacientia, & dolorem sedantia, lenientia, aut mitigantia, barbaris verò ac recentibus quibusdam opiata, quod illorum compositioni opium præcipuè addatur ceu & deleteria quædā vti ex Gal. 4. simpl. cap. 18. & 3. de temper. huic tamen quidam ademere, alij additis quibusdam, ponderibus quoque euariantes, diuersis etiam nominibus insigniuere, vt infra. hæc tamen, & similia, è quorum genere sunt, quæ* ὑπνωτικὰ, *hoc est somnifera, soporemúe mollientia, aut somnum conciliantia, post annuum, vel saltem semestre compositionis tempus sumenda sunt, ad annum vsq; decimum, quousque stupefaciendo sensum, partis dolorē tollunt efficaciter, postea languidis sunt viribus ex Gal. 12. meth. med.*

Antidotus Philonis, D. Hamec, filij Zachariæ.

REcipe melanthii, castorii, piperis, ameos, baccarū lauri, cumini, foliorū rutę, calaminthes, opii, hyoscyami, cor. rad. mādragoræ, partes æquales, melle excipe. alii scribunt opii partes ii. croci partem vnam. Datur à drach. ii. ad aureos duos. Earundem est virium.

Philonium Romanum, siue maius.

REcipe piperis albi, seminis hyoscyami, an. vnc. med. opii, drac. ii. & med. casaro. cinna. an. drach. i. & med. seminis apii, drach. i. olusatri, fęniculi, dauci, an. scrup. ii. gř. v. croci, drach. med. spicæ nardi, pyrethri, zedoariæ, an. scrup. med. gr. vii. euphorbii, costi, an. drach. i. mellis despumati optimi triplum pondus.

Emendat tussim cū vino mulso oblatū, peripneumoniā cū hydromellite, sanguinis sputū cū succo poligoni, indigestionē stomachi, & vomitum, cū posca, dolorem hepatis cum vino, spleneticis, & auriginosis cū melle subuenit, cœliacis cum decocto rutæ sylueſtris, pleureticis, iliosis, nephreticis, & vesicæ symptomatis.

Fuchs. 2. de cōp. med. cap. 15. legit hyoscyami an. drach. v. croci, scrup. med. costi loco myrrhā & castoreū.

Præpositus legit hyoscyami, an. drach. v. croci, scrup. med. & zedoariæ, an. gr. xv. Cordus autem apij, vnc. i. dauci an. scrup. i.

Philonium Romanum Parsense Auicennæ, libro quinto. Idem est cum Galeno descripto, si drachmæ aureorum loco legantur: at pyrethrum inclusiue legit, deinde castorei, doronici, margaritarum, & sel, ann. drach. i. hoc autem hactenus vsi sunt nostrates medici, quos tamen non sum passus in Auicennianis tenebris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

diutius versari, & si inueteratas eorum opiniones deturbare videar, eorumque audaciam comprimere, & debilitare. Nempe quum præsto sit antidotus Philonis Gal. recitatus, is ædepol ad vsus transferendus est, quum præsertim sel, loco oxyacanthæ fructum accipiant Arabij, & si horum nemo hactenus quid sel voce intellexerit, vel leui aliquo argumento complecti potuerit, vt neque Auicennæ interpres, tametsi seditionis, ac discordiæ inter eos concitatæ amplus sit locus.

Sel.

Philonium Persicum.

Recipe piperis albi, seminis hyoscyami albi, an̄. drach. xx. opij, terræ sigillatæ, an̄. drach. x. croci, drach. v. euphorbij, spicæ, pyrethri, an̄. drach. ij. castorij, zedoariæ, doronici, margaritarum, moschi, an̄. drach. i. caphuræ scrup. i. mellis rof. triplum: addunt quidam lapidis hæmatitis, drach. v. succini trochis. ramich, an̄. drach. i. alij pro pipere albo, legunt, papaueris albi, cum Cordo, ex Mes. cap. de sputo sanguinis, mendose tamen.

Sanguinem menstruum, & hæmorrhoidarum, fluxum ventris, vomitum, & sputum sanguineum continet, præsertim cum succo plantaginis dissolutum, & bibitum, ad menses immodicos vuluæ immissum ad dyssenteriam, clysteribus inditum, consolidat ferme vlcera, & venas, & nihil est quod magis, & tutius præseruet ab abortu, completum præsertim.

Myrepsus triplici descriptione, ab his procul esse conspicitur, vt etiam ab Auic. 5. can. & si Mes. exemplaria ponderibus nonnihil euarient, Fuchs. 2. de comp. med. vlt. à Mes. desciscit.

Zazanea, alijs Saganea, siue Egetæa, vel Azarauij.

Recipe castorii, myrrhæ, opii, piperis nigri, & longi, galbani, costi, cinnamophu, mei, dauci, asari, croci, æquales partes excipitur melle despumato, aliis sapæ triplo. Datur ad sesquidrachmam. a sex mensibus ad triennium

Frigidam intemperiem sanat, flatus dissipat, & sedat, inde natos dolores, ventriculi, coli, vteri, dentium, vrinæ difficultati medetur, fęcundas facit mulieres, potū, & pesso cum lana, & oleo liliorum, collo vteri impositū.

Improprie Musa Enea inscribitur ex Cordo, alia, quum sit subsequens: Auic. lib. 5. tam in magna, quàm minore, ponderibus, & simplicibus quibusdam euariat. Serapio ponderibus tantum

Cordi lapsus.

Galbanum, seu chalbanum, off. galbina, ex Dioscoride, lib. 3. cap. 89. succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli metopium vocant, maxime laudatur chartilaginosum, merum, thuris effigiem præbens, pingue, minime lignosum, retinens nonnihil adiecti seminis, & ferulæ graui odore, neque valde humidum, neque nimis aridum: adulteratur faba fressa, resina, & ammoniaco: quum tamen Dioscoridis verba in galbano adducens Serapion, thuris, aut amoniaci effigie legat, vt etiam Plinius, atque ammoniaci frequentius, quàm thuris similitudinem præbeat galbanum, ideo verbum illud ammoniaci, ex Diosco. deesse quibusdam videtur, nec iniuria: & si ambo ita concreta sint, quæ ad nos asportantur, lignorum, ferularumq; ramentis, ac alijs quā pluribus recremētis vitiatum, bonitati parum respondet, & si Venetijs non desit selectissimum, & non adulteratum, quod tamen magis in monili habent, quàm vt veneat: id verò omni diligentia sibi comparare deberent pharmacopolæ, aut saltem Dioscoridis lege purgare, vt in feruentem aquam demittatur: nanq; quum liquefactum fuerit, eius sordes fluitabunt, quas hoc modo facilè separabis, mundo lintheo, raroque alligatum in fictili, aut ærea pixide ita pendeat, vt imum vasis ne tangat opertoq; vase in feruidam aquā demitto, sic enim syncerum velut per colum eliquescet, & lignosum in lintheo remanebit: easdē galbano vires habet thus, sed imbecilliores ex Gal. 5. de cōp. med. secundum loc. cap. 2. galbanum neutiquā coctionem tolerat, verum emplastro ab igne sublato, quo spissescat, sic vt digitos non inquinet emollitum inditur.

Phu, vulgo Valeriana, quibusdam Amantila, aut herba benedicta, ex Diosco. lib. 1. cap. 10. quod & aliqui syluestre nardum appellant: nascitur in Ponto, folio hipposelini, alias elephabosci, &c. adulteratur radice rusci ammixta, sed maleficium deprehenditur, quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine vlla odoris gratia, plebi cognitissimum est, & inter septa frequens, caule primum molli, lanugine pubescente geniculato, strijs quibusdam exasperato, folijs tamen non olusatro æmulis, flosculis in cacumine simul collectis, colore ex albo in purpureum radicibus ex transuerso simul complicatis, non crassis, at potius capillamenti instar odoris grauitate nardum æmulantibus, à mulierculis in Diui Ioannis festo verbenaca, & chamæmelo, in fasciculos congestis, ad Templum afferri consueuit, præculisa parocho vici sacrandam, aut earum voce benedicendam, cuius flores & si ad narcisi effigiem non accedant, quo solo indicio à Dioscoridis scriptis dissidere videtur: Ruellius tamen magnitudine dempta, eadem omnia habere quæ illi à

Dioscoride

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Dioscoride tribuuntur, scriptis commisit, nec non narcisi certam exprimere effigiem, idque Brasauolus etiam, ac Matthiolus, ideo cæteris paribus, nulla prorsus dissentire nota, nec Dioscoridæi textus labem eo in loco fateri volunt, nedum valerianam phu non esse excogitare: maiorem videlicet, cuius proceritas, & si non eadem mole in alieno orbe: Cœli, aut terræ beneficio, maiusculis floribus comata, aut caule cubitali, & altiore, vt à nobis sæpe euulsa, multis quoque innotuit, non ideo diuersa esse aliqua ratione dici potest, & si alij cum Fuchsio valerianæ sic dictæ flores, narcisum effigie expressissime quidem referre, eo tamen longe minores esse, ideo in Diosc. legendum, vt ex Ruellio præmonitum est, floribus narciso proximis, minoribus, non maioribus. id nobis impudentissimũ videtur mendaciũ quũ eius flores omnino dissonent narcisso. Est & quædam valeriana minor, altior tamen, in sepibus, & dumetis, ceduisque sylicis copiosior, inter sacratos muliercularum fasces indistinctè vsurpata, ambo etiam commendando odore scrinijs induntur. Est & Germanorum Baldracan, quam pro phu non sumendam scribit Brasauolus, Fuchsius aliter profert: quæ verò theriacuscraut dicitur, eius loco suffici posse, ad trennium non ineficax.

Musa Ennea.

RECipe piperis albi, drach. i. gr̃. xvii. euphorbij, aristolochiæ longæ, mandragoræ, ann. drach. i. scrup. i. thuris, mastiches, myrrhæ, gentianæ, hyoscyami, ann. drach. vi. opii, croci, añ. vnc. med. minus gr̃. vii. mellis quantum sufficit.

Datur quartana affectis ante horam periodi, nucis ponticæ magnitudine, vino calente diluta: validum enim soporem inducit, propterea nisi summa necessitate vrgente vsurpanda. Est verò multiplex huius antidoti scripturà, vt in Myrepso, antidoto 292. & 302. illam autem sectamur primam in ordine 183. nisi quod cyperum habet, pro pipere. Dessennius ab hac, atque aliis deflectit.

Athanasia magna.

RECipe croci, opii, myrrhæ, castorii, hyoscyami albi, costi, cardamomi, seminis papaueris nigri. spicæ, eupatorii, hepatis lupini, cornu caprini dextri, aliis ceruini, portiones æquales, terenda, tere, & alia in vino liquefac, excipe omnia melle despumato, post sex menses, vtere ab aureo dimidio, ad aureum vnum, cum vino dulci, & grato, aut cum sapa, & succo intybi, & apii. Eadem ad vnguem describitur ab Auicenna lib. 5.

Obstructionem hepatis, & lienis liberat, dolorem sedat, tum dictarum partium, tum ventriculi, renum, hæmorrhoidum, quomodo philonium antidotum, thoracem, pulmonemque expurgat, ob id asthma, & antiquam tussim iuuat, hæmorrhagiam, menses nimium promanantes, diarrhæã, lienteriam, antiquam dyssenteriã cohibet.

Frigoris effectus ad annos tres efficere intelligitur, hoc est sensu stupefacto dolorem sedare, hæmorrhagiam & immodicas euacuationes sistere, ad annum vero decimum victa frigidorum vi à calidis, contrarium efficere, idest obstructiones liberare, crassa, lentaque è thorace expectorare, aliter seruari non potest Mes. quum illud frigidi cogentis opus sit, hoc calidi dilatantis, accedente vi tenuante, incidente, tergente.

LVpus animal rapax, nulli non notum est, gregibus, atque hominibus nonnunquam infestum: eius verò hepar ex Galeno 11. simpl. sæpenumero in medicamentum hepaticum inditum, quod ex eupatorio conficitur, non tamen quod mentione dignum sit amplius præstitit, ad illud videlicet comparatum, quod sine ipso cõponitur. hinc Matthiolus lupinũ hepar probare non videtur, at quamuis in Gal. videatur controuersia 8. de compo. med. secundum loc. cap. 8. quum inquit: Videntur autem hæc iuxta totam substantiam efficacia esse, non secundum vnam, aut alteram qualitatem, quale est & lupinum hepar, cuius abundè experimentum habemus. Amathus ita soluit, innuere voluisse Galenum, tantam iecori lupino vim inesse, quanta medicamento ex eupatorio ad hepaticos confecto, vel quia id nondum expertus erat: hæc verò tam fatua si quadrent, doctorum esto iudicium. Nos non quidem excelsa crista superbientes, Galenum ita exponimus. remedium hepaticum citra alienam mistionem præstantissimum esse, ideo hepate lupino non egere, quanquam tota substantia iecinorosos iuuet, ideo illi additum, non multo efficacius reddidisse, adeo vt hi probandi sint, qui lupino iecore exactè trito vtuntur, experientia quotidiana id satis exploratum habentes, veluti ex Aetio, Tetrab. 3. serm. 2. cap. 1. eius intestinum vino albo odoro abluendum, postea tumefactum siccetur, à fumo, & puluere tutum, aspergatur deinde santalorum citrearum puluere, & absinthio inuoluatur, non aliter quàm pulmo vulpinus præparari potest.

Matthioli opinio nõ accepta.

Amathus labitur

Intestini lupini pp.

COrnu caprinum, aut ceruinum, vsta, eiusdem facultatis, hoc est exsiccatoriæ censentur à Galeno 11. simpl. quoduis igitur accipi potest, eadem vstione, vt in ceruino dictum est, & quamuis superstitiosum quibusdam credatur, destrum potius quàm sinistrum imponere, illud vt minus excrementicium indendum,

contendunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

contendunt plerique: hic verò quidam vsta, & illota: alij etiam lota inijciunt, quum tamen vstionis non meminerit author, cuiusuis rasura puluerata accipi potest.

Athanasia maior.

RECIPE cinnamomi, cas. aromaticæ ann. drach. iii. gr. viii. croci, schœnanthi, styracis, phu, seseleos, betonicę, hyoscyami, apii, anisi, dauci, opii, ann. drach. i. & med. gr. iii. spicæ, folii, castorii, myrrhæ, lap. hæmatitis, sanguinis draconis, coralliorum rubr. costi, mumiæ, boliarmeni, symphiti, terræ lemniæ, asari, acori, mandragoræ, polii, baccarũ lauri, mei, piperis longi, & albi, petroselini, añ. drach. i. aliis drach. med. mel quantum sufficit. Sunt addentes seminis plantaginis, & myrti, ros. singul. drach. i. gr. quatuor, hypocisthidos, acaciæ, oxyacanthæ, & succi eius, ann. vnc. ii. succi plantaginis, vnc. iii.

Idem cum Philonio viribus, minus stupefacit, magisque castigatum, vsus est tutissimi, dicitur athanasia, quod eius mirifica vi, homines propè immortales reddere videatur. Bona dyssenteria laborantibus, & cœliacis, ad fluxum denique muliebrem admodum vtilis.

Est etiam ex Galeno antidotus Mithridatis, athanasia cognominata, tripliciter tradita 2. de antidotis cap. 8. ab Actuario quoq; transcripta, longe tamen ab his diuertunt, quod si has parare libeat, ex illis colligito. Est & hepatica athanasia appellata, ex Galeno 8. de composi. pharm. secundum locos cap. 7. vt ex Alexandro lib. 8. cap. 2. Est & athanasia minor Auicennæ lib. 5. ab hac diuersa: quæ verò ex Myrepso legitur bona dyssenteria laborantibus, & cœliacis, ad fluxum denique mulierum admodum vtilis, ponderibus, & pauculis quibusdam euariat: plures autem athanasiæ descriptiones ex eo prosequere. Est & ex Paulo lib. 7. cap. 11. Aetio, Tetrab. 4. serm. 1. præscriptæ, pondera alii quoq; immutant, legentes cas. aromaticæ ann. drach. x. scrup. ij. opij, ann. drach. 9. petroselini, ann. drach. iij. & si Præpositus legat, ann. drach. med.

LAPIS hæmatites, vel sanguinarius, quia in aqua dissolutus, vel cote attritus, colorẽ quendam sanguini non absimilem reddit, ex Dioscoride lib. 5. cap. 90. Optimus habetur friabilis, saturato colore, niger, durus, & suoptè ingenio æquabilis, nulla sorde admixta, nulloque zonarum discursu, coarguitur male cõfectus, primum scissilibus venis, quippè in rectos venarum discursus infringitur, at hæmatites longe secus se in colore habet, nanque hic floridum reddit, hæmatites verò saturatiorem, atque cinnabarim imitantem, notissimus, & per excellentiam lapis appellatur, cruento sanguinis colore, vnde illi nomen: fossilis sponte in metallorum cuniculis nascens, fractus sanguinẽ colore imitatur, nec deest suppositicius, ex pseudo bolo armeno, alijsq; imposturis, quo pictores, lignarij fabri, & myropolia quædam abundant. Fit & è magnete lapide vehementer ambusto: quum verò ex Hispania durus adeo afferatur hæmatites, vix limam persentiens, Cardanus 6. de subtilitate libro, ob huiusmodi duritiem Germano longe præstantiorem hunc asserit Dioscorideæ lectionis inscius, ex qua friabilis optimus censetur. de eo Albertus lib. 2. cap. 5.

Cardani lapsus.

SANGUIS draconis ex Serapione, succus est achilleæ, de qua Dioscorides lib. 4. cap. 28. quibusdam achillea syderitis, herba minoribus quàm fœniculo folijs vestita, capillamenti modo, odore non insuaui, verum medicato, versicolore vmbella, vulgaris noticiæ, & in millefolij speciebus reposita, tametsi legitimum esse millefolium commenti sint nonnulli, erroris aditum præbente Plinio lib. 25. cap. 5. quum inquit: achillea Latinis millefolium vocatur, quo deinde loco non achilleam, verum Dioscoridis myriophillon depingit, postea paulo infra subdit: aiunt achilleam, &c. ex quibus apparet, quæ nam vera sit achillea, dubitasse Plinium, ideo solidum ex eo non fieri argumentum: eius succus authore Constantino, ex Serapione, valde rubescit, qua caussa sanguinem draconis vocitatum, scribit Matthiolus, commento capitis de achillea, ideoque non esse millefolium, quia expressa succo est rubicundo, millefolium nequaquam. Brasauolus vt probet sanguinem draconis officinarum, non esse huius achilleæ succum, inquit: id obstare quia non est viridis myropoliorum sanguis draconis, ac si huius herbæ succus viridis, simulque sanguis draconis sit Serapionis, ex quo valde rubicundus deducitur. nos tamen sæpius expressa achillea, succo viridi esse, vixque subfuluo semper didicimus, vt non minus Brasauolo claudicet Matthiolus: ambo enim Serapionis, aut interpretis errore ducti, diuersimode etiam sentientes, aberrarunt: eius quoque loco inualuisse ficticium illum, ex pseudo bolo armeno, sanguine hircino, sorbis, gummi, alijsque miscellis, in rotundas placentas effictum, ad officinarum ornatum appensas, scriptum reliquit Matthiolus cap. de achillea: verum tamen quum eo in capite Dioscorides, sanguinis draconis non meminerit, id quod nullo pacto præterijsset, si eius nomenclatura dignum extitisset, quemadmodum capite de cinnabari, quibusdam sanguinem draconis existimari recordatus est, nec saltem cum eo, vel paruam inierit similitudinem, hinc verisimile est, non alia opinione ab impostoribus pro eo obtrusum, quàm quod eius mangonio, credulis myropolijs imponerent, eiusq; loco venundare posset, siquidem quum ex achilleæ succo, minore negocio parabilis sit, si hunc verum esse sanguinem draconis existimassent (quod esse ex Dioscoride falsò tradit

Achillea.

Brasauoli & Mathioli, diuersę, at erroneę opiniões.

Cardanus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Cardanus lib. 5. de subtilitate) quid maius impenderent negociũ ad dolosũ istũ cõficiendũ. prætereà in Latino codice se ipsum confutans, falsò rubicundũ fundere succũ Serapionẽ addidisse, à Diosc. indictũ, innuit: atq; à multis in incognitarũ plãtarũ classe relegari. Cõiectari itaq, posset draconis elisi ichores, elephantorũ morientiũ pondere, permixto vtriusque animalis sanguine, de quo Plinius lib. 33. cap. 7. vt lib. 8. cap. 12. ad patres nostros allatos, proprio sanguinis draconis nomine, idẽ sanè quũ esset vsu venisse, qui si idẽ vere sanguis nõ extitisset, impropriũ nomen sortitũ videri posset, tẽporis deinde curriculo abolitũ, & desiderari, & ad nos amplius nõ asportari compertũ habentes Sophistæ, aliũ colore, & substantia non dissimilẽ fucauisse, pro eo venditâtes, impostura tamen deprehensa, gummi quoddã sanguini simillimũ, quibusdã lacryma draconis, vel sanguis draconis in lacrymis vocata afferebatur, qui tametsi sanguis illius animalis non sit, quantum coniectura propius accedere possum, hæc est arboris lacryma, quam sanguinis draconis nomine intelligere voluerunt recentiores, quia forte ex planta draconis, vel dracunculi nomenclatura destillat, ceu ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 12. quæ quoniam sanguinem æmulatur, tale ideo sibi nomen arrogauit. de ea ita scribit Aloysius Mustus, in Aphricanæ nauigationis historia, cap. 4. Sanguis draconis lacryma est gummosa, & liquida, quæ ex Aphricana arbore emanat, colore purissimi, & summe naturalis sanguinis, cuius copiæ studentes incolæ, corticem ferro incidunt, & collecto liquore ahenis igni incoquunt, & sanguinem draconis vocant, huius generis ingentissimas arbores se vidisse, testantur Franciscani Mes. censores, apud Vlisiponem, id cinnabarim esse Dioscoridis coniecere nonnulli, quoniam hoc etiam tempore, ad nos ex Aphrica defertur, & magno constat, rarum, vt vix versicoloribus pictorum lineis satisfaciat, intento colore, nec diluto præditum: quare quidam sanguinem draconis esse existimarunt, quumque vim habeat hæmatite lapillo candem, atque experientia cognitum sit astrictorium, & virtute consimilem esse, ad quos vsus hodie recipitur vbique, & si cinnabaris non esset, eius suppetente copia, alio vti non oporteret: huius verò sanguinis draconis defectu, tantundem hæmatitis imponendum, etiam vt hic rursus enumeratum. Auicenna rubrum succum esse omnibus notum asserit, eiusque loco ex quorundam sententia, lactucam accipi. Vnum tamen est animaduertendum, à paucis annis citra, mangonium quoddam etiam Vercellis, (id enim certo scio) ex gummi in virgini decocto soluto, corticibus quibusdam, aliisque simul compactis, in quadrangulas tabellas tam astute parari, vt visu non internoscatur. Cæterum quum sanguis draconis, Plinij, nec non Dioscoridis tempore, cinnabaris appellaretur, quamuis duo distincta sint, vt optime etiam censuit Brasauolus, parum habent Matthiolus, & eo prior Leonicenus, ac Fuchsius, quo Plinium falsum esse deducant, præsertim nescij, an sanguis ille verius ab incolis diligenter exceptus, recensque non putris, in massas olim effictus, hoc gummi rubicundius, forte Plinio visus sit. quod autem suppositicium in eius locum inuectum, dilutius rubeat, non ideo vim aliquam infert, vt putat Matthiolus, quo probet sanguinem illius animalis valde rubicundum non extitisse, neque enim de re ignota quenquam his argutijs vellicare deberet, Plinium præsertim, accuratissimum rerum indagatorem, nulla in cinnabari Dioscoridis mentione facta.

Cardani erratum.

Cinnabaris.

Plinii tutela aduers⁹ Leonicenũ, ac Matthiolum

MVmia Serapioni aggregatur ex aloe, myrrha, & humani corporis humiditate, quia tamen post hæc caput adijcit pissasphalti, è Dioscoride verbotenus depromptum lib. 1. cap. 84. ideo conijcitur duplicem mumiam describere voluisse, primam scilicet nobilium, & primatum: secundam vulgarium, atq; ignobilium. siquidem Strabonis testimonio lib. 16. vbi de Sodoma, ac bitumine tractat, talia proferuntur. bitumine illo ad mortuorum condituras Aegyptij vtuntur, cui aliqui nitrum, salem, picemque, adijciunt. id quod & si palam non dicat Serapion, ditiores scilicet aloe, croco, myrrha, vel etiam balsamo, ac cinnamomo. plebeculam verò sumptui parcentem, asphalto, aut pissasphalto impleri, interpretum vitio factum esse suspicamur, quum etiam acoloniæ, pro Apolloniæ, & flumina, pro ceraunijs exposuerint: neque enim vsque adeo ineptus censendus, sed ne cogitãdus quidem, quod merum pissasphaltum, improprio mumiæ sepulchrorum titulo imposuisset, nisi vt aliqua cognatione iuncta disiungeret, & in hanc primam sepulchrorum partiretur, & secundam quæ est pissasphaltus, ac si mumia de vtrisq; prædicaret, diuersis sanè, diuersarum itidẽ viriũ: quas quum in vnum Arabum authoritatibus comprehendat, ideo vnicam scribere forte voluisse credendum: verum quia nouerat dupliciter fieri, vt ostenderet eorum facultates in vnum coire, ob exundantis humanæ humiditatis misturam, diuersa quamuis compositione, ideo pissasphalti caput ex Dioscoride decerpisse suspicari potest: propterea easdem illi vires attribuit Auicenna, nec non simili dote, qua pix, & asphaltus mixta, mumiam esse tradidit: non ignarus ignobilium cadauerum conditurам, ex his sua ætate vt plurimum parari solere, eamque solam in vsu medico esse, quippè quod ditiorum corpora balsamo, prætiosisque aromatibus condita, sumptuosa sibi constituere sepulchra, diligenter occlusa, honorificè obseruata, religiosè sigillata, vt maximo etiam peculio illhinc defodi non permittantur, ex Græcorum verbis, ἀκίνητα μὴ κινεῖσθαι, hoc est immota relinquenda. vulgarium autem facilius: rei tamen inscius mumiæ diffinitionem non aggreditur Auicenna, nec Serapionis interpres à se se addidisse. Mumia sepulchrorum &c. credendum fuerit vnque, & si nulla ratione ita statuat Bellonius. Quandoquidem pissapitar Sarracenis, picibitumen significat. Mumiam autem, neutrum quidam est ex Auicenna, & si eiusdem facultatis; quare præferit: seculi imfœlicitatem deplorare publicisq; execrationibus deuouere possumus, qui tam fallaci, tam fucosæ merci, magno etiam emptæ, tam magnum pretium, tantus honos transacto seculo constituta sint: quum medicata funere condita cadauera, omnium nationum luculentissima

Pissasphaltus.

Bellonii opinio non accepta.

scriptorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

scriptorum memoria: tam variæ conditur, vt ex Herodoto, in Euterpe, ex Diodoro Siculo 2. cap. 5. indiscrimi-
natim, & promiscue, ad medicos vsus transferantur: cuius sanè condimentum ex Dioscoride, Galeno, alijsque
in Cedria innotescit, veriusque medicati cadaueris, siue eius liquoris appellatio, quàm Barbarum mumiæ co-
gnomen præscribendum esset, nempe si vel horum infarctum, duntaxat intelligunt Medici, quid vniuersum cor
pus assumunt, cur vndecunque allata indifferenter medicinam facit, quum alia accuratius, negligentius alia
pro defuncti opibus, à salinatoribus, libitinarijsque componatur: quum ex condimentorum varietate virium
quoque particeps sit. hinc nemo hactenus illius dotes ad vnguem reddere potuit, nullus priscorum ad medica
opera transtulit: quòd si ad vsus quibusdam iatraleptis commendanda videtur, aliam ab alia saltem distin-
guant, è regionum more, vilem ab opulenta, lintheorum, & fasciarum circuitione. quo autem omnis error ex
recentiorum animis extirpetur, funditusque tollatur, vtq; aperiatur sententia vera, & humano generi peru-
tilis, hinc fit vt Fuchsi. 2. de composi. medic. cap. 5. lubenti animo, haud suscipiamus: quum Serapionis mumiã
Brasauolus labitur. *nil aliud quàm Græcorum pissasphaltum, aliorum verò Arabum esse officinis vsitatam, statuit, tabidamque sa-*
niem, & liquamen conditorum, vt lib. 1. secus enim est Serapioni. Brasauoli opinionem minus amplexamur,
quum mumiæ nomine omnem mortuorum condituram significari asseruit, dehinc quandam per se solam, & na-
turalem esse in Apollonia Epiri (vt etiam ex Fuchsio 1. de composi. med. cap. 20. natiuam appellãte) ac si pis-
sasphaltus simplex mumia Arabibus vocetur, nomine, meo quidem iudicio, mumiæ indigno, eiusq; viribus non
satis affini: hunc etiam, vt redarguat Matthiolus, accusandi viam munijt, defendendi autem obsepijt: inquit
enim se ex Mauritanis excerpere, mumiam nostram potius esse pissasphaltum, quàm asphaltum, vt credidit Bra
sauolus, idque ex Auicenna, qui secundo suorum Canonum, scribit mumiam eiusdẽ esse facultatis, qua asphal
tum pice mixtum, id quod indicat eum de pissasphalto intelligere, huic calculum addere Serapionem, qui capi
te de mumia, Dioscoridis pissasphaltum ad vnguem reddidit, & quamuis Strabo asserat, defunctorum corpora
asphalto seruari, id non concludere quominus vnà picem admisceant, fiatque pissasphaltum facticium, veluti
Serapion, atque Auicenna voluisse videntur. hæ sunt Matthioli adeo facetæ obiectiones, vt hoc alacri, atque
læto probandi choro stipatus, hoc vallatus iudicio, hac inflatus sapientia, tam euidentes attulerit demõstratio-
nes, vt eas denegantes, prima inquam principia auferre videantur. Quandoquidem notatu dignissimum esto
argumentum: Auicenna asserit mumiam eadem præstare, quæ asphaltum pice mixtum, ergo intelligit de pis-
sasphalto, ergo potius est pissasphaltum, quàm asphaltum, addo ego dici oportere, ergo mumia nostra potius
est pissasphaltum, quàm asphaltum, si Brasauolum taxare conatur, ita equidem scribentem. idem igitur erit mu
Brasauoli scutum in Mathiolũ *mia Serapionis: eam intelligo quæ mortuorum cadauera ingressa est, & hoc in vna specie, & generaliori mu-*
miæ, & pissasphaltum Dioscoridis: propterea se ipsum hic, atque inferius coarguit Matthiolus, & in eum ist-
hæc cuditur faba, quum ideo mumia vti asphalti loco, nephas esse prædicet, quod non parum suam immutaue-
rit naturam, ob admixtam illi mortuorum humiditatem, tanquam neutrum quoddam, dato quod asphalto & pi
ce mixta fuerint; non ob id pissasphaltum dici potest, quod in alienam denegauerit naturam, pleraq; quum re-
periantur eiusdem facultatis, re tamen diuersa, nam & si naturale pissasphaltum mixtam bitumini picem re-
doleat, apud Apolloniates, vulgo Valones, & propè Lesinam, non longe à Naranta effodiatur, vt in Dalma-
tia, & Transyluania, fluminum impetù è montibus delatum, quo Germani purgato ad ceræ crassitiem, pro ea
ad faces vtantur. præterea ex Dioscoride cap. de Naphta in fine, & si eadem quæ pix & bitumen si miscean-
tur possit, non tamen tenet sequela, ergo pix & bitumen mixta, sunt pissasphaltum naturale, de quo tantũ egit
Dioscoridis, tametsi ex Plinio ita arte paratum, dici pissasphaltos possit, at ex Aetio, bitumen adulteratum
vocatur pice admixtum. debuisset igitur id saltem addere, igitur est pissasphaltum supposititicum, nec adhuc ve
rum consequeretur, quum mumia idem facultate esse possit, re tamen diuersà, vt neq; it inficias ipse met Mat-
thiolus, ob collabentes, atque imbibitos cadauerum ichores: neque enim vulgarem mumiam bituminis loco sub
stituit Brasauolus, vt parum probè taxatur à Matthiolo, quumq; solius asphalti meminerit, si vnà picem per-
miscerent, vt facilè sibi fabricat Matthiolus, neque id silentio inuoluisset, tametsi à Venetis qui in Syriam na-
uigarunt, id audiuerimus, asphalto defunctos repleri, postea picatis lintheis obtegi: præterea Brasauolus ita
dictat in calce, si purum asphaltum haberi posset, laudarem potius, tamen in mortuorum cauitatibus sunt glo-
bi satis magni, in quorum medio non potuit pinguedo aliqua penetrare, aut aliquid putrilaginosum, idq; Fuch
sio minus est distinctum 1. de composi. med. cap. 15. Quare si asphalto, aut pissasphalto vtendum crediderim,
legitimæ mumiæ loco, illi quoque succedaneum esse potest naphta, nullis imposturis vitiata, quum pissasphal-
tum Venetias allatum, ad picandas naues maxime expetitum, resina pinea permisceri soleat, & sepe adulte-
ratum visatur, languidiore quoq; vi, quam sibi mumia exposcat, asphaltum tamen purum, sæpe et Venetias, &
ad nos comportatur, verum tamen aliorum inopia, hoc puriore, vel gagate vterer. Quandoquidem nostri se-
culi mumia (vt ferunt quidam) ex Maurorum, ac Syrorum corporibus exsiccatis expetitur, hisque integris,
nullis regionis more defossis, non infarctis, sed aquarum inundationibus, maritimisque procellis submersis, &
in litus eiectis, arenisque obrutis, quorum omnia vel exigua frustula, mumiam certo sibi persuadent, quum so-
lus liquor, humorùe ab eorum cadaueribus colliquatus, qui præscripto quopiã ad sui tutelam imbuti sunt, ad-
mittendus sit, eoq; magis quo aromatibus, aut balsamo, & si publicis in officinis, prho ignauia, miscellaneum
id ex ossibus, & carnibus Maurorum, veræ mumiæ loco vbique circunferatur: propterea quum legitimam ex
infidelium

[illegible] Matthiolus præter pissasphaltũ aliã arabibus mumia demonstret in Bellonium ex Rasi [illegible]
[illegible] aliamq in sepulchris repertam ne in cadauera uermes insiliant ceu etiam ex Serapionis uerbis [illegible]
[illegible] atq perscribit si eius infirmet sententiã predictis quis nõ cognoscet [illegible] ex Rasi uel [illegible]
asphaltũ nõ conyceret qum Serapionis scholiaste nõ ppria cudat Bellonius etsi hac in parte [illegible]
[illegible] mumia

infidelium sepulchris extorquere nequeat Matthiolus hoc saltem modo ex infimæ familiæ defunctis, ijs præsertim qui in Xenodochijs vitales auras derelinquunt, parare operæpretium credit aloe, croco, ac myrrha repletis, ea deinde suo tempore exempta, id quòd non secus, ac perridiculum, & scurrile quidam refutat Bellonius: quod ista tam validam seruandi funeris facultatem non habeant, quo se ad ossea diffundant, nisi nitro, sale, aut cedria, alijsque permistis: quodque insignem præseferret amarorem, nusquam in medicato cadauere perceptum. ista Matthiolo tanti momenti non sunt, vt oppositum illi persuadere poßint, nec pluribus Bellonij opinionem excludit, eggregius hic medicinæ instaurator, non inscius rarißimam haberi myrrham, selectam videlicet, ideo posteritati se impostura facere, cuius quidem in insigni per collegas nostros medicato cadauere, abundè experimentum habemus: nam naturalibus, spiritualibusque, ac cerebro exemptis, capacitatibus his spongia detersis, aceto acerrimo admisto, sale, & liquore stillaticio vini elotis, aloe, vulgari myrrha, croco, coccineaque cyma, obstructis, intra paucos dies peßime oleuit: alij ad cadaueris conseruationem, Aetij vltimo sui libri myrrhato vtuntur, nec ideo opportuno tempore seruata, humorem exudabunt mumiæ facultatibus proximum, nisi salita. Oppidani Augustenses, vnde & primates nostri eius dotis initia accepere, in quassatis, contusis, ad omnem concreti sanguinis dissolutionem, multo experimento vtuntur sanguine capreæ, vulgo bechstagno. huius generis sunt Ibices pernicitatis mirandæ, vt origes, pigargi, & sterpsicerotæ: nos hircino etiam validiore vtimur, thymi portiuncula adiecta, solidaginisque puluere.

Sympiton, quibusdam Alo, officinis consolida, ex Dioscoride lib. 4. cap. 8. duplex est, primum petreum dictum, nascitur in petris, ramis tenuibus, paruis, origano similibus, capitulis thymi, lignosum, quibusdam surculosum, totum odoratum, gustu dulce, saliuam ciens, radice subrufa, digitali craßitudine, paucis notum, Ruellio bugla dictum. Est & alterum symphiton, quod aliqui pecton vocant, id caulem emittit bicubitalem &c. radices demittuntur foris nigræ, intus viscosæ, quarum est vsus. Duo itaque symphiti genera describit, & si medicorum vulgus tria inuexerit, à petreo diuersißima effigie, cuius defectum suppeditare poterit maior consolida simpliciarijs vocata: Galeno autem 7. simpl. symphitum magnum, idem sanè cum symphito secundo Dioscoridis, eiusque historiæ ad vnguem respondens, multis viridarijs familiare, paßim etiam in sterilibus, ac palustribus exuberans, & nomine maioris consolidæ plebeis etiam cognitißimum, & si candidi flores diuersum quippiam insinuare videantur. at nos purpurascentes, & ad luteum inclinantes, varijs in locis frequenter annotauimus, vbi itaque symphiti vtriusque legetur, huius duplum satisfaciet, at quum recentiores trifariam diuidant consolidam, in maiorem, minorem, & mediam, pluresque etiam faciat vulgus, solidaginem regalem, addens, Italis sprone di Canallieri, doctißimis quibusdam viris, secunda cumini syluestris species Dioscoridis, in segetibus proueniens, folijs quasi rutaceis, ramis dodrantalibus, floribus purpureis, violaceis, à singulis elata promens cornicula, in quibus semen melanthio simile, quibusdam cornueta vocata. Saniculas quasdam in earum classe disponit, vt capite de fragraria, verum tamen per consolidam mediam anealchum, alijs laurentianam, vel morandolam, ex vulgi sententia accipimus; hæc autem triuialis est, herba, publicis in vijs ubique scaturiens flore purpureo capitulis penè stæchados, ramulis humi repentibus, inter has primulam veris, hoc est primam florum ver nunciantium inserunt plerique, & vulgo margaritam appellant, qua nullus est hortulus ob floris pulchritudinem ea absente pulcher vocandus, hanc herbam paralysis falsò appellitant quidam, nec primulam veris, quæ inter phlomides, vt hæc inter belides.

Polium, ex Dioscoridis lib. 3. cap. 105. duplex est, montanum cui Teuthrio nomen est, & cuius est vsus, alterum fruticosius, non vsque adeo valens, odore, & viribus infirmius cognitißima sunt, & in collibus nostris abundant, id potißimum, quod in cacumine capitulum paruum habet, canis villosisq; folijs, nec cum Matthiolo, vulgi iua moschata, & si voces in alia sæpe transmutetur, perpetuo viret polium ex Theophrasto 7. de histor. plant. cap. 10. quumq; ex Galeno 1. de antidotis cap. 14. nec simile sub quo adulterari poßit, quicquam habeat, mirum est quomodo multicaulem plantam, lini æmulam, rotundo semine grauidam, pro ea constituant. polium verò cum tripolio confudit Plinius, vt ante Matthiolum aduertit Leonicenus, & si has partes ipse sibi sumat, eas præoccupans vbique scrinijs inditum, ab insectis quæ vestes erodendo dehonestant, incolumes seruat, ex Theophrasto 1. de hist. plant. cap. 16. quin ex eodem 9. de histor. planta. cap. 21. Hesiodo, ac Musæo authoribus, ad omnem rem seriam, magnique faciendam perutile prædicatur, pro polio non vtendum chamepityos specie tradidit Fuchsius, quum tamen seplasiis communes, odore, atque amarore concurrant. Iua moschata.

Requies.

RECipe rosſ. violarum, ann. drach. iij, opij, hyoſcyami, papaueris albi, cort. rad. mandragoræ, ſeminis intybi, lactucæ, portulaceæ, pſyllij, nucis moſchatæ, cinnamomi, ſacchari, ann. drach. i. & med. trium ſantalorum, antiſpodij, tragacanthæ, ann. ſcrup. ij. gr. v. ſacchari candi, drach. i. mellis deſpumati triplum.

Requiem accipientibus præſtat, maxime typice febricitantibus, quotidianariis, tertianariis, quartanariis, acutis, & peracutis. Datur caſtaneæ quantitate ex ſyrup. viol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Fuchsius ex Myrepso legit sacchari loco, zingiber, & superiorum omnium ann. drach. i. & med. postea san-
talorum alb. & rubrorum, denique sacchari candidi drach. i. tandem saccharo, & stillaticio rosarum liquore
sufficienti excipit 2. de composi. med. ad violas pondus addit ex Latinis codicibus: propterea quum pharma-
copæi mendoso exemplari se vsum toties fateatur, præsertim in vnguento Diastacte, istius authoritatis con-
scius, pertinaciter nimis, magisque quàm deceat, ex hoc antidota erigit, vetustioribus relictis.

PSyllium: Latinis herba pulicaris ex Dioscoride lib. 4. cap. 60. semine est nigro, pulicum simili, vnde &
nomen in aruis, & incultis nascitur, floret tota ferè æstate, semen autumno profert, herba est notissima,
& pedibus vbique nobis proteritur, in maritimis etiam frequens, ex Mesue deligendum est maturum, ma
gnum, graue, & quod aqua mergatur, triplex scilicet, vel album, vel nigrum, vel subpurpureum: venenum to-
ta substantia potiusquam calore ex Græcis, quin corpori toti frigus, ac torporem, & exolutionem affert. Aui-
cenna lib. & cap. 2. corticem summe infrigidantem, internam verò eius medullam calidam admodum, atq; vl-
cerosam, præsertim in pollinem redactam, quum integrum intus assumptum, calorificam vim exprimere nequa
quam possit. Ego vt ingenuè quod sentio eloquar, quum ab Arabibus dissentire audacia, illis consentire insci
tia videatur, ni perperam sonem, atque dijudicem, pluri gustus periculo facto, vix caloris momentum internæ
psyllij particulæ assecutus sum vnquam, qui tamen in tam ingenti caliditate, atque ignea (vt dictant Mauri-
tani facultate) non ideo obscuraretur, quin sensu perceptibilis calor se se patefaceret. Galenus internæ par-
ti calorem non attribuit, quinimo 2. de antidotis, in quadam compositione Damocrate authore, plurimum con-
teritur, vsu tamen raro: idem verò Galenus 7. de composi. pharmaco. secũdum locos cap. 4. psyllium in aquam
calidam coniectum macerari sinit, atque vbi viscosum, atque glutinosum de se in aquam deposuerit liquorem
exprimit: hæc verò mucago, officinis mucilago dicitur. hodie tamen ita paratur. Accipito psyllij mundi libr.
i. aquæ calidæ, libr. quatuor, plus, aut minus, vt aquosiorem crassioremúe exoptas, permitte horis 12. deinde te
pefacito, psyllium dehinc ab aqua extractum, lintheo arctissime deuincto: ne quicquam seminis extra lubricet,
Mucaginũ modus. *valenter exprime, ita vt nihilum succaginis intro remaneat. idem modus seruetur in radicum altheæ, ac alio-*
rum mucagine, semine, aut radicibus extrahenda: psyllium decennio seruari potest. hodie triplex visitur psyl
lium, horumque vnum semper viret. Plinius diuersum quoque tradit lactarium & purgatorium.

Aureum Alexandri antidotum d. Actuarij, alias Aurea Alexandrina.

RECipe asari, seminis balsami, seminis hyoscyami, singul. drach. iij. scrup. i. ca-
ryophyl. opij, myrrhæ, alias baccularum myrti, cyperi, singul. drach. ii. scrup.
ii. balsami, cinnamomi, folij, zedoariæ, zingiberis, costi, coralliorum, cas. aromati-
cæ, euphorbii, tragacanthæ, thuris, styracis, mei, cardamomi, seseleos, saxifragi,
apii, nardi celticæ, anisi, singul. scrup. quatuor, ligni aloes, rhei, castorii, nardi, ga-
langæ, opopanacis, anacardii, mastiches, sulphuris, pæoniæ, eryngii, thymi, acori,
halicacabi, aristolochiæ longæ, gentianæ, corticis mandragoræ, chamedryos, phu,
baccarum lauri, ameos, aliptæ moschatæ, dauci, piperis longi, ligni balsami, semi-
nis petroselini, seminis lybistici, rutæ, hyssopi, succini, amomi, singu. scrup. ii. auri,
argenti, margaritarum, vngnium odoratorum, officuli cordis ceruini, sing. drach.
iii. scrup. i. eburis, calami odorati, pyrethri, singul. drach. vi. mell. vel sacchari q. s.

Contra defluxiones capitis frigore conceptas efficax, oculorum lacrymas exsiccat, dentium dolores lenit, ad-
uersus capitis cruciatum summopere prodest, illitum fronti comitiales, insanos, vertiginosos, & in vniuersum
omnem capitis noxam mulcet, tabidis, tussiculosis, humorem à pectore reiicientibus. Fuchsio asthmaticis, car
diacis, sanguinem excreantibus præsenti est auxilio datum, vt ischiadicis, coli, & renum cruciatibus, aduersus il-
lorum noxam, difficultatem vrinæ, & eiusdem stillicidium valet, calculos comminuit, omni ventris affectu libe
rat, quotidianis, & tertianis febribus, circa accessionis initium, sufferuefacto stœchadis iusculo, eximiè medetur.

Fuchsius 2. de compo. med. Cordum taxat, quia pro balsamo opobalsamum legit, admiratione dignum esse tradit: subrisimus nos, quum pro balsamo succus intelligendum sit.

Nicolaus Alexandrinus Myrepsus, post Christi natalem, sub Friderico Sueuio, Barbarossa cognomento,
scripsisse creditur, non solum ex Actuario, alijsq; tam Græcis, quàm Barbaris, omnia penè suffuratus, ve
rum quoque ponderibus immutatis, librariorum fortassis errore, pauculis inuersis, atque pro consuetudine in
fideliter repositis, ceu mutuo collata fidem facient: superstitiose, ac temerè satis, aliorum messem sibi vendicat,
frustratorio labore in alieno agro sementem facit, & ex alia in aliam chartam scriptitasse deprehenditur: quo
circa eadem inferius subnectere, prius scripta rursus inculcare, absurdum nobis videtur, quanquam tardo ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ingenio extiterint recentiores plerique, vt græcis fontibus derelictis, agi ſecum præclarè exiſtimauerint, modo Nicolai Præpoſiti nomine, qui idẽ eſt Myrepſus, contaminatus, perfractus, deprauatus, ac vulgati, verbi gratia. Diſpenſarij Barbaros codices, ad aras vſque conſectarentur, quos me hercle incluſos, atque abditos, latere præſtaret, atque ignauiam ſuam tenebrarum, ac parietum cuſtodijs tegere, quàm aliorum labores, & cognitiſsima præ oculis omnium furta diſsimulare; nec ideo ſpernendæ Fuchſii doctiſsimæ in Nicolaum annotationes: illum tamen miramur, qui 2. de compoſi. med. Myrepſum ſequatur, Actuario relicto: quod ſi Myrepſum, Præpoſitumúe, diuerſos exiſtimauerit quiſpiam, quod alter Græcè, alter Latinè male ſonet, ideoque phraſi, ordine, ac rebus ipſis alieniſsimi ſint: dixerim ego, interpretem quendam ignarum, corrupto Myrepſi exemplari, vel antigrapho, multorum ingenia remorari, vel Myrepſi vocem in Præpoſitum vertiſſe, ideo ſcriptura, ac ætate diſpares videri.

Eſdre Antidotum ex Actuario.

Recipe doronici, aliàs mameræ, croci, tragacanthæ, ſeminis fœniculi an. vnc. i. amomi, vnc. ii. ſchœnanthi, hypociſthidos, myrrhæ, ann. vnc. med. pyrethri, ſcrup. viii. ſtyracis, iridis, ann. vnc. med. ſcrup. ii. petroſelini, ſcrup. quatuor, folii, rhapontici, roſ. ſiccarum, glycyrrhizæ, florum ſylueſtris punici, cinnamomi, ſingul. vnc. iii. nardi celticæ, drach. i. aquæ cœleſtis, ſextulas xii. ideſt vnc. ii. tundito craſſiuſcule, & in duplici vaſe vnguentario poſtridie coquito, ad tertias, & humorem in alterum vas exprimito, expreſſi iuris huius, quantum ad diluenda ea quæ ſubſcribentur, ſufficere videbitur, miſceto gummi, tragacanthæ, ſingul. drach. vi. myrrhæ, dulcis radicis, hypociſthidos, ſingul. drach. ii. croci, maſtiches, ſingul. drach. i. operoſe terito, paulatim expreſſi humoris nonnihil adiiciens, vtere cum vino ſcybelite, aut thereo, aut premnio, Eſto modus inſtar ſextariorum vigintiquatuor, & vbi aſſo commiſcueris, in vaſe coquito, quumq; mellis habuerit craſſitudinem, trita, reſolutaque adiicito, rurſusq; dum ſibi concrementũ adſciuerit coquito, & in vitreo vaſe recondito, quum res poſtulabit, vt antea dictum eſt vtitor.

Contra venenatorum ictus fabæ magnitudine ex vino datur, demorſusque locus eunti dormitum delinitur & periculo vacabit: aduerſus aſſumpta venena ante, & ſecundum vomitionem exhibetur ponticæ nucis magnitudine, diluculo, & in cubili ex vino, præſumptum autem noxam delibutorii veneni ſerpere non permittit, in capitis doloribus in ſapa reſolutũ, illinitur fronti, & datur ebibendũ ſub noctem appetente ſomno, phaſelli magnitudine, diſſolutũ exigua aqua, vel ſapa, inſanis dũ ſomnus initur fabæ tuberculo præbetur, ex diluta ſapa, eoq; in ſapa ſoluto frons, & media ſuperciliorum interſticia, & nares totæ foris perlinuntur in cubili, ſiquidem ſomnum accerſit, non ſecus & in diuturnis oculorum defluxionibus ſapa reſolutum, fronti ad ſupercilia vſque ſuperlinitur, ad erumpentes malarum feruores, & dentium dolores ſapa dilutum, calefactumq; præbetur ore continendum, ſtatimque doloré leuabit, contra longam tuſſim, & ſpirandi difficultatem, tuſſis ponticæ craſſamento datur in ſapa, quæ aqua ſit diluta, ſi verò febris adſit, ex aqua mulſa diebus ſeptem in cubili, cruenta excreantibus, interno laborantibus abſceſſu, & tabidis, fabæ magnitudine cum exigua ſapa, aquæ frigidæ pauxillo diluta, diebus compluſculis, mane, & veſperi propinatur, longis ſtomachi doloribus cum perfrictione, magnitudine fabæ, cum ſapa præbetur, ſi febrem experiantur cum aqua mulſa, ſingultui ob plenitudinem erumpenti inter frigora, fabæ craſſitudine exhibetur, ex condito, contra duritias ex aqua mulſa, & lieni laboranti ex aceto, aut aceto mulſo, ſed tumentes partes antidoto collinantur, calculoſis cum ſapa præbetur vrinæ difficultati cum apii, petroſelini, aut alterius conſimilis decocto, in alui profluuio, cœliacis affectibus, dyſſentericis, ponticæ nucis magnitudine cum aqua mulſa, ſed eo ſapa reſoluto, vitiatæ partes illinuntur, iſchiadicis, aut quibus ruens defluxio articulos impleuit ex melle, vel aliquo vnguento, vt gleucino, vel irino, vel ſycioneo illinitur, elephantia correptis, auellanæ nucis magnitudine cum mulſa, bis in die datur, eoque in vino reſoluto, totum in ſole corpus nouem dies oblinitur, quippè porrigiens, & cuticulares ſquamulæ decidunt, & aſſimilantis facultatis habitudo renouatur, fœminis quæ partum ægre enituntur, imus venter ſublinitur, & facilè fœtum edunt, aduerſum vlcera maligna, cacoetha vocant, & inueterata, in ſuperficie, ac ſummatim erumpentia, lintheis inductum imponitur, aut auriculario clyſtere, aut fiſtula inditur, vt ſanitati reddatur.

Eſdram multiplicis vſus deſcripſit Aegineta lib. 7. cap. 11, nec vix ab eo ponderibus exceptis euariat. Aetius Tetrab. 4. ſerm. 1. cap. 101. eaſdem illi præſcribens facultates quas Actuarius, à quo tamen quum longe diſsideant iſtorum compoſitiones, vel librarij incuria mancam, vel perperam decerptam, hinc multo magis ſuſpicamur, quod aquæ vnc. ij. tantum, ad iſtarum coctionem accipiat, quum verius ſextaria duo, aut ſaltem bilibra reponi debeat. Nicolaus etiam Eſdræ compoſitiones habet confuſas ſanè, & indigeſtas, numeroſis quidem, ſed nulla harmonia coeuntibus ſimplicibus: propterea Aetij deſcriptionem, vtpotè præſtantiorem proſequemur. Auicenna duplicem quoq; Eſdræ theriacen deſcribit lib. 5. non parum euarians, & trochiſcos hedicroi ab alijs diuerſos, inijci debere ſtatuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Antidotus Esdræ, aut prophetæ doctoris ex Aetio.

RЕcipe amomi,myrrhæ,ſpicæ nardi,folij,laccæ, licij, rhapontici, terræ cimoliæ,ſpicæ celticæ,coſti,gentianæ,foliorum citrij,ammoniaci, ann. vnc. med. ſchœnanti,ſeminis hyoſcyami albi,opij,ann.drach. ix. pyrethri, cinnamomi, tragacanthæ,ſeminis fœniculi,& anethi,cardamomi,euphorbij, ſulphuris viui, ventris mergi,& ſtercoris in eius aluo reperti,mei,aniſi, ann. drach. ii. croci,vnc. i. & med.ſtyracis,ſiſonis,ann.drach.vi.petroſelini,ſeminis dauci,ſeminis ruthæ, ocymi,thuris,caſtorij,an.drach.i.hypociſthidos,bdellij,caſ.aromaticæ,roſ. ſiccarum, foliorum intubi,trochiſ.hedicroi,ann.drach.iij.iridis,abrotani, ann. drach. v. ſeminis papaueris,piperis nigri,ann.drach.x.rhois,vnc.ii.drach.ii. ſcrup.i. ſucci balſami,ſucci arthemiſiæ,an.drach.vi.florũ nerij,ſcrup. quatuor & med. vini veteris odorati,quantum ſatis eſt,mellis deſpumati primarij,libr. v. vel ſex.

Apparatur autem hoc modo,arida omnia cum croco,caſtorio, & hedricoo tundito, & per anguſtiſſimum cribrum excutito,opium verò,myrrham, hypociſthidem, bdellium, lycium, ammoniacum, in vino macerato, tragacanthum autem per ſe, ſequenti deinde die roſas,nerium,& intybum trita adijcito, & tragacantho ſimiliter probe tritæ, reliqua trita adijcito, & cum ſucco arthemiſiæ vnito,mel quoque deſpumatum, & tepefactum ſæpe inſtillato,ne tragacanthus exareſcat,deinde & arida, tuſa inſpergito, ſufficienterque vnita probè contegito,inſequentibus verò diebus ſeptem,aut nouem,in Sole terito, & vaſis vitreis excipito, neque tamen vaſa expleto, ſed locum reſpirationi reliquum facito.

CImoliæ duo ſunt genera ex Dioſcoride lib.5.cap.94.candida,& ad purpureum inclinans.Optima exiſtimatur quæ innatam habet pinguitudinem, tactuque frigida ſentitur, vtraque multum in medicina commendatur, ſi incorruptæ originis, nec ſpuria aſſumatur, hac vtuntur fulones in veſtibus abluendis,vulgo terra ſaponaria dicta, alij bolus armenus,ex quo, & ſapone gallico, orbiculi parantur,ad pannorum maculas,næuoſque tergendos. de hac Galenus 9.ſimpl.eius inopia,vel terra ſigillata vera, vel legitimus bolus,aut hæmatites ſubſtituantur potius quàm creta,vt perperam ſtatuit Fuchſi.2.de compoſi.med.cap.10. Syluius ferri & mole retrimentis in aquæ ſidentibus vtitur.

MErgus,quibuſdam mergone,alijs aerone,auis ſic dicta, quod ſe in aquam mergens, ita cibum aſſiduè captet, ſecus litora,piſcinas,& fluuia, frequenter verſatur. ſunt qui id eſſe contendant, quod vulgo peſcarolo appellatur,ex Plinio lib.19.cap.vltimo,mergi, anateſque, pinnas roſtro purgantes, ventum,maria,aut ſtagna fugientes,tempeſtatem præuident. eius iecur inueteratum ſale, ex hydromellite ſecundas pellit,ex Dioſcoride, at paulo ſiccum epotum, calculos eijcit. hinc neſcio qui alterius ſcripturæ vitio tradunt. Venter autem mergi,quem aliqui,aut recentem coctum,aut marefactum,eſu ventriculum roborare aſſerunt,Galenus experimento falſum eſſe contendit,atque ex eodem Paulus. Aetius autem experimentum non opponit. Fuchſius in prima Nicolai,legit ventriculi anatis ſiliquas quatuor.

HYpociſthis: Barbaris hipoquiſtidos,ex Dioſcoride lib.1.cap.109.orobethron, aut cytinus à nonnullis cognominata, iuxta ciſthi radices naſcitur, floris punici ſimilitudine, quædam rufa, altera herbacea, tertia candida,cuius ſuccus hypociſthidos dicitur: liquatur acaciæ modo, eius frutex apud Dioſcoridem eodem in capite,ciſthos vocatur,aliquibus citharon,aut ſiſſaron,frutex improcerus,folioſus, ſaxoſis locis,naſcens, folijs rotundis,acerbis,hirſutis,flore maſculo,vt mali punicæ, fœminæ albicante; prouenit abunde in aſperis,& ſaxoſis Apænini locis,alijſque montibus,acolis lingua canina in Euganeis fæmella cum hypociſti, ſaluia ſalbega dicitur. in Hetruria vterque in monte D.Iuliani inter Piſenſes, ac Lucenſes. alibi quoq; roſa maritima,& roſole. Arabũ expoſitoribus barba hircina nuncupatur, perperam tamen, quum barbula hirci ex Dioſcoride lib.2.cap.136.ab hoc longe diſſideat,hinc enim errandi,& impoſturam faciendi occaſio, poſterioribus tributa eſt,quippè quod hypociſthidem veram ex hac planta prodire exiſtimantes, eius radices expreſſere,ſuccumque insolantes,coactum poſtea,pro hypociſthide vendidere,hac etiam tempeſtate myropolijs multis commune; quum igitur ex quo legitima hypociſthis fungi inſtar,citimi forma,ac ſi multi ſint ſuperpoſiti,iuxta ciſthi radices oriatur.deberent quorum eſt munus,inde ſibi omni labore,& diligentia conquirere: eius defectum ſupplet acacia,qua deſtituti,prunellorum agreſtium, vel balauſtiorum ſucco vtemur. proinde vulgata hypociſthis, ſi vt Matthiolo viſũ eſt,ex barbula præſbiteri vel hirci,Patauinis herba lizza. Barbula hirci. *Tragopogon Græcis parari conſueuit, folijs vt crocum capillatis,at longioribus,breui caule,magno calyce, & barbula incana,è ſummo vertice pendente,prolixa,vt ex Theophraſto lib.& cap.7.de hiſtor.plant. quum in eius capitis commento,vel foliorum ſuccum, vel ex barbulæ radicibus ſtillaticium liquorem, ſplenijs, & attritis lintheolis ſuperpoſitum,recentia vulnera conſolidare ſcripſerit: hoc equidem argumento, non vſquequaque peccare viderentur,illam eius vice vſurpantes atque admittentes, ne tamen Vercellenſium inſcitiam dete-* Tragopogon.

ſter,à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ster, à nobis acriter reprehensi sunt, quod vel orobanchem Dioscor. inter legumina, & cannabim vmbrosaq; septa, quibusdam cauda leonina: vel nescioquam plantã, vulgo virga canis, humectis locis emergentẽ, accipere consueuerint, subrubente thyrso, sesquipedali, hirsuto, nullis folijs prædito, sed geniculis, ac veluti barbulis, flore cytini quasi figura, ruralibus nostris exploratissimum. Vera itaq; omni studio, ac conatu requirenda, sine qua Theriaca parari non potest, nec alia item medicamenta, quibus quotidie nobis in medicina opus est, nã Venetijs in offas conglobata nigra, lenta, adulterina est, hic Matthiolus cum Leoniceno, Plinium damnat, quod vocabulorum proximitate falsus, cisti, & cissi, historiam inepte commisceat: illum hoc pacto tutatur Stephanus Aquæus, animaduersis videlicet, non rei veræ, aut nominis appellatione, & affinitate, tum potentiæ, tum figuræ, tum similitudinis, id si quadret iudicatote. Orobanche.

N*Erion, siue rhododendron, alij rhododaphnem vocant, vulgo oleandro, ex Diosco. lib. 4. cap. 70. vulgaris est noticiæ longioribus quàm amygdalæ folijs, &c. sponte oritur pluribus in locis, hodie tamẽ in vasis specularibus ob plantæ decorẽ, præsertim suis rosis onustã, nostrisq; in viridarijs spectaculi gratia seruatur, hominibus pernitiosum, vt quadrupedibus multis, at cõtra serpentiũ venenosorum demorsus innocue etiam degustari, quum ijsdem esse remedio potest, veluti & cantharides à cane rabido demorsis. hinc Gale. ac Diosco. repugnantia facilè aufertur, & si Auicenna, à nerio prorsus abstinendum censeat.*

Mithridatium ex Damocratis traditione, vt ex Galeno 2. de antidot. cap. 2.

REcipe mirrhæ, croci, agar. zingiberis, cinnamo. thuris, thlaspios, spicæ nardi, añ. drach. x. seseleos, succi balsami, iunci odorati, costi, galbani, stœchados, terebinthinæ, piperis longi, castorei, hypocisthidos, styracis, opopanacis, folij, añ. vnc. i. casiæ, polij, piperis albi, scordij, seminis dauci, fructus balsami, trochiscorũ cypheos, bdellij, añ. drach. vij. nardi celticæ, gummi, seminis petroselini, opij, cardamomi, seminis fœniculi, gentianæ, foliorum rosarum, dictamni, añ. drach. v. grauioris ponderis, anisi, ari, aliàs asari, acori, phu, sagapeni, añ. drach. iij. mei, acaciæ, ventris scinci, seminum, hyperici, añ. drach. ii. & med. vini q. satis est, succis & liquoribus dissoluendis, mellis mensuram conuenientem, alijs libr. ix. vnc. viij. drach. ij.

Theriacæ proximum vi, & qualitate, minus tamen calet, at aduersus quàm multa venena, plus etiam quàm ipsa valet, quamuis viperę ictus sanare minus possit: omnes frigidos capitis affectus vtriusque sexus, tutissimè curat, melancholicis, timidis, epilepticis, & hæmicranicis maximè confert, dolorem supercilii patientibus, lacrymantibus oculis, omnibus capitis, auriumq; vitiis subuenit, dentium doloribus, palato, & omnibus oris egritudinibus, maxillarumq; medetur, loco dolenti superpositum, vel temporibus vnde fluxio emanauerit, emplastri modo admotum, anginam soluit, apoplecticis, tussiculosis, asthmaticis, hemoptoicis, peripneumonicis, omnibusque internis doloribus, iliacis, colicis cruciatibus confert, dyssentericis, & lientericis opitulatur, cum balaustiorum decocto, extensionem humerorum, tetanos, conuulsionem proculdubio sanat, diaphragmati, atque hypocundrys subuenit, renibus, & vesicæ auxiliatur, calculos frangit, menses elicit, omnes vteri noxas excludit, schirosim patientibus, & podagricis, singulis præsidio est, præcipuè datur contra venena omnia, venenatas plagas, siue rabidi canis, seu cuiuscunque reptilis impositum, siue ebibitum, magna cum admiratione emendat, quotidianariis, & quartanariis, ante horam accessionis, cum vino tepido oblatum, mirificè prodest, ad omnes malas corporis affectiones efficax ex Galeno:

Est & antidotus Mithridatica descriptione Andromachi, ex Gal. 2. de antidotis 1. vt etiam altera ibidem ex Antipatri, & Cleophantis traditione. Est etiam antidotus Mithridatis, eupatorijs, Diascinci cognominata, pondere & perpaucis simplicibus dissimilis, 2. de antidot. capite 9. quæ singula suis locis percurre, si libet. Auic. lib. 5. tredecim legi in sui Mithridatij descriptione asserit, quæ Galenicæ traditioni non insunt, cum his verò agaricũ, bdelliũ, stœchadẽ &c. enumerat, quæ si non insint, talpa cæciores discernant: Myrepsus in duplici antidoto Mithridatij, à legitimis traditionibus longè abest, Fuchsiũ propterea medicum nunquã satis laudatum maxime admiramur, quòd hunc in antidotis pro oraculo habeat, clarissimis primisque fontibus derelictis, quòd semel monuiss sufficiat, pro vncijs sagapeni, drachmæ legendæ sunt, in Cordi libello.

T*Hlaspi: alijs capsella, siue scandulaceũ, vulgo sinapis syluatica, ex Diosco. lib. 2. cap. 147. herbula angustis folijs, digitali longitudine, in terram versis, subpinguibus binum dodrantum calculo, tenui, non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

sine adnascentibus ramis, fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pandente, semine nasturcij inclu-
so, lenticulæ vasis effigie, vel δισκειδες, idest disci figura, nisi quod infringitur, vnde nomen accepit, flos al-
bicat: nascitur in semitis, & sepibus, fossisq; semen asperi gustus, in campestribus nostris non infrequens, omni-
bus eggregie thlaspi respondens, supremo folij ambitu leuiter serato id quod vox ἀκροσκιδης Græcarum litera-
rum, peritis cõmonstrat, & si Matthiolo imposuerit, qua causa Dioscoridæo textui mendum subesse existimat,
quod male folijs in cacumine diuisis legeretur. Quandoquidẽ ab eo figurata, alterũ est Thlaspi crateuæ, in sub-
urbijs nostris sæpe collectum. Capadocium aut Gal. 1. de antid. Diosco. indictum, folijs subpinguibus, et in cacu-
mine diuisis, caule interdũ cubitali, quaternis quinisúe in summo ramulis, in quibus rubicundi flores, nigro se-
mine in vasculis cõpressis in apice dissectis Patauino viridario familiare, valeãt itaq; bursam pastoris existi-
mantes, cuius folia in circuitu sinuatim concisa, erucæ modo, floribus exiguis, candidis, semenq; nõ acre, alterã
ab altera non parum differre commonefaciunt, ex quibus thlaspim haud cognouisse Amathum, facilè constat,
quod semine lato esse scripserit, præter Diosco. ac Gal. opinionẽ, nisi fortasse per semen, latum folliculũ, & con-
tinens pro contento intelligere voluerit: addit Matthiolus, quoniã bursæ pastoris semen, rubrum nõ est, quale
thlaspi depingitur ex Diosco. hinc quoq; vtrius diuersitatẽ apparere, attamen quicunq; illius textum examina-
bunt, decipi Matthiolum facillimè animaduertent: cuius erroris fortasse cõscius, ruboris notã Latinè loquens,
silentio inuoluit; herba tamen bursa pastoris vocata, in ruderibus vbiq; copiosissima, multis pollere facultati-
bus creditur, atque ad stipticitatis opera admodum insignis, quibusdam ideo sanguinaria vocata, alijs herba
gugiarola, vetulis, & supersticiosis, oratione Dominicali, ac salutatione Angelica præmissis, genibus flexis
legenda, idque in singula per se planta obseruant, cui precem huiusmodi subiungentes. Te quæsumus Do-
mine famulis tuis subueni, quos pretioso sanguine redemisti, &c. collo appensam, ad sanguinis fluxum è nari-
bus, similiter iuxta quoduis mẽbrorũ vnde hæmorosagia prodeat, certissimo experimẽto præsentaneum afferre
præsidiũ tradunt, cuius rei periculũ sæpe factũ nouimus, cur sit, Theologis relinquimus. folijs cũ semine vtimur.

Matthiolus reprehenditur.

Bursa pastoris. Amathi lapsus.

Matthiolus reuocat.

STæchas, vel stichas, cuius genitiuo stæchados, pro recto vtuntur officinæ, Arabicum etiam addentes: ex Diosco. lib. 3. cap. 24. iuxta Galliam, in insulis eiusdem nominis, è regione Massiliæ gignitur, vnde cognomentum accepit, pluribus tamẽ alijs in regionibus oritur, vt in Arabia, vnde selectum Venetias vt plurimum affertur, qua causa Mes. in Arabia natum, tanquã præstantius probãs, Arabici nomen imposuit, eoq; diductum, hactenus euelli nõ potuit, si tamẽ Auic. credimus, sine semine est. Massiliã incolentibus cunctis notissima est, eiusq; gentis mulieribus, suffitu à partu, præteriti puerperij laxamenta, omnemq; corporis infirmitatẽ cõfirmat, quod tamẽ nobiscũ innascitur, infirmius. ex stæchadibus igitur insulis, vel ex Creta vegetior, ex Gal. aut ex Arabia, Garganoúe, nõ multo imbecillius expetatur: huius summi apices, hoc est cirruli, seruandi sunt, quibus cũ si quædã insint foliola, curæ esse nõ debet. habent ẽt officinæ stæchados citrinũ cognominatũ, quod ad Helicrysiũ Diosco. Gal. Actij, Pauliq; amaranthũ reuocatur, florẽ in lõgũ tẽpus asseruato, hinc Matthiolum valde admirati sumus, tanquã in Italicis enarrationibus Actium adducat, tanquã purpurei amaranthi, facultates enumerantẽ, cuius fortasse erroris cõplex, in Latina æditione huius nõ recordatur, propterea suũ huiusmodi lapsum in Apologia recognouisse postea vidimus: quũ tamẽ Fuchsiũ ac Ruelliũ, vna hac implicuerit inscitia, quod amarãthum ex vino potũ, omnes in vniuersum fluxiones resiccare asseruerit, quo pacto in hæc tã imprudenter proruperit, & doctissimos hos viros tam inhonesta accusatione eluserit: quum ex Dioscor. destillationes omnes sistat ex vino, ex Galeno omnes simpliciter pota fluxiones desiccet, vt etiam ex Aetio, ac Paulo, nihil ille quo in hos se morosum præbuerit, quod autem amaranthum purpureum vocant, vulgo nostro gelosia, alijs fior veluto, siue amoris, in fictilibus, vasis specularibus tessellisque maximam cum mulieribus inijt gratiam, ob flãmeum viuidumque floris colorem, quem siccum etiã asseruat vnde & flamma fortasse dicitur Theophrasto 6. cap. & lib. de hist. plant. planta est blito æmula, caule subrubro, crassiusculo, folijs ocimo maioribus, in acumen declinantibus, flore spicato, ex foliorum sinu prodeunte, inodoro, purpureo, semine nigro pellucido, de hoc Plinius, lib. 21. cap. 8. id verò chrisocomem esse Dioscoridis affirmat Amathus, atq; Ruellium, Fuchsium, vt in capite de helicrysio, Matthiolum etiam in eo aberrasse, huius igitur calumniæ vim, huius tempestatis, imbris, ac turbinis impetum depellere non poterunt miselli, nisi Græcarum vocum imperitia Amathũ prius accusent, quod χρυσοκομη Latinis, auream comam significat, propterea Plinius comantibus fulgore auri corymbis depinxit, palmi etiam altitudine fruticat, cubitalis hæc quum sit, vel saltem pedalis, non radice hirsuta, non veratri modo tenui, gustu nec grato, vel ingrato, nec ex dulci, austero. Denique floridum viuacis purpuræ colorem, vt alia effatu digna nusquam præterijssent.

Helicrisiũ Amaranthum.

Ruellii ac Fuchsii protectio, Mathiolo explosa.

Ruel. Fuchsii, & Mathioli tutela in Amathum.

ACacia: ex Dioscoride lib. 1. cap. 105. in Aegypto nascitur, spina, instar arboris fruticosa, non se in rectum attollens, florem habet candidum, & semen lupino simile in folliculis, ex quo succus expressus siccatur in vmbra, niger ex maturo semine, subrufus ex viridi: eligatur modice rufus, & odoratus, vt in hac arbore esse potest. Alterum acaciæ genus in Capadocia, Pontoq; prouenit Aegyptiæ spinæ similitudine, longe minus, tenerius, humile, aculeorum vallo munitum, folia habens rutæ, semen lenticula minus fert Autumno, in loculis connexis, ternum quaternumúe capacibus huiusmodi plantam partiuntur Theophrastus 3. de hist. plant. cap. 3. spinam vocans, atq; Plinius, in albam, nigram, ac viridem, eadem verò ne sit cum spina Aegyptia, eius in capite discutietur, siquidem quum legitimam acaciam desideret Europa, huiusce factionis dissidia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

dissidia in aliud tempus transferenda sunt: solent.n.ex prunis sylustribus immaturis, vnà cum ipsorum pulpæ portionibus expressis, placentulæ formari, quæ siccatæ pro acacia venduntur, res inquam à veræ acaciæ vi, ac natura, non multũ diuersa: quia tamen rhu eiusdẽ cũ acacia facultatis, ceu etiã lentiscus, nec non hypocistis, ex Diosco. perhibetur, vbi istorum succus in acaciæ sede collocetur, æquius credi poterit, tametsi ex pruneolis imbecilla sit nequaquam, vel hac arte paretur. Accipe pulpæ rhois, ossium tamarindorũ contusorũ, an. libr. ij. macera horis vigintiquatuor in aquæ calentis, libr. viij. post coque ad tertias, excola, igne lento rursus coquito ad spissitudinẽ: alij alb. ouorũ clarificant, spumaq́; detracta, coquunt ad cõcrementũ, tessellatim dissectũ, insolant.

HYpericum: vulgo perforata, alijs herba Sancti Ioannis, Iunio, & Iulio mensibus, aureis floribus ornata ex Diosco. lib. 3. cap. 146. alij androsemon, alij chorion; alij chamæpitin appellant, notissima creditur. quum tamen foraminibus adeo conspicua sit, vel quia Diosco. ac Plinius, & si solertissimi id non aduerterint, vel quia luteis etiam floribus prædita quum sit: Marcellus autem candidis interpretetur, & cum eo Brasauolus, hinc factum est vt Monachi Mes. cõmentati. rutam syluestrẽ opinati sint vulgarẽ, et in suburbijs vbiq; frequentem perforatam Matthiolus contra ἄνθος ἐ.φον μήλινον *legi, in codice Græco contendit, idest flore croceo, non albo, qua in re Græcarum literarum omnino ignari decernuntur, at at, in re tam manifesta, in dictione tam nota defecisse, nullo pacto credendum. nisi eo effrenata illum iactet audacia, vt Græca Diosc. exemplaria, doctissimos quosq; latere sibi persuaserit, in quorum pluribus,* λεύκῳ *scriptum annotauimus. quumq́; capite de ruta syluestri, hyperico legitime debita, ibidẽ adiecticia esse, omnium consensu proposuerit Matthiolus, res verò cauillis nõ careat: vtq́; hic negare, æque illi asseuerare possint, variantibus huiusmodi in scriptura codicibus, & si reuera ascripticia credantur, proprias vtriusq; differentias annotare tenebatur, illo potissimum ita arguente, Monachis ideo perspectam non extitisse, quod secus turpi hoc lapsu non annotarentur, quum sibi pariter, incognitam fateatur syluestrem rutam, atq; in Italia nondum visam, veluti Capadociæ, atq; Galatiæ stirpem singularem, eam videlicet moly vocatam, in cuius capitis fronte subrogata, in hypericum restituenda consentit, & si Latinè in horto Patauino iam demonstrari audierit. Turpe est, & profectò superuacaneũ alijs impingere, quæ in eum postea obtorqueri possunt. Cæterum quod hæc ruta syluestris non sit, præter alia, quum triangulo semine careat, triãgulari tamen siliqua, quicunq; huius factionis extitere, illusi planè deprehendun tur, nec minus qui othonam, folijs rutæ perforatis, cribri modo, & velut à tinea erosis: asyrum verò, & androsemon, ceu hypericum, maximæ simul cognationis, in vineis, Seruiq́; sabuletis, non raro collegimus, fascirum.n. folijs è grandioribus quadrato caule Androsemon, isto etiam latioribus & rarioribus rotundo tenuiq́; caule cæterum non distant, neq; ob croceum florem, & si candido videatur apud Diosco. hac sola iccirco coniectura, hac peruicacia, hypericum haud esse coniecerim, reliquis in idem coincidentibus. Solẽt enim pro loci varietate in vna, eademq́ue herba, flores non raro commutari, idq́ue Diosco. in attractilide, multisq́ue alijs plantis fatetur, quum verò Plinio inurit Matthiolus, quod hypericum cum hordeo maturescere scripserit, præter Dioscoridis mentem, experimento etiam repugnante, demus hoc illi, & concedamus, hordeum tamen metiri, sexto mense in Aegypto, alibi multo tardius, in Chalcia rhodiorum insula celerrimè quodam loco, item Messanæ in Cicilia, vbi mylas vocant, scriptum reliquit Theophrastus 8. de hist. plant. cap. 3.*

Monachorum error

Matthioli lapsus.

Othona.

Theriaca Diatessaron.

REcipe gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum portionem æqualem, trita curiose omnia melle spumato excipe, idest triplo specierum. Datur ab aureo medio, ad aur. vnum

Ad effectus frigidos tum cerebri, vt epilepsiam, paralysim, spasmum cynicum, idest oris torturam, tum ventriculi, vt inflationem, & ab eo dolorem, tardam coctionem, tum denique hepatis, vt hydropem, chachexiam, obstructionem præterea morsui scorpionis, & venenatæ potioni confert.

Theriaca, antidotus, Diatessaron, idest quatuor, addito ebore Diapente dicitur. Auic. inquit loco myrrhæ, quosdam addidisse costum, alios croci, drach. i. Paulus lib. 3. cap. 77. Diatessaron legit, chamedryo, & rutha, in locum baccarum lauri, et myrrhæ, vt etiam Myrepsus, nu. 6. de Theriacis, pro myrrha, chamædrym Aetius Tetrab. 3. serm. 4. cap. 47. Tetrapharmacum, quibusdam mysterium appellatum refert.

Theriaca Andromachi ex Gal. in eo de Ther. ad Pisonem, cap. 7. 1. de antidotis 6. & 7.

REcipe trochiscorum scilliticorũ, libr. med. trochis. de vipera, trochis. hedicroi, piperis longi, opij thebaici, añ. vnc. iij. iridis, ros. siccarum, succi glycyrrhizę, seminis napi, scordij, succi balsami, cinnam. agarici, añ. vnc. i. & med. myrrhæ, costi, croci, casiæ, spicæ nardi indicæ, schœnãti, piperis nigri, thuris, dictamni, rapontici, stœchados, marrubij, petroselini calaminthæ, terebinthinæ, quinq; folij, zingiberis, añ. drach. vi. polij, chamæpitheos, nardi celticæ, amomi, styracis, mei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

chamedryos, phu, terræ Lemniæ, malabathri, chalcitidis aſſatæ, gentianæ, gum-
mi, hypociſthidos, ſeminis balſami, aniſi, ſeſeleos, cardamomi, fœniculi, aca-
ciæ, ſeminis, thlaſpios, hyperici, ameos, ſagapeni, ann. vnc. med. caſtorei,
ariſtolochiæ, bituminis, ſeminis dauci, opopanacis, centhaurii, chalbani, an-
na drach. ii. vini antiqui, odorati, quantum liquoribus, & gummis diſſoluen-
dis ſatisfecerit, melle optimo vniantur libr. x. & ex Aetius quoque ſatisfaciunt.

Andromachus iunior ſoluta, oratione mellis attici drachmas nonigenas ſexaginta, vini drachmas tercentũ
viginti expoſuit, eius vero deſcriptionẽ vna tantũ re differre, ab elegiaco verſu tradita, cenſuit Gal. quod iſta
Galenus arguitur *piperis longi, vnc. iij. longi, drach. vi. contineat: nos tamen, abſit iactantia, in ſagapeno quoque, illas variare*
comperimus, quod à ſeniore Andromacho deſcripta, ſagapeni, vnc. med. à iuniore autem, drach. ij. ſeruauerit,
Damocrates autẽ iambicis cõplexus, albi, & longi piperis, drach. vi. nigri autem, vnc. i. & med. accipit: addit
acori, drach. ij. atq; à polio, ad ſagapenum, cuiusq; drach. ij. imponit, qui verò quaternas, non recte facere ait,
verum à caſtoreo, ad finem vſque, vnciam dimidiam, pro drachmis duabus immutat, & ſedulo, mellisq́; libr. x.
excipit lacrymis, ſuccis, atq; metallicis, prius vino diſſolutis, ad mellis craſsitiem, Paulus lib. 7. cinna. vnc. iij.
ſcriptum reliquerit, poſtq; napi, addit buniados. Aetius verò, pro napi, buniadis agreſtis legit Tetrab. 4. ſer-
mo. 1. cap. 92. acori, vnc. med. Auic. lib. 5. ad medicinæ perniticm, potius quàm ſalutem, drachmarum loco, au
Auicenna notatur. *reos vbiq; lectitat, neſcio quæ moliatur, quæ agat, quæ cogitet, quæ nõ modo audiantur, ſed & videantur, pla-*
neq́; vbiq; diuulgentur, ſecunda, & tertia potiſsimum deſcriptione, & ſi in capitis initio, ne vel tantulum ab
Andromachi ſerie recedendum iuſſerit, nec Gal. alijsq́; aſtipulandum, qui gloriola quadam, potiusquam ratio
ne, illam immutare tentauerunt: vbi tamen alleum ſylueſtre ſcordij loco, ocimum montanum, pro calamintha,
muſcum, epithymum, & cætera interſerit: cuius amentiæ, Arabij quidã cõplices, atq; ea in ſentina pertinaces,
Theriacam Auic. non ſecus atq; præſidis & medicorum antiſtitis, ordinare hoc etiã tempore nõ verentur, Ni-
colai & vulgati medicamentarij codicis. i. Diſpenſarij tenebras, flagitia mendoſas vbiq; compoſitiones potius
cum Fuchſio 2. de cõp. med. ſectantur, concupiſcunt, atq; adorant, quàm præclariſsima antidota ſuo candori re
ſtituta, à Græcis fontibus exhauſta. Cordus etiam falsò legit opij, drach. 28. quumq́; multiplices varijs autho
ribus celebrentur inſcriptiones, vnica hæc, decantatiſsimaq́; perhibetur, quod ſi quiſpiam Manardi Theriacã
parare voluerit, non ſolum in peſtilentia vtilem, ſed & venenis vniuerſis, ac ſerpentum morſibus ſumme aduer
ſam, videat lib. 5. Epiſt. 3. ex Gal. antidoto Diahæmaton 2. de antid. vt ex Paulo lib. 7. hic Fuch. ſeuera admo
dum cenſura poſtliminio redeat, quum botrym herbam, poſt amomum immiſcendam, nõ ſine eruditorũ riſu, per
tinaciter nimis contendit. Quandoquidẽ *in iunioris andromachi deſcriptionem, amomum ſimpliciter legitur,*
vt in Elegiaco racemiferum: atque ariſtolochia, ſimpliciter.

Apparatur hoc modo: ſucci omnes ideo vino macerandi, vt diſſolui queant, & læuigari facilius poſsint, ſa-
gapeni, videlicet, opopanacis, opij, myrrhæ, acaciæ, quum humidi niſi fuerint, nec ad contundendum faciles, ut
ẽt hypociſthis, & ſuccus glycyrrhizæ, thlaſpis verò napiq́; ſemina, quum pilæ concauitati ob tenacitatẽ adhæ
reant, ſola prius atterenda ſunt, poſt vino ſuperinfuſo maceranda, quoad exactè diſſoluantur, & cæteris vino
dilutis admiſceri poſsint, thus quoq;, & gummi, vel ſimul cõminuenda, & excutienda, quo reliquis vino mace-
ratis, quum placuerit inſpergi poſsint, vel gummi per ſe ſe vino macerandum, humidaq́; vino diſſoluenda, ſicca
verò in puluere redigenda, herbacea videlicet, nec non fructus, qui vnà cũ virgultis, folijs, ac calicibus indun-
tur, vt radices, atq; ſemina, quibus addenda ſunt trochiſci ſcillitici, Viperini, Hedicroi, crocus ſi fuerit ſiccus,
vel in polenta, cum vino probè teratur, vt ẽt Lemnia terra, atq; bitumen, quæq́; in tenuiſsimum puluerem re-
duci, & anguſtiſsimo cribro excuti poſſunt, adhibita diligenti cura ne quid inter tundendum, excernendumúe
pereat, aut temere ponderi decedat nam agaricus in volatilem puluerem reſolutus, facilè euaneſcit, præſertim
ſolus detritus, id quod quibuſdã faciendũ videtur, quod nõ facilè per ſe tundatur: noſtri tamen pigmentarij ty-
rocneſti ſubductũ, & cõminutũ, facilius in pollinẽ reducunt: alij vino in placentas effingunt, ſub vmbra ſiccãt,
minutiſsimè contuſum, cribro excretũ debito pondere. i. ſeſquiunciæ, reliquis admiſcent: verũ quo tẽpore in vni
tatẽ omnia coire debent, reſina terebinthina in vaſe duplici colliquanda prius, deinde ſtyrax, et galbanũ, piſtil
lis, vectibusq́; ferreis fracta, & contuſa, mellisq́; crudi aliquantillũ inſtillandũ, manibus cõplanata, reſina mel
le liquefacta excipiantur, atque ita operculato vaſe rurſus liquari pemittenda: quippe melius eſt his contectis
nõdum mel admiſcere, ſed quod aquæ innatat, vt elixentur permittere, his verò liquefactis arida adijciantur,
maceratis ex vino rebus, & ad ſufficientem vſq; craſsitiem denuo miſceantur, ſic paulatim liquefacta tepida
transfundãtur, & cũ alijs in mortario, magno cochleari, robuſto homine vt in vnũ cõcreſcant corpus ſubigan-
tur, & poſtquã bene inter ſe cõmixta videantur ſibi aliquod adſciuiſſe cõcrementũ, mellis moderate decocti, et
deſpumati, nõnihil ſuperimmittes, poſtea cõminutarũ medicinarũ portionẽ: denuo mellis quippiã addatur, po-
ſtea liquefacta, ſed tepida infundẽda, ſuperiectis melle reliquo, & quicquid puluerũ ſupererit omnia viriliter
magno in mortario, magnaq́ue tudicula, dum in vnitatem coiuerint, permiſcenda, tum in pilam transferenda
atq; ferreis rutabulis diligenter exterſis, ne quid hæreat rubiginis, ſine intermiſsione cõtundenda, illitis ſucco
balſami vectibus, ne ſubigendarum rerum tenacitate obtineantur, neúe difficulter à tundentibus eruantur: vt
igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

igitur haud ægre negocium expediatur, imas rutabili parte succo balsami frequenter delinire conueniet, iugiter ad hoc ipsum opus, quicquid erit succi huius absumere. Cæterum in sole melius est Theriacam commiscere, sic enim omnia facilius in vnum coalescunt, quum verò id obitur negocium, pila antidotum continens operienda, rursum exactis quatuor, aut quinque diebus, in sole eodem modo commiscendum, nec secus sex, aut septem dierum interuallo, iterum, atque deinceps, idem opus nec ad duos vsque menses, aut quadraginta prorsus dies repetendum: & hæc quidem hactenus, quæ ad optimam componendæ Theriacæ rationem pertinent: quo ad colorem, cætera capite de chalciti prosequemur: per mensem porrò antidotum ipsam vsitare oportet, & tudicula munda agitare, ne id quod in superficie est, & quod vasi contiguum adhæret, exarescat. vas autem sit vitreum, vel argenteum purum, aut etiam aureum, non autem stanneum, quia plumbo adulteratur, id quod non solum in hac, sed etiam in quibuscunque alijs medicinis obseruandum ex Gal. 1. de antidotis, cap. 8. id tamen non replendum ad summum vsque, sed spatium relinquendum, quo respirare queat, imo operculum frequenter dimouendum, quo magis difflari poßit, & celerius vtilis euadat, reliqua ex Gal. in eo de Ther. ad Pisonem, ne in immodicam longitudinem liber nimium excrescat, in lib. de antidotis, de vsu Theriacæ, vt etiã ex Aetio Tetrab. 4. serm. 1. percurrenda relinquimus.

Vsque ad trigesimum annum efficax est, coquitur autem vt plurimum intra annos duodecim, sed qui valentiori, & potentiori vti volunt ipsam post quintum & septimum propinant ad sexagesimum vsque, vltra quod spatium imbecillis euadit, eius infantia ad sex menses, pubertas in calidis ad decẽ annos, in frigidis ad 20. consistentia aut decem annis, aut viginti, declinatio post vigesimum annum, ad quadragesimum vsque postea declinat è gradu Theriacæ.

Experimentum præstantiæ, ac facultatis Theriacæ, abundè compertum est, si à purgatorio medicamento exhibita, eius vim purgantẽ ita infrenet, ne deiectionem moliatur: uel phasidem à venenoso reptili demorsum, propinata à morte liberet.

Datur non omnibus eadem quantitas, nec eodem semper liquore dissoluitur, verũ antidoto, & liquore differenter vtimur, eius, vt alterius pondus, & conuenientiam, ex affectuum diuersitate metientes: pueris autẽ nullo pacto exhibenda, pueriles enim vires longe superat, eorum corpus facilè dissoluit, & insitum spiritum cito extinguit, quanquam vnica voce ad lactentium vermes enecandos, non solum extra, sed etiam per os nullo periculo vsurpari, nescio quo authore consueuerit: quot quantisque morbis auxilietur, vide ex Galeno in lib. de Ther. ad Pisonem, cap. 15. at quo ad præsens attinet, nonnulla subijciemus.

Exitialibus venenis, pesti, ferarũ virus eiaculantiũ ictibus, diuturnis capitis doloribus, vertiginibus, epilepticis, catalepticis, apoplecticis, stomachicis, resolutis, aurium tarditati, oculorũ hebetudini, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis, ileosis, dyssentericis, hydropicis, regio morbo correptis, spleneticis, calculosis, elephanticis, melancolicis, podagricis, à rabiente cane demorsis, ischuriæ, vteri affectibus, sedisque, excretiones sanguineas aperiens, sæpeque detinens, omnibus deniq; inueteratis pasfionibus, singulari adeo est præsidio, vt vix aliud præsentius magisque idoneum, ad grauissimos quosque morbos reperiri posfit.

Quantum verò in ea cõponenda medici imperatorij elaborarint, quanta solicitudine, & cura, tam in cognoscendis genuinis, quàm in synceris seligendis simplicibus, longiori calamo non exponam, hoc autem infœlici seculo, vel à circulatoribus, aut infimæ classis homunculis, Theriacam orientalem vocatam, Venetijs, Genuæq; (vt dicunt) cõi medicorum corona expetitam, coemunt: hi verò faceti scurræ, inhumani præcones, nullũ morbum esse iactitant, cui prorsus succurrere non queant, hacq; immani pollicitatione, his falsis nugis, venenatis verbis medicinæ faciendæ locum vsurpant, auidos reddunt auditores, plures admiratores nanciscuntur, quo sunt confidentiores, vixq; dici poteſt, quàm magno sibi quæstui fore putent, huiusmodi nugacem imposturam, quantopere vulgi animos in eiusmodi fraudem pelliceant, quàm calamitosa in hominis vitæ iactura, quàm formidabilis ex tali imperitia mors, at infinita est cupiditatis natura, ad cuius expletionem plurimi viuunt, lucri enim cupidi, propter inexplebilem cupiditatem, minima quæque, atq; vilia, & nullius pretij mirum in modum sitiunt, & in his etiam lucrum quærunt, quique soli ex omni hominum genere, prodesse hominibus profitentur, tanto cæteris deteriores sunt, vt non modo non iuuent, verum contra corrumpant, atq; huius gratiã vulgo mercedem exigant, fidem itaq; fallunt, & mentiuntur, in his mendaciorum copia vndiq; scatet, propterea præter vsum, atq; occasionem haud fuerit, vt præstantißima quæque, maxime recentia efficacißima, omnibus viribus comparare studeant, non testibus plana faciant, causam cur mentiantur habentes, in singula ciuitate vnus inter eos eruditißimus, fidißimus, doctißimus, ac integerrimus eligatur, præstoq; adsint omnes tum medici, tum pharmacopœi pedem bene figant, id pensi habeant, vt saltem meliori quo poterit modo, illam proprijs intueantur oculis, componendam, constructam, fermentatam, examinent, simplicia diligentißimè expendant gustum, ac odoris qualitatem statuant, gustent, olfaciant. Quis enim ab exteris quæstum duntaxat spectantibus, cum astu, & nequitia, exposita, & venalia probare poterit? quis istorum nugas nõ abominabitur? quis huc obsecro in incognitis antidotis in ancipiti compositione, certum, aut constitutum decernet, nempe, curcumforanei, & agyrtæ, vel Diatessaron dictã, vel suppositiciã, pro vera paßim exponunt: quorsum igitur attinet, ea cum mortalium damno experiri, quæ vel mortẽ, aut molestiorẽ paßionẽ inducere poterunt, cur tã domestica crudelitate laboramus, cur tã impudentes ad incognita, inscys missellis quorũ negociũ est, accedere, aut aspirare audemus?

Videat obsecro, ac secum quisq; nauiter exquirat, ne otiosus spectator, sed curiosissimus negociator appareat.
CHalcitis, ex Scrapione, Colcotar, cap. de Zeg, ex Gale. ibidem adducto, conspicuè innotescit, quum in-
quit: & vena inferior erat Zeg rubrum, & secunda quæ erat super ea, erat Colcotar. Gal. autē 9. simpl.
ait. infima erat ipsius soreos, super quam erat altera chalciteos: reliqua deinde ex eodem capite prose-
quitur, vt ex Dioscoride, cap. de mysi, pauculis immutatis, aut verius ab interprete perperam versis. Constat
igitur recentiores quosdam hallucinari, colcotar vitreolum esse contendentes, vt etiam in publicis officinis cre
ditum est: id quoque Auicennæ testimonio, cap. dc atramento liquido patet, quum asserit: & semel vidit super
colcotar, coopertum atramento rubro, puluerizato, id quod ex Gal. cap. de mysi ita legitur: sic super chalcitim
nasci ipsum mysi, vt ærugo super æs, id autem mysi, atramentum rubrum appellat, Serapion autem Zeg viride:
Zeg verò vitreolum vertit interpres, quum tamen mysi potius exponi debuisset, quod infra separatum caput
scribat de chalcantho, Latinè atramentum, vulgo vitreolum: quumque Auicennæ interpres pro Zeg, di-
ctante Brasauolo, atramentum verterit, atq; ab hoc assignet caput de Colcotar, & de chalcantho, quod etiam
atramentum est, & in eo de atramento, visus sit vna hæc comprehendisse, misy, sory, & chalcitim simul in-
uoluens: hinc nimirum si eorum sequaces, Arabicas etiam literas non edocti, dum earum vocum declaratio-
nem subeunt, mente capiantur, quorum in catalogo enumerandus est Brasauolus, tam manifesta quàm manife-
stissima contradictione se ipsum redarguens, prius .n. deducit Pandectarium, ac Serapionis interpretem, pro
zeg, vitreolum exposuisse, tamen reuera ita non esse constare, quod vitreolum, chalcanthum, & atramentum
sutorium, idem sint: quod autem à Serapione dicitur, non esse chalcanthum, sed antiquiorum mysi, id autem
esse vitreolum romanum, ex quibus sequitur, si zeg, est mysi, idq; vitreolum romanum. ergo non malc interpre
tatum fuisse, zeg, .i. vitreolum, tametsi addendum fuisset Romanum. cæterum eandem prosequitur seriē, quod
zeg apud Arabas, idem sit, quod recentibus atramentum, ideo Auic. interpretem pro zeg, atramentum, Sera-
pionis aūt vitreolum interpretatum esse, propterea necessarium esse his duobus vocabulis, misy, sory, chalcitim
chalcanthum, melanteriam significari, inepta sanè, & grauissimo viro indigna, nunc ad chalcitim redeamus.

Colcotar.

Brasauoli oppositū.

CHalcitis ex Diosc. lib. 5. cap. 65. præfertur similis æri friabilis nec lapidosa, nec inueterata, intercur-
santibus oblongis venis, splendentibusque: hanc vt etiam misy, & sory, in Italia desiderari scribit Mat
thiolus, & quamuis omnem operam impenderit, in æreis Germaniæ fodinis, ad hæc indaganda, in cu-
niculorum faucibus, eorumque vestibus, se melanteriæ plurimum reperisse, quum tamen metallici operarij id
non animaduerterēt, horum auti nullum. at in Latinis lucubrationibus, à Guidotino pharmacopola, postea ac-
cepisse misyos fructum, chalcitidis, & sereos, quibus chalcanthum adiunctum erat inuulgauit, propterea
Brasauolum procul à veritate abesse, quum vitreolum romanum misy esse sibi persuadeat, cuius equidem sen-
tentiæ astipulatur Cardanus 5. de subtilitate. Amathus autem sory esse credit, at quum nec auro simile sit, nec
friando auri colorem obtineat, nedum stellæ instar radiet, sed vitrum propemodum æmuletur, facticiumque sit
romanum vitreolum, misy autem ex Gal. cap. proprio, vt etiā sub fine capitis de chalcantho, minerale sit, quod
à se se spōte terræ visceribus innascitur, alibi quoq; sponte fieri sorym, misym, & chalcitim, & per fornaces æs,
cadmiam, & cætera tradiderit, ex his misy naturale est, in terræ latebris sponte, & per se factum, nullo arti-
ficium ingenio: quumque ex eodem, chalcitis in misym, non autem misy in chalcitim transformetur, at vitreo-
lum quodcunque senescens, in chalcitim permutetur, ideo nullo pacto asseuerandum, vitreolum romanum mi-
sy esse ex Fuchsio priusquam ex Matthiolo: dici tutius posse soreos naturæ particeps, si tanta est Galeni apud
medicos existimatio, vt quemadmodum chalcitis in misym, pariter sory in chalcitim transeat. aliud est in quo
Brasauolum taxat, capite de chalcantho, quod vbi Galenum incuria accusat, se ipsum inscitia apertissimè re-
prehendat. Quandoquidem vbi Galenum sibi examinandum proponit, eo scilicet loco, quo scribit chalcan-
thum è Cypro ad se aduectum, tractu temporis consenescens, factum fuisse chalcitim, non ideo perfectam, le-
gitimamque esse chalcitim, neque pro vera substituendam, eius autem inopiæ supplere posse, Gal. verba haud
recte perpendisse Brasauolum, quum scilicet aliud asserere noluerit, scribens aquam pluuiam totius collis, ter-
ram illam colluere, atque abluere, ex qua sponte quidem fiebat sory, misy, & chalcitis, quàm chalcanthum,
esse chalcitim ab aqua dissolutum, ideo nimirum si spontanea, atq; natiua chalcitis, aqua soluta, in calcanthum
vertitur quin temporis curriculo eundem præstet effectum chalcantho genita, nec hisce propositis obstare, ta-
metsi Cyprium chalcanthum, non modo ex chalciti, verum quoq; ex misy, & sory, simul productum conscri-
bat, quoniam capite de misy inquit: tria hæc medicamina eiusdē genere facultatis esse, tenuitate, & crassitu-
dine, inter se diuersa, &c. quibus igitur verbis obstrepitet, quem fructum afferat Matthiolus, quæ sit litigio-
sorum Brasauoliq; rixa, hinc facilè excutitur, quum discussa superioris seculi caligine è tenebris eriperentur
seplasiarij, nominibus & si male acceptis: re tamen opportuna vtentes, in dubium positi titubant, nec quo se
vertant compertum habent, nam colcotar chalcanthum arbitrabantur, hi autem chalcitim esse iuste inquā ob-
tinuerunt, verum quia hæc desideratur, & si partem chalcanthi, aut misy, quasi spumam illaboratā, vulgo cu-
perosa (vt ait) chalcitim esse induxerit Cardanus 5. de subtilitate, & chalcanthi senio producta, tanquā im-
becillis à Brasauolo respuatur, de nomine tantum disceptare videntur, multū tēporis his in rebus consumunt,
nihil perficiunt, quid huius loco suggeri debeat, non edocentes: at adeo ne ignarus est disciplinæ, & consuetu-
dinis Brasauolicæ Matthiolus, adeo ne de se, & gloria sua cogitat, vt chalcitim ex senescente chalcantho
productam

Brasauoli Cardani, ac Amathi opio falsa

Matthiolus ac Brasauolus re℗bantur.

Cuperosa

productam, perfectam esse existimet, ideo facticia, ex Fuchsio 1. de compo. med. cap. 17. quum ex Dioscoride, inueterata vt par est, minus accipiatur, praeterea quadraginta annorum vitreolum romanum, adhuc magna copia visitur, in officina integerrimi Baptistae Cattanei, calcis quasi efflorescentia superinductum, at ad chalcitidis notas ne longè quidem accedit, vt quomodo illaboratam spumam praedixerit Cardanus, quo pacto vetustum quodcunq; vitreolum, chalcitim effici annotauerit Matthiolus, curiosioribus recognoscẽdum relinquam. Quare quum ex Galeno, praecitatis locis, misy, sory, & chalcitis, eiusdem genere facultatis, & naturae sint, essentiae tamen tenuioris, aut crassioris, differentiam sortita, sory omnium crassioris, misy tenuioris, intermediae chalcitis, quum chalcanthum aliud non sit, quàm miscellaneum quoddam ex tribus praedictis, pluuia ablutis, si temporis diuturnitate genio ita cogente, syncerae chalcitidis partes irrumpant, quae sanè tandiu delituere, & quas legitimae chalcitidis defectum supplere posse, innuit Brasauolus, quem seditiosa, longaque oratione insequitur Matthiolus: reddi equidem ratio debuisset, cur ex veterascente chalcantho, misy, & sory, non aeque efflorescant, atque chalcitis, at huius generis litigijs derelictis, chalcitidis vice, chalcantho vti possumus. Vritur chalcitis ex Dioscoride fictili nouo, viuis carbonibus superposito, dum ipsa bullas excitare desierit, & perfectè inaruerit, in reliquis verò, dum mutata in floridum colorem fuerit, & sanguineum & miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda est, insidens autem spurcitia flatu expellenda, mox reponenda. torretur etiam num perflatis carbonibus, vsque dum luteo colore pallescat, aut fictili subditis candentibus prunis, subinde versata donec igni conflagret, & odorem mutet: quod verò attinet ad nigrum Theriacae colorem, quem si quis nõ assequatur, risui est, & si nihil virium antidoto ex colore adiungatur, minima autem chalcitidis portio, colore suo medicamentum inficiat, nigredinis verò frustratio fiat, si flaua, luteaue dum vritur, euaserit, hinc ne quis hac in re errorem committere videatur, ex Galeno 1. de antidotis, cap. 15. & si Theriaca quatuor chalcitidis drachmas duntaxat accipiat, hac multo copiosior assanda est hoc modo: drachmas crudae chalcitidis non pauciores quadraginta, in ollulam indito, deinde succensis carbonibus, ollam non operculatam in medio prunarum impone, quumq; liquefacta euehitur, eiusque leuissima, & spumosa pars innatat, ollam confestim ab igne amoue, humique colloca, nec vt interdum consuetum est, aura illi insufflanda, mirum est quantum ita faciendo, luteus, flauusque color emergat, non tamen in sole collocanda erit, sed in vmbra donec frigeat omittenda, hinc postea id solummodo capies, quod supernè spumeum fuerit, nihil habens in se flaui, vel fului, neque pallidi, deinde experimenti gratia, paulum eius quod probaueris accipe, atque comminue, & numquis ex supradictis coloribus appareat, inspice, nam si qualis accepta est, viridis, aut cinerea manserit, drachmas quatuor ipsius impones, huius enim pauxillum, in tanta vsti copia comperies. Cordus non necessario addendam chalcitim, puerili authoritate supponit: Dessennius eam quoq; omitti mauult, quod ex Galeno, Theriacae facultas nihil alteretur, etiamsi non indatur falsum sanè, quum ex colore nihil virium addi scriptum reliquerit Gal. vt paulo superius, nec ideo vllo pacto omittenda: hinc .n. & desiccandi consequitur facultatem vt etiam ex Fuchsi. 2. de comp. med.

Cardani lapsus.

Calcitidis vstio.

Cordi, & Dessennii, error.

Bitumen: alijs asphaltum, ex Diosco. lib. 1. cap. 83. iudaicum caeteris anteponitur, cuius probatio est, vt purpurae modo splendeat, sitq; ponderosum, ac validum odorẽ vibret: nigrum autem, & sordidum, vitiosum est, adulteratur pice, gignitur in Phoenice, Babylone, Zacintho, & Sidone, liquidum inuenitur, in Agragantino, Siciliae fontibus innatans, harundinum paniculis collectum, ocyssimè ita adhaerescens, quo vtuntur ad lucernarum lumina olei vice: hallucinantur qui id Sicilicum oleum nominant, nanq; liquidi bituminis genus esse constat, liquores oleacei, ideo oleo di sasso vulgi, vt cap. de Naphta: multiplex igitur existit asphaltum, alibi velut limosa, terrea cereaue materies, locorũ in quibus scaturit varietate, molle, duriusq; effectum varia ideo nomina sortitum vt terra ampelites, seu pharmacitis, carbo fossili, seu asphaltites, Thracius lapis, Gagas succinum nigrum nuncupetur. hodie & si legitimũ in Italia non aduehi, scribat Matthiolus, id Venetijs abundare cõpertum habeo, & vidi, eius tamen loco illegitimum etiamdum pissasphaltum interdum substituunt officinae, vt cap. de Mumia dissertum est, & bituminis loco naphta, vel potius gagas suppeditanda: Babylone lacus, amplissima magnitudine λίμνη ἀσφαλτίς appellatur, habẽs supranatans liquidum bitumen, Ioppe in Syria, Arabiaq; Numidarum lacus sunt immani magnitudine, qui emittunt bituminis maximas moles, ibi verò crebrae sunt Lapidicine, bituminis duri ex Vitruuio 8. Architect. cap. 3. quumq; asphaltum, ac pissasphaltum implicuisse, Reuerẽdos Mes. interpretes, in hetrusco codice asseruisset, Latinè obmutuit bitumen inter mitia emplastris iniectum coquitur, non aũt id in laeuorem atterere oportet, quoniã aspritudines fici, oliuarumq; granis interioribus similes obtinet, propterea crassiusculum frangatur, coquatur in aceto, sic vt nõ agitetur, vsq; dum ebullire desinat, vel ex Timocrate, in oleo decoquatur bituminis rationem parat Aricola, 12. de re metalica.

Hiera Gale. 2. de compo. pharmac. secundum locos, capite de his, qui ex stomacho caput dolent.

Recipe aloes, drach. centum, cinnamo. spicae nardi, ligni balsami, mastichae, asari, croci, singulorum drach. vi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Datur ad summum ex hoc pharmaco, drach. i. cum aquæ calidæ cyathis, non pluribus quàm tribus, minimũ verò dimidium eius præbetur: datur ex aqua duum paruorum cochlearium mensura, vbi mediocriter, ac medio quodã modo eo vti studemus, nam maximus eius modus, atq; absolutißimus, duorum non vtiq; paruorum, sed magnorũ potio, in aquæ temperatæ cyathis tribus, minimus vnius parui præbetur, at intra hos modos, quantitate iuxta ætatem, corporis magnitudinem, consuetudinemq; permutata. Dat Actuarius, à drach. i. ad ij. hodie eius siccæ, ad drach. iij. atque vnc. med. innoxie sæpius propinauimus cum Aetio, Tetrab. & ser. 4. cap. 68.

Hiera, idest sacra, ab operibus penè diuinis: picra, idest amara, ob aloen, vnde Hiera Dialoes est vocitata, bilẽ flauam, & pituitam, non solum tenuem, tunicis ventriculi altius infarctam, sed promptius in eius spatio innatantem, eiusque ori insidentem, nulla molestia, ex venis etiam męseraicis expurgat, ventris meatus aperit, exterget, attenuat, stomachicos, iliosos, suffusos, quorum oculis obiectę culicum, aut pilorum imagines obseruantur, maxime adiuuat, lędit hos quibus iecur calidius exhibet negocium, menses mulieribus promouet.

Hiera hæc multis ante Galenum annis, vsu creberrimo celebrata, Andromachi inuentum extitit, veluti idem testatur Gal. 8. de compo. pharmac. secundum locos, cap. 2. non igitur Galeni appellanda, & si huius nomenclaturæ vsu inualescente, illi nomen nõ immutauerimus: sat est huic medicamento, temporum decursibus, põdera inuersa, simplicia apposita, nunc puluere, nunc melle, quãdoq; in trochiscos sæpe in pilulas, cum aloe lota, vel illota, authoris, & antidoti nomen aliquantulum peruertisse. siquidem Gale. & si 7. meth. med. cap. 11. alibique, veram Andromachi seriem prosequatur 2. de comp. pharma. secundum locos, vt etiam lib. 8. cap. 2. nimiam aloes copiam centum drachmas esse, ad proportionem reliquorum, quibus hæ adduntur, sibi visum esse: quapropter per 90. & per 80. drachmas, ipsam composuit, & per pauciorem aliquando crocum, quod ex eius vsu quidam capite læderentur, vt per quinque, quatuorúe croci drachmas, illam composuerit, hoc modo.

Hiera simplex Galeni, quæ illi optima visa est.

Recipe aloes drach. xc. cinnamo. spicæ nardi, ligni balsami, mastiches, asari, singul. drach. vi. croci, drach. v. vel quatuor, vt dictum est.

Quosdam verò in octoginta aloes drachmas, sex aliorum addere, alios verò & florem iunci odorati, scribit 8. de cõp. pharmac. secundum locos. Actuarius pro asaro, ligni casiam miscet: non pro spica, vt inquit Syluius. Mesue lignum aloes addit, aloem duplam ad species, omnium proportione conijcit. quum autem Manardum accusant Monachi, quod aloen triplo pondere, Mes. hieræ immiscendum voluerit, quum Galeni nomine hieram tradiderit Mes. ac ex Galeni præscripto, forme tripla sit aloe, cur duplum duntaxat inijcit Mes. cur duo simplicia auget, quoniam hæc ambo in alijs Galeni hieris leguntur, quæ est Franciscanorum patrum qui in Mes. scripsere insipientia, quippe quod tametsi colocynthidem, ac alia plura in Gal. hieris dicta addidisset Mes. non ob id Gale. ascribenda esset, vt ex Aetio, Tetrab. 1. serm. 3. cap. 113. nisi eius cuiusuis cõpositioni ad vnguem responderet: fatebimur tamen claudicasse Manardum, quum pro sex drachmas aliorum, vel centum, vel 120. aloes apponere Gale. censet, quum ad centum potius diminuat. Auic. semen balsami, & casiam addit: alij absinthium, nonnulli bdellium, nec non tragacantham, scammonium, agaricum, epithimum pro varijs scopis addidere: qui verò illotam aloem accipiunt, ad ventris subductionem aptiorem reddunt: lota enim medicamentariæ facultatis multum deponit, nec adeo interanea vellicat, vt etiam non valde febrientibus accommodet: vulgaris autem officinarum, & si minus purgare videatur, quod aloen duplam accipiat, quum ex Galeno tripla ferè sit, ex quo etiã quum mellita purgatoria magis dicatur, quàm sicca, 7. meth. med. cap. 11. durabilior, minus ventriculum roborans, magis aluum deijciens, mirandum alioqui visum est, quum tribus pulucrum vncijs, mellis libr. i. communi electariorum more adijcerent, vnde in qualibet hieræ mellitæ vncia, drach. ij. puluerum tantummodo acciperentur, vixq; eius vncia i. mediocriter purgaret, quum siccæ, vnc. med. excedere nonnunquam videatur. sunt qui ad Mes. defensionem, ex quo melle admixta, minus soluit, aloen nulla vi alia quàm detersoria purgare, nullumque humorum habere delectum, nescio quo lymphato animo, asserere ausi videntur. quum scribat Galenus, 2. de compo. med. secundum loc. cap. 1. euacuandus est biliosus humor per absinthij cremorem, aut per aloen. adde 8. de cõp. med. secundum loc. cap. 2. quum inquit crassos humores ob purgatoriæ facultatis imbecillitatem, aloen trahere non posse, tenuium attractorium luculenter inferre. Insuper si aloe tergendo tantum purgat, mellisque additio tersionem addat: nonne igitur magis purgare censendum, si melli admixtum? id quod quum non eant inficias, facilè patet, quas nam in Manardum effutiant ineptias: alijs melle excepta, minus trahendo quidem purgat, magis autem partes quas permeat, tergendo: at mellis ad hæc proportio nimium excedit, quod si vt Albuchasi placet, nobisque rationi consonum videtur, æquis specierum, mellisque spumati ponderibus componatur, quandam ex hac rationem inire videbimur, idemque ad vnciam mediam, quod ad vnam prioris operabitur, nos tamen Galeni doctrinam huiusmodi esse intelligimus, drachmam vnam, duas, pluresúe, melle exceptas, magis soluere, quàm si eo non exciperentur:

Syluii lapsus.

Pro Manardo in Monacos.

Mes. nota.

Manardus cespitat.

aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

alijs aptius creditur, si cum tanto melle, quantum est aloe fermentetur, vt ex Auicenna lib.5.Tract.2. Iunio itaque, Iulioue mensibus facienda videtur, in hordeoque sepelienda per sex menses, vt fermentetur, alioqui æstatem illi vires adimere, nec ante huiusmodi spatium propinandam, seruariq; à sex mensibus, ad annos quatuor. Myrepsus hieras quàm plures Galeno attribuit.

ALoe: ex Dioscoride lib. 3. cap. 22. plurima præpinguisque in India gignitur, ex quo coactus succus affertur, nascitur ẽt in Asia, & Arabia, in locis quibusdam maritimis, & in insulis, vt in Andro, non valde succo extrahendo idonea, sed ad glutinanda vulnera sanè quàm vtilis, si detrita illinatur. Duo succi genera, quoddam arenosum, quod sedimentum purissimæ esse videtur, alterum ad iecinoris imaginem vergit. Eligi debet syncera, Marcello pinguis, quæ nihil doli sensit, nitida, calculorum expers, rufi coloris, friabilis, ac iecinoris modo coacta, facilè liquescens, eximiæ amaritudinis: improbatur nigra, & fractu contumax, gummi eam adulterant, quod deprehenditur gustu, amaritudine, & valido odore, eoque argumento, quod digitis friata, non ad minima vsque resoluitur, nec desunt qui acaciam misceant. Mes. optimam censet Indicam, post hanc Persicam, tertio loco Armenicam, Arabicam ignobilissimam, quæ tamẽ multo melior est, ex Galeno bonitatem eius præcipuam declarant color, odor, sapor, pondus, consistentia, & in singulis conditiones quædam spectandæ: colore enim est flauo, in rubrum inclinante, hepatis modo perspicuo, & splendente: opaca enim & obscura, deterior est, & quæ vetustate nigrescit, odor verò inest bonus, suus quidem, non autem per adulterium acquisiticius: sapor autem primo gustatu dulcis, subamarus mox insigniter amarus, substantia deniq; sit tenera, friabili, pura, doli non experte, rara, obid leui, quoque leuior, eo præstantior, & quanto à dictis conditionibns longe abest, tanto deterior. præferunt hodie succotrinam cognomento, bifariam partientes, ex vrbe Succuir, in Sinarum regno, Tangut vulgo appellato. hæcque optima ex Aegypto conuehitur, vtrium particulis, globulis, ac arenulis interdum vitiata, vt pondere incautos mercatores fallentes, pecunias corradant: quin & institores, ac sophistæ partes eius crassas, & impuras, lotione secretas, aqua marina paucum crocum habente, aliquoties lauant, & siccant, donec lucida colore flauo, bono odore euadat, sed odor croci dolum prodit. siquidem quum neoterici optimam insinuare volunt, aloem hepaticam proferunt, alia enim caballites, haud dubie non alia ratione appellatur, quàm quod veterinarijs dicata sit medicamentis, huiusque, vt etiam synceræ, magna vbique copia scatet: nec deest inepta, impura, atque dolosa: herba ex qua succus aloe dictus elicitur, vulgo semperuiuum marinum, quod perpetua fronde vireat, Romæ, Venetijs, Neapoli, Ticini, Ienuæ, ac aliunde importata, ad spectaculum potius, in fictilibus passim seruatur, in qua antiquiorum dictis omnia respondent, dempta amaritudine, atque solutione, in hac non adeo insigni, nimirum quod ex Galeno 6. simpl. hæc herba non admodum ad nos prouenit, & quæ nascitur in magna Syria, aquosior est, & facultatis imbecillioris, attamen vsq; adeo desiccare potest, vt vulnera glutinet: at in regionibus calidioribus, qualis est Cælosyria, & Arabia, multo melior est. Optima autem Indica, cuius liquor est id, quod ad nos importatur, cognominatum aloe, &c. Manardus: quia aloe ex Mes. aperit orificia venarum, ita scribit: hoc non dicunt antiqui, sed contrarium potius: dicit enim Dioscorides, qnod sanguinem sistit, per ora venarum ani manantem, & Plinius, vndecunque fluentem: dicendum igitur si aperit, eo id facere, quod acres humores mouet, vt ex Galeno colligitur lib.6. Aphor. 47. nec esse hoc ei magis peculiare, quàm cæteris purgatorijs medicinis, imò forte id minus facere, quàm reliqua quæ astringendi vim purgatoriæ coniunctam non habent, verum Mes. sumpsit ab Auicenna, scio tamen quid pro vtroque dici possit, sed sat sit nunc locum signasse. aduersus Manardum tot celeberrimi viri insurgunt, tot instructas acies pro Mes. hæresi opponunt, adeo fortiter dimicant, vt quasi machinarum tartarearum ictu, ac veluti fulminum iactu suffundere videantur, quem mera garrulitate offendunt, à quo victi vno verbo, labascunt quàm cito, si suis in Epistolis passim sparsa in vnum congerantur, potissimum lib.9. Epist.5. nec frontem caperent Brasauolus, Grationopolitanus, Syluius, ac Matthiolus, quoniam si huius esset instituti nostri hæc limitare, nec dicam iuxta ingenij tenues vires, verum vt quondã Vlyssi inter fluctus, annuente optimeque munita Minerua, facilè inermes, & debilitatos opprimeremus, debellaremus, omnia eorum scuta ita infringeremus, vt nisi occumbere mallent, Manardo, nobisque deditionem facere cogerentur: nempe & si Galenus in lib. de cur. ratione per sanguinis miss. cap.18. picram exhibeat, cui aloes drach. c. insint ad menses prouocandos, ac si aloes quanti ratione id magis præstet: addit optimum esse, vbi cinnamomum acceperit: quin & 2. de composi. med. mulieribus quæ non probe purgantur, maiorem efficaciam habere, vbi aloes drach. lxxx. croci verò sex. nec glans ex aloe sola hæmorrhoides aperiet vnquam (vt statuunt nonnulli) sed earum abundantia, & sanguinis eruptionem potius sistet ex Dioscoride vti dysenteriæ infusum, ex Plinio lib.27. cap.2. quin eius non est acredinis, cum amarore, vt præter mariscarum oscula, adeo venarum ora patefacere possit, quo inde sanguis emanet, astrictoria vi etiam id opus prohibente, & ad mesareum se intromittente, præterea ex Galeno 4. simpl. cap.18. quæ in vlceribus nati sunt præstare, amari sapores, id ipsum in corpus assumpti efficere valent, nec obstiterit 3. de tempor. 3. quum verò addunt Dioscoridis authoritatem tanti apud Galenum non esse, vt amara sanguinem expuentibus exhibeat, verum id est, quum illis noxia esse tradat: quippe quòd astringentia, & viscosa, non incidentia, diuidentiaque postulet. at aloe astringens est, & viscosum. neque hæc infero, vt experientiæ relucter, cui potiusquam ratione innixi, ora venarum ani aperire, prius authoritate Pauli Serapion adduxit, deinde Aben Mes. authore, nocere ano, & hæmorrhoides gignere. Mes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

re.Mes.aut hæmorrhoidibus, & sedi nocere, ob id vitandam his, quibus istæ partes dolent, at prius nulla om-
nino actione noxiam esse, præterquam quod venarum ora tantũ aperiat, vt per hæc sanguis efluat, addit quoq;
adeo venarum ora patefacere, vt inde sanguis emanet. Actuarius tamen, clysteres ex aloe subter indi non
posse, certo causari asserit, verum enim est crebro eius vsu, multis hæmrrhoides tumere cœpisse, & quibus iam
prius aliquoties fluxerant, frequentius, & largius, & periculosius fluxisse, adeoque omnibus ferè medicis pro
pria aloes dote factum videtur, vt hac saltem in parte Mesuem extollant, quum etiam eius adminiculo, quibus
iam pridem sanguis hæmorrhoidalis fluere desiit, quũ opportunum est, vix tribus aloes catapotijs assumptis
reuocetur, id quod non semel tantũ, verũ quoq; plus tricies nobis successit. Brasauolus vt canis è Nilo, vidit,
& fugit, excusandus tamen, quod rem hanc se obiter adumbrasse, potiusquam ratione aperuisse fatetur. Syl-
Sylui rõ inepta. *uius vir alioqui doctissimus, quædam comminiscitur: quod scilicet calore, ac crassitie, sanguinem efficit melan*
cholicum magis, id etiam ad vasorum apertionem non parum facere, vi astrictoria eius leuicula, hoc opus ob
imbecillitatem prohibere non potente, dijudicent emunctæ naris homines: propediem fortasse cumulatius, al-
tioribusque subselijs, hac de re disseremus. vnum tamen non conticescam, aloem vndecunque fluentem sangui-
nem, per ora, vel diuisionem venarum, atque adeo per arteriam apertam sistere, rupto quoque, vel eroso, vel
biante in pulmonibus vase, liquore idoneo solutam, vel in catapotia effictam, vt ex Galeno 5. meth. med. cap.
14. auxiliari. quinimo Auicc. sibi ipsi contrarium, capite de vlceribus pulmonis, quum aloen venas aperire
Auicennæ varietas. *scribat, & paulo infra, inter astringentia enumeret, quod lib. 2. Fen 1. cap. 5. excoriare, ac abradere intestina*
asseruit. Paulus autem lib. 3. cap. de dyssenteria, ibidem enumerat, post catapotia ex macere: ex Actio, Te
trab. 4. serm. 2. cap. 6. sanguinem hæmorrhoidalem nimium profluentem sistit, aloe imposita. Cæterum quum
adeo tenax sit, diutiusque intestinis, præsertim recto inhæreat, magisque quàm huiusce generis pharmaca, an-
te integram solutionem, ibique cum humorum acrium ab ea motorum præsentia, qui ex alijs citius faciliusq;
extruduntur, nimirum si familiarissimum purgatorium, & per se frequentius sumptum, nullaque præparatio-
ne, huiusmodi venas recludere videatur, alia verò eorum vim infrenantibus admixta, non æque. hæc autem,
vt potè nullius momenti, ne noctuas Athenas ferre videamur, reliqua ex Manardo discutienda relinquunt
lib. 12. Epist. 3. Lauatur, vt quod arenosissimum est, tanquam inutile subsidat, & leue, atque pinguissimum
Aloes lotio. *assumatur. modus itaque abluendi aloem, simpliciter talis est: trita aloe, in aquam, vel fontanam, pluuiam,*
siue intybi mittitur, subsidere sinitur, deinde emergens summatim aqua, cum ea quæ supernatat pinguedine,
cui se pura aloe miscuit, sensim excolanda, spurcitia verò, atque sordes fundo inhærens, effundenda, hoc idem
opus iterum, atq; iterum obeundum: alij tritam aloem aqua intybi irrorant, permiscent, donec in vnum coeat,
soli exponunt, siccatũ rursus puluerant, prædicto modo aspergunt: tertio idẽ opus repetunt, idq; ad infringendã
aloes caliditatem, nec multo segniori solutione, hæcq; à recentibus, vocatur ablutio aloes per viã nutritionis.
Lauatur etiam cũ aromatibus, hoc modo. Accipe aloes selectæ, & cribratæ libr. i. cas. aromaticæ, spicæ nar-
di, asari, schœnanthi, fructus, & ligni balsami, cinnamomi, ligni aloes, croci, mastiches, laccæ, ann. drach. iij.
aliàs vnc. iij. decoque aromata in aquæ sufficienti quantitate, in duplici vase, iuxta artem, deinde cola, in cola
tura dissolue aloem, continue agitando, Soli expone, in vitrea, seu vitreata patina, lintheolo puro obducta,
aduersus incidẽtium sordiũ iniurias, donec exsiccetur, si verò hyems sit, in æstuariũ, quæ verò imò vasis subsi-
dent arenulæ, diligenter auferendæ. Quidam vt in Diamoscho amaro, aloen puram fictili nouo vrunt, igne car
bonum lento, ad coloris mutationem:

Hiera Hermetis, quæ & Hiera Luph dicitur.

Recipe aloes, vnc. i. trochis. colocynthidos, vnc. i. & med. turpeti, agarici, dracunculi, & ari, siccorum, iridis, sagapeni, myrobalanorum cepularum, citrearum, indarum, ann. drach. i. & med. zingiberis, cinnamomi, mastiches, bdellij, ellebori nigri, euphorbij, asari, cas. aromaticæ, salis indi, castorei, croci, apij, lygustici, mezerei, stæchados, an. drach. i. scillæ assatæ, drach. ii. & med. scammonij, drach. ii. curiose omnia terantur, gummi, & succi, vino odoro dissoluantur, pulueres succo cucumeris agrestis comprehendantur, siccentur, iterum eodem succo, & pauco nucum oleo excipiantur, & siccentur, postremo melle despumato omnia comprehendantur. Datur post sex menses à drach. i. ad duas.

Colocynthis: vulgaris noticiæ, officinis coloquintida, ex Dioscoride lib. 4. cap. 158. legenda est, quum
cœperit in pallidum colorem permutari, hoc vero nomine antiquiores, cucurbitam etiam esculentam in
tellexere: verum à multis annis citra, syluestrem hanc duntaxat, fructu in speciem mediocris pilæ con-
glomerato, vehementer amaro semper accepere. Mes. marem, & fœminam distinguit, quod mas sit foris lanu
ginosus, nigricans, subasper, durus, grauis, & fœmina præstantior, præsertim si est magna, exactè matura, al-
ba, lenis, rara, leuis, vti eius interior medulla albissima, rara, lenis, & leuis, quoq; leuior eo melior: sit ex agro,
laxo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

*laxo, arenoso, libero, autumno lecta, quum languescente virore cœperit in colorem luteum mutari: immatura
& his notis destituta mala: pessima etiam est, ac venenosa, quam produxit vnicam tota vna planta, quæ si lo-
co illo est vnica, multo pernitiosiorem fructum parit, præsertim si locus ille est viliginosus, vel puluerulentus,
aut thermis propinquus, vel serpentibus abundet, quæ si vera sunt, haud tutum esse colocynthidis vsum di-
ctat Manardus. hunc frigide arguisse notat Brasauolus, sub falsa laudis imagine, risu quasi sardonio, melli-
ta concione, toxica recondens: quanquam ab inuidiæ morsibus alienum se prædicet, idque suo seni subiratus
indicare conatur: at si deterrima est, & pernitiosa, vnica prodiens ex integra planta. quinimo deleteria ma-
gis, vbi ea in regione, vel agro, sola offendatur: quum certo scire nequeant tabernarij nostri: à longinquis
enim sæpius afferuntur colocynthides, an ex vnica planta solæ, vel ex vnica in vna regione: quis ædepol non
hæsitaret? nisi vt in scilla præsens sit dum effoditur, exitiales sint, nec ne. præterea reflecti non potest argu-
mentum, in omnia alia determinato loco nascentia, vt putat Brasauolus, nisi illis pariter adijciatur, quod de
colocynthide intulit Manardus: nam si de quouis alio medicamento, ita vt de mezereo deducatur, ambiguum
maxime fuerit, sit ne ex vnica planta vnicus fructus, hinc neque mentis, neque argumẽti compos Brasauolus,
cum laruis sæpissime luctatur, sæpe Manardum accusat, cui abdicata omni iudiciorum solemnitate, indigno
hercle tyrocinio subseruiret: quo circa & si bonis quàm plurimum placere, nemini contradicere, & minime
multos lædere statuissem, nescio quo pacto isthuc me istorum impudentia adegerit, vt his cauillis dolosè volu-
men prorogare videar: vtque in angustiore conuiuio fieri planè consueuit, admissis inter epulas cytharedis, hi-
strionibus, & saltatoribus, vt his spectaculis distracti conuiuæ, copiosius vesci desinant, tot ideo litigia, tam
implicata dissidia, tam varias rixas proposuerim. at Dij immortales, omnem socordiam, segnitiam, negligen-
tiam odio habentes, non vt cornicum oculos configere videamur, sed ab his plura, maximique vsus expositur i,
tot in animo meo multas, & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem, neque diurnæ, neq; nocturnæ quie-
tis impartiunt complicui, vt ab his sciolis, zoilisue, in defunctos congesta complecteret, id quod semper sum
cunctatus, ac distuli, adeo assiduis languentium curis oppressus, atque fatigatus, vt vix nocturnis lucubratio-
nibus, vix statim à cibo, clanculum huic negocio satisfacere valeam, ad quod profectò non pecunia, vt ingeniũ
est omnium hominum ad eam procliue, non vt potius videri, quàm esse malim, verum vt parentum, atque ami-
corum precibus morem gererem, vt Domini talenta multiplicarem, mille enim in locis conniueo, quadam animi
lenitate reconditos aculeos non educo, notissimos errores paruifacio, non tamen omnibus omitto, sed quasi re-
mitto, atque concedo, quoties vbi velut medicorum flagellũ dici possem, Matthioli, Amathi, Syluij, aliorumq;
plurimorum ridiculas probationes exprobrare, nobis enim non deest modestiæ locus, quanquam os digito sup-
primamus, in primioribus labijs vi contineamus, quæ quidem hiscere vellent, potius quippe viuentes scripto-
res irritamus, cum his expostulamus, vt se ipsos colligant, atque castigent, vt in me obtorqueant, in me effreni-
tent, si iniuria in illos inuectus sum, me me agnoscant, si reseruata fore mortifera venena non intelligunt. siqui-
dem potuisset Brasauolus quandoque Manardum taxare, Brasauolum Matthiolus, alius in alium aculeos in-
ferre, quod robustissimorum etiam lacertorum viri, tanto oneri succubuerint, quod in his elephantes mergi vi-
derimus, in tam profundo medicinæ pelago, in venis silicum abstrusis naturæ rebus, fatemur enim & nos, non
posse labi, atque peccare; nemo equidem est qui solus omnia sapiat, atque intelligat, diuinum quum scit, omnia
scire, nempè vsitatum est Græcorum adagium εἷς ἀνήρ, οὐδ' εἷς ἀνήρ. vt etiam apud Euripidem εἷς ἀνήρ, οὐ
πανδορᾶ. at quia prædicti, iniustas causas cum aliorum iniuria defendunt. nodum in scirpo quærunt, morosio-
reque diligentia, vt in integro, & specioso corpore, vbi cætera vitia desint, neuos emendare, nouasque vbique
occasiones captare videntur, benedictis itaque si certarent, audirent bene, at nihil prorsus effatu dignum at-
tingunt, reprehendenda vix digito indicant, vt hic: quũ Mes. taxat Manardus, scribentem ex filio Serapionis,
colocynthidem exquisitissime terendam, quoniam non hoc dicere Serapionem, sed potius contrarium, non esse
videlicet multum atterendã asseruit, in quẽ obijci potest, quod & si Serapion in simplicium libro, authore Chri-
stiano, leuissime terendam exscripserit: Serapion est, non Serapionis filius: præterea nõ mente propria, neque
ita ibidem agendum iussit, quod alio forte Serapionis codice, vbi de colocynthide tractat, vnde excerpisse Me
suem coniectandum, diuersæ fuerit ab illo Christiano sententiæ. idque aperte indicatur, quod in simplicium li-
bro, neque quod mulsa cui incocta fuerit ruta macerandam, aut siccandam meminit, quumque bis eadem ex Se
rapione opinio repetita sit, mirum profectò esset, nisi propriam, veramque, & genuinam ex eo hausisset, quod
aduersus Zezarem tam audacter se opponeret. innumera stant huius generis pro Mes. propugnacula, quæ qui-
dem breuitate gaudentes, data opera prætermittimus. Syluius tamen Manardi lectione commotus, antiquam,
genuinamque Mesues seriem peruertit sua in interpretatione, ita legens. Filius Serapionis, colocynthidem
mulsa cui incocta fuerat ruta macerabat, siccabat, leuissime terebat, diuersa penitus, & ab authoris mente
omnino aliena, quum vltima contritione terendam ex filio Serapionis, non tantum ibi, verum quoq; paulo in-
ferius annotauerit, ne in intestinis ob partium minus tritarum crassitiem cesset, qua fortasse fit in uisceribus pi
gra, retinetur, eaque vlcerat, præsertim quum sensu perceptibiles sunt particulæ. vt denique non sit Mes. con-
trarietas, sed plena rimarum, hac atque illhac perfluens, Syluij traductio: cuius labes, si mihi castigare pro-
posuissem, forte tot essent eius literæ, quot sanè creberrimæ lituræ. Tundatur itaque diligenter, & persæpe
cribro cernatur, & vsus tempore operosè leuigetur in mortario, cum aqua mulsa, siquidem tale quippiam pati
consueuit,*

Manardi tutela in Brasauolũ

Pro Mes. in Manardum.

Syluii error.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

consueuit, vt tusa, priusquam madescat tenuißima appareat, coniecta verò in aquam mulsam intumescat, adeo
vt in cerniculo non credatur cribrata: itaque tumidæ ipsius particulæ, interdum, aut ventri, aut stomacho fi-
xæ cohærent maxime in sinuosis intestinorum anfractibus, ob mollitiem, insidentesque sua perquam acri natu-
ra vellicant, & mordent, interanea exulcerant, & per consensum neruosum genus noxa afficiunt, tormina,
& contractiones afferunt, quapropter colocynthidis loco, eius trochisci alhandal vocati, tanquam tutiores
imponi vbique ferè consueuere.

TVrpetum, alijs Turbit: Serapioni idem est cum Dioscoridis tripolio lib. 4. cap. 119. quod in maritimis
nascitur locis, quæ allidit vnda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco, folio glasti craßio-
re, palmeo caule, in mucrone diuiso, flore vt traditur, colorem ter die mutante, mane candido, meridie
purpureo, sero puniceo, radice alba, odorata, calidi gustus, &c. huic etiam alludit Auicenna, authore Abi-
cio omnia apud Serapionem transumens. Mes. herbam esse lactariam tradit, folijs ferulæ, sed minoribus, se-
cat in hortense, & syluestre. & in his magnum, & paruum, album, flauum, nigrum, laudat gummosum, quod
in locis siccioribus, quia lacte est craßiore, gummosius euadit, album, vacuum, harundinosum, cortice cineri-
tio, & plano, recens, mediocriter fractu facilè: non resinosum autem, imbecillum est, addimus & cariosum, ac
ventrem conturbat, vulgari nihil deperijt, id propterea pro legitimo sit malum, quoque est flauum, nigrum,
crassum, & gracile, cortice crispo, & dum frangitur intus, ceu neruoso, quod est syluestre, recens etiam, minus
interanea vellicat, atque euertit. Vetus imbecillum est, corticibus extremis liquato gummi illitis, ipsum qui-
dam mentiuntur, quod si frangatur, intus gummosum haud quaquam erit. Actuarius recens græcus turpe-
tum diuidit in album, & nigrum: album autem alypiæ, nigrum, pythiusæ radicem fecit, hinc quidam non ince-
lebres viri, pythiusam de qua lib. 4. cap. 146. turbit à Dioscoride vocatam putauerunt. id tamen tanquam
glossema illi adiectum existimarunt Leonicenus, Marcellus, demum Ruellius, atque Matthiolus, qui huius par
ticulæ non reminiscuntur. Cæterum vulgare officinarum turpetum Mes. esse, atque alypiæ radici omnibus
prorsus respondere notis, asserit Matthiolus, Brasauolus aliter inclinare videtur, at turbit à Barbaris vocita-
tum esse pythiusæ radicem, ab Actuario dictum ostendit, qui tamen non absolutè turpit, sed cum adiectione
nigrum appellauit: quum igitur variæ sint turpeti species, an solius, omniumue indistinctè, cuiusq; vsus in me-
dicamentis esse debeat, indiscussum adhuc est. quandoquidem varij tumultus, difficilesque inter eruditos con-
tentiones obortæ, adhuc plano cursu brauium attingere permiserunt neminem, nempe Brasauolus ex Gargano,
ac potißimum maritimis locis, duas comportari radices asserit, alteram subrubram, vel subnigram, aut cineri-
tiam, alteram albam: primam vsu communem, Mes. turbit esse, at secundam tithymali speciem cum Manardo
contendit, myrsitem, vel myrsinitem, aut carytem vocatam, cuius plantam se vidisse folio myrti, maiore tamen
suis inseruit monumentis. quum autem in Mesue myrti loco, ferulæ quidam legerint, textus corruptela tran-
spositum deducit, in cuius etiam antiquo codice, alias folio fœniculi, in margine se legisse annotauit. secundam
verò turbit speciem, radice alba, crassa, succo madida, turbit Dioscoridis, hoc est pythiusæ radicem, idque ex
herbæ folijs agnosci, quæ pythiusæ sunt, nec esse turbit Serapionis, idem quod Dioscoridis tripolium, hodie
ignotum, & vsu abolitum, quia hæc radix est inodora, tripolium autem odoratum, & non aduertunt
ex Crateua simpliciter legi παχύτερα, ceu ex Plinio quoque vnde vox εὐώδη additicia est inter Scil-
lam & Charybdim nasci tradit Anguillarius, Matthiolus commento capitis de tripolio, inquit. turbit
album ex orientalibus locis aduectum, officinis vsitatum, si Actuario fidimus, à quo maiorem sui co-
dicis partem excerpsit Mes. alypi radicem esse, ideo non vsquequaque hallucinari Mauritanum, vt eru-
ditiorum huius ætatis tulit opinio, quamuis radicem herbæ scripserit, folio ferulæ, verum minori, quoniam
Alypum. alypum capite proprio, surculosa herba est, subrubra, gracilibus ramulis, idque ferulæ respondere, propte-
rea palam demonstrari turbit Mes. alypi radicem esse cum Actuario, hæc Matthiolus: quo cum manus sem-
per conserere oportet, quum velut auis achantia, seu verius nocturna stryx, nunc velut doctißimorum sangui-
nem exorbens, vt quas agit prædas dissimulet, nunc coaxantium ranarum instar, vt maiore eruditione enite-
scere videatur, cum his quoque decertare audet, vt fama, ac emolumento illos priuet, non veritus vbique scru-
pos inijcere, vbique faciem sibi corrugare, quanquam errorem Mes. impingat Manardus, textuique violato
Brasauolus in nomine ferulæ: quum nulla res turbit vocata, ferulæ similis extet ex ipso: quo ad Actuarium,
fateamur in hoc parum claudicasse Manardum, quum alypum, cuius radicem turbit album vocat, a ferulæ fo-
Manardi lapsus. lijs discrepare non videatur, & si eadē ne sint, nondum liquescat, possunt enim tenuia ambobus esse folia, alijs
verò inditijs diuersa: at quum præter alia lactariæ herbæ radicem, turbit suum effecerit Mesue, nec alypum
lactaria esse scribatur, vt hac in parte tergiuersatur Matthiolus, nescius malo nodo, malum cuneum adhiberi
solere, quum huiusmodi plātam ad nos nō cōmigrare concedat, capite de alypo, in eundem incidit, quem Fuch-
sio impingit errorem, à thapsiæ radicibus exemptum putante. scribit enim capite de tripolio, è veteribus nul-
Brasauoli opinio refellitur. lum se hactenus reperijsse, qui thapsiā lacteo succo turgere tradiderit: pari itidem argumento. quum nemo ha-
ctenus (quod legerim) alypum lactariam esse scripserit, quo inquam turbit Mes. dici posset ediscentium (pa-
pæ etiam ne mendaci, debita ne vituperatione præmetur, impendio ne magis sui delicti conscius erit, tam bo-
nus commentator? qui capite de thapsia, tanta sedulitate, ad Dioscoridis textum, ad præpositam Ruellij ver-
sionem animaduertit: vbi primum legitur. Lactis extrahendi ratio hæc est: paulo infra, tam cortex, quam suc-

cus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cus, purgandi vim habent, & succus lacteus. Eccui mirabilia hæc videbantur, num adeo recondita, vt occultatissimum hunc simplicium exploratorem latere potuerint) qui ex historia, & Græcarum vocum traditione, non præsenti inspectione, facili indicio, vanis ideo contentionibus occupatur, quum nos experti scimus lacteo succo prægnantem; quòd si thapsiam quandoque visurus est, non mentietur. Fuchsio teste etiam 1. de composi. med. cap. 88. nec obstant Actuarij verba, in eo de comp. med. capite de parua triphera. si pituitæ deiectionem moliri instituis, alypum, idest album turpetum adhibeas, atque ex Aegineta concedatur, alypum, & alypiam in idem coincidere, nulla tamen ratione ob id Mes. turbit, idem esse cum illo Actuarij, ex alipij radice asserendum. quum difficilè admodum, atque arduum sit, de rebus dubijs statuta afferre exempla. præterea nescio quo pacto alypiadis, idest chameleæ legatur apud Aetium, Tetrab. 3. serm. 4. cap. 46. hinc si liberè loqui nobis integrum est, eos omnes pistrino, antycira, & fustuario dignos iudicamus, qui incerta, & peregrina, nunc hoc, nunc illud, adeo temerè, adeo pueriliter, ac peruerse, non solum sibi, sed alijs etiam certissima persuadere audent, quum præter alia, alypi semen atram bilem deijcere probetur, radicis nulla ad quosuis vsus mentione facta, ex Dioscoride, sed tantum quod betæ similis sit, tenuis, referta, acri succo. nostrum autem turpetum cum betæ radicibus nil simile habeat, quum verò communis vsus turpetum, gustui acredinem relinquere nequaquam asserit Matthiolus. de tripolio differens, quid de homine hoc sentiam, non satis compertum habeo, quum parumper masticatum guttur palam vellicet, crassius autem turbit, nigrioris corticis, ab omnibus disimile tradit, à tapsiæ, atque lactariæ cuiusdam plantæ radicibus, piceæ folijs, vt fertur effosum, at in latino codice, ex pityusæ radicibus concinnari ab impostoribus, quasi ex Actuario probet, vsitatum turpetum, crassius videlicet, esse corticem radicis pithyusæ, de quo haud quaquam intellexerit Mes. vt putat Brasauolus: quoniam ferula minutas frondes fœniculo similes pariat, non piceas, at me hercle somniat Matthiolus, quum Mesue turbit, non pityusæ radicem, sed secundam tithymalli speciem putauerit Brasauolus, vt re animaduersa, Italici Matthioli errores. *codicis serie mutata, tam varie exponi cuique candido innotescet, vt ea perstet in sententia Matthiolus, nec sit quod metuat, ne condamnetur in re manifesta, in aperta fraude, ne cui videar satyram texere, quum ex Mes. myrti folijs, non ferulæ legendum contendat Brasauolus, nec alypiæ radix lactaria scribatur, ideo hæc nunquam fuerit turbit Mes. vt præscriptum est. quid igitur prensat Matthiolus, quia Platonicis numeris obscuriora offundit, qua spe nouas commouet dissensiones, quibus sanè in dubium positi, quid denique sit officinis* Brasauol⁹ defēditur *commune turpetum ignorare videmur, vt verò mutuo attritu, veritatis scintilla eruatur, rem ipsam paucis perstringemus. primum vsu commune, Mes. indicijs accedens, radix est myrtites tithymalli: eius enim plantas nobis indicauit, herbarius quidam Hispanus, Sancta crux cognomento, in officina eggregij Octauiani Paleti hospitatus: easdem etiam Georgius Dordonus, rei herbariæ publicus in Ticinensi Academia professor, contentioso Matthiolo sæpius occurrens: qui quidem tametsi laboriosissimas eius elucubrationes, admirabile ingenium, summam peritiam, atque in alijs vellicandis insignem versutiam sæpius animo volutaret, quàm astute furtiuam, ac alienam messem, in suũ transtulerit horreum, quàm honestè, quàm facilè aliorum labores sibi contribuat, quibus calumnijs doctissimos quosque impetat, in eos insurgat, atque insiliat, mecum frequenter, ac priuatim agebat. Vulgaris itaque turpeti planta, laureolæ affinis, vix alia esse quibusque seplasiarijs nostris indicata, creditur folijs tamen myrto maioribus, in cuspidem terminantibus, crassis, circa vniuersum stipitem. hinc nimirum si myrti folia habeant Mes. exemplaria quædam, cum Manardo, ramulis à radice dodrantalibus, at à nobis visa, fructu erat vidua, verum excauatis radicibus, proculdubio ex his commune turpetum parari, lipis etiam apertissime innotuit. Secundum autem turbit, album quoque, & crassius, Medicis vsu repudiatum, nisi in corpora, vel rustica, vel robusta, ex thapsiæ radicibus effingitur, idque omnibus nostris pharmacopœis adeo elucescit, quum torminosum maxime sit medicamentum, vt prolixiori oratione non indigeat, reliqua enim pseudo turpeti genera, qualiacunque sint, omnino negliguntur. hinc Monachorum turbata agmina, facilè ostendunt illos turpeti pharmaco, aut verius thapsiæ radice egere, quam falsò Mes. turpetum dictarunt.* Monachorũ peccatum.

S*Al Indus ex Auicenna lib. 2. capite de sale, niger est, propria nigredine, non acquisiticia, at naphticam partem remouente suffitu, in salgemmæ colorem degenerat, ex Mes. inter quatuor memorabiles salis species enumeratur, vel subniger, vel subrufus, obscurus, omnibus validior; subruber tamẽ melior subnigro, at subniger fortior, & horum quiuis quanto est amarior, tanto valentior. Paulus Aegineta lib. 2. cap. 54. ex Archigene, salem tradit Indicum, colore quidem & substantia communi similem, gustu autem melleo: ab hoc mutuatus Auicenna libro 4. d. 2. Fen 1. cap. 22. inquit. Sal quod ex India affertur, colore salis, & mellis dulcedine; hinc Brasauolus capite de sacchara, vt etiam in commento pilularum stomachicharum, ab antiquis vocari suum saccharum, ac mel harundineum, sal Indum asserit; miraturq; Leonicenum, qui salem Indum aliud esse à saccharo tabarzet, probare voluit; capite etiam de sale. Matthiolus quoque lib. 2. commento capitis de melle, ac libro quarto capite de sale, asserit. Sal Indum nil aliud antiquis extitisse, quàm saccharum, quod sponte super cannas, in India gummi modo conglobatum reperiebatur, quarum expressione nostrum hac ætate paramus, eiusque carentiam facticio supplemus, proinde animaduertendum, quod & si saccharum suaptè natura concretum, sal Indum appellent Aegineta, atque Auicenna, non ideo credendum sal eiusdem saporis, nostroque non dissimilem, Indis deesse, quum Plinius lib. 31. cap. 7. talia scribat. Sunt & montes natiui salis,*

vt in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vt in Indis Oromenus, in quo lapidicinarum modo ceditur, renascens, maiusq; regum vectigal, ex eo est, quàm ex auro, atque margaritis, de quo Mes. intellexit, capite de sale scribens, sal naphticum, & pariter Indum, validiora sunt salgemma, ac omnibus salis speciebus: duplex igitur sal Indum ex Matthiolo, idque vel inuitus fateri cogitur: quomodo igitur absolutè saccharum candidum dictitat, cap. de melle ex Auicenna, Archigenis authoritate quàm facili lapsu, quo studio, qua diligentia, opinionem suam elaborarunt, recentes quidam, hinc enim Dij immortales astringimur, nec possumus sacræ Philosophiæ claustris disruptis, iracundiæ fræna compescere, & turgentem ex ætate bilem retundere: quanquam Vergilianum carmen ferè decantemus, Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum Ferrea vox, omnes errorum tradere formas Omnia scriptorum percurrere nomina possem. Nempe vt à Brasauolo exordiar, & si Leonicenus probare voluerit, sal Indum aliud esse à saccharo tabarzet, non aberrauit: quum sal Indum Auicennæ lib. 2. cap. proprio, vt Mes. pariter, diuersissimum sit à saccharo cando: vbi autem eos calumniatur, qui libro 4. Auicennæ, capite de scabritiæ linguæ, per sal Indum saccharum candum interpretati sunt, non potest nisi meritò reprehendi, idem quum intelligat quod Paulus, ideo hoc in loco se ipsum declarans, ne forte aliud sal Indum acciperent, de quo libro 2. En ergo qua hactenus dementia, sal Indum absolutè saccharum candum pronunciarunt, quum duplicis salis Indi distinctio præmittenda fuisset: hinc medicorum, & medicinam facientium error detegitur. quod in Arabum antidotis, quum apud Græcos raro, vel nunquam huius extet memoria, pro sale Indo, saccharum candum semper imponendum iussere, tametsi ex solutionem, præparationem, incisionem, attenuationem, reliqua etiam sali magis congrua requirat, vt hic, atque in electario ex stœchade, & decocto epithymi. quid enim inter hæc sacchari candidi vnica drachma profueret. Nunc pro sale Indo, peristylij forma, nigricantes in albo salis glebulas offerunt, quæ & si legitimum omnino non sint, eius tamen loco, vt etiam salgemmæ tantundem, commodè satisfacere poterit.

Matthiol⁹ indistinct⁹

Pro Leoniceno ĩ Brasauolum.

Mezereon: ex Serapione, in capitis fronte, Dioscor. est chamælea lib. 4. cap. 153. vniuersum ex eodem caput exscribẽte, inferius tamen Hibicio authore, chamælæã, & thymelæã satis perplexe confundit. has Mes. quoq; vnico capite ita simul implicat, atq; perturbat, vt modo vnius, modo alterius effigiem, viresq; adeo confusance permutet, quasi Mezereon tanquam genus, duas species habere statuat, tametsi aliud non videantur quàm chamælæa, & thymelæa Dioscoridis, quas ipsi albo, & nigro mezereo, viridi, siue nigricanti, vna complectuntur: quinimo quod absurdius est, album, & nigrum chamæleonta, diuersas omnino plantas, folijs crispis, asperis, colore viridi, & subnigro, eodem in capite implicat: quum veneno proximam asserit mezereum, id quod non de chamælea, ne dum thymelæa, verum radici chamæleontis nigri, nescio quid venenosi habentis attribuit Galenus 8. simpl. in his tamen laureolam, & loriolam vulgi, cuius historiam reddit Dioscorides lib. 4. daphnoidem dictam non admiscent, quanquam Matthiolus, nescio qua mente huic capiti insitam asseuerare audeat. eius enim reminiscitur Serapion capite de lauro, Mesue conticescit: præterea in commento Daphnoidis Matthiolus, vt etiam Fuchsius, aliud esse mezereon à chamælea scriptum reliquit, huius verò sententiæ immemor, capite de chamælæa, idem esse Mauris mezereon, quod chamælæa, thymelæa, simulque admixta laureola comminiscitur, quo autem fundo innixus, tueatur daphnoidem non esse mezereum, annotatione dignũ perhibetur, inquit enim in daphnoidis commento. verum liquido constat, hallucinari daphnoidem mezereon esse existimantes, quum sit Dioscoridis chamælæa, veluti eo in capite probabitur, in quo ne verbum quidem fecit, ad huius diuersitatis probationem: quin quod deterius est, suam ipse opinionẽ infirmat, quum laureolam sub Arabum mezereo inuicem contineri testatus est, quod si sic perinde ista, atque illa, ex his vti possemus: at neque eidem capiti annexa, neque mezereon est, quod lacteo succo turgere traditum est, quo quidem vacare daphnitim liquido constat: Græci etiam lactis non meminere in chamelæa, vel thymelæa, vnde sequeretur neutram istarum mezereon Mes. nec Auicennæ dici posse. siquidẽ duplex chameleæ planta, in hortulo nostro iam triennio consita, vel virgulis, folijsúe abruptis, lac nullum reuera expromere visa est. qui verò frutex altius quotannis assurgit, multis à trunculo se se erigentibus ramulis, baccis virescentibus, per maturitatem rubris, denique nigricantibus, & oblongis, veluti thymeleæ creditæ rotundis, in hortulo præclari Io. Thomæ Conradi, coram Templum diuo Christophoro dicatum, vltra piperis magnitudinem, tunica primum molliuscula, duriorem amplexa corticem, candido, mollique grano refertis, quo sanè cassæ, quasique inanes senio redduntur, eo tunc igneo feruore minus deflagrantes, quum statim decerptæ, singulatim cauliculis adhærentes, vix primo occursu subacres, minima mora adeo sæuiant, adeo gustum vellicent, vt simul ac fauces exurere longo interuallo videantur, qua causa piperis speciem, vt potè eiusdem rugis nigricantes, torrido Sole, vel quouis modo exsiccatas, commenti erant nescio qui pharmacopolæ Vercellenses: quippè montanum piper vulgo dicitur. hæc verò ad Cneori duo genera referunt quidam, ex Plinio lib. 13. cap. 21. quum etiam ex Galeno 9. de composi. med. local. cap. 3. Cneorus aliquibus chamelæa appelletur, vti Aetio, de quibus Theophrastus 6. de hist. plant. cap. 2. hinc Syluij, illorumque error detegitur, qui pro mezereo, coccum, vel granum gnidium exponunt, idest thymelææ semen, à Græcis nonnunquam expetitum, si mezereon, vna chamelæam comprehendit, potiusquam si Mesues dicta sectemur, quum præstantius esse, quod folijs est magnis, tenuibus, virentibus, scriptum reliquerit: chamelæa verò folijs sit thymeleæ latioribus, tenuioribus, minusque pernitiosa, pro mezereo verius accipienda esset, altera tamen alterius inopiæ satisfacere poterit. quumque thymelæa pituitam, bilem,

Serapiõis lapsus.

Mes. fallit

Matthiol⁹ decipitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

bilem, aquasque detrahat, ſi in mezerei catapotijs maiore ad hydropem commoditate indatur, non erit abſurdum. induſtrium tamen, atq; meticuloſum, in his eſſe oportet, ne pro medela mortem imprudenter accerſamus: eorum folia hoc modo præparantur, craſsiuſculum trita, aceto acerrimo biduum macerantur, poſtea ſiccata, ad vſus ſeruantur. tundenda eorum folia ſcribit Dioſcorides, & ab eis omnes fibras ſeparandas, quod ſi minore volumus fieri purgationem elixas, & lenti, vel conciſas, vel oleribus admixtas dare, eius enim quæ ſuperfluit acrimonia, atque caliditas, frigidorum mixtione ſimplicium temperanda. legitimas has plantas Matthiolum haud cognouiſſe quis dubitat. Quandoquidem chamelæa Apulis Græcisque cognita ſuffruticem æmulatur, ramos tenaci viſcidoque libro conueſtiens oleaginis folijs exiguis, tenuibus, duriuſculis floribus candidis in ſurculorum cacumine aggeſtis, è quibus nigre bacculæ exterius, carne videlicet nudata ſemina berberum inſtar myrtorum figura, & rubentia continentes, radice inutili, folijs floribus, & fructu amaris, acriterque fauces vellicantibus thymelæa, è qua granum gnidium, chameleæ ſimillima, hoc tantum differt, qui virgis bicubitalibus rectis ab vna radice multis, non ſurculoſis, nec fructu ab imo ad ſummum, vt Matthiol. fallitur. folijs anguſtioribus conſtat, pinguioribus viſcoſisque radice cubitali, & craſſa, raphani magni inſtar, cortice craſſo veſtita, & venenata, granum verò gnidium Theophraſti 9. de hiſt. plant. cap. 22. piper montanum appellari poteſt. Eſt & laurus Alexandrina, aut Idæa, folijs ruſco æmulis, latioribus tamen, mollioribus, candidioribusque virgis ex terra dodrantalibus, fructu inter folia rubro, ciceris magnitudine, radice ruſco ſimili, maiori tamen, odorata, & molli, in montanis, aſperisque prouenit: nuncque pluribus in hortis ſeruari fertur, Plinianæ ſententiæ reſpondens lib. 25. cap. 3. vt etiam Theophraſto 3. de hiſt. plant. cap. 17. at hippogloſſum, de quo Dioſcoride lib. 4. cap. 116. vulgo biſlingua, bonifacia, lingua pagana, aut vularia, quod eandem ſtirpem falsò exiſtimarunt plerique: quum ſeparatim eodem libro, ſed capite 130. pertractetur: hodie in hernijs, atq; vteri affectibus, mirum in modum commendatur, hac Genuenſes herbarij, noſtrarum officinarum ſacculos explent. nec ſciuerim quid de corymbis comminiſcatur Anguillarius, aſcripticiã credens, quum folijs ſit in coma ſpinoſis, è qua ceu linguæ è folijs exeunt

Scammomium: hoc eſt ſuccus radicis herbæ ita nuncupatæ, in qua deſcribenda, non parum diſsidet Mes. ex Dioſcoride lib. 4. cap. 152. laudatur leue, nitidum, rarum, & colore quàm ſimillimo thaurino glutini, fungoſo, tenuibus fiſtulis, quales ex Miſia regione Aſiæ deportatur, nec attendere ſolum par eſt, ſi linguæ tactu albeſcat, cui rei parum aduertentes pharmacopolæ, ſcammomium probatum exiſtimant, quod ſaliua temperata cõfeſtim lacteſcit: hoc enim euenit adulterato, quod admixto fit tithymali lacte, ſed longe magis antea narratis, item ſi non vehementer linguam exurat, id quod mixti tithymali argumentum eſt, natione autem Syriaca, & Iudaica: deterrima habetur grauis, denſa, erui farina, & tithymalo vitiata, ex Miſia aduecta, & quæ has omnes conditiones habeat, raro admodum viſitur: ſed plurimum ex Syria, Iudæa, Alexandria, Venetias fertur, & inde ad omnes Europæ regiones, vnde & legitima planta ad nos, atque è Gargano allata, vti & ſemen quid meſatum non prodijt, id quod & ſi deterrimum ſit ſcammoniũ, & vitiatum, in quotidiani vſus medicinis, nulla animaduerſione inſeritur, quum tamen maximum ſit medicamentorum purgantium, eorumq; baſis, & fundamentum, cuius vi, fauſti, ſiniſtriúe quippiam ſuccedit, quo vitas hominum, vel fallimus, vel renijs non parcendum, vt ſelectiorem, & è Dioſcoridis figura optimam nobis compararemus: verum Dij boni, adeo auri ingens eſt penuria, adeo auaritiæ peſtis inualeſcit, indiesque magis, atque magis ſæuit, adeò immanis, adeo effera, comas ad ſydera vſque iactitat, vt parſimoniæ potius ſtudeamus, quàm honori, vt magis compendij, aut lucri cauſa, deteriora vili pretio libentius, quàm præſtantiſsima paulo largiore, ſibi comparare malint pharmacopolæ, per cuncta obſcænitatis vitia, veluti ſues in volutabro ſe ſe immergentes: ſolus .n. initur quæſtus, quæ patrum noſtrorum extitit inſcitia, atque negligentia, qui totum hoc negocium inueniendi ſcilicet medicamenta ſimplicia, atque ea componendi, ſine vllo delectu, ſine cognitione, nullo iudicio his permiſerunt, atque demandarunt: vt denique nihil penè ſinceri, nihil boni in his comperiatur, vt demum in extremum diſcrimen veniſſe videamur, nihilque eſſe vnde nos reficiamus: quum ab antiquis maxime celebrata ſine honore iaceant, vel ſuppoſiticia quædam eorum loco recipiantur, non ſolum non comparẽtur quæ habemus auxilia, ſed etiam minuantur, idque ſtolidorum quorundam medicorum imperitia, qui vix dimidia neceſſariarum rerum cognitione inſtructi, artem ipſam profiteri audent, nihili pendentes quæ bene, ac diligenter, quæ male, rectéue, ab aromatarijs parata ſunt, tantaque eſt eorum ſæpe inſcitia, vt ne verbo quidem cum eis diſſerere audeant, vel iniuſtè, vel negligenter acta videant, barbarorum verbis velut mancipia ſeruientes, cum his manifeſtè cæcutientes, pulchre interim ad eos lapſus conniuentes, non minus quàm illi rei herbariæ ignari, in iiſdẽ ſcãdalis verſantes, non probatis ſimplicibus, non eorum facultatibus cognitis, quid, qualéue hoc, aut illud non noſcunt, vel ſicubi vnus impegerit, reliqui abſque iudicio, balantum more inſequuntur, quod ſi his exquirendis diligentiſsimus quiſpiam, aſsiduo vſu, huic negocio deditus, ingenio, & arte peritiſsimus, grauis, conſtans, præſtans virtute, prudentia, æquitate, inſurgat, munuſculis placatur, matulis plurimis ſuperatur, illi languentes committuntur pharmacopæis familiares, vt ſpe lucri, veritate relicta, ſolam Euterpen amplactantur: quũ humanæ cupiditati nimium anguſtus ſit orbis terrarum: nobis verò qui mutuis congreſsibus, non modo viua voce, ſed etiam ſcriptis eos perurgemus, qui temporis filiam his inuitis erumpere volumus, de induſtria infen-

ſiſsimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ſißimi viſi quandoque ſunt, ſibiq́ue iter ad Cœlos patere arbitrabantur, modo nobis detraherent, modo ægros
clanculum à nobis ſurriperent: vt cunque ſit, quanto minorem apud ipſos gratiam ſumus habituri, tanto ma-
iorem apud eruditos, probosq́ue viros conſequi ſperamus: quandoquidem non ſolum hac ciuitate, atque circun
ſtantibus locis, verũ à longinquioribus, operam noſtram quotidie implorant illuſtres, nobilesq́ue viri: nuperq́;
Sereniſsimus Dux noſter, in eius Conſiliarium, & Medicum, nos accerſiuit. quum verò non deſint vulgo inſe-
rentes, atque exclamantes, patres, magiſtrosq́ue noſtros imitamur, à quibus ita edocti, noſtrum Pandecta-
rium, qui in ſimplicium cenſu tantum ſtudij, ac laboris impendit, celeberrimos coryphæos, à quibus antea an-
nis ars viſa eſt pendere: quæ igitur noua? quæ abortiua? veluti monſtra effingere, nouitius hic, ſummis la-
bris vix medicinam pitizans, meditatur: quaſi ab ipſo rectè præſcripta, parum dextrè exequamur, quaſi ma-
teria vtamur exoleta, aut adulterata, tanquam nihil ſynceri nobiſcum ſit. plura etiam huiuſmodi inurunt, quæ
fluenti quidem calamo ſtylus ſuppeditaret, ſed ne nimium moleſtus ſim, receptui cano. Veritas enim, ac quan
tacunque in quauis excellat facultate quiſpiam, ſemper ſuos habuit oſores: nec præterit Galenus de Præ-
cog. ad Poſth. cap. 1. & Meth. 1. ſemper ſolo ſapientiæ nomine turgidi, imperiti inquam, in eos conſpirant, qui-
bus ſe impares agnouerint, vt quæ ignauia, vel hebetudine, aut infortunio, adipiſci non potuerunt, praua na-
tura, ac verſuta, expolire videantur, bonis ita detrahentes, at aſellorum pedita, obſtrigillationes, rudentum
ſtridores paruifaciendi: quum multorum laus, ac gloria, qui noſtra hac tempeſtate floruerunt, nos nullo pacto
deterreat, quin vigilando, quærendo, laborando, veritatem detegamus, quum cauſæ nihil ſit, quamobrem men-
tiri debeamus, quanquam niſi magna quæpiam, miraq́ue mutatio humanarum rerum fiat, actum de his ſit, ne-
mine penè veritatem ipſam, ſed tantum ſcientiæ famam quærente, diuitijs, & inexplebili potentiæ inhiante:
nos enim pluribus in emporijs Dioſcoridis notis inſignitum, charius tamen ſæpe annotauimus. Cæterum ad
rem noſtram redeuntes, vnde longius pauliſper digreſsi, hinc ſcammonium noſtrum adulterium eſſe, facilè di-
gnoſcit Matthiolus, quod huius decem, vel quindecim grana ad ſummum, vel ſola, aut ſero lactis diſſoluta, plu
ries educunt, quum Dioſcoride teſte, drachmæ vnius, aut quaternium obolorum pondere, ex aqua pura, vel
mulſa, per inferna bilem, & pituitam extrahat, atque efficacioris purgationis gratia, ſcammonij obolos tres,
cum duobus veratri nigri, & aloes drachma vna, dari fateatur. Matthiolus autem ita exponit: ad vnicam
purgationem, ex eo modum eſſe, ſcammonij drachma vna, cum duabus veratri albi, atque vna aloes, idq́ue in
commento, atque in textu, tam apertè ſeipſum confodit, vt facilè ad omnes excutiant, vt poſthac ea lege, tam
nepharios agnoſcat errores, qui ſacra aſpergine expiari minime poſſunt, & ſi conticeſſere videatur latinè lo-
Matthioli lapſus. quens: nempe ex regionum diuerſitate, ponderis varietas, ad ſolutionis opera reijciẽda eſt ex Auicenna Meſ.
dabat à quinque grana ad duodecim, nec glorietur Braſauolus, ita ſcribens: nos Apulum habuimus, ſi vere
Apulum erat, quis enim hac ſcribendi formula in riſum totus non ſolueretur, quum ſubdubitet, Apulum ſit ne
Apulum. at quo ad hoc nihil, ſe hydropico ſcammonij ſcriptulum exhibuiſſe, quod nihil eduxit, ſecundo ſcri
ptula duo, & nihil, tertio integram drachmam, & nihil in tam magna copia eduxiſſe narrat, teſtibus quibuſ-
dam vocatis, & forte rogatis, inter quos doctiſsimum quendam Ioannem Leonem Vercellenſem enumerat, no
ſtratem ſanè, & vt audio ab omni mendacio alienum. huius tamen defectum, & cauſam aliam aſsignari non
poſſe tradit, quàm quod vel ſcammonium ineptum, &c. ad quod primum, ſi ineptum erat, vel ſenio euanidum,
cur poſt vnius ſcrupuli hauſtum, eiuſdem rurſus, denuoq́ue experimentum repetijt, tanquam neſcius ex ſynce-
ris pericula facienda, ſucceſſus deinde monumentis inſeri poſſe. propterea ſubdubitandum, ne impurgato cor-
pore talia conſcripſerit: at at hydrope affectis ſcammonium propinare, ſuos edocuit ſcholaſticos Braſauolus,
Braſauoli nota. perpetua commendatione digna in medium adduxit remedia. Nos ruſticis, robuſtis ſanè, data opera ſcammo
nij ſcriptulum, cum zingiberis momento nonnunquam exhibuimus, idq́ue ex ſero lactis, decies nulla noxa ven-
trem ſubduxit. antiqui dabant malum, cui inditum erat ſcammonium, ex Galeno 3. ſimpl. cap. 15. ſæpe etiam
eius more 1. de aliment. facul. 1. partes cotonei quæ circum ſemen ſunt exculpentes, deinde cauitatem ſcammo
nia implentes, poſtea affigentes, ac aſſantes, ita mali portionem edendã obtulimus: vel purgans ex cotoneis cõ-
probatum ab Alexandro, libro, & cap. 7. quandoque parauimus. hodie ſcommonium præparatum, diagri-
dium dicitur, in hunc præſertim modum, officinis familiare: craſsiuſculum teritur, ſucco mali cotonei permiſce
tur ad imbibitionem, poſtea in veſicam coniectum, furno calente coquitur, adhuc molle in tabellas effingitur.
Mes. autem Rufo authore, ſic perficit. ſcammonium oleo violaceo, aut roſaceo, aut amygdalarum dulcium,
toto propè die inuoluit, identidem reuoluendo, poſtea tritum inuoluit infuſo myrobalanorum citrearum, ex ſuc
co cotoneorum facto, donecq́ue ſiccentur in paropſide reuoluit, tunc in malo cotoneo coquit, formatq́ue tro-
chiſcos, quarta parte drachmæ vnius graues: alij alios tradunt præparationis modos: accipiunt ſcãmonij opti
mi vnc. quatuor, terunt exactiſsime, poſtea illi inſpergunt olei violati modicum in maſſam redigunt hanc coto-
neis magnis circum ſemen excauatis immittunt, foramina cooperiunt, in furno aſſant ad perfectam malorum
coctionem, deinde ſcammonium eximentes, ſequenti imponunt diluto, hoc modo. Accipe carnium myrobala-
norum citrearum, vnc. i. ſucci cotoneorum, vnc. quatuor contere myrobalanos, permiſce cotoneorum ſucco te-
pefacto, infuſos ſinito horis vigintiquatuor, leuiter cola, colato infunde ſcammonium, diligenter miſce, loco
calido ſicca, & ſiccatum ſcammonium repone. in electarijs quibus incoquitur, impræparatum indi poteſt, &
crudum, vt in his quæ diù ſeruantur ante vſum: coquendo enim corrigitur, & vim purgatoriam aliquo pacto
deperdit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

deperdit, præsertim si iam coctum, idest diachrydium, vt vocant quasi lacrymula, rursus i[...] n cæteris diachrydium ponatur, scammonij non meminit Galenus cum simplicibus, & si plura [...] noris momenti recensuerit.

CVcumer syluestris, vulgo cucumer asininus, quibusdam anguinus, vel erraticus, ex Dioscoride lib. 4. cap. 136. fructu solo distat à satiuo cucumere, &c. in ruderibus, & sabuletis nascitur, folijs vulgati cucumeris, sed asperioribus, fructu eiusdem, sed paruo, asperrimo, amarissimo cuius perfecti, ac præcipuè ex eo succi laus est præcipua, secunda radicis: tempestiui sunt quum pallescunt, viridesque esse desinunt, quum solo tactu succum effundunt, quum clausum intra se liquorem, maiore aliqua vi pulsum eiaculatur: vberrimi sunt toto Monteferaci, præsertim apud Mombellum, ex his elaterium, idest agitatorium fit, ex Theophrasto, 9. de de histor. plant. cap. 10. ex Dioscoride, lib. 4. cap. 136. è fructu syluestris cucumeris, ad hunc modum paratur: decerpti cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, seruantur nocte vna postridie imposito supra craterem rariore cribro, vtrisque manibus prehensi, sigillatim supino cultro sursum versus aciem habente, finduntur, atque per cribrum humor in subiectum vas exprimitur, simulque carnosum quod hæsit, cribro quo facilius excidat, eliditur, quod ita pressum est, residere finitur, atque in vicinam peluim demittitur, coaceruata autem in cribro segmina, dulci, aqua perfunduntur, & denuo pressa abijciuntur, humor in pelui agitatur, & lintheo opertus Soli exponitur, dumque steterit, tota supernatans aqua cum humore concreto effunditur: hoc vero identidem fieri solet, donec existens aqua liquescat, qua stillatim exhausta, medicamentum mortario suscipitur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abundantiam, cribratos cineres humi inspargant & medium cauantes triplicatum lintheum obtendant, per quod elacterium cum sua humiditate diffundunt, siccatumque in pila, vt dictum est, conterunt. aliqui pro dulci aqua marinam perfundentes, ita eluunt: alij in nouissima lotione mulsam aquam respergunt. Elaterium optimum esse constat leue, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quodque lucernarum luminibus obiectum facilè flagret, porraceum tamen, scabrumque, si turbidum spectetur, atque erui, cinerisque plenum sit, graue, & vitiosum esse solet: nec desunt qui cucumis succo amylum immiscean, candoris mentiendi gratia, & ad fallendum pondus, à bimatu ad decennium deiectionibus vtile est, Theophrastus 9. de histtorria plantarum, capite 14. cui calculum addit Plinius, libro 20. capite primo ducentis annis mirificæ facultatis incorruptum inueniri tradit: præterea ad quinquagesimum annum lucernis admotum, lumen extinguere, cui quidem subscribente experimento, Dioscoridis textui secus sentienti, mendam subesse coniectandum. Elateriũ.

Hiera Archigenis descriptione vniuersali, alias simili

REcipe pulpæ colocynthidos, vnc. ii. prassij, stœchados, ellebori nigri, chamædryos, scammonii, piperis albi, & longi, polii, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ nardi, schœnanthi, calaminthes montanæ, aristolochiæ rotundæ, ann. drach. ii. scillæ assatæ, euphorbii, aloes, croci, gentianæ, petroselini, ammoniaci, opopanacis, an. drach. i. melle sufficienti excipiantur omnia. Datur ad drach. vi. cum decocto epythimi, & vuarum passarum mundatarum.

Confert affectibus melancholicis, & ex pituita crassa natis, vt vertigini, epilepsiæ, spasmo hypochisi incipienti, voci ob humiditatem multam raucæ, dolenti asperæ arteriæ, difficultati spirandi, psoræ, lepræ, & cæteris tuberculis à crassa materia nascentibus, aut seroso excremento, ventriculo, intestinis, mesaræo, vtero, à flatu dolentibus, aut prædictis humoribus. Datur aliquando potui cum rutæ decocto, adiecto etiam castorio, ad siliquas tres, dolentibus autem spinæ, renibus, ilibus, inguinibus, cum decocto apii: ad ischiadem, & similes articulorum affectus, cum aqua centhaurii, adiecto etiam elacterio, & colocynthidis pulpa, ad siliquas quatuor: morsos denique à cane rabido, ad hydrophobia, idest aquæ formidine tutos reddit: data cum aqua abrotani, præcipuè adiecta drach. i. pulueris cancrorum fluualium vstorum.

Quamplures Archigenis nomine hieras describit Myrepsus: hic verò sunt qui legant, pulpæ colocynthidos, drach. xxij. alij ij. magno sanè interuallo.

Hiera Archigenis, paulo aliter descripta, alijs d. Pauli

REcipe prassii, agarici, chamædryos, pulpæ colocynthidos, stœchados, an. drach. vi. & med. opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, ann. drach. vij. & med. cinnamomi, spicæ nardi, polii, croci, ann. drach. vi. sicca terantur, gummi conquassentur, infundantur melle, & per-

mile . . . . Datur ad drach. vi. cum salis triti drach. i. & hydromellite:

Variat ponderibus ab Auic. alijsq; descripta, hisq; & myrrha, quam nardo subscribit Paulus, vt quoque Aetius, Tetrab. 1. serm. 3. cap. 124. Mes. exemplaria, non minus quoq; à Paulo diuersum quicquam insinuare videntur, quum liquores per noctem vnà cum mulsa in pila macerentur, Mes. non recordetur: vt his Arabicis inuidendum non sit, qui omnia suis tenebris suffundunt, nisi quis paulo aliter dictam tutetur.

Hiera Diacolocynthidos Rufi Ephesii.

Recipe stœchados, agarici, chamedryos, añ. drach. x. colocynthidos, drach. xx. sagapeni, opopanacis, añ. vnc. i. petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, añ. drach. v. cas. aromaticæ, drach. vij. cinnamomi, croci, spicæ nardi, myrrhæ, polij, añ. vnc. med. myrrham vino infunde, cætera tere, melle despumato excipe.

Caput, ventriculum, & reliquum corpus purgat, humore crasso, & lento, & atra bile, ob id maniæ, melancholiæ, epilepsiæ, paralysi, spasmo, cynico, vertigini confert, ac vlceribus malignis, fistulosis, cancro, elephantiæ, flatus quoque discutit, ventriculum roborat, coctionem firmat.

Ex varijs Mes. exemplaribus mutata simplicium mensura, diuersis quoque authoribus addita, minutaue simplicia, Auicennæ, Actuarij, & Pauli descriptiones, inter se dissimiles ostendunt, lib. enim 7. cap. 8. agaricum, atque alia quædam omittit, vt ex quo parari debeat, non satis sciant pharmacopolæ. hinc quidam hieram Diacolocynthidos Nicolai, ab hac longe diuersam, & si cap. 402. Alexander Aetio planè subscribat, vel hieram Rufi probatam constituunt, alij ex Aetio hoc pacto. Accipe pulpæ colocynthidos, vnc. i. chamæpythios, chamædryos, agarici, marrubij, ann. drach. x. sagapeni, casiæ, an. drach. v. opopanacis, drach. viij. petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, an. drach. v. cinnamomi, spicæ nardi, croci, myrrhæ, polij, ann. drach. quatuor, mellis libr. ij. vnc. ij. drach. ij. Est & hiera colocynthidos Galeni, ex eodem, quam si quispiam parare malit, ex eo excerpat, loco præcitato, quum omnia hic coaceruare non valeam, vt ex eo diuersitatem, Tetrab. 1. serm. 3. cap. 115. alij alia componunt, quum præsertim in hac Mes. quidam legerint colocynthidos, & trochis. alhandal, ann. drach. xxv. cuius copia quum nimium excedere videatur, colocynthidos, drach. xx. tantum accepimus; nonnulli hieram Diacolocynthidos Antiochi Paccij, à Scribonio descriptam cap. 97. &c. cum Galeno mirè celebrant, huiusque loco componendum suadent.

Hiera Paccij, alias Pacchij.

Recipe stœchados, marrubij, chamædryos, agarici, colocynthidos, an. drac. x. opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, ann. drach. v. cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, folij, croci, ann. vnc. med. opopanax, & sagapenum, mortario teruntur, adiecto melle tenui, idest liquido: trita cætera, & cribrata, melle ad comprehendendum sufficienti cum his excipiantur, vase vitreo reponantur, vbi autem affectus sint curatu difficiliores, adde prædicto pondéri, colocynthidos, drach. xx. opopanacis, & sagapeni, an. drach. iij. hoc autem medicamentum non solum non nocet stomacho, sed etiam reficit eum, ac confirmat, præter omnium opinionem: hæc eadem ab Aetio describitur marrubio prætermisso, Tetrab. 1. sermone 2. cap. 114. ponderibus varijs eadem est hiera è marrubio Myrepsi.

Datur puluis ex liquore aliquo, vel in pilulis, à scrup. med. ad scrup. ij. cum melle verò, à drach. ij. ad drach. v.

Sanat epilepsia correptos, furiosos, scotomaticos, cephalalgicos, incubum, tetanum, spasmum cynicum, neruorum torsiones, tremorem, paralysim, arthritidas dolores, spinæ, & lumborum, pectoris, & lateris, ex qualibet causa factos, siue latente, & manifesta, mammarum durities, cancrosque earum, & vlcera in his maligna, stomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauseam, stomachi saliuam, colicos dolores, menses suppressos, ex decocto arthemisiæ, aut dictamni.

Hiera

Hiera nobis inuenta.

RECipe aloes, drach. xv. epitymi, costi, an. drach. v. euphorbii, croci, spicæ nardi, chamædryos, an. drach. vi. agarici, drach. ix. caryophyllorum, drac. ij. calami aromatici, mastiches, caſ. aromaticæ, an. drach. vii. ligni balſami, aliis ligni aloes, unc. med. piperis albi, & nigri, gentianæ, amomi, an. drach. i. ſcammonii p̄p. drach. ii. mellis, q. ſ. Datur drach. i. & med.

Purgat vtranque bilem, & pituitam, flatus craſſos cerebri, & ventriculi, & corporis reliqui diſſipat, ob hæc viſioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus cauſas illas ſequentibus.

Hiera Legadij Aetij, quæ Hiera Antiochi altera est ex Paulo lib. 7. cap. 8.

RECipe pulpæ colocynthidos, drach. xx. ſcillæ aſſatæ, agarici, ammoniaci, ſcammonii, corticis ellebori nigri, hyperici, an. drach. iii. aliàs drach. i. epithymi, polipodii, bdellii, aloes, chamædryos, caſ. aromaticæ, marrubii, an. vnc. i. myrrhæ, piperis uulgaris, albi, & longi, cinnamomi, croci, opopanacis, ſagapeni, caſtorei, petroſelini, ariſtolochiæ, an. drach. med. melle excipe. Datur a drach. ii. ad quatuor.

Adijcet doſi dum exhibiturus eſt Aetius, ſalis tenuiſſimè triti cochlearij dimidium, legitque hyperici, an. drach. x. ſcammonij, an. drach. xx. additis totidem thymi drachmis: hæc eadem eſt hiera Legadij D. Philagrij, vt ex Auicenna lib. 5. perpaucis euarians, vt infra.

RECipe pulpæ colocynthidos, ſcillæ, ammoniaci, cort. ellebori albi, ſcammonii, hyperici, ſing. aur. x. epithymi, polypodii, bdellii, aloes, chamædryos, caſ. aromaticæ, marrubii, ſing. aur. viii. trium piperum, cinnamomi, croci, opopanacis, ſagapeni, caſtorei, petroſelini, ariſtolochiæ, an. aur. iiii.

In multis Auicennæ codicibus poſt colocynthidos, croci legebatur, & rurſus ſuo loco poſt cinnamomum, ideo ſcillam repoſuimus, propterea agaricum quoq; reſtituendum, & pro albo, nigrum elleborum, nec non pondera mutanda coniectamus, fatali penè Auicennæ interpretis errore, pro drachmis, aureos lectitantis. Quare vel primam in ordine, vel potius Myrepſi ad vſus transferendam ſtatuimus, quanquam non deſit hiera Legadij Actuarij, plus cæteris atram expellens bilem, huic multum affinis, poſt quam deſcripta emphiti hiera: non tamen Propoſito vel deductam, vel à recentioribus neſcio vnde tam variæ excerptam probare potuimus, in hos enim prouerbium reijci poteſt ἐν τετράσι, γεννηθέντες, *quod quarta luna nati, & duriſſimis laboribus quibus alijs proſunt, aut melius prodeſſe credunt, ipſi nihil fructus capiunt, quis enim græculos iſtos pluris faciet, quàm graculos? quis inquam adeo argutam expoſitionem, aut verius ſtultam admodum, ſimulque ridiculam probare poterit? quaſi logodion à voce logos, Memphitum verò impeditum ſignificet, quum duæ ſint hieræ, vna Legadij medici nomine, alia ſubſequens, Memphitici vel dicta Emphiti, & diuerſa: vt ſemel ſufficiat, Præpoſitum neque literas ſcire, neq; natare, ideo omnia peruertiſſe, corrupiſſe, ac à Myrepſi mente alienaſſe. quum poſt hieram iuſti, ſcammonio, ac ponderibus, vixque alijs à Paulo diſcrepare videatur: quæ verò ſecunda eſt Myrepſi hiera Logadij, hactenus vſitatiſſima, corrupte ſatis à neotericis ad nauſeam vſque illiteratis parata eſt, quod polypodij ann. vnc. ij. diachridij, an. drach. i. & grana pro drachmis in ellebori legerit, nec ſit decima parte omnino contracta, vt ſentiunt quidam.*

Hiera Logodion officinarum quæ & Myrepſi 2.

RECipe carnis colocynthidos, polypodii, ann. drach. ii. euphorbii, polii, grani cnidii, ann. drach. i. & med. gr. vi. abſinthii, myrrhæ, ann. drach. i. gr. xii. centhaurii minoris, agarici, ammoniaci, folii, ſpicæ, ſcillæ toſtæ, diacridii, ann.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

unc. i. aloes, comarum thymi, caſ. aromaticæ, chamedryos, bdelii, praſſij, ann.
ſcrup. i. gr̃. xiiij. cinnamomi, opopanacis, caſtorei, ariſtolochiæ longæ, trium pi-
perum, ſagapeni, petroſelini, croci, ann. drach. med. ellebori albi, & nigri, ann.
drach. vi. mellis q. ſ. Fuch. in elleboris legit drac. 2. de comp. med. gr̃. vi. & ſuffice-
re cenſet, quumque alibi legerit diacrydii, vnc. i. ex latinis vertit, drach. i. non
modica eius iudicii nobilitate.

Hiera Logadij Myrepſi prima.

RECIPE agarici, elaterii, ſalis ammoniaci, abſinthii, ammoniaci, foli indici, ellebori nigri, ſcillæ toſtæ, ſcammoniæ, myrrhæ, zingiberis, ſingul. drach. vi. aloes flauæ, euphorbii, ſing. vnc. i. polii, caſ. aromatiæ, chamedryos, centhaurii, hyperici, bdelii, marrubii, ſing. drach. v. piperis albi, cinnamomi, opopanacis, ſagapeni, piperis longi, croci, petroſelini macedonici, ſing. vnc. med. caſtorei, piperis nigri, ariſtolochiæ rot. ſing. drach. iii. & med. colocynthides, polypodii, ſing. vnc. i ſpicæ nardi, grani cnidii, ſing. drach. vi. hæc trita in pollinem, madefacito cum melle attico deſpumato, ſufficienti, opopanacem, ſagapenum, ſolue in mortario cum melle, & probè confectam reconde in vaſe, & vtere, ad ſcrup. ix. ex mulſa.

Melancholicos affectus diutinos, atque inueteratos exterminat, eſtque ſine periculo, neque aliquam noxam
infert, ſed appetentiam excitat, & robur corporis inducit, atque ægrotantem hilarem reddit, caput, aures, &
oculos perpurgat, abſceſſus ſtomachi diſcutit, auxiliatur comitialibus, qui ſubito concidunt, & ore ſpumam mo-
uent, ſibique linguam præmordent, & qui ita capitalibus commotionibus vexantur, vt quiſpiam ſic affectos à
dæmone occupari arbitretur, cholericis, elephantia laborantibus, quum principia morbi ſentiuntur, data ſub-
uenit, feras impetigines, lichenes, lepras, & corpus depaſcentes morbos emendat, lethargicis, hæmicranicis,
vertiginoſis, hepaticis, lienoſis, laterum vitio conflictatis, paralyticis, tremulis, & his qui inuoluntariæ alui ex-
crementa, vrinamque emittunt, ſuccurit, menſes ſubducit, nephreticos, artheticos, iſchiadicos ſubleuat potiſſi-
mum verò hos, qui lethalia medicamenta hauſerunt.

Ad prædicta cæteris efficacior quum videatur, hæc Myrepſi hiera, eandem propterea in noſtram gratiam ſæpius parari iuſsimus: at quanlibet elegerit medicus, ſuo ſaltem nomine diſtinguat, ne hac compoſitionum varietate, hac inſigni temeritate hallucinetur, ceu hactenus à perditiſsimis quibusq; carnificibus effectum eſt.

Hiera compoſita, aliàs picra magna, vel pro clyſteri.

RECIPE cinnamomi, ſpicæ nardi, croci, ſchœnanthi, caſ. aromaticæ, aſari, ligni, & fructus balſami, violarum, abſinthii, epithymi, agarici, roſ. turpeti, colocynthidos, maſtiches, añ. ſcrup. ii. aliàs drach. ix. aloes ad pondus omnium: mellis deſpumati q. ſ. quidam legunt maſtiches, an. drach. ij. hanc hieram Galeni vocat Myrepſus, legitque loco ſcrup. ii. drachmam med. & nonnullos medicorum duplum aloes, quantum omnium aliarum ſpecierum inijcere: at ex Galeni monumentis nuſquam legitur.

Pituitoſos, craſſoſque humores, altius infixos, è capite, articuliſque elicit, bilioſos, & melancholicos educit. flatus maxime diſſipat, ideo colicos mirificè leuat, clyſteriis inditum, quo circa omnes ex his impendentes affectus tutiſsimè curat.

Diamanna, aliàs Hiera coſt, deſcriptione Irani.

RECIPE mannæ recentis, & electæ, floris caſiæ, añ. vnc. iiij. tamarindorum maturorum, ſacchari violacei, añ. libr. med. ſucci intybi ſatiui, ſucci apii, ſucci malorum dulcium, acidorum, & acidodulcium, ſucci acidi citriorum, añ.

vnc. iiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vnc. iiij. in quibus purgatis, prædicta tria dissolue, cola, vt munda sint omnia: præter hæc accipe rad. intybi, apii, añ. vnc. iii. foliorum lupuli, adianthi, ann. vnc. ii. pruna passa numero centum, violarum, vnc. i. & med. rosarum vnc. i. spicæ nardi, drach. iij. coque hæc tribus libris aquæ fontanæ, ad dimidias, colato adde sacchari, libr. iij. aceti boni, libr. i. semel feruefiant, adde colatum prius, & percoque ad mellis crassitiem, postremo adde santalorum citrearum, rosarum, antispodii, succini, oxyacanthæ, seminis portulacæ, seminis oxalidis, seminis melonum, anguriæ, cucurbitæ, cucumeris, añ. drach. iii. ligni aloes, vnc. med. cubebarum, drach. v. caphuræ, drach. i. repone vase vitreo. Datur æstate cum frigida, ab vnc. i. ad duas.

Celebris est, præsertim ab febres acutas, & multum ardentes, nam cordis, ventriculi, hepatis, sanguinis intemperiem calidam, & feruorem, & sitim extinguit.

Operosum hoc medicamentum, in Insubria vsu rarum, ad prædicta efficacissimum: valentius fit, si in singulas libras, acceperit scammony semiunciam. Syluius minus accuratè legit casiæ, & sacchari violacei, an. vnc. xvi. prius lectis casiæ, vnc. iiij. Est & Nicolai Diamanna.

ADianthi genera duo, ex Theoph. 7. de hist. plant. cap. 13. candidum videlicet, atq; nigrum, ex Diosco. lib. 4. cap. 120. adianthon sine adiectione polythricon vocatur, nigro colore nitens: officinæ adianthũ, capillum veneris, politrychon, callitrichon, diuersis inquã nominibus diuidunt, quatuor herbas distinctas putantes, quãuis ex Pli. lib. 22. cap. 21. adianthon alijs callithricum, nonnullis pollytrichon vocetur, ex Gal. quoq; 2. de cõp. med. local. cap. 2. adianthum magis appellatur callitrichum quàm trichomanes, hincq; satis euidenter constet, quatuor præscriptas voces nomenclatura diuersas, in vnum coincidere, idemq; denotare. quum tamen Diosco. adianthi, & tricomanes, duntaxat meminerit, Plinius verò in album, & nigrum, breuius sanè separauerit, deinde subdat: maius polytrichum, minus tricomanem, vocant, ideo hallucinatum contendit Matthiolus, ac Theophr. mentem non assecutum reprehendit quum secto in candidum, & nigrum adiantho, inferius ab his tricomanem separatim distinguat Theophrastus, atq; caulem nigro capillo veneris similem gerere asserat, non ideo tricomanem ex prædictis speciebus aliquam esse, id quod & si non eundem inficias, tricomanẽ, vel filiculã vulgo, off. polytrichon, falsò nuncupatũ, vetustis parietibus, asperginosis locis vbiq; agnascentem, aliud esse ab adiantho albo, atq; nigro, non ideo hanc sibi contribuat laudem Matthiolus, vt quos inuidiose nouis dissensionibus, suisq; cauillis criminatur, à medico senatu protegi non posse, sibi ipsi persuadeat: quum præsertim suspendendæ istius conquisitiones, eundẽ oppugnent, illum defendant, hunc noua ignominia cõdemnent, alterum in gratiam reducant. siquidem Theophrastum secutus, in candidum, & nigrum, breuiusq; adianthum partitus est Pli. quum verò subdit, quod maius est polytrichon, aliud tricomanes vocant, non ideo probat, verũ placita quorundam sectatur. præterea vtrosq; ramulis nigro colore nitere, folijs filicis, ex quibus inferiora aspera, ac fusca sunt, scriptum reliquit: quum igitur album adianthum, quem rutam murariam, alij saxifragam vocant, paronychia si sit, ceu non dissentit Matthiolus in Latino volumine, veteribus muris cum tricomane peculiarem, caule gracili in viridi candicante, folijs minutim incisis, inferiori parte maculis distinctis, sine flore, sine semine, radice nigra, superuacua, sibi proposuerit, hetrusce loquens, isq; caule non sit nigro colore fulgente, hinc inuitus fateatur oportet, Plinium pro tricomane, haudquaquam accepisse secundam adianthi speciem, vt insimulat. quandoquidem quum vtrosq; folijs filicis, nigredine fulgentibus ramulis annotauerit, iam seorsum adianthum album folijs coriandrinis ablegasse dicendus: quumq; adianthon nigrum, necnon tricomanes, aliquam inter se inijssent similitudinem, ideo non inepte à quibusdam in maius, & minus partiri, in medium adduxit. hinc Matthioli industria, labor, & vigilantia, quibus efflorescat ingenij viribus, palam omnibus demonstrant, primum diuulgant quibus rationibus, rutam murariam, adianthum album effecerit, cuius folia nihil cõe habẽt cum adiantho nigro Theophrasti, quod inquam folia tricomanes similia gerit, hinc quoq; diuersum videretur Dioscoridis adianthon, coriandrinis folijs, incisuris in summo diuisis, à Theophrasti pictura quo circa si acrius, aut liberius, hac de re verba facturus essem, laterem Matthioli more lauarem, sin ad eliminandas omnes omnium obiectiones accingerer, ad propellenda singulorum quæsita animum desponderem quum maxime mirandum sit oculatissimum hominem in tanta luce caligare, videlicet cognita paronychia ex Dioscoride, peplo simili, in tam diuersa pepli pictura, quam ipsemet Matthiolus omnium oculis subijcit, tam procul inter se abesse, quantum à portulaca adianthum quòd si legitimam vidisset in horto Patauino, sententia mutasset. vt igitur breuibus rem ipsam complectar, capillus veneris officinarum adianthon est Diosco. vt quod polytrichon impropriè nominant tricomanes. Visitur etiam in fossis nostris, qua itur Bethelem, ac humentibus quoque locis, herba capillo veneris similis, at caule, folijsq; pallentibus, à tergo lituratis, cum dryopteri agnascens, capillus veneris albus communiter vocitata. hanc verius adianthum album opinarer: quicquid sit, quum in quibusdam recentiorum medicamentis, re perperam accepta vt in syrupo intybi compositi,

Tricomane.

Polytrichon.

Plinius à Matthioli calumnia vẽdicatur.

Paronychia.

Dryopteris.

N 3 adian-

adianthon,& capillus veneris,tanquam diuersa legantur,idem prorsus quum sint, ne detur vacuum, ideo ni-
grum, atque albũ imponemus, idem per adianthum vtranq; intelligentes quorum defectus tricomane suggeri-
tur,quum ex Diosco.eadẽ quæ adianthon præstare valeat. quum verò alui profluuiũ sistere scribat Gal.6.sim-
pli. Auer. inquit à neotericis huic purgatoriam vim tribui, id quod ex Mes. facilè innotescit.

A Qua maxime necessaria ad vitam,ad delectationes,ad vsum quotidianum,cœli,soli,fluxus,bonitate,
vel malitia concepta,multiplices sortita diuersitates,ex locorum proprietate, & peculiari natura , in
fontanam puteana cõprehensa,& pluuiam,ad vsus medicos potißimum segregatur.Optima est magna
ex parte secundum Diosco.lib.5.cap.9.dulcis,syncera,nullius omnino qualitatis particeps,& quæ ne minimo
quidem tempore in præcordijs cõmoratur,ad hæc quæ & facili via fertur,et minime cõputrescit. tribus igitur
sensibus iudicatur,vt etiã ex Gal.1.simpl.5.nempe gustu,visu,et odoratu:quæ.n.aciditatem,aut acrimoniam,
aut salsedinem,aut putredinẽ,aut aliud indicibile aliquod vitium præseferunt,extremæ prauitatis sunt.quæ-
que per bituminosa,sulphurosa,nitrosa,aut aluminosa loca destillant,et eorum substantiæ aliquid abstergunt,
secumq; trahunt,mixtæ iam sunt,non autem exactè aquæ,vt nec limosa,nisi toties percolctur,donec limus om
nem effugerit sensum : quemadmodum.n. gustu dissentire videntur,& pondere,sic quoq; virtute,aliæ ab alijs
lõgè differunt . Nempe quæ leuißima est,ea calefit,& cito frigefit,proinde minus terrestris:in creta tenuis,&
exilis,nec optimi saporis,quæ sabulone soluto tenuis, at eo profundius, erit limosa,ac insuauis, in terra nigra
exilis,sabulone masculo,arenaq; stabilior,& sapida,in rubro saxo copiosa,& bona,si non per interuenia dila
batur,& liquescat,sub radicibus montium,& in saxis silicibus vberiores,affluentiores,eæq; frigidiores,ac sa
lubriores,campestres insuaues,grauesq;,ac tepidæ,nisi è montibus erumpant,& arborum vmbris contegãtur,
in regionibus septentrionalibus suauiores, salubriores,copiosiores,quàm auersæ sint solis cursui, propter arbo
rum crebritatẽ,montiumq; vmbras,idq; probatur, quòd omnia maxima flumina in orbis terrarum descriptio
nibus, à Septentrione videntur profluere, ideo multo meliora inueniri capita fontium , quæ ad Septentrionẽ,
Aquilonemúe spectant.aquæ autẽ salubris experimentum est,si incolæ probè sint colorati,corpore,cruribusq;
valentibus,si post aquæ cocturã,in imo vasis limus,arenaúe nõ resideant,si legumina in ea celeriter percoquan
tur,si illi muscus,iuncusúe,nec inquinamentum aliqui innascatur,si non ociosa,non immunda,impuriore spiri-
tu, grauiore cœlo turbulentaq; non sit . eius leuitatẽ pondere non estimandam , sed partium potius tenuitate,
scribit Gal.in lib.de ptisana,cap.2.quod in se ipsa contrarias qualitates facilè recipiat : nobis tamen pondere
etiã leuißimam esse debere, hoc argumento proponitur. quod terrosarum partium admixtio grauitatẽ pariat,
nec asciticias qualitates eius craßitie imprimi tam facilè permittat , hinc nisi pellucida sit , pura , fristillorum
expers,minime cænosa,omnis prorsus aduenticiæ qualitatis immunis, grauiorem ideo videri,leuißimam verò
Galeni opinio reprobata. pondere,tenuißimam,splendidißimam,qualem pluuiam scribit Hippocr.in libro de aere,aquis & locis,cap.4.
quum tenuißimum sit quod sol sursum rapit præ leuitate, idq; Paulo non displicet,lib.1.cap.50.quod põdere
examinetur,modo prius cõmemoratis accedat,id ẽt ex Gal.attributo,in libro de bonitate aquæ,quæ põdere est
leuis nõ est permixta terræ.his accedit Auic.lib.& d.1.Fen 2.cap.16.Haly 5.Theor.cap.29.ratio igitur,nõ
authoritas accipienda.Fontana tamen alias multis excellere videtur,cuius videlicet fons ad Orientem erum-
pit,& per meatum quẽdam vel saxeum,aut arenosum,aut terram puram excolatur,non crassam,vel lutosam,
calefitque,ac frigefit citißimè,prædictis omnibus insignita,nisi ex cloacis vitium accedat . præterea quæ æsta-
te frigidior,hyeme calidior . pluuialis tamen authore Hippocrate,ex Aegineta lib.1.cap.15.temporariã vi-
delicet,cum tonitru effusam,vel tonitrualem,idest maximis procellis,& impetuoso turbine,terrificisq; fulge-
tris deiectam,non nimbosam intelligens,de qua Gal.4.in 6.de morbis vulgar.cõmento 18.quia leuißima,dul-
cißima,limpidißima, tenuißimaque, etiamsi omnium promptißimè computrescat, ideo saluberrima censetur.
huic astipulatur Matthiolus, præstãtißimam,omniumq; aquarum meliorem huiusmodi aquam subijciens,quæ
æstate media pluit silente Cœlo . his fabam addit Celsus lib.2.cap.18.Auer. quoq; secundo primæ partis can-
ticæ,super his verbis . aqua pluuialis purior cæteris præcellit,aquam pluuiam optimam esse,ac fontanis , flu-
uialibusúe longè excellentiorem tradit,& si secus ex Hippocr.5. collect. fontanam extollat , hinc recentiores
ferè omnes in syrupis pectoralibus, alijsque omnibus decoctis,efficaciorem persuasere aliasq; omnes aqua an-
teire commenti sunt, quasi Dioscoridis, Plinij , Aetij, Auicennæ, authoritates paruifacientes, vt verò Ae-
Brasauoli sententia reiicitur. tium,atq; Paulum conciliet Brasauolus,in syruporum examine,inquit:aquam duobus modis considerari,vno
modo ratione qua elementum, altero vt nostrum corpus ingreditur, ratione qua elementum vt frigida , & te-
nuis est,ab Hippocrate,& Paulo laudari,at hanc eandem pluuialem,ab Aetio,vt nostrum corpus ingreditur
damnari : quibus autem placere debeat,pax inter hos inita, non satis scite conspicio , quum præsertim à medi-
co, vt ad sensum , & vsum consideranda sit , non syncera ne sit adamußim, sicut nec aliud vllum elementorum
sensibilium, ex Galeno primo simpl. 5. ex quo extremæ prauitatis iudicantur, quæ putredinem aliquam præ-
seferunt , odorem vero malum pluuialem aquam habere scribit Hippocrates in lib. de aere , aquis , & locis,
cap.4.& quamuis ratione ab eo prædicta , optima appellat, opus habere vt decoquantur,ac excolentur, testa
tus est, sin minus odorem prauum habere, & raucedines , & vocis grauitatem bibentibus accedere : putredi-
nem verò inde prouenire,quod ex plurimis congregata est,ac permixta. id quod si concedatur,inquit Auicen
Auicennæ lapsus. nã,d.& Fen 2.lib.1.cap.16. (hanc esse Hippocratis rationem fortaßis ignarus) ideo haudquaquam cõmen-
danda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

danda erit: id vero ob multam suæ substantiæ tenuitatem, vt et Haly, qua facilè alteratur, prouenire, nescius tenuem & elaboratam substantiam, puram, atque æthercam minus putredini obnoxiam, qua vt arbitror causa, sui met oblitus, lib.5.d.6.Fen 18.capite syrupi ex papauere, scripsit aquam pluuialem, diutius à putredine seruari: at quid ad Dioscoridem Paulo aduersantem deponunt: laudat enim minime computrescentem: Plinius etiam lib.31.cap.3. eorum opinionem grauiter redarguit, qui aquas pluuias probant, imò inquit horum sententiam refellere, interesse vitæ, Gal.4.de tuenda sa.cap.6. inquit: in apomelli, si pluuiam aquam probarem, id suaderem, verum nec ipsam probo, &c. Auicenna quoque aquam fontanam alias antecellere tradidit, verum & pluuiam laudabilem quoq; esse: alij ita conciliant, quum putredinosam aquam asserit, pluuialem nimbosam intelligat, quum autem diù à corruptione tutam, pluuialem tonitrualem. Pluuia igitur his medijs statim accipienda, ac colanda, præsertim æthcrea, quum inter temporariam, & nimbosam, tonitrualis media collocetur, nec è stillicidijs collecta pro consuetudine, tegularum muscum, arenasque secum asciscens, nisi prius mundata sit. è cœlo igitur aperto ocularijs medicamentis, ad fluxus aut vlcera destinatis, fontana astringentior, ideo ad hos vsus ex Aetio commodior: at neque exterget, neque coquit, neque madefacit, & excretiones impedit, diuturnior etiam acerbior sit, & difficilius transit, & egrius secernitur, tardius item conquoquitur, ac digeritur, gignit destillationes, præsertim si frigida bibatur. Fontana igitur selecta quidem, si fieri potest, ad medicos vsus omnino accipienda, & si ex Gal.7.de comp.med.secundum locos, in confectione ex capitibus papaueris, pluuiam probare videtur, tanquam minus putredinosam, præsertim coctam, qua non præsente fontanam sufficere asserit, quæ verò per plumbeos canales deriuatur, fugiendam, quare vel hoc, aut alio modo fiat, vnicuiq; liberum esto iudicium, quæ tamen pluuialis in cisternis asseruata, à quibusdam tantopere cõmendari videtur, his deterior existimanda, præsertim quæ à niue, & glacie eliquatur, quas pessimas censuit Hippocrates, quorũ sanè diuersis anni temporibus aceruus, tã procellosarum, quàm nimbalium, atq; tonitrualium, cisternalis est aqua, propter stationem, & immobilitatem veluti mortua, ac putris. Puteana, quæ & scaturiginosa dicitur, eo quod non fluat, frigida est, terrea difficulter excernitur, ægre digeritur, & propterea æstuoso stomacho, aut ventri cõmodior est quàm fontana: fit autem potabilior, quando frequenter hauritur ac si flueret, sicq; Cœlum videat, nec tecto, aut subterraneis concameratis claudatur, salubrior est. sol.n.illustrat, & acr salutarẽ infundit succum, quod si opacitas frigus intendit, contristat omnia, & situ, mucido inficit. Fluuialis autem ex confluentium aquarum miscella, transitu, & rerum iniectarum quantitate, plurimum differt: hanc præcellere, præsertim magnorum fluminum, suis fontibus proximam, statuit Rhazes, quoniam crassæ partes à tenuibus separentur ex sole, vt inquit Auer.5.collect. quo autem distantior fit, ob aquæ pluuiæ, & concurrentium aquarum mixturam, deteriorem reddi, idque experimento facilè deprehendi, quod aqua magnorum fluminum in fictili posita, vbi resederit, arenam, limumq; in imò vasis relinquat, quod non accidit fontanæ. stagnina, lacustris, omnes malæ, magis, & minus euariantes, marinæ defectu, muria satisfaciet ex aquæ libr.i. salis vnc.iiij. ferueant, Nili aquam limosam esse scribit Gal. 1.simpl.4.eandem Aetius omnibus virtutibus exornatã Tetrab.1.serm.3.cap.165.forte ex Gale.attributo de bonitat.aquæ, in quo Nili aquã maxime commendat. aque inuestiga sue hydrophantice rationes vide .. Constantino .. articul..

Diamanna alia Galeno inuenta.

REc. mãnę puræ, & recẽtis, libr.i. in libr.i.succi ros.dissolue, & coq; sufficiẽter igne lento, tunc adde scãmonii vnc.i.mastiches drach.iij. Datur ad vnc.med.

Compositum est hoc celebre medicamentum inquit Gale.ex simplicibus temperatura, & proprietate maxime idoneis: vbi tamen à Gal. scribatur, non legitur. quidam pro scammonio, diachrydium inijciunt.

Cholagogum benignum, & delicatum, ob id morbis biliosis salubre.

Diacasia.

REcipe pruna, nu.xii. violarũ, m̃.i. hordei mũdi, anisi, polypodii, seminis cnici, añ.drac.v. adianthi, thymi, epithymi, añ. m̃. med. passarum, vnc.med. seminis fœniculi, drach.ii. seminis portulacæ, & maluæ, an.drac.iii. glycyrrhizæ, vnc.med. decoquantur in aqua sufficienti, colentur, in colato dissolue succi casiæ, libr. ii. pulpæ tamarindorum vnc.i cinnamo.vnc.med. sacchari optimi, libr.i. coque arte.

Vsitata ad leniendum in febrium initio, bilem etiam atram educit, & flatus dissoluit. Suardus ponderib; aliquot

Ne tragicas quærelas inter tot medicamẽtorũ scriptores aspergã, ex tantis voluminibus, nõ multis ab hinc annis in lucẽ productis, tot Diacasiæ descriptiones, hæq; multiplices afferuntur, vt vix quẽquã arbitrer superesse qui vel alieno, vel suo faciat arbitrio, aliã, atq; aliã parare nõ possit. hæc tamẽ cæteras præstare nõ mõ nobis, sed ẽt nostris medicis, hactenus cõperta est, vocatur Fuch.2.de cõp.med.sect.5.casia extra sine folijs senæ.

Diacasia cum folijs senæ.

REcipe præscriptæ diacasiæ, lib.i. pul. foliorum senæ, vnc. i. misce arte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Auxiliatur biliosis, & melancholicis morbis, intestinorũ stipticitatẽ, asperitateḿq; amouet, facilè lenit, & soluit.
Bulliant arte intelligitur, nunc facultates languidas augendo, nunc fortes minuendo, modo ex cõtrarijs vni
formi reddita, quum alia nisi lõgo feruore excoquantur, vix aliquod facultatis suæ vestigium relinquant, nec
vires suas exuant, quædam momentanea egeant, alia mediocri, his in initio, alijs sub finem, quibusdam media,
radicibus primum concisis, & aliquantulum confractis, seminibus postea, præter quatuor frigida, & oleagina,
ac mucosa, mox corticibus, post lignis, parum confractis, caulibus, folijs, & fructibus prius, & posterius, vel in
fine, iuxta tenuem, difflabilemque substantiam. Vltimo floribus, ac aromatibus, & quæ flaccida, ac tenui sunt
qualitate prædita, quorum vis diutiori coctione diffunditur, & expirat, igne, aut vehementiore, aut clementio
re, pro coquendorum natura, quod si mucorem ex se prodant, vt semina cotoneorum, myxa, semen lini, fœnugræ
cum, tragacanthum, gummi, &c. & similia, lintheo raro ligentur, prælongo filo appensa, ne decoctũ viscidũ
adeo, lentumq́; reddatur, vt stamine etiam rariusculo coli meatus obstruat, ne probè transmittantur.
Coquantur seu bulliant in aqua sufficienti intelligunt quidam, in rebus tardæ, ac pertinacis cocturæ, ad ea-
rum pugillum, aquæ, libr. ix. si verò mediocris sint, aquæ dimidium accipi debere, sin facillimæ, libr. ij. atque
vnc. iiij. siquando autem res ipsæ vncijs numerentur, ad singullarum vnc. ij. difficilis cocturæ, aquæ lib. i. si mi-
tioris, libr. med. sin facilis, vnc. iij. hoc verò & si varium sit thæorema, aqua tamen præstantis artificis ingenio,
iuxta rerum essentiam addi, minuiúe potest: alij pro seminum, aut radicum libr. i. aquæ libr. circiter quatuor
accipiunt, pro herbarum manip. quatuor, siccarum quidem, aquæ libr. ij. viridium verò, libr. i. nec iniuria.

H Ordeum: ex Diosco. lib. 2. cap. 78. optimum est candidũ, purumq́; at ex Gal. 1. de victus ratione in acu-
tis, commento 28. probatißimum, hordeum priusquam experiaris, ex eo solum quod & plenum sit, &
nihil rugosum in se habeat, iudicabitur, sed experientia iudicatum, per decoctionẽ deprehenditur, vbi
scilicet plurimum intumescat, & succum faciat plurimum, quod stabile, ratumq́; eius facultatis est argumen-
tum. addit in libro de Ptisana, cap. 4. quod non admodum recens sit, aut vetustum nimis, nec non aduenticiæ
omnis qualitatis expers: eius variæ sunt species, spicis, atque granis quibusdam rotundis, grauis, & in se con-
tractis, alijs longis, & maioribus, albis, & rubris, siue ad purpuram accedentibus, è quibus maior fa-
rinæ copia, & contra hyemem, & flatus, & in totum contra Cœli mutationes, candido validiores esse
videntur: spicarum etiam aliæ granorum ordines duos habent, aliæ tres, aliæ quatuor, postremo quin-
que. ad hæc spicarum quæpiam longæ sunt, & raræ, quædam breues, & granis refertæ, quædam altius à fo-
lijs protensæ, aliæ humiliores, & folijs propinquæ, aliud est quod vt auena est mundandum, ac cortice spolian-
dum, aliud nudum consistit, ac omniũ maxime caret tegmento, ex Theophrasto, 8. de hist. plant. cap. 4. id apud
quasdam gentes, vt in Capadocia prouenit, ex Gale. in libro de attenuante victus ratione, cap. 6. quod si aquæ
incoctum, vt alia cum aliquo vino dulci sumatur, nullis alijs bonitate cedit. huius non infrequens quoq; apud
nos visitur copia, verum hoc, neque illud, primum aqua maceratum, deinde manibus extritum, donec tenuis
eius membrana excutiatur, vel etiam quousq; totum id quod paleaceum est auferatur, validius rursum confri
catum, vel prius multum ebulliat, postea molli igne, vix tamen aut nunquam, triduo etiam excoctum, in cre-
morem vsque adeo vertitur, vt Hippocratis bona adipiscatur, 1. de victus ratione in acut. textu 18. quo circa
recentes medici, ex Galeni, & antiquorum præscripto, ptisanæ rationem inire non potentes, hordeum sine glu
ma infundunt, exactißimè coquunt, in vase lapideo contritum, setaceo, æreoúe cribro transmittunt, nimirum,
quod horum neutrum vetustiorum menti respondeat, & à boni hordei conditionibus longè absit, sordidum vt
plurimum, rarum, leue, rugosum, exiguum, fuscum potius, quàm album, dum tunditur, tenuem quendam ex se
puluerem emittens, mali odoris, vix parum, vel nihil intumescens, etiam diu calida maceratum: nec quoniam
ex Gal. 1. de alimen. facul. cap. 9. crudã ptisanã aliquandiù in aqua præmaceratam, deinde in mortarium inie-
Ptisana. *ctam, terere manibus conuenit, asperam quampiam rem in se habentibus, dum præpositus, ac qui in superficie*
est cortex sit abiectus, ideo post coctur am, in mortario tundenda, & raro lintheo transmittenda, vt hoc tempo
re fieri consueuit, quanquam ab Hippocratis bonis, hoc pacto non multũ abesse iudicauerim quòd si non curiosè
coquatur ventosa est, eaque haud vtendum ex Galeno in epileptici pueri documento. hinc Manardus, lib. 5.
Epist. 2. nunquam potuit tantum docendo laborare, vt rectè paratam videre potuerit, & certe in qua discreta
inuicem grana, masticationem non desiderent, vix vnquam assecuti fuimus, esto quod præstantius hordeum
nostras selegerimus, nam semina meliora, deterioraúe, tum cultura, tum terræ natura, fieri solent, ex Theo-
phrasto, lib. & cap. 8. de histor. plant. præterea scribit Arist. 1. & 14. Probl. Cur pistorum, cæterorumque of-
ficio fungentium frumentario, hordeum attrectantes, imbecilli efficiuntur, & destillationibus infestentur, qui
autem triticum, corpore sint bene habito: an quod facilius triticum decoqui, quam hordeum potest, atque ea
in re delibamenta inde manantia, esse faciliora necesse est, qua fortasse de causa tam recentiorum, quam vetu-
stiorum ptisanam, haudquaquã nostra hac tempestate commendandam, tum quia Italis cibus est insuetus inuo-
luptuosusq́; nostro seculo, & regione, tum quoniam hordeum non habemus priscorũ bonitati respondentẽ, asse-
ruisse Manardum prædicat Matthiolus, à cuius sententia abhorreant, quot quot Hippocraticæ, ac Galenicæ
factionis medici: quum verò aliter significauerit Manardus, validißimus antea stipatus argumentis, hoc modo
relinquitur eos potius errare, qui plerunq;, quàm qui nunquam, eã scilicet ptisanã ægrotis, apud nos quidẽ ho-
de dant, quũ suppetant alij cibi, &c. præterea in Epistolæ calce deducat, satis illi ostendisse medicos, nostra in
regione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

regione ptisana non vtentes, non sine ratione id facere, non ideo omnem eius abolet vsum, non vetustam omnino damnat, non recentem destruit in totum, verum non citra attentionē, non absq; iudicio se ab illa abstinuisse tutatur. at huius exitū non expectans Matthiolus, animi quadā, vt solet mobilitate perturbatus, neq; auxiliū modo defensioni suæ, verum etiam ad eius salutem extinguendam, ad eius gloriam infringendam, mendacia vbique meditatur, Paulus lib. 1. cap. 18. vni hordei parti, aquæ quindecim, ac alia quædam addit, Auer. 5. coll. cap. 31. 21. nosque ita sæpe integre ptisanam paratam comedimus, Brasauolus ex Galeno 8. simpli. calidum in primo ordine, & in passiuis temperatum statuit: ex Auicenna quoque, ac reliquis Arabibus, primo ordine calefacere, ac exsiccare. Nos tamen ex his Galeni dogma sectantibus, frigidum ac siccum in primo comperimus: ita enim se habet Græcus Galeni codex 7. simpl. non 8. κεῖσθαι καὶ πρώτης, εἰσί τάξεως ἐν τῷ ξηραίνειν τε *&c. idest hordeum primi est ordinis in refrigerando, & exsiccando. quoquo etiam modo paratum, nunquam corpus calefacere, sed variè pro modo præparationis humectare, ac siccare 1. de aliment. facul. cap. 9. atq; hic quoq; Græcū subnecterem, vt alibi sæpius, nisi à Mario accusari dubitarē, Laconismū auidissime affectans. vix .n. mihi tempero, vix alijs persuadeo, quo pacto in meridiano Sole tenebras circunfundat, qui solidam Galeni doctrinam spirare videtur. Quis ideo Galenum sibi cōtrarium videri proponet? quo hebeti ingenio, quanam retusa acie studiosorum mentem distorquebit? quibus præstigijs seducet, quibus aucupijs irretiet, tametsi cataplasma ex hordei farina suppuratorium faciat, vnde sequeretur calidum videri 5. simpl. 8. quum tamen capite subsequenti, farinam hordeaceam haud pus mouere apertissime exarauerit: par enim est ratio olei, ceræ, ac æruginis, à Galeno adducta 3. meth. med. cap. 2. id quod vnico contextu, citra tot ambages, discuti potuit à Valeriola lib. 1. Enarrat. 6.*

P Manardo tutela aduersus Mathiolū

CNicus: officinis carthamus, vulgo crocus saracenicus, cuius flore ad coloranda obsonia, rustica plebs passim nunc etiam vtitur, aculeata herba est, cunctis perspectissima, cuius seminis à putaminibus repurgati, ad purgationes vsus est communis: prius enim corticibus leuiter contritis, manuque perfricatis, vel cribro ad huiusmodi negocium idoneo, quod paleaceum est aufertur, vel medulla sigillatim eximitur, quo modo in quatuor seminibus, idque iustius, quum pistillo quassari nequeant, citra oleosam substantiam eligendum candidum, grandiusculum, & plenum, cuius medulla est vnctuosa, & pinguis, cortice tenui. Cnici duo genera notantur, ex Theophrasto 6. de hist. plant. cap. 4. syluestri, vrbanoque discreta. Syluestre enim duplex, alterum vrbanum, admodum simile, recticaulius tamen, quamobrem eo mulierum priscarum nonnullæ, pro colu vtebantur, fructum nigrum, maiusculum, amarumque parit. alterum genus densum constat, caulesque soncheos profert, & quodammodo humicaule fit, nam propter foliorum mollitiem declinatur, procumbitque ad arua, fructum amarum, frequentem, barbæq; modo hirsutum gignit, &c. harum specierum syluestris cnici altera, tam aptè putatam atractylidem ex Diosco. lib. 3. cap. 89. Altera carduum benedictum officinarum, vulgò herba turca exprimunt, vt significantius non possint: hinc nimirum si Hermolaus, & Ruellius atractylidi ascripserint, quæ cnico syluestri primo attribuit Theophrastus, quum ad colus rationem, quo attinet; huic ista concesserit, quæ attractylidi Anazarbæus, vt penè assimiles visantur, nisi interserta acarnæ historia, atractylidis quem fusum agrestem vertit Gaza, illhico meminisset Theophrastus, quum & Plinius lib. 21. cap. 15. ita scribat. Secunda cnici syluestris species, ex illis quam quidem atractylida vocant, quamuis de ea speciatim postea egisse visus sit. quum itaque atractylis, in incognitarum stirpium classe adhuc relegetur, in ignota causa, & explicatu perdifficili, lubrica defensionis ratio proponenda est: sentiat igitur quid velit Matthiolus, quod autem carduus benedictus, non sit secunda cnici syluestris species, leuibus admodum argumentis in Ruellium inijcit Matthiolus, videlicet tametsi folijs sit ad terram inclinantibus, caulibus tamen esse in altum non parum erectis, non soncho similibus, nec ita teneris, & mollibus, sed duris, & aculeatis. En igitur quæ tantula in vna, alteraue nota dissimilitudo, reliquis omnibus exactè consentientibus, speciem mutare potest. Quandoquidem nemo sanæ mentis negauerit vnquam, carduum benedictum humicaulem esse, maiore eius parte humi strata, quàm altum petente. quod verò caule sit soncho, simul conferentes, nisi cernui dijudicent: atqui neq; tenellas illi frondes, sed molles annotauit Theophrastus, proindeq; multa mollia esse possunt, & obsequiosa; nec ideo tenera. Quare se se totum probet Matthiolus, ne criminosas reprhensiones in discrimen adducens, non delectu aliquo, non sapientia, verum impetu temerario, atq; obiurgandi studio, studiosos defatigare, ac friuolis quæstionibus implicare planè videatur, siquidem latinè sui erroris conscius factus, his accuratius expēsis, mutata sententia, nobiscum sentire compulsus est: hinc non est cur pluribus illum refellamus.

Atractylis. Carduus benedict.

Matthiol. in Ruelliū obiecta retractat.

Diacasia altera, etiam cum manna.

REcipe prunorum vnc. ii. violarum m̄. i. & med. aquæ fontanæ, libr. i. & med. bulliant arte ad dimidij consumptionem, cola, & in colatura dissolue, succi casiæ, libr. med. pulpæ tamarindorum, vnc. i. syrup. violacei, vnc. quatuor, sacchari candi, penidiorum, an̄. vnc. i. sacchari violacei, vnc. quatuor, confice arte: possunt addi mannæ, vnc. ii. Præpositus ponderibus, ac alijs quibusdam euariat.

Gustui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Gustui non ingrata, delicatis, & stipticis est salubris, aluum, & bilem subducens, febres mitigans, vnc. i. ante cibum assumpta.

Diamixa: officinis Diasebesten.

REcipe mixorum enucleatorum recentium, pulpæ prunorum, & tamarindorum, ann. vnc. v. aquæ violarum, aquæ iridis, & anguriæ, ann. libr. med. succi mercurialis depurati, vnc. quatuor, penidiorum, vnc. viii. diapruni compositi, non laxatiui, libr. i. & med. seminis cucurbitæ, cucumeris, melonis, anguriæ, florum violarum, ann. vnc. i. diacrydij drach. iij. & med. caro, siue pulpa prunorum, mixorum, tamarindorum, minutissime teratur, & cum aquis extrahatur, reliqua verò diligenter incidantur, & cæteris permisceantur, fiatq; electarium arte.

Datur ad vnciam, vel sesquiunciam, diluculo, simpliciter, vel cum seri lactis caprini, vnc. vi.

Prodest febribus biliosis, intermittentibus, & continentibus, earum feruorem retundens, sitim, vigilias, atque oris amarorem demulcens, à viis vrinalibus, & vesica, humores acutos educens.

Brasauolus diminute legit tamarindorum, ann. drach. v. diagredij drach. iij. nos mediã addidimus ex Montagnanæ exemplaribus. Cordus legit post, citrulli vnc. ij. & male, relictis etiam floribus violarum, si succi aquarum loco accipiantur, potentius soluet: non desunt legentes aquæ violarum, libr. i. aquæ anguriæ, iridis, ann. libr. i. & med. at cum Fuchsium non latuerit 2. de composi. med. sect. 5. alios alia ratione parare, mirum est cur legitimum non selegerit prætermissum viol. & citrulli singul. vnc. med. additæ.

MErcurialis: ex Diostor. lib. 4. cap. 169. Lynozostis, quibusdam parthenion, alijs hermisbotanion appellatur, à Mercurio inuenta creditur, duplexque est, mas, & fœmina, efficacior credita, fructu copiosiore, quandam racemorum speciẽ præbente: mas nigriori est folio, semine è sinu dependente, paruo, rotũdo, ceu binis testiculis, vnà cohærentibus. herba vulgaris, in campis, vinetis, macerijs, vbiq; luxuriat, in clysteriorum decoctis plerunque inditur. an phyllon sint, ceu ex Theophrasto elici videtur 9. de histo. plant. cap. 20. curiosiores indagent.

Confectio è prunis.

REcipe pulpæ prunorum acidodulcium, libr. ii. elixa in aqua decocti portulacæ, adde sacchari albi, libr. ii. & med. aquæ violarum, libr. i. coque lento igne ad concrementum, vitreo vase reconde.

Diamascenum, vel antidotus è damascenis prunis, siue Diaprunum compositum, non laxatiuum.

REcip. pruna damascena matura cẽtũ: hæc aqua ad dissolutionẽ percocta, eorum decocto priuatim reposito, vbi modice refrixerint, ossibus eiectis exempta, inde, & super inuersum, & vasi impositum cribrum ponantur, & manibus hinc hinde ducantur, & præmantur, donec omnis earum pulpa penetrauerit, & cutis duntaxat remaneat, colligito proinde pulpam, & excolatum eorum decoctum, in quo bulliant violarum, vnc. med. lento igne ad spissitudinem coquito, & cum sacchari clarificati, libr. ii. syrupum forma, cui adde pulpæ prunorum supra densatæ, libr. i. pulpę tamarindorum, succi casię cum prunorum decocto extractis, an. vnc. i. agita omnia simul super igne, & cochleario diligenter subige, deinde insperge subsequentium specierum puluerum: santali albi, & rubri, antispódij, rhabarbari, cinnamomi, ann. drach. iii. rosa. violarum, seminis portulacæ, inrybi, & oxyacanthæ, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, ann. drach. ii. seminis cucurbitæ, cucumeris, melonis, anguriæ, ann. drach. i. conficiantur arte. In quibusdam exemplaribus semen cucumeris, vel anguriæ, desideratur: à posterioribus vt creditur adiectum: quidam legunt violarum, drach. i. quinimo cinnamomum omisit Fuchsius, legitque quatuor seminum, ann. drach. ii. at 2. de composi. med. sect. 5. singul. drach. i.

cuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cuius varietatis rationem reddant studiosi, quum non vsquequaque eius lectionem sectamur.

Ad acutas, ardentes, omnesq; alias febres, nempe tertianas, continuas, hecticas, marasmodes, lypirias, ardentes, & in summa ad omnem febrilem affectum.

Diaprunum laxatiuum, alijs solutiuum.

RECipe diapruni compositi, non laxatiui, adhuc recentis, & calidi, libr. i. diacrydii, drach. vii. misce, & repone, quia ex Græco Myrepsi pondus non exprimitur. Fuch. vnc. med. duntaxat accipit: nos latinorum codices sequimur. Datur non laxatiuum castaneæ magnitudine, quauis diei hora: at cum diacrydio cauendum, & in aurora tantum, à drachmis tribus, ad vnc. med.

Turgentem bilem euacuat, acutis febribus maxime causoni, & synocho prodest, & tandem ad omnem febrilem affectum.

Catholica, vel Diacatolicon.

RECipe floris casiæ, pulpæ tamarindorum, senæ mundatæ, ann. unc. ii. rhabarbari, uiolarum, polypodii, ann. vnc. i. glycyrrhizæ rasæ, penidiorum, sacchari candi, seminis cucurbitæ, anguriæ, cucumeris, melonis, ann. drach. ii. terenda tere, omnia denique subsequenti syrupo confice. Accipe polypodii, vnc. vi. seminis fœniculi, vnc. i. & med. coque in aquæ fontanæ, libr. iii. hoc decocto casiam, & tamarindos dissolue, reliquo adde sacchari optimi, libr. ii. para electarium. Datur ab vnc. i. ad sesquiunciam, & ultra.

Acutis, & peracutis affectibus auxiliatur, emollit enim, alterat, hepaticos, & spleneticos roborat.

Variant in hoc Nicolai, vel Præpositi, vel Myrepsi nomine exemplaria, ideo ex concordi eruditiorum traditione describitur: tametsi Brasauolus Præpositi latrocinium sectetur, & à diuerso Alexandrini codice sublatum, glycyrrhizæ, vnc. med. accipiat, fœniculum desideret: alij anisi, vnc. i. addant, omnesque in hac recentiores euarient. Cordus syrupum ex polypodij, vnc. i. seminis fœniculi, drach. vi componit. quum verò Præpositus libr. i. accipiat absque fœniculo, Alexandrini exemplaria quædam, polypodij, vnc. viij. fœniculi, vnc. iij. ne nimis excrescere videremur, iustius consuluimus, quod si cum Fuchsio ex Myrepsi codice parare libeat, fiat hoc pacto.

Diacatolicon Nicolai Myrepsi 503.

RECipe floris casiæ, pulpæ tamarindorum, senæ singul. unc. i. polypodij, unc. i. & med. rhabarbari, exagium i. & med. glycyrrhizæ, unc. med. quatuor seminum frig. maiorum, singul. unc. med. sacchari cādidi, exagia ii. & med. rad. cappar. exagium i. & med. anisi, uiolarum, singul. unc. i. turpeti, unc. med. diacrydij exagia ii. trita hæc probè per cribrum traijcito, dein rursus accipe, polypodij optimi, unc. ii. senæ electæ, violarum, seminum anisi, fœniculi, rad. capparorum, ann. vnc. i. pruna xx. cerasia xxx. hæc probè liquata conijciantur in lebetem, cum aquæ libr. quatuor, & coquantur penè, dein colentur, post accipiatur decoctum, & conijciatur in lebetem, atque cum ipso, sacchari purissimi, libr. i. & med. decoquantur, ad syrup. consistentiam, & iis quæ prædicta sunt, supra irrigatis, conquassatis, & omnibus probè subactis, fac vt cydoniatum, & reconde.

Id vsitatum tradidit Fuchsius, ei qua forte versatur ciuitate, quum primum in ordine familiarißimum sit toti Italiæ, alterum verò in Medici ita volentis gratiam, parari facilè queat. Est & alia antidotus catholica, à prædictis dissentiens ex Myrepso.

Dantur media nocte exagia 5. ex vino, & aqua tepida, non febricitantibus, his verò qui febricitant, cum sola aqua tepida, aut da quantum ægrotanti suffecerit.

POlypodion: siue filicula, ex Dioscoride lib. 4. cap. 166. nascitur in muscosis petris, & vetustis arborum caudicibus, &c. notißima est, & similitudine quam cum cyrrhis polypi piscis habet, polypodium dictum est: filicula autem ob similitudinem foliorum cum filice, quibusdam etiam glycyrrhiza syluestris dicitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

citur. ex Mes. præstantius est, quod arboribus præsertim glandiferis innascitur, præcipuè si magnum est, recēs,
solidum, nodosum, foris ex nigro rubescens, colore intus herbaceo, vt pistacium, sapore dulci, austero, tandem
subamaro, nonnihil aromatico, quod lapidibus increscit, humiditate excrementosa, cruda, flatulenta, ventri-
culo ad nauseam euertente abundat: hinc posteriores polypodium quercinum, tanquam præstantissimum ap-
pellauere, tametsi castanearum cespitibus agnascens, in Sessitensi valle, à nobis sæpe decerptum, de quo etiam
intelligit Mes. Querneo bonitate non cedat. Galenus 8. simpl. facultatis eius purgatoriæ non meminit.

Diaphœnicum, alijs electarium ex dactylis.

Recipe dactylorum fuluorum, enucleatorum, triduo in aceto maceratorum, drachmas centum, penidiarum, drach. l. amygdalarum purgatarum, drach. xxx. turpeti, drach. xxv. scammonij, drach. xij. zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, cinnamomi, macis, ligni aloes, anisi, fœniculi, dauci, galangæ, ann. drach. ii. & med. tere omnia probè, melle despumato sufficienti excipe: alij in mellis pondere uariant, quidam libris tribus excipiunt: nos neque hic uniuersali regula abutendum censemus. Datur à drach. quatuor & med. ad decem.

Purgat clementer, & tuto, humorem crudum, & bilem, ob hæc conuenit febribus complexis, & diuturnis, dolori ventriculi, & colico, intemperaturæ harum partium frigidæ

Hæc compositio ponderibus librariorum errore deprauata, nunc ad pristinam authoris mentem restituta
est, vbique partes ponebantur, nos drach. scripsimus: alij ad scammonium vsque, omnem dosim dimidiam au-
ferunt, quidam scammonij drach. xi. duntaxat legunt, cæterorum singul. drach. i. gr. xv. magis etiam diuertit
Nicolai Dispensarium. Mes. quoque cap. de Turpeto, Zezare authore, à præscripta euariat. Nicolaus
Alexandrinus quem antiquissimum appellat Brasauolus, in huius antidoti examine, in vnguentis verò recen — Brasauol° se ipsū arguit.
tem maxime, vt res se se habet, id quod eius composita ingredientia apertissimè demonstrant, Diaphœnici ge-
nus absq; turpeto, ab hoc diuersum ostendit. Auic. 5. can. triplex Diaphœnicum adducit, at prædicto minus
varium. vt infra. Fuchsi. 2. de composi. med. legit turpeti, drach. xxxv.

Recipe dactylorum fuluorum, enucleatorum, numero centum horis viginti-quatuor aceto infunde, frica manibus, & cola, & rutæ siccæ, zingiberis, piperis albi, ann. drach. xiij. nitri armeni, drach. v. amygdalarum delibratarum, nu. centum quinquaginta, scammonei, drach. xv. turpeti, drac. xx. tere, & cribra, melli per misce. Est & oxyporium ex palmulis purgatorium Aetij, Tetrab. 1. ser. 3. cap. 91.

Diacydonium solutiuum.

Recipe succi cotoneorum, libr. iii. mellis, libr. ii. scammonij, vnc. i. & med. galliæ, caryophyllorum, zingib. mastiches, piperis longi, cinnamomi, nucis moschatæ, an̄. drach. iii.

Datur à sesquidrachma, ad drach. quatuor & med. si vis cholagogum fieri, & phlegmagogum, adde scam-
monij, drac. xv. turpeti, vnc. i. & med. si vis tantū esse phlegmagogum, omisso scammonio, misce turpeti drach.
xxv. cnici excorticati, drach. xv. si bilem atram vis euacuare, prædictorum loco misce elleborum nigrum,
aut epithymum, vel polypodium, melle, vel saccharo excipitur. fit cum cotoneorum nunc succo, nunc carni-
bus, nunc ambobus simul.

Cholagogum, & phlegmagogum, colicos affectus, & alios partium nutritoriarum iuuat.

Varias Diacydonij laxantis compositiones, vide ex Auicenna 5. can. d. 3. Fen. xiiij. vt etiam ex Myrepso, purgatoria plurima cydonite, vel è cotoneis, vt ex Paulo lib. 7. cap. 5. ac Tralliano lib. 7.

Diacarthamum Nicoli.

Recipe specierum diatragacanthi frig. carnis citoniorum, singul. vnc. i. zingiberis albi, drach. i. medullæ carthami, vnc. med. turbit electi, drach. ii. diacrydii, drach. v. mannæ granatæ, mellis rosͣ. in Sole purificati, an̄. drach. iii. sacchari albi, vnc. xv. fiat confectio in bolis, quorum vnusquisque sit vnc. med.

Pituitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Pituitam,bilemq́· educit, in arthriti, ischio, podagra, aliisq; huiusce generis affectibus,maxime cōmendatur.

Diacnicum, officinis Diacarthamu nobis vsitatum.

Recipe specierum diatragacanthi frig. succi, vel carnium cotoneorum, ann. vnc.ii.zingiberis drach.ii.medullæ cnici, vnc.med.turpeti, vnc.ii.diacrydij, drach.v.mannæ, mellis ros.in Sole depurati, ann.vnc.i. sacchari, vnc.xv. fiat confectio solida in tabellas dimidiæ vnc.aut drachmarum sex, cuius est dosis.

In Diacnico parando, tam ingens, inter medicos dißidium visitur, tam obscuræ, tam variæ opiniones congeruntur, vt quem sequantur non intelligant aromatopolæ, quanquam sine syntereſi, sine calumnia, id perpetrare non dubitent. quum huius turpißimæ flagitiosißimæ consuetudinis, atque instituti, patres, maioresque nostros non pœnituerit, modo Arnoldi Villanouani, siue Valesci, Argillatæue, aut luminarium præscripta sectantes, quæ enim ex Nicolo, serm.2.cap.de cura Hæmitritæi, Arnoldo ascribitur, post citoniorum, ann. prætermittit, Typographi fortasis incuria, vnde legunt cum Fuchsio quidam, specierum diatragacāthi frig. vnc. med.carnium cydoniorum, vnc.i.turbit drach.vi.diacrydij drach.iij.mannæ drach.ij.mell.ros.vnc.i. Cordus autem ex eodem Villanouano, longe sanè digreditur, vt huius nulla opinio, nulla maturi iudicij expectatio, adolescentiam confirmare potuerit. Brasauolus quoque ab his euariat, vt recentiorum nemo tam impudens posthac reperiri poßit, qui laborem nostrum boni non consulat, qui hanc, vel illam, proprio distinctam nomine non seligat, nisi ad inuidiam inuitis eruditißimis quibusque, accedere, aut aspirare audeat. alij hermodactylorum vnc.med.istis adiungūt, quæ si re hac excepta idē essent, tenebrarum veluti feras abducerent. Quare ne huiusce rei varietas, posthac negocium facessat, alijs derelictis, Diacnicum hoc simpliciter vocandum statuimus, si cui verò malis auibus initiato, etiam cum hermodactylis parari iubeatur, horum vnc. med. addi suo marte poterit. Est & compositio Diahermodactylu ex Paulo lib.7.cap.5.vt ex Alexandro lib. 11.

Cordi lapsus.

Hermodactylus Serapioni, & Colchicum Diosco. lib.4. cap.72. idem sunt; mutuo collata, non alia ratione depictum, quàm ne à quoquam pro bulbo imprudenter deuoretur, mirum enim in modum saporis voluptate imperitos allicit, at comessum fungorum more vno die strangulando enecat, quibusdam ideo ephemeron dictum, vt quod subsequenti in eo capite, nonnullis Iris syluestris nuncupatur, at minime lethalis: hæc autem ambo eidem capiti, confusanee annexuit Serapion, inscius scilicet eas plātas maxime differre apud Græcos: horum itaque facultates simul ita implicitè obruit, atque inuoluit, vt misellis patribus nostris erroris fundamentum præbuerit, quo ephemero lethali, ac deleterio, pro hermodactylo vterentur, vt hoc etiam tempore, qui se practicos ostentant, mola asinaria digni, factitare non desinunt, & si præsentaneum venenum iam pridem didicerint, siquidem veritatem illis detegere, id planè est asinis fabulam narrare, aut surdis cantare: malunt enim suo abuti experimento, quàm rationē sectari, & candidæ veritati insuescere. Quandoquidem si hermodactyli communis signa diligentißime perpendantur, colchicum certißime demonstrant, ne vel minimū sanè ab eo dissentientes: quumque ex Aegineta lib.7.ephemeri nonnullis colchici appellati, & pernitiosi, de quo etiam lib.5.cap.48.eiusque quod iris syluatica nominatur, facultates describantur, post autem alio in capite de hermodactylo tractet, priuatim, ac peculiariter, in omnibus articulariorum vitiorum accessionibus idoneū scribens, vt etiā lib.3.cap.de cura si sanguis artus infestet, quas profectò dotes Dioscorides, Galenus, vt neque hermodactylum cognouisse, visi non sunt. hinc aliud ab his diuersum esse hermodactylum, tute satis dijudicari potest: quo aūt argumento contra ius, contra opinionē vetustiorū, citra Græcorum authoritatem, dementes Mauritani, cum maximo humanæ vitæ dispendio, hæc inuicem vnico capite commiscuerint, quàm stulte Auicenna, Serapionem in virtutibus secutus, in historia maxime labatur, quisquis mediocris consilij facilè colliget, tutiusque intelliget. album enim intus, & foris, nec non friabile, præstantißimum esse hermodactylum scribit Serapion, authore Abicio, nigrum verò, & rufum, deleteria. Auicenna dissentit, & fractu contumacem antecellere tradidit. Mes. cum eo in hunc modum dictat. præstantior hermodactyli radix est, si multum est alba, intus, & extra magna, mediocriter dura, rara verò, laxa, & leuis, est imbecillior, rubra autem, & nigra, mala est, & quæ in loco pingui, & humido prouenit, quod inde humor eius inflans, & excrementosus, ei largior insit: quæ autem scillæ, aut raphano proxima creuit, præstantior. vere legenda est, & per sex menses sicca ante vsum seruanda. Quid igitur sit, quum à Paulo non figuretur, vt neque ab Aetio, Tetrab. 3.serm.4. difficillimum est decernere. quumque officinarum hermodactylus, duplex scilicet, castaneæ effigie, alter orientalis dictus, intus, & extra candidus: alter cortice foris è nigro rufescente, nostras appellatus, non sint ea radix, quæ à Paulo in articularibus morbis tantopere commendatur, imo ipsißimum colchicum, & sanè venenum, quantumuis enim peregrino potius vtantur, id etiam talpa cæciores ignorant, à nostrate vix differre; colchicum enim est Græcorum, ac samnitum, ex Anguillario. quum genus herbariorum, his vaframentis adulterandarum rerum concedens nemini, illud sæpe delibret, atque concinnet, hoc verò suo cortice amictum diuendat. Nos enim non longe à Ticino, in pratis versus diui Lanfranci Templum, in nostris, ac ijsdem qua itur Pontesturia,

Serapiōis ac Auicenne error.

sturia, ad Sanctam Mariam Cretensem, vberrimos defodimus, vt ita dicam hermodactylos, eius medio fissu-
ram habentes, qua flos croci modo erumpebat, nullis adhuc apparentibus folijs, exitu videlicet Autumni, quæ
tamen alio tempore, Februario nimirum, & primo statim Vere, bulbo similia, pinguiora tamen annotauimus:
radices erant castaneæ forma, corticis eiusdem æmulæ, at maioris crassitici, excorticatæ candidæ, mollesq́; spe-
ctabantur, lacteo succo madentes, tractu autem tẽporis, fructu contumaces effectæ sunt. hinc Serapionis, atq;
Auic. dissidium auferri potest: hinc quàm grauiter, & iniquo animo ferendum sit, vt venenum ipsum, medica
minis loco substituant, qui manibus pro lucerna vtuntur, hermodactylum Pauli, ac album Mes. idem statuen-
tes cum Fuchsi. 1. de composi. med. cap. 94. flagitiosissimum crimen secernant: quod & si palam exitiale non
videatur, quod hac in regione minusquam colcho enatum, pernitiosum sit, minori etiã pondere haustum, quàm
ad strangulandum hominem sufficiat, non potest tamen non grauia & periculosa parere incommoda, eaq́; iam
multis innotescere cœperunt, quibus pulueres pro ischiade cum hermodactylis sæpe repetitæ, pruritum, vt mi-
ris se scalperent modis, internorumq́ue rosionem adduxere, vt posthac omnes commonefaciendi sint, nullum am
plius audacissimo cuique, atque sceleratissimo locum relinqui, qui à veneno hoc abstinendum non videat. cu-
Matthiol⁹ sibi repugnat. ius sceleris crimen, & si nobiscum sentiens, cumulatè expresserit Matthiolus, qua vtetur excusatione, quo præ
sidio, quum in cura morbi gallici pituitosi, syrupum ex hermodactylis, alibi etiam pilulas cõponat. prægestiens
Amathi lapsus. enim animus, cum aliqua spe delectationis expectat, scire cupit, quid velit, vel potius quid nolit. sunt & qui
ridicula nimis altercatione, tanquam fortissimo vallo se muniant, hunc in modum. quòd Mes. hermodactyli
communes propriè sint, quorum alter ad cholicum, alter ad ephemerum Dioscoridis sint referendi. attamen
quum siccæ in vsum medicum veniant, non virides, quo tunc nimia, & flatuosa humiditate iugulant, ad pur-
gandam pituitam salutares reddi, idq́ue fœlici quotidianæ experientiæ successu. quum potius contra sit, non
modo quia excrementicia humiditate redundent, sed quoniam cum dulcore, ac inhærente amarore guttur fur-
tim vellicant, humorumq́ue aceruum aggerunt, & suffocant, lac propterea illi est alexiterium, secus in humidi
tatem adderet: nec siccis viridium vires contabescunt, verum exsucto humore, acredo, amarorq́ue obruta elu-
cescunt. Quin probis his viris medicamenta desunt phlegmagoga, commodioris sanè vsus, quare negligentia
longi temporis decepti, ad æquitatem sine rubore reuocentur, rectaq; in opinione cõfirmentur, & si Amathus
sibi ipsi aspirans, nulla ratione, vel authoritate nixus, id esse hermodactylum Pauli, cõsulto seorsum, & per di-
stincta capita descriptum, hac ratione asserat, quoniam noscens ephemerum, quibus in locis hermodactyli co-
gnomento erat, non adeo venenosum, verum ad vsus medicos conducibile, ideo de eo tanquã veneno, alios imi-
tatus caput præfixisse, postea separatim, non secus ac de re noua, & nõ admodum venenosa verba fecisse: res à
doctis auribus prorsus abhorrenda, de qua eodem capite potius disseruisset Paulus, nec sicco pede illam tene-
bris inuoluisset. præterea quis vnquam crediderit, Paulum eò dementiæ deuenisse, vt hac nominum varietate,
hac pernitiosa metamorphosi, medicis imponere sibi persuaserit, vt Colchici nomine in hermodactylum muta-
to, propria voce abolita, deleteriam plantam hoc æquiuoco ad vsus medicos alliceret, & de vno non secus, ac
venenoso, mox sex tantum intercedentibus capitibus de altero, vt potè rei medicæ deseruienti memoriæ prodi-
derit. siquidem quum lib. 5. in malignarum stirpium catalogo enumerasset, quid postea inter salutifera reme-
dia annectere opus fuerat, quasi in nominibus, non in plantis, medica vigeret facultas, quum præsertim nõ mo
do Colchicos edoceat Dioscorides, verum quoque vniuersas nationes, ne imprudenter colchicum deuorent,
eius tracti dulcore. hinc etiam conijcere possumus, non tantum apud colchos, sed vbique noxiam, & venena-
tam esse. Serapion autem eo in capite plurimum collabitur, quum Paulo tribuat, quæ Dioscoridi debentur, &
quæ Paulo accepta referre debet, Galeno. qui verò tam illoto sermone vtuntur, vt quo pacto colocynthis, scam
monium, & alia quædam mortifera esse traduntur, nihilominus præparata ad vsus medicos valent, ita in her-
modactylis esse posse. longe falluntur opinione, quũ hermodactyli non sint, proinde eorum facultatibus destitu-
ti, colchicum enim sunt. quidam hermodactylos putant palmã christi vocatam, vt capite de satyrio tactum est.
Quare vel huiusmodi radix, vel eius loco succi baccarum spini ceruini addensati tantundem: quippe quòd ean
dem vacuationem præstet, & dolores sopiat, quibusdam verò glandis vnguentariæ medulla, quæ & nux my-
repsica, ad eadem opera accommodari poterit. nos tamen eius loco, & ricini semen, & agaricum, maiori ægro
Iris syluatica. rum commodo, quandoque substituimus. Iris autem syluatica, alterum videlicet ephemerum, vulgo nostro li-
ri matto, in pratis, ac syluis, abunde proueniens, Dioscoridis imaginẽ prorsus reddit, nec ideo Fuchsii opinioni
Fuch. opinio reiecta. acquiescendum, lilium conuallium populis mugetto, idem statuente, quandoquidem folijs est quasi planta gina
ceis, lilio latioribus, & si tenuioribus, nec adeo fibratis, gracili cauliculo, non lilij modo, sed staminis instar,
floribus multis, elegantis candoris, suauiter olentibus, ad summum vsque, discisis aliquantulum labris, vitreæ
Liliũ conuallium. cucurbitulæ effigie, exili radice, & capillata, non digitalis crassitudinis. præterea insignem florum fragran-
tiam, cuius causa in amatorios fasciculos digeritur, vix vnquam silentio inuoluisset Dioscorides. deterius la-
Hemerocallis. buntur hemerocallim existimantes, flore aureo, lilij facie, in aruis pratis, vallibus, monticulisq́; vberẽ, plebi no
stræ liriazo, radice magna, ac bulbosa. qui aũt chymistarũ martagon, pro hemerocalli accipiũt, illudq́; pro aspho
Martagon delo fœmina, non minus decipiuntur. nempe radice & si bulbosa, crocea tamẽ, folijs vulgatæ saponariæ instar,
stellatim circũuallatis, caule, et floribus est liliaceis, speciosis, ac odoratis, retrorsum purpurascentibus notis cõ
maculatis, in diamoschu [illegible]erij, vbi Auic. legit ben albi, & rubri, hermodactyli cãdidi, & punicei visitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Diaturpetum cum rhababaro, aliàs Diarob cum turbit, & rhabarbaro.

RECipe turpeti electi, rhabar. optimi an. vnc. i. zingiberis vnc. med. ſpicæ, drac. med. cinnamomi, caryophyll. ann. drach. ii. galangæ, piperis longi, macis, an. drach. i. diacrydij, drach. iij. ſacchari albi, ſucco cotoneorum diſſoluti vnc. xvi. effinge morſulos, drachmarum trium, aut ſex, cuius eſt doſis.

Pituitoſos potisſimum humores expurgat, flatus disſipat, & calefacit, poteſt abſque rhabarbaro componi, eritq; Diaturpetum ſine rhabarbaro, quidam cum Fuchſio diacrydii, vnc med alii drach. iii. & med quidã drach. med. legunt, & ſpicæ non recordantur. alii quoque ab hac formula cum Deſſennio euariant. Eſt & Diaturpetum Mes. cap. de Turpeto, ex Turpeti partibus decem, zingiberis partibus quinque, ſacchari partibus viginti. addendo interdum maſtiches partes tres.

Diaturpetum cum rhabarbaro, & hermodactylis.

RECipe ſantalorum alb. & rubrorum, violarum, zingiberis, an. drach i. & med. aniſi, cinnamo. croci, maſtiches, an. drac. med. turpeti, hermodactylorum, an. vnc. i. rhabarbari electi drach. x. diacrydij, vnc. med. ſacchari albi, libr. ii.

Arthritidi calorem inuehenti, biliofis effluxibus, phlegmati aditum præbentibus ſalutare.

Crocum reliquit Braſauolus, Præpoſitus maſtiches, vnc. i. legit, & ſcammonium prætermittit. Eſt & antidotus purgans è rheobarbaro Myrepſi 471. longiori quidem ſerie efficaciter contextus, vt alius penè deſcriptus. Fuchſius 2. de compoſi. med. legit rhabarbari vnc. x. facili excuſſoris vitio.

Diaſena.

RECipe ſenæ, vnc. iii. auellanarum toſtarum, nu. l. cinnamomi, vnc. i. ſerici toſti, galangæ, piperis nigri, & longi, ſpicæ nardi, ocymi, folij, caryoph. cardamomi, croci, zingiberis, zedoariæ, florum roſmarini, an. drach. ii. lap. armeni loti, drach. i. lap. azuli loti, drach. iii. ſacchari, libr. med. mellis deſpumati libr. ii.

Succurrit melancholicis, mania vexatis, & quartana, triſticiaque affectis, lienoſis, & omnibus malis ex atra bile procreatis.

Pro folio, & caryophyllis, Cordus. ac Fuchſi. legunt foliorum caryophyllorum, Præpoſitus zingiber, ac zedoariam omiſit. Myrepſus pondera immutat, quædam etiam addit, quin etiam boli armeni, loco lapidis habet, & quamuis latinos codices differre fateatur Fuchſius, nihil ſtatuit. nobis armenus lapis maxime arridet, multo magis variat in antidoto è ſena ad Elephanticos, quum 2. de compoſi. med. Fuchſi. illam ſectatur numero 465. legitque auellanarum ſing. vnc. i. & fœniculi ſing. drach. i. & med. in Myrepſi autem drach. i. & drach. ij. & med. mira conſuetudine euarians.

AVellana nux; Græcis Pontica, vt Latinis Præneſtina, ex Dioſco. lib. 1. cap. 161. vt etiã λεπτοκαρυα, atque edomila, ex Galeno 2. de aliment. facultat. cap. 28. notiſſima eſt. Sylueſtrium verò quædam rotundo nucleo, molli intecta barba, & calyce ſummatim fimbriato, citius matureſcens, alia oblongo, tardius, guſtui gratior, fructu deperdito, racematum quidam vermis prægrandis magnitudine, ſingulari pediculo, pingue emergit, quod nonnulli lutum appellant: nos iulum, Typographi lapſu reſtituimus idque ex eodem capite ſubſequenti. Nux auellana iulum callo compactili, eius putamen in partes diuiſum vbi opus eſt, vt cuminum torrefit, agreſtia coryleta in ſepibus, ſecus publicas vias, vbique apud nos eriguntur.

Electarium delectabile, aliàs alharif, ſaporis iucundi, Æſtate faciendum.

RECipe myrobalanorum citrearum, cepularum indarum, partes æquas, tere, cribra, oleum amygdalarum dulcium ſuperfunde quantum ſufficit, in ſola, triduò, frica ſæpe manibus, oleum nouum ſuffice, quantum abſumitur, iterum eadem triduò continenter tere, in aqua fontana, in qua ſacchari partem decimam diſſolueris, affuſa identidem pauca aqua, hoc fac donec myrobalanorũ ſapor amarus auferatur, poſt ſicca in vmbra: deinde accipe relictæ huius [illegible] drach. xv. tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

peti,drach.vi.anisi, mastiches,ann.drach.ii.spicæ nardi,seminis apij, ann.drach.i.
& med.violarum siccarum,drach.vii. sacchari albi,& candi, ann. drach. x. excipe
melle despumato. Dantur drach.iii.cum aqua calida.

Purgat ventriculum,hepar,& corpus reliquum: vsu corpus viuidum,& iuuenile reddit, & seruat.

Electarium alterum delectabile.

RECipe myrobalanorum,cepularum nigrarum,citrearum,ann.partes duę,em-
pellicarum,bellericarum,ann.partem i.& med.tere,cribra,vt nuper dixi,præ
para: de hac massa accipe drach.xiiij.turpeti,drach.vii.zingiberis,cardamomi,ma
stiches,cinnamomi, ligni aloes, caryophyllorum, piperis, cubebarum, galangæ,
macis,seminis apij,ann.drach.i.& med. spicæ nardi, scrup. ii. nucleorum pini de-
pellitorum,sacchari albi,& candi,ann.vnc.i.& med.excipe melle despumato.
Datur drachmis tribus cum aqua calida.

Earundem est virium,præterea ventriculum roborat,& cæteras partes nutritorias frigidas,appetentiam ex-
citat,coctionem iuuat,propter hæc colorem corporis,& odorem cõmendat. Præpositus ponderibus discrepat.

Electarium Indum maius.

RECipe cinnamomi, caryoph. spicæ nardi, rof. cas aromaticæ, macis, cyperi,
ann.vnc.med.santalorum citrearum,drach. ii. & med. ligni aloes, nucis mo-
schatæ,ann.drach.ii.turpeti,drach. l. sacchari, penidiarum, ann.vnc. xx. galangæ,
cardamomi vtriusque,asari,masticheś,an.drach.i.& med.diacrydii,vnc.i. & med.
omnia cum oleo amygdalino fricentur, post succi cotoneorum, granatorum, &
apii,ac fœniculi,ann.libr.med. coque cum melle ad spissitudinem idoneam.

Datur ad drach.quatuor,& med.quidam penidiarum singul. drach. xx. legunt, & mellis despumati,libr.
quatuor,vnc.quatuor. masticheś non reminiscitur Brasauolus. Cordus legit turbit, drach.i. forte excusoris
vitio l in i grauißimo errore transposito,vt cum Brasauolo,Fuchsio, ac Præposito, penidiarũ an.drach. xx.
Syluius vnc.at minore mellis copia vnciæ legi possunt. Is quoq; per casiam, subductoriam intelligit,quia ele-
ctarium est purgatorium,leniente aliquo indigens,id quòd Fuchsio nobisque non arridet,quum Indum minus,
atque alia plura,etiam valentius soluentia,absque leniente composita sint. præterea quid vnc.med. huius ca-
siæ,inter tot aromata proficeret, aut quomodo manibus fricaretur,tametsi maximo vitio ascribi non poßit.

Electarium Indum minus.

RECipe turpeti,sacchari,ann.drach.centum,macis,piperis,zingiberis,caryo-
phyllorum,cinnamomi,cardamomi,nucis moschatæ,ann.drach.vii.scammo
nii,vnc.i. & med. alii puluere seruant, cum iure sorbendum præbent : delicatum
enim est, & si id neget Brasauolus : alii melle despumato excipiunt. Datur ad
drach. quatuor & med.

Eadem promittit,estque efficacius,vsu frequentius,& simpliciter prolatum, id potius accipiendum. Cor-
dus longo admodum interuallo,legit sacchari,turpeti,ann.drach. vi. Est & electarium Indum ex Auicenna
5.can.Fen 14.d.3.ab hoc parum euarians,vt aliud non multo post, longe dißimile.

Electarium è psyllio.

REecipe succi buglossi vtriusque,intybi,apii,coquendo despumatorum,ann.
libr.ii.succi fumariæ,vnc.iii. his adiice vigintiquatuor horis cuscutæ, anisi,
folliculorum senæ,ann.vnc.med adianthi m̃. i. asari vnc.med. spicæ nardi, drach.
ii.semel feruefiant, præterea adde violarum recentium, vel passarum, vnc.iii. epi-
thymi,vnc.ii.& semel quoque feruefiant,cola,& exprime,colato,psyllii, vnc. iii.
macera,horis vigintiquatuor, in singulis tudicula agitando, post exprime totam
mucaginem,in cuius libr. quatuor,coque igne lento sacchari,libr.ii. & med.scam

monii, vnc. iii. & med. coctis his omnibus, adde pul. trochis. diarhodon, de antispodio, de rhabarbaro, añ. vnc. i. trochis. oxyacanthæ, vnc. med. simul in lebete cum prædictis subacta, in vasculo repone. addunt aliqui aceti, libr. i. & med. alii violarum, vnc. i. hamec hoc electarium de trochiscis appellat. Datur à drach. iii. ad iiii. & med.

Est cholagogum, ob id febribus solutu contumacibus, acutis, & ardentibus, & cephalalgiæ, ac vertigini, à bilis vapore nascenti, & ictero, & intemperiei calidæ hepatis confert.

Cordus legit asari, drach. ij. tantũ, & loco trochiscorũ de rhabar. temerè rhabarbarũ imponit, & si non graui errore, trochis. de antispodio omisit. Syluius, ac Præpositus asari, vnc. iiij. magno sanè excessu, à Brasauolo animaduerso, at ipse quoq;, violarum, drach. iij. accipit, vbi vnc. legendæ sunt. Fuchsius in Myrepso, legit scammonij, vnc. iij. duntaxat, & sacchari, libr. iij. anisum ẽt prætermittit, psyllium coquit, quanquam à Mes. suffuratus sit illi anteriore quum pillulas ascribat Ioanni Damasceno, Fuchs. tamen 2. de composi. med. scammonij drach. iij. legendo distinguit, vt quæ sit eius varietatis ratio, facilè cuincatur.

Electarium Hamec primum alijs confectio.

Recipe myrobalanorum citrearum, vnc. iiii. cepularum, & nigrarum, rhabar. añ. vnc. ii. agarici colocynthidos, polypodii, añ. vnc. ii. drach. ii. absinthii, thymi, senæ, añ. vnc. i. violarum, drach. xv. epithymi, vnc. ii. anisi, ros. fœniculi, ann. drach. vi. succi fumariæ, libr. i. pruna sexaginta, vuarum passarum mundatarum, vnc. vi. macera dies quinque sero lactis caprino sufficienti, in vase vitreo, stricti oris, & obturati, semel deinde feruefiant, manibus fricentur, & colentur colato adde floris cas. vnc. iiii. tamarindorum, vnc. v. mannæ, vnc. ii. eodem sero expressis, & cretis frica manibus, cola, percoque ad mellis crassitiem, cum sacchari, libr. i. & med. scammonii, vnc. i & med. postremo adde myrobalanorum citrearum, cepularum, indarum, an. vnc. med. bellericarum, empellicarum, rhabarbari, seminis fumariæ, ann. drach. iii. anisi, spicæ nardi, ann. drach. ii. Datur à drach. ii. ad tres.

Purgat bilem vtranque, & pituitã salsam, ob id affectibus inde natis, impetigini, psoræ, lepræ, cancro exedenti, & similibus mire confert.

Brasauolus diminutè legit myrobal. citrearum, drach. iiij. in initio. Præpositus fœniculum prætermisit, legitq; violarum, drach. xv. seri lactis caprini, libr. v. vel sex, sufficere creduntur. Dessennio viginti, nimio excessu, à die sexto exprimendum infusum, cum sacchari sesquilibra, non selibra vt ex Fuchs. percoquendum, percocto particulatim addenda casia, tamarindi, manna, prædicto expresso crudo dissolutis & colatis, nec iniuria, ne tria hæc nimia coctione vim suam deperdant. hoc in vsu est ad gallicam luem potissimum, subsequens autem non paratur.

Serum lactis, idest aquea eius substantia, qualis transluit eo conglaciato, ideo aqua lactis nuncupata, innoxium prorsus medicamentum, macerandarum rerum materies. præfertur ex lacte caprarũ nigrarũ, bonis pabulis victitantium recensq; fœtarũ. Secundum in bonitate ouillum. Syluius tamen bouinũ vertit, at quũ ex Aetio ouillũ ineptum sit ad serũ detrahendum, nec ab re, ob eius crassitiẽ, & si lac quodcunq; serũ contineat implicitum, quòd vbi discessit à lacte, multo potentissimum ad purgationes redditur, ex Dioscor. quum liquidissimum lac serum, crassissimum caseum habeat plurimum, ac liquidius lac magis, crassius autem minus Matthioli *ventrẽ subducat, vt ex Gal. 3. de alim. facul. cap. 15. ideo Matthiolum, & vetustos quosdam Mes. interpretes,* labes. *ouillum perperam vertisse putauerim calefacit, ac siccat, gradu primo, vsq; ad secundũ ex Mes. Gal. tamen 4. simpl. cap. 17. excrementum lactis seorsum, frigidum, & humidum statuit, nec immerito: quod & si aliqua caliditas sero inesse dicenda sit, qua exterget, & soluit, aqueæ partis copia maior, frigiditatem superare facili etiam experimento iudicat: quod si serum ex oxymelle parandum est, vt ex Galeno 4. de vict. rat. in acutis,* Serum ex *commento 7. atque Aetio, sermone secundo Tetrab. primo cap. 96. lac in ollam fusum coquatur igne conci-* oxymelle *tatiore, ac assidue, & æqualiter moueatur: vbi efferbuerit à motu cessetur, & vbi adhuc amplius efferbuerit, aqua frigida in promptu sit, in profundiore quodam vasculo sita, in quam olla in qua lac coquitur, immittatur, statim enim sedatur, sedato autem feruore, rursus coquitur, & vbi efferuescit, oxymelle, aut aqua mulsa, bis, aut ter irroratur, quo facto, caseus statim à sero disparatur, serum itaque mox per panniculum* Lac schi- *excoletur: idem propè quod lac scissile, & si ramo ficulneo moueatur ex Dioscoride id nil aliud censeri ex* ston. *Amatho, quàm lac ipsum simplex, per se acescens, scribit Matthiolus. verum tam facili defensione, quis non Lusitanum tuebitur? quis turpissimam Matthioli obscenitatem in hunc virum, qui nunquã illi male præcatus,*

est & si hic nescio qua vlteriori audacia fretus, impudicis verbis illum adoriatur. Quandoquidem Amathus in hunc modum dictat. lac scisile, acetosum lac est, quod hodierni Græci, ac Thurcæ, in maximo habent vsu, nec vltra. quem igitur imprudentem, quem somnolentum, adeo graui labescere negligentia, tam graui iniuria, tanta leuitate, insolentius, vehementiusq; insultans, falso accusat, quum non acescens, at acetosum, idest ex aceto mulso paratum, in thurcarum gratiam, intellexisse dici potuerit: at se hac alligat maleuolentia, hoc plusquam vatiniano in Amathum odio, vt non illi sat sit reprehensum, conuictum, fractumque pellere, nisi hoc etiam maleficio criminis falsitatem, adiungat. Cæterum postquam coagulo vulgari, diuersum est rei medicæ competens coagulum, non ignorandum ex Arist. 3. de animalibus, cap. 21. lactis substantiam id esse, quippe quod in eorum ventriculis quæ adhuc lactent, contineatur. habent coagulum omnia ruminantia, & inter dentata vtrinque lepus quo vetustius, eo præstantius. tale profluuio alui mederi præcipuè potest, atque etiam quod leporis, sed laudatissimum hinuli.

Amathi pugna in Mathiolũ

Coagulũ.

Electarium Hamec secundum.

Recipe myrobalanorum cepularum, nigrarum, epithymi, an̄.drach.l. fumariæ, absinthij, an̄.drach.xx. thymi calaminthes, polypodij, agarici, glycyrrhizæ, buglossi, an̄.drach.x. stœchados, chamædryos, chamæpithyos, spinæ albæ, anisi, an̄. drach.v. pruna,, zezipha, myxa, an̄. lxx. vuarum passarum mundarum, lib.i. coque in aqua sufficienti ad partem tertiam, in qua igne lento, ad mellis crassitiem percoque, sapæ, lib. ij. mellis lib. i. scammonij, vnc. ij. Datur à drach.iij. ad vi.

Purgat melancholiam, & vstos humores alios, ob id confert maniæ, melancholiæ, vertigini, obliuioni, & vitiis cutis, qualia sunt psora, idest scabies, lepra, alphi, idest morphea, cancer, elephantia, impetigo.

Chamæpitys: siue aiuga, vel abiga, siue ibiga, & iba ex b mutatione, vulgo iua arthetica, ex Diosco. lib. 3. cap. 150. triplex est, omnes odorem pini redolent, ex Marcello piceæ, à quo chamæpitys nomen deductum credunt nonnulli, quasi parua picea, vel parua pinus, quibusdam cupressina: quæ tamen in off. quibusdam chamæpitys creditur, herbula in terra repens, folijs quidem respondet, vliginem tamen procul dubio resipit, pinum nequaquam, capitulata est, vix amarescit, minusque densa. at legitima sæpe à nobis collecta, Maio mense à Montisferacis collibus, vberrima ad nos asportatur, vulgo iua muscata quòd muscum suboleat. In alpibus Crepacorianis eadem frequentissima se se obtulit, dum illhac cum Bochieto pharmacopola, rei herbariæ expertissimo, data opera spatiaremur, eiusque non à mosco cognomen, sed ab vligine, quam sapere videtur adeptum, quanquam & piceam referat indicassem, simul etiam Matthioli celebritatem admirati, quòd apertissima nota elucescat, quum muscatam iuam Polium esse contendit off. nostris familiarissimũ, quum tamen nulla reclamante nota, id polio legitime respondeat, quod aiugæ loco nonnulli vsurpauere, nec maximo errore, comam, cum floribus, ac semine, accipimus.

Matthiol° accusatur.

Spina alba Latinè, acantha leuce Græcè, bedeguar Arabicè, idem sunt ex Serapione, eaque ex Dioscoride lib. 3. cap 12. nascitur in montibus, & syluosis, folia fert albi chamæleontis angustiora, candidiora, aliquantulum hispida, & aculeata, caulem supra bina cubita altum, pollicari, aut ampliori crassitudine, albicantem, intus cauum, in cacumine capitulo spinoso, echini marini æmulo, sed minore, & oblongo, floribus purpureis, in quibus semen ceu cnicum, sed rotundius, hæc quæ nam sit, adhuc inexploratum videtur, quum vnam, vel alteram echinatam plantam, pro ea indiscriminatim accipiant seplasiæ, nec minus contendant medici, quæ nam sit in aculeatarum genere: quidam enim carduum benedictum, idest secundum cnici syluestris speciem, alij carlinam, idest album chamæleontem, vel alteram caulem proferentem, vocant nigrum chamæleontem, quas alij sexu distinguunt, marem alterum, alterum fœminam appellantes, folijs enim nullotenus penè differunt, at niger caule est dodrantem paulo altiore, non vacuo, floribus autem nullo pacto hyacinthum æmulatur, Matthiole, propterea nec in omnibus Dioscoridis historiæ respondent libro 3. capite 8. & 9. quumque viderint alij vtriusque carlinæ radices, citra noxam raphani modo in acetarijs mandi, id quidem aiunt Galeni sententiæ refragari, 8. simpl. vbi chamæleontis nigri radicem lethale quiddam obtinere, eamque ob causam in extrinsecis tantum venire medicamentis asseruit, quin etiam Paulus, ac Aetius, à chamæleontis nigri potu, morsus ventris, linguæ tumorem, conuulsionem, vocis interceptionem, aliaq; timorosa sequi dictarunt: his propterea respondet Matthiolus, in Latinis suis commentarijs, regionum diuersitate prouenire posse, in Italia videlicet mortiferum non esse, secus fortasse in Ponto, Græcia, ac confinibus locis, quod si in altero duorum aliqua vis deleteria insit, eam potius in albo, quàm in nigro esse posse, præsertim quum nigro nullam lethalem vim assignauerit Dioscorides, præterea lib. 6. commento capitis de ixia, non ita facilè credit nigro potius, quàm albo venenum inesse, quod albo tantum ixiam, hoc est mortiferum illud venenum, innasci scribatur ex Dioscoride, & si in nigro quoque reperiri, Cretensis cuiusdam herbarij verbis fidem adhibeat. quis non demirabitur politam faciem? eius ambiges profectò quis poterit reprehendere? quis non vociferabit? ad crimen

Carlina. Chamæleon

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ad crimen, accusationemq; redibit, quis hanc causam libere, atq; honeste poterit defendere? nisi cohibeatur à me certa ratio, moderatioq; doctrinæ, dum hetruscam seriem deserit, nec se alias aliter sensisse fatetur, non se verba dedisse, non vendidisse, at arbitratu suo, suo imperio, quicquid voluerit, quicquid noluerit, vel lege, vel ambitione, vel ordine, vel simulatione effinxerit. Nempe & si ixia, viscum videlicet deleterium, ex vtriusq; chamæleontis radice, apud Cretenses hodie apparari scribatur ad pennas sagitis agglutinandas, non earum radicum vsum interdicere dici posset, modo si quæ hæserit agglutinata lacryma amoueatur. quinimo Theophrastus ad interaneorum animalia lata, cum passa acetabili mensura, albi radicem ex vino propinat. nigri autem vsum ad externa corporis vitia duntaxat cõmendare videtur. (& si isti, idest chamæleonis nigri, legatur apud Aetium, Tetrab. 3. serm. 4. cap. 47.) si has per vernilaginum genera intellexit 9. de hist. plant. cap. 13. quem secutus Diosco. etiam hydropicis commodissime dari, ac serpentum venenis resistere dictauit, id quod quum firmiter credas Matthiole, vernilago autem aculeato, folio non constet 6. de hist. plant. cap. 4. quibus nam cõmunitus argumentis carlinas aculeigeras ad Diosco. chamæleones relegabis, quòd si vt ex Anguillario aculeatis sint folijs Dioscoridæi, propterea à Theophrasticis diuersi, quanquam nigri chamæleonis picturam ex Diosco. depromat Apulis Cardarellam, alijs Cardoncello, vt in Illyricis maritimis, alibiq; copiosam, & si folijs scolymo similem, vt in medio spinosos flores palam explanauit Diosco. æque spinosa folia proferre debuisse obijcere possemus, non secus atq; asperiora, acutioraq; dictauit; quumq; in remediorum ratione Theophrastum in vernilagine vtraq; sequatur. Quis subscribet? nam reuera niger à Io. Burgundo herbario nobis familiari allatus, atq; dextrorsum montis Vintebij obuius aculeata vmbella, oblongis creberrimisq; siliquis semine intus cnici instar, flosculis prius purpureis, longiusculis tenuibus, hyacinthum æmulantibus apparuit: scitote propterea in albo Fuchsium à Matthiolo illudi, quum crassæ radici statim capitulum apponat: nos autem in eius summo ternas, quaternas, pluresue radiculas annotauerimus, dodrantalis longitudinis, digitalis verò crassitudinis, in quibus capitula ad solum inuicem iuncta, è quibus flores, ac subinde semẽ in his verò folia pinxit Fuchsius, vnde caulis non radicis speciẽ præseferre videntur, quòd si folia amoueantur & radiculæ à Matthiolo nõ expressæ, crassæ addantur cũ suis capitulis in sumitate, nihil in Fuchsii pictura desiderabitur. Quòd si cũ vtrisq; Marantam falli ex Anguillario deducemus spinam Ixinam Theophrasti & carduum pineam propriè albũ chamæleonẽ fatebimur, male, beneue à Gaza versum relinquentes. Deniq; vt grauiori peccato, leuis saltẽ animaduersio constituatur, hoc iam nec leuiter ferendum est, neq; negligenter defendendum: quũ ex Diosco. à quo omnino contrarium excerpitur, Ixiam gummi illud, venenatum albi chamæleonis radici innasci, tam supine scriptis cõmittere ausus sit. Nempe lib. 3. chamæleonem album, Ixiam ideo aliquibus vocari inquit, quod quibusdã in locis, viscum circa radicẽ eius inueniatur, quo pro mastiche vtuntur mulieres: aliquid .n. seorsum videtur à chamæleone, idq; ex Theoph. 9. de hist. plant. 1. ab ixina surrreptum: quin & Diosco. met lib. 6. chamæleontis succum in ixiam offert, quod si nigri intellexisse contendet, Galenum, Paulum, ac Aetium, illudet, venenosum illud asserentes & quo externe potissimum vtitur Diosco. cũ Theophr. si album, diuersitas hinc, atq; illhinc facillimè colligitur, ni suæ met lacrymæ, plantam aduersari conijciat. propterea venia dignus non est, quum omnem sibi veniam ademerit. Cæterum alij alias, atq, alias cardui species, pro spina alba ostẽtant, quorum nullus est, qui cum Monachis Mes. censoribus impingens, non aberret à ianua. Fuchsius eius vnũ genus putat, carduũ illum Beatæ Mariæ, Italis herba del latte, quem alij leucacanthum Diosco. putant, vel quoniam crebræ maculæ superiori foliorum parte aspersæ, decidui lactis notas præseferant: vel quia ad lac procreandum maxime conducat, cuius gratia in hortis apud nos vbiq; conseritur, alibi circa oppidorum fossas, rudera, pinguiaq; loca adolescens, affatimq; luxurians, folijs amplis, candicantibus maculis, quasi lacteis interlitis, caule bicubitali, & proceriori, adnatis pluribus. Matthiolus non spernendis sanè rationibus, eius derogat opinioni, quod hæc folijs albi chamæleonis triplo, quadruploue grandioribus, in campestri planitie, vt in Hetruria passim frequens nascatur, non autem in montibus, ac syluis, vbi spina alba Dioscoridis testimonio prouenit, quam rem apertissime conuincant, nullibi non natæ, in eminentioribus valis Ananiæ montibus, Dioscorideæ albæ spinæ imaginem prorsus referentes. hæc igitur Matthioli probatio, perfecta, cumulataque prudentia: cuius laudis fructum illi tam libenter impertio, vt quod verbis consequi non possum, saltem existimem, dum huius nomini inscripta videtis conuenticula. Quandoquidem & si carduus Sanctæ Mariæ, Hortensis etiam nunc planta, in campestribus quibusdam sponte exuberet, non ideo eundem inficias, alibi in montibus, & syluosis propagari, quanquam ex Dioscoride spina alba frequentius exoriatur, non ob id in æditis montibus gigni haudquaquam posse herbam lactis asseuerandum, vt neque in planitie. siquidem in montibus Crepacorianis, dum vnà cum Ill. Petro Hercule Vulieto, altissimi Ducis nostri à calculis magistro, atq; Reuerendo Andrea Sabaudo Canonico Cathedrali, magno equitũ, ac peditum numero comitati, propè diuini ingenij, & librorum omniũ anagnosten, Abatem Alardetum, nũc merito Losanæ Episcopum, è sæuissima ægritudine curaturi, isthuc concessissemus, non infrequentes contemplati sumus Diuæ Mariæ carduos, vix folijs chamæleonis albi æqualibus loci fortassis sterilitate, quod in planis, hortisque, terræ vbertate facilius expandantur: vt si hæc sola foliorum latitudinis, lociq; natiui differentia, obstare duntaxat videretur. quoad huiusmodi quæstionẽ confusus, ad rei defensionẽ implicitus, perditi hominis fide vsus, iam iam cõuinceretur Matthiolus, verũ in viridario nostro omnibus his insignitã notis, à Matthiolo pictis, habemus spinam albã ab Alexandrinis herbarijs allatam, Diuæ Mariæ

Ixia

Matthioli opinio explosa.

Monachi hallucinãt

Matthioli opinio nõ accepta.

2 carduo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Sylibum.

Crocodilium.

carduo dissimilem, vt hinc diuersa esse facillimè conijcere potuerint, seplasiarij omnes Vercellenses. verum quum nc hispida quidem, at leuis admodum sit, hinc melius forte sylibum refert. præterea eam non esse plantā spinis rigētem, cuius flore ad lactis coagulum, multis in Hetruria locis pastores, & villicæ, in casei confectione vtuntur, vulgo prisura, facilè colligi potest. Cæterum Matthiolus, qui ex Amathi calamitate solatia vndique reportat, in illum progreditur, quod chameleontem album is quoq; censuerit, lactarium carduum, Diuæ Mariæ nomine decoratum, qui tamē caule est satis procero, radice non aliquatenus aromatica, nec sues enecante, quum etiam suarium vocetur, quod eo sues saginent; chameleon autem is, caulem non promit, nec alijs indicijs propius respondet. ad hæc & si Amatho omnis resistendi facultas adempta sit, satis hoc tantum illi facere videtur, quod carduum hunc chameleonem putatum, suarium vocat, quia eius radix sues interficiat, ac si lactarium carduum quem proculdubio intelligit, intelligere non videatur. vt vbique illi obijciendum, exprobrandum, crimini dandum, quod nihil clarum, nihil illustre, nihil certum depromat, at quum cauliculosam carlinam crocodilium existimat, chamæleontis enim figuram habet. eius autem sententiam pluribus cum rationibus, tum experimentis prorsus explodere tentat Matthiolus, quum præsertim crocodiliū radice sit longa, leui, aliquantulum lata, odore vt nasturcium acuto. at carlina caulem proferens, radice sit crassa, nigricante, pressa, interdum corrosa, quæ & si commanducata mordeat quidem, non ideo nasturcij odorem consequitur, non sanguinem è naribus trahit, crocodilio ascriptam ex Dioscor. id quidem loci ratione euenire credit Amathus. cui & concors Anguillarius Dioscoridæi textus in semine superfluum resecat, nec aduertit Senensis. Est & crocodilias magna Aetij, iuxta aquas nascens Tetrab. serm. & cap. 3. primum aūt ex Gal. 2. de cōp. med. secundū loc. cap. 2. Deniq; quum nostris in partibus infrequens adhuc visatur. legitima spina alba, eius vicem à quo edi scetis. Nos symphito altero explebimus, vel vt cap. de spina Aegyptia. an verò idem sit spina alba, quod leucachanta, idest alba spina, quas sanè differre prodiderunt Hermolaus, ac Leonicenus, Diosco. Galenus, ac Paulus, separatis capitibus de his pertractantes earum diuersitatem facilè ostendunt.

Matthioli mens non quadrat.

Matthiolus vacillat.

Zezipha: off. iuiubæ, Diosco. intacta, ex Gal. 2. de alim. cap. 32. serica quibusdam credita, forte ob rufum colorem, quamuis non desint etiam summa sui maturitate viridia, rariora tamen, & quæ gustu solo ab acerbis internosci queunt. Fructus hi apud nos copiosissimi serotini sunt, nullo discrimine in thoracicis medicinis à recentibus in vsu positi, quanquā sua lenticie tardiuscule collabentia, in crassa materie nullo pacto commendanda videantur, ideo in pectoris affectibus frigiditate obortis amouenda ex Matthiolo, at eius leniente vi, ac dulcore crassum excrementum habilius reddentia, calefacientibus præsertim admixta, nullo languentium incommodo nobis videntur. præterea quum zezipha, serica absolute ex Gal. vocari hetrusce loquens contexuisset, latinè hæsitat, non iniuria, & à serie excidit, hoc modo. si tamen serica esse Gal. asserere liceat, de his autem capite prædicto inquit: ne hæc quidem ausim affirmare, quicquam ad sanitatis tutelam, aut morborum profligationē pertinere, mulierum .n. atq; infantium effrenatorum est edulium, quod exigui est alimenti, & concoctu difficilis, & præterquam quod stomachum non iuuat, paucum ēt alimentū corpori exhibet. Eligenda sunt recentia, maiora, probè matura .i. quum rugosa fieri incipiunt, dulcioraq; euadunt: exhausta, et cariosa, non succulenta, abijcienda. Xinzipha potius vocari creduntur à Gal. 2. de alim. cap. 38. sunt qui Athenei siue Agatoclis paliurum existiment, de quo lib. 14. cap. 20. nec multū ab eius serie distat, si & στρογγύλον .i. cum rotunditate longum, interpretentur, siq; Vere ac Autumno fructus æderet, si sicci in farinā redigi possent, atq; in placentas nullo admixto liquore, quūq; eadē zinzipha Athenei locu ēt existimat Anguillarius, nisi in tam insignem amicum nugari subdubitarem, mihi non satis quadrare pollicerer, quum præter alia Athenei contradictionem remouendo scribat. huic loto folium exiguum, viride, rhamno simile, sed longius, latiusque, quum tamen his dimensionibus, procul absint à rhamno zeziphorum folia, nec minimo sunt nucleo vinum etiam ex his parabile non est &c.

Electarium Episcopi, aliàs Elescof.

Recipe scammonii, turpeti albi, añ. drach. vi. caryophyll. cinna. zingiberis, nucis moschatæ, empellicarum, polypodii, añ. drac. ii. & med. sacchari, libr. med. excipe mellis spumati vnc. vi. eo sacchar0 dissolutis, nunc in placentas effingitur.

Excrementa, flatusque corpore toto educit, ob id dolorem colicum, hypocundriorum, iuncturarum leuat, renes, & vesicam purgat, venerem excitat.

Brasauolus in tractatu suffuf, diminutè legit scammonij, turbit, an. drach. ij. at in electariorum examine, an. drach. vi. piper, & cardamomum addit. Auicenna variatis aliquatenus ponderibus, cæterum eadem est compositio, lib 5. d. 3. Fen 13. Est & antidotus Podagrica experimento cognita Doarij Episcopi, ex Aetio, Tetrab. 3. serm. 4. cap. 48.

Electarium ros.

Recipe succi rosarum rubrarum perfectarum, libr. iiii. sacchari, libr. i. & med.

mannæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

mannæ puræ, & recentis, libr. med. scammonij, vnc. i. & med. coque flamma lenta ad mellis crassitudinem, adde tunc trochis. antispodii, vnc. i. trochis. oxyacanthæ, vnc. med. galliæ moschatæ, croci, ann. drach. ij. repone vase vitreo. Datur ad drach. v.

Saccharum rosarum succo prius dissolue, refrigerato scammonium pulueratum adde, coque vt dictum, mox mannam eodem succo solutam, & cætera successiue inijce.

Est cholagogum clemens, ob id salubre biliosis affectibus, arthritidi, calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero.

Est & electarium Diarhodon ex Traliano duplex, inusitatum, ideo prætermissum.

Electarium ex succo rosarum.

RECipe sacchari albissimi, & succi ros. rubrarum, añ. libr. i. vnc. iiij. ad mellis crassitiem coque, adde antispodii, drach. iij. diacrydij, vnc. i. & med. trium santalorum, añ. drach. vi. caphuræ, scrup. i. & fiat vel molle, vel in solidas tessellas, sunt qui addant rhabar. vnc. iij. Fuchsio, vnc. iij. turpeti vnc. i.

Expellit flauam bilem citra molestiam, arthritidi calidæ, febribusque tertianis confert.

Idem in Proposito legitur, at antidotus è zulapio ros. purgatoria, quibusdam saccharum ros. laxatiuum ex Myrepso, sic fit. numero 152.

RECipe ros. rubrarum, sacchari, añ. libr. i. coque in zulapium, immisce trium santalorum, antispodii, singul. drach. iij. diacrydii, drach. x. turpeti, vnc. ii. caphuræ, drach. iii. & med.

Prodest tertianæ etiam duplici, febribus continuis, biliosis, & calidis temperamentis iecinoris, admodum vtilis existit.

Est & alia, atque alia antidotus, præscripto non multum absimilis, pondere excepto.

Electarium Bryoniæ, Arabibus alphescera.

RECipe radicis bryoniæ purgatæ, & tritæ, libr. med. vuarum passarum, mellis, añ. libr. iiij. scillæ assatæ, pineorum depellitorum, ann. vnc. i. & med. nucis moschatæ, cardamomi, macis, zingiberis, an. drach. ii. caryophyllorum, piperis longi, stœchados, an. drach. i. & med. seseleos salis gemmæ, galliæ moschatæ, an. drach. i. spicæ drach. med. agarici, drach. iii. Datur post sex menses à drach. ii. ad vnc. med. Præpositus loco passarum, & mellis, legit melllis passulati vnc. iiii.

Cerebrum, & neruos purgat excrementis, ob id epilepsiæ, paralysi, vertigini, & aliis cerebri, & neruorum frigidis affectibus medetur.

BRyonia, & ampello leuie Græcè, vitis alba Latinè, fescera Arabice, vulgo nostro zuccha saluatica, ex Diosco. lib. 4. cap. 163. vt capite subsequēti vitis nigra, vulgo tanaro, aliquibus bryonia nigra, ad eosdē vsus, sed inefficacior alba, quæ quidē frequentior quū sit, ideo magis expetitur, in sepibus, senticetis, scobium margine caudicibus obuoluta ita in sublime attollitur, vt vniuersos tegat, arbores scandat, & sepes tanquā stragula vestis exornet, vt nulla sit propè vrbem fossa, in qua nō exuberet, tota æstate florescit, fructu tunc viridi, per maturitatē rufescente: si radix in vmbra, & sine ictu reseruetur, anno perdurat, alioqui putrescit, & inanis fungosaq; redditur. Est & vitis syluestris Diosco. lib. 4. cap. 162. in vinetis, sepibus propè vrbem nostram, præsertim qua itur ad D. Augustinum, frequentissima: sequaci, aspero, lignoso, ac rimoso caulicularum reptatu, proximis quibuslibet, plantis se inuoluens, folijs tamen solanū longitudine, ac latitudine vix ibidem superantibus, albo, odorato, ac muscoso flore, seminibus, & si oblongis exiguis tamen vuis non dissimilibus rubentibus Octobri præsertim in orbē cōgestis è quo capillamenta, quæ quidē quū nostratibus cunctis obuia sit, et rusticanis nostris vi arba mas dicatur: mirū sanè videtur, quas interim nectat captiunculas Matthiolus, quid cautius cōponat, scribat, faciat, legat, ni Cœlum terræ misceat, vt ieiuna ne dicam falsa apud Italos commentaria, Latina nescio qua innocentia, cōmenticijs ex Oribasio dictionibus ostentet, ni hac pertinacia, ne scribam Vitis syluestris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

~~vanitate~~, planum facere audeat, quod negare non potest. quod si attenderitis diligenter, inuenietis id facinus innatum non sine peccati conscientia: at erroris velo, ac tutela, talia astructa fuisse, ne quis dubitet, vtrū malit meis testibus, an suis defensoribus credere, conuictus enim ita scribere cogitur. Hinc itaque moueor, vt hanc pro syluestri vite proferre non dubitem, donec alia nobis, aut aliјs comperta sit planta, quæ magis notis omnibus illi respondeat. Quandoquidem planta pro vite syluestri à ~~Matthiolo~~ habita, vrbanorum etiam viridariorum sepes, lupi salictariј more scandens implicans, ac vestiens, foliјs est hortensi solano minoribus, oblongis, in acutum tendentibus, gemino quasi foliolo, inferne quandoque bipartitis, cauliculis acribus, è viridi in rubrum inclinantibus, flosculis violaceis, apice intus croceo, ac oblongo, è quibus grana racemosa, rotunda, vt corallium rubescentia, at exiguis vuis longe maiora, & vi alba fœmina dicitur, estque altera clematis, quam tamen vltimis Latinis commentariјs addidisse, cap. de clematide videtur, ac si ambo clematides sint, alteram tantum pingente Diosco. vites agrestes etiam appellat Gal. 2. de alim. cap. 38. quas nullus vinitor procurat ipsas ablaqueans, aut circumfodiens &c. quin etiam per bryoniam absolute vitem nigram intelligit 6. simpl. & 1. de comp. med. local. cap. 4. vbi lacrymam vitis albæ simulque bryoniæ accipit.

Matthiol' à recto deuiat.

SAl gemma, gleba fossilis, crystalli figura, eodem modo scissilis, candidissimus valde, lucidus, & densus: in Germania inter salis fossitiј ingentes massas adeo splendens, vt veram crystallū referre videatur, octo librarum, plus, & minus inuenitur: notissimus est. post sal naphticum, virtute salgemmam ordinat, proximum fossilem, marino omnium imbecillo, maxime fortiorem Mes.

Electarium mezerei nostrum.

RE cipe foliorum mezerei præparatorum, partes decem, carnis cotoneorum in aceto coctorum, & sacchari, aā. partes octaginta, mannæ partes quadraginta, olei mezerei partes duodecim, saccharum, & manna, dissoluantur in sero lactis, cui infusus erit agaricus, partibus triginta, misce carnem cotoneorum, coque igne lento ad mellis crassitiem, puluis foliorum mezerei mixtus prædicto oleo, reliquis addatur. Datur ad vnc. med.

Hydragogum in hydrope efficacissimum.

Quidam non agarici partes triginta, at seri accipiendum contendunt, in quo agarici partes sex præmaceratæ fuerint, eoque expresso reliqua dissoluantur, quum autem ex agarici imbibitione serum decrescat, ideo tantam seri copiam accipiendam, quo expresso agarico, partes triginta remaneant, hasque ad dissolutionem sufficere, verum tametsi agarici partes triginta in sero sufficienti infunderentur, non esset aliquo ad hanc antidotum detrimento.

Electarium ex scebran.

RE cipe scebran electi, myrobalanorum, citrearum, aā. vnc. ij. trita, & creta, mergantur succo fœniculi, & insolentur dies quinque, affundendo sæpe succum nouum, siccatum repone vase vitreo. Datur à drach. i. ad duas, cum saccharo, & aqua calida.

Pituitam, atque humorem melancholicum, nec non aquas expurgat.

SCebran: off. esula, vt etiam tithymalorum omne genus indifferenter acceptum ex Serapione, idē est quod pityusa Dioscoridis, iјsdem mutuatis, lib. 4. cap. 147. ex Auic. herba est lactaria, & hortensis, hirsuta, foliјs tarcon, aliјs pyrethri æmulis, ex mente propria, subtilis, æqualisq; harundinis: præstat leuis, ad rubrū inclinans, tenui cortice, quasique coriaceo circumuestita, bifida harundine, crassa dura: Persica aūt, & filacea, pernitiosa, nec aliquo pacto administranda ex Mes. est herbarū lectariarū species, rusticorū purgatorium, huius una est magna, radicibus rotūdis, crassis, cortice denso, & graui, altera parua, radicibus exiguis, cortice tenui maior viscera vlcerat, ob id maleficia, parua est præstantior, præsertim cortice, & eo quidem tenuiore, leuiore, fractu facili, casiæ modo subrubente, senis nondum mensibus transactis collecto, nam recens quo mense legitur, mala est, vti & nigra, & orta loco aliquo propè thermas. Auicennæ itaque scebran, idem quod paruū Mes. & vtrunq; idē quod tithymalū Paralios Diosco. testatus est Brasauolus, vt magnum scebran Mes. idē cum mezeregi Auic. amboq; idē cū tithymalo plataphillos Diosco. diuersa inquā à Serapionis scebran idē quod pityusa, ut dictum est, ex quo radice cādet, vt ex Auic. & Mes. rubescit. Matthiolus cap. de pityusa, aliæ à Brasauolo opinionis tanquam imago vetustæ veritatis, & sybillini foliј exemplū, asserit: scebran, vel alscebran Mes. atq; Auicennæ, idem esse cum esula maiori officinarū, & Diosco. pityusa, cuius radices venditat magna impostura turpeti loco, herbariј ex Gargano prodeuntes, id quod quū sua ætate non ignorasset Actuarius,

Mezeregi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rius, album turpetum alypi radicem fecisse, nigrum verò pityusæ, nec id obstare, quamuis radicis albæ sit ex Dioscoride, quoniam quod interius vniuersum est, album quidem intelligit, non autem eius extimam cuticulam, quæ recens rufa, nigrorem siccando contrahit. porrò ex Serapione liquido colligi, qui capite de scebran, vniuersum Dioscoridis caput de pityusa, in suum reposuit, vt planè Brasauolum aberrasse conspicuè liquescat, quod maius scebran vltimam tithymali speciem plataphyllos latifoliam dictam censuerit. Quid igitur tuto inter hæc litigia, per scebran accipietis aromatopolæ? hoccine ducti argumento? experimini in vtranque partem ingenium quid posit istorum? qui clauum tanti imperij tenere, qui gubernacula artis medicæ tractare in maximo cursu, ac fluctibus, potuisse illam è diuturnis tenebris eripuisse, arbitrati sunt. siquidem non modo tempestatem impendentem intuebitur Brasauolus, sed ne lucem quidem insolitam aspicere poterit Matthiolus, & si commento capitis tithymali, hunc in modum dictet. quum in Arabum monumentis non legatur, alscebran minus in maritimis nasci, quin nec ramis subrubentibus, palmum altis, quinis, senisúe, à radice exeuntibus, nec semine eruo simili, capitibus, concluso, folijs lini, &c. quæ quidem Paralio ex Dioscoride tribuuntur, ideo nullo pacto Brasauoli sententiæ astipulantur, præterea quod scebran maius Mes. & mezeregi Auicennæ, idem sint quod plataphillos Dioscoridis quum ex his neuter folia edat verbasco similia, nec tusa, & aquæ inspersa, pisces enecent: quin Auicenna, scebran simlia effecerit: propterea augurari Brasauolum contendit: quod si res hæc legitime decidenda sit, dicendum: horum scebran minus, esse esulam minorem officinarum, & tithymalum cyparissiam Dioscoridis, quæ in totum nascentem piceam æmulatur, vnde hominimiam elicuit, maius autem scebran, siue mezeregi, pytiusam esse tithymalo cyparissiæ æmulam, magnitudine sola dissimilem. attentissimis igitur animis, curiosis oculis, summa cum benignitate audite, prospicite vtri istorum fides adhibenda sit, non enim superuacaneum est breuibus excribrare, quo tithymalo vti debeatis seplasiarij, pro scebran, siue esula in antidotis absolute deducta. Nempe veracia Matthioli argumenta, non rara in Brasauolum mendacia inferunt, non adeo veritatis limina attingunt, quin etiam in mendacij foro versentur. Quandoquidem si Mes. ac Auicennæ scebran, est maior esula officinarum, & radix pityusæ, nigrumque Actuarij turpetum, vel inepte satis, vel diuersæ à Dioscoride opinionis, nigrum appellauit, si interioris substantiæ colorem videlicet considerat Actuarius, quum pityusæ extima superficies, quæ siccata nigrescit, medicos captus pertranseat, & nigri turpeti cognomentum impropriè assequatur. Denique non Dioscoridis scripta sectarentur Arabes in pityusa, quorum descriptio, duum scilicet prædictorum minime quadrat, non obstante coloris varietate: vt qua ratione Brasauolum reprehendat non habeat, quamuis Serapionis scebran, sit Dioscoridis pityusa. quid enim ex hoc docto viro eliciendum, forte ne ideo aliorum Mauritanorum scebran pityusam quoque esse, quis nempe tam rudis, tam ignarus, tam expers consilij, aut ingenij, qui non videat legendo, non cognoscat quærendo, millies, & eo amplius, Arabes inter se dissidere? vt cap. de turpeto, alibique discussum est? Cæterum & si Auicenna, ac Mes. in maritimis nasci scebran suum non tradiderint, vt nec reliqua, tithymalo paralios ex Dioscoride ascripta, neque folijs piceam æmulari scriptis mandarunt, vt si non hoc, neque illud ex Matthiolo probari posit. an verò maius scebran Mes. & Auicennæ mezeregi, sit tithymalum plataphillos vt Brasauolus, vel pityusa vt Matthiolus, & si verbasco simile non effecerint, neque foliorum piceæ meminere, ex quibus si plataphyllos non est, nec ex his pityusa esse poterit. addo quũ Auic. cap. de mezeregi, id pisces stupefacere tradiderit, id quod plataphillo duntaxat ascribere videtur Diosco. Gal. tamen 8. simpl. de tithymalis ita scriptum reliquit. quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiendos, vti assolent, celerrime nanque ab illis in vertiginem aceti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem feruntur: vt si huiusmodi coniectura quippiam posit, ad vnam tithymalorum speciem accedere videatur, reliquum est quum Mes. scebran maius, propè mortiferum scribatur, id verò Dioscoridis pityusæ attribuatur nequaquam, id etiam obstat, id quoque diuersa esse facilè conuincit. quo fit vt his relictis congerronibus, tandem edocendi sint pharmacopolæ. quum septem sint tithymalorum genera, & si pauciora ex Theophrasto, 9. de historia plantarum, capite 12. lactarias enim vocat, hæc autem eiusdem quasi facultatis, inter quæ valentissimus est characias, Italis herba lazza, his tractibus, vt fœmina myrsinites nuncupata paucis recognita, quanquam ex ista vulgare turpetum concinnetur, vt dictum est: hos verò consequatur paralius, siue marinus, quem falsò herba mora hetruscis vocatum, olim se coniecisse annotauit Matthiolus Latinè loquens, & si radicibus ad enecandos pisces vti consueuerint in litore Adriatico, & Tirrheno alius helioscopius, quoniam comas cum sole circumagat, circa oppida, in ruderibus potissimum nascens, succedat proxime cyparissias, dendroides, plataphillos, scebran, aut esulæ loco, istorum quouis ad manum venien-te, vti nos posse, hoc memoria tenentes, validiora quæ sint, & quæ imbecilliora. tutius tamen cyparissia vbique accipienda, idem profectò cum esula minori officinarum, in sterilibus nostris transacto seruo frequentissima. vel turpetum ipsum, vt mezereon præparantur. Est & rotunda herbariorum esula & si id nomen Apios ascribant Apuli, in agris cultura destitutis, à nobis sæpe collecta ne latum quidam vnguem à peplio recedens, frutice albo humore referto, folijs paruis vt rutæ, latioribus tamen, coma dodrantali, rotunda, humi fusa, semine sub folijs paruo, & rotundo, vnica radice, messibus legenda, & continuo versa in vmbra siccanda, at per esulam, chamæpytim intelligit Myrepsus, non tithymalum, vt notat Fuchsius, in eius antidotarij sectione.

Brasauoli tutela in Mathiolũ

Peplion.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Electarium de eupatorio.

RECipe succi eupatorii, rhabarbari, añ. vnc. med. croci, drach. ij. seminis cuscutæ, schœnanthi, seminis anguriæ, cucumeris, portulacæ, succi absinthii, añ. drach. iij. scammonii p̄p. drach. ii. tere curiose.

Datur sesquidrachma cum lacte camelarum, aut sero lactis alcherigi, quod si calor adest, succo solani, aut intybi, aut volubilis reprime.

Valet ad icterum, & hydropem incipientem.

C*Amelus; animal quadrupes, cruribus prolixis, collo oblongo præditum, inter cæteras quadrupedes tuber habet in dorso, sed ita, vt Bactrianæ ab Arabicis differant, alteris enim bina, alteris singula tubera habentur. sunt etiam omnibus singula parte ima, quale in dorso tubera, quibus incumbat reliquum corpus, & firmiter, quoties in genua inclinantur &c. ex Arist. 2. de animal. cap. 2. magna cura solicitoque gressu incedit, natum ad magnos labores perferendos, ex Thurcarum regionibus isthac pertranseuntes, pluribus iam transactis annis conspeximus.*

Electarium volubilis, aliàs alchelengi, quibusdam Diaphysalidon.

RECipe succi volubilis, intybi, apii purgatorum, añ. libr. iiij. in quibus myrobalanorum citrearum, cepularum, añ. vnc. i. & med. empellicarum, drac. l. indarum, bellericarum, añ. vnc. i. agarici iridis, añ. drach. x. absinthii, cuscutæ, rad. apii, fœniculi, anisi, añ vnc. med. vuarum passarum mundatarum, drach. x. coque igne lento ad consumptionem succorum, frica probè manibus, cola, vni huius parte adde, tamarindorum maturorum, & medullæ casiæ, ann. vnc. viij. mannæ, vnc. iij. cola, & munda: alteri sucorum parti, adde penidiorum hordeatorum, libr. quatuor, misce omnia simul, bis ferueſiant: tunc adde olei sesamini recentis, vnc. xv. percoque ad mellis crassitiem, ab igne depositis, adde trochis. diarhodon, de absinthio, de rhabarbaro, ann. vnc. i. & med. iridis, vnc. i. agarici, foliorum mezerei nutritorum in aceto, ann. vnc. i. & med. scammonii, succi eupatorii, succi absinthii, croci, laccæ lotæ, myrobalanorum cepularum, citrearum, ann. drach. vi. bellericarum, empellicarum, indarum, ann. drach. iiij. & med. spicæ, anisi, ann. drach. ij. turpeti, libr. med. cum unciis tribus olei mezerei, omnia prius inuoluta prædictis misceantur. Datur à drachmis tribus, ad quatuor, cum aqua intybi.

Efficacissimum ad hydropem, & cachexiam, & affectus hepatis, lienis, iuncturarum, lubricitatem partium nutritoriarum, formæ corruptionem, hæmorrhoidas. Præpositus legit agarici, drach. xx. ante itidem

V*Olubiles, seu conuolułi, & quæ vicinis rebus se implicant, plures sunt species ex Dioscoride, vt smilax leuis, aspera, hortulana, & si alia sit smilax ex Theophrasto, 3. de histor. plant. cap. 16. arbor videlicet ilici similis, alia verò amplexicaulis, eodem libro cap. vltimo, eadem cum aspera Dioscoridis plebi hedera spinosa, vel stracia brache. Est & clematis duplex, cyclaminus altera, & aliæ non paucæ: quo fit vt per eum sciri nequeat, quid nam volubilis nomine in barbarorum antidotis injiciendum: hi igitur consulendi sunt. Serapion capite de leblel, quod volubilem interpretati sunt, more volubilis se ipsum inuoluit, & nescio quo pacto obtorquet, scribit enim. Leblel, idest volubilis minor, Dioscorid. sunt species, & vna earum dicitur cussus, & funis pauperum, & est maior, & agrestis, & est herba similis volubili minori, nisi quia est durior, & species eius sunt tres, &c. vbi postea vniuersum caput de hedera, deinde eiusdem de helxine transumpsit, atq; inter volubilis species enumerat, quarum sanè quæ pro volubili accipienda sit, non distinguitur. ex Auicenna nihil omnino discuti potest. Mesue plures etiam species proponit, hanc potius quam illam non eligit, propterea quum in quarta [illegible] lupulus vulgatissimus, de quo suo capite dictum, dotibus præstantissimis, atque tutissimis, ideo pro volubili, lupulum hic accipiendum censemus, & si eius prima species, quibusdam videatur helxine, cissampelos dicta, quæ eadem est cum orobancha Theophr. à*

Serapion implicit⁹.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

phr. à Dioscoridea diuersa. nec satis tute, quanquam secunda vbique frequens credatur, circa agrorum, & vinearum fossas, viticulis circumplexa, flore rudioris lilij figuram habente smilax, videlicet leuis campanella, siue veluria. hanc verò lygustrum esse, inerudite satis existimat Seruius Vergilij interpres, Ecloga secunda Bucolicorum, alijs tertia videtur Elatine quibusdam peryclimenus, potiusq; Clematis, vt à Mesue dicta, nihil constituti ex Dioscoride præseferant. præstat igitur tutiori tramite incedere, quàm ambigua, hocque forte minus vtilia cum discrimine sectari. Quandoquidem cissampelos nostris veluriella flosculis in cacumine visum penè effugientibus, pluribus ordinatim digestis, semine intus triangulo, lucidi nigroris non Matthiolicæ respondet, vt nec smilaci leui, qua cum pictura clarissime fallitur, quum fructum lupini modo non pariat, tam floribus, quàm ramis, per pruinam, tota omnino tabescat

Electarium leniens, aliàs lenitiuum.

RECipe passarum maiorum enucleatarum, vnc.ii. adianthi nigri, violarum, hordei, ann. m̄. i. zezipharum, myxorum, an̄. nume. xx. glycyrrhizæ, vnc. med. prunorum enucleatorum, tamarindorum, ann. drach. vi. senæ, polypodij, ann. vnc. ii. mercurialis, m̄. i. & med. decoquantur arte in sufficienti aqua, cola, & in colatura dissolue succi casiæ, pulpæ tamarindorum, & prunorum, sacchari optimi, sacchari viol. ann. libr. med. pulueris senæ, vnc. iii. drach. iii. & med. confice arte. Datur ad sesquiunciam, paulo ante cibum.

Quidam in singulis libris miscent, diacrydij scrup. ij. & completum vocant. Præpositus passarum drach. ij. & hordei, ann. m. med. legit, & saccharum violaceum prætermittit, alij aliter.

Intestinorum stipticitatem delet, facilè, & absque noxa emollit, & soluit, bilem vtranque, & pituitam, ideo in febribus, atque pleuritide confert.

Electarium ex stœchade, aliàs confectio.

RECipe specierum hieræ, s. Gal. drach. x. agarici, epithymi, ann. vnc. med. myrobalanorum cepularum, indarum, empellicarum, bellericarum, ann. drach. iij. stœchados, salis indi, ann. drach. ii. alijs stœchados ℥iij, oxymelle excipitur.

Vertigini potissimum, cephalalgiæ, & epilepsiæ succurrit.

Electarium ad omnem epilepsiæ speciem.

RECipe pyrethri, seseleos, stœchados, ann. drach. x. agarici, drach. v. cardamomi, lasseris, aristolochiæ rotun. asphodeli, glycyrrhizæ, seminis balsami, pæoniæ, ann. drach. ii. succi scillæ, & mellis partes æquas, coque omnia ad consistentiā.

Præparat, incidit, roborat, leuiter etiam aluum nonnunquam irritat.

Benedicta: alijs simplex, vel laxatiua.

RECipe turpeti, esulæ, sacchari, ann. drach. x. scammonij p̄p. hermodactylorū, rosarum. ann. drach. v. caryoph. spicę nardi, zingiberis, croci, saxifragæ, piperis longi, amomi, cardamomi minoris, seminis apij, galangæ, macis, cari, seminis fœniculi, seminis asparagi, rusci, & lithospermatis, salisgemmæ, polypodii, mastiches, ameos, lapidis iudaici, ann. drach. i. mellis despumati triplum, confice arte. Datur ab vnc. med. ad drach. vi.

Humores pituitosos potissimum ad articulos decumbentes elicit, à renibus quoque, & vesica purgat, in vteri affectibus fœliciter vsurpatur.

Variant Præpositi descriptiones codicum corruptela, vel contextu à librario parum perito deprauato, vt in quibusdam, ceu ex Cordo, esulæ, drach. v. duntaxat legantur, in alijs non legi debere cōtendant, & diacrydij, drach. ij. tantummodo postulet, lini quoque semen tanquam spurium reiecimus, & si illud inserat Brasauolus, eo propterea meliorem reddidimus compositionem, at post antidotum è cinnamomo laxatiuum, alia legitur Benedicta laxatiua, è qua vsitata penè subtracta videtur ex Myrepso, vt alia, atque alia simplex vocata, è quorum multiplici varietate, facilem comminationē habent, & ostendunt antidota, in dosi mirificè diuersa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Benedicta Myrepsi.

REcipe turpeti, unc. iii. rosſ. uiolarum, ann. unc. i. galangæ, maceris, maſtiches, lithoſpermi, thuris, cardamomi, empellicarum, ameos, ſing. drach. med. ſeminis aſparagi, & ruſci, ſing. unc. i. diacrydii, vnc. i. caryoph. ſpicæ, zingiberis, croci, ſaxifragæ, piperis longi, amomi macedonici, ſalisgemmæ, cinnamomi, ſing. drach. ii. polypodij, vnc. i. & med. ellebori nigri, vnc. i. ſeminis fœniculi, aſari, opopanacis, colocynthidos, ſing. vnc. i. ariſtolochiæ rot. tragacanthæ, ſing. vnc. ii. iridis, cumini, ſileris, ſing. vnc. i. anacardij, vnc. ii. mellis, vel ſacchari, quod ſatis eſt. Si vero eius plurimum facere volueris, ad vnam quamuis libram, adiice diacrydij, vnc. i. & med. turpeti repurgati, boni, vnc. quatuor, & confectam præbeto.

Quibuſdam elleborum, ideſt myrobalanus interpretatur, ex eodem Myrepſo. nobis verò elleborus magis quadrat, legunt etiam gentiapolim, quid autem ea voce intelligat, non nouit Fuchſius, forte gentianā intellexit.

Electarium Gratiadei.

REecipe ſucci rad. iridis, violarum, roſ. mercurialis, ſing. vnc. ii. ſucci rad. vel acinorum ebuli, pulpæ cotoneorum, prunorum, ſing. vnc. iii. polypodii, angelicæ ſ. vrticæ, lathyridis, & cucurbitæ, ſing. unc. med. pul gratiædei, pondus omnium, mell. libr. iiii. uel quinque. fiat ſolidum. Datur ad ſemiunciam.

Diuino munere propè deploratis diutinis affectibus ſaluberrimum, hydropi, aſthmati, ac potisſimum domandæ, podragæ, heterogeneos humores ſurſum ac deorſum nulla ferè noxa valentisſime expurgat, calidas propterea frigidasque noxas promiſcuè compeſcit, vbi præcipue vomitu opus eſt, plurimo experimento comprobatum, & antiquiorum nulli miranda vi poſtponendum.

Si primos Medicinæ proceres nobis imitandos proponimus, non incognita, nec ancipiti, nedum inacceſsi-
bili via progrediemur, ſed à fraudulentis venditoribus, à corruptiſsimis impoſtoribus, inſulſiſsimis huius æui
nebulonibus, maxime cauebimus: à longinquis aduecta, vel ſuppoſiticia, ſenioue corrupta, & quæ ad germa-
nas verasque notas reuocari non poſſunt, deſpiciemus: quum plus detrimenti quàm commodi ex horum vſu ac
cedere poſsit: propterea plurimis noſtræ tempeſtatis Medicis ſuccenſendum, quod in his, vt ex hara ad pabu-
lum, cateruatim accurrant, & præter propoſitum peregrinorum admiratione tracti, noſtratibus ſpretis, ma-
ximo pretio onuſti, medicamenta ab extremis Indis libentius petant, quam vulgaria nullo penè ſumptu, & va
lidiora quum nulli clymati propria deſint medicamina, nec noſtris regionibus minus benigna fuerit natura, no-
bisque nouerca, alijs verò mater; ſi Soli, Cœlique habita ratione, matura, vernacula, & recentia, quotannis
colligantur. interim tamen in eorum gratiam rubore ſuffundor: quum rem herbariam callere crediti qui
multas impleuere chartas, non nouo aliquo præſidio alijs fortunatiores, quot quot ſunt inter celebres habiti,
ideo vilipenduntur: vel quoniam ab alijs extorſere, vel dotibus neglectis, incognita monumentis commiſere,
illis profectò non diſsimiles, qui lapidem philoſophicum, tam graui impendio indagantes, eo tandem explora-
to, gaudent ſolum, nec pluris faciunt. hinc laudabilius nihil aſſequuntur, nihil maiori adiumēto conātur, quàm
huius tempeſtatis ſycophantarum communiumque medicorum exemplo, quum ad vulgatas, venalesque com-
poſitiones duntaxat confugiunt, nec tanquam numina veræ doctrinæ veſtigia figentes, ſolo ſimplici morbos
profligant, ac propellunt. Sed cum maxima miſerorum clade tranſuerſe acti, corrupta, tabida, imperfecta
collaudant: propterea ſtulta plebs huiuſmodi fallacijs irretita, temeritatis dementiæque ſuæ condignas quoti-
die dat pœnas, communium medicorum inertia, ignorantiæ colludente: quanquam plus gratiæ, ſolidæq; glo-
riæ illis comparari poſsit, quàm ex pertrito ſemite ſentibus, tribulisque inuio: ſi adulterinis relictis, millies
edocti, antiquæ pertinaciæ non hæreant, nec triobolares hos duces pharmacopæi pecuniæ helluones imitentur:
quod ſi talium lanionum petulantia verbis inflecti nequeat, funibus, compedibusque tandem retundatur.
Quandoquidem cum Plinio lib. 24. cap. 1. peregrina ſuppoſiticia deſpicimus: quum quiſque cœnet domeſtica,
exoticis etiam validiora, in re tamen vſque adeo periculoſa, inſaniunt Medci lucricupidi, dormiunt Leges, con
niuent Principes, ſilet Magiſtratus: quanquam ridiculo quodam modo, ex vſitatis curationibus, plures gra-
uioresque morbi ſæpe inducantur. Denique hoc illis eſt peculiare, quod vera monentibus detrahunt & inimi
ciſsimi ſunt, Tonſoris officio funguntur, & indiſcrete quemcunq; oblatum radunt, lauantque.

Flos caſiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Flos casiæ quomodo extrahendus.

RECIPE cannas, seu siliquas casiæ electæ, eas aperi, internam pulpam, siue medullam, cum laminis, & feminibus suis diligenter euacua, exempta proiice super inuersum, & angustum cribrum, setis equinis contextum: cribrum deinde pone super feruentis aquæ vaporem, & auerso cochlearis, auexo medullam casiæ hinc, & hinde ducito, vt per cribrum paulatim excernatur, & si quid excretum est, aut penetrauerit, confestim subinde auferto, ne plus vaporis quàm opus sit imbibat, idque tandiu facito, donec quantum voles collegeris. porrò quum necessitas exigit, semper recentes exprime casiæ flores, repositæ enim acescunt. si quis casiæ flores, siue medullam magis soluentem reddere volet, in bullientem aquam proiiciat folia persici, aut eorum flores, horum nanq; vapor & stillaticius liquor, aluum soluet, & ex aqua sublatus, casiæ immiscetur. Datur ab vncia media, ad sescunciam, vel drach. x. mane, vel ante cenam.

Incandescentem, torridamque bilem citra molestiam, vt etiam è ventriculo pituitam leniendo expurgat, febribus inde originem ducentibus prodest, hacque ratione sanguinem defæcat, omnem acrimoniam compescit, morsus proinde expers, trachæam arteriam, pectus, & earum apostemata demulcet, sitim sedat, præsertim ex succo intybi arte depurato propinata, denique renum calidam intemperiem mitigat cum glycyrrhizæ decocto, & vrinam prouocantibus sumpta, ob id calculum in his gigni prohibet, his qui ob teneram imperfectamq; ætatem, aut aliam quamuis occasionem deiicientia aluum medicaméta respuunt, audacter, atq; intrepide exhiberi potest.

Casia extracta pro clysteri, aliàs casia fistula.

RECIPE florum, & foliorum violarum, maluæ, mercurialis, betæ, helxinæ ann. m̃. i. decoque in sufficienti aqua, cuius beneficio casiam extrahe, & cannas eius interius laua, deinde accipe succi casiæ, cum hoc decocto extractæ, & ad consistentiam coctæ, libr. i. sacchari, libr. i. & med. coque absolutè, ex arte, omnes ferè loco sacchari, mel indunt, clysteribus præsertim, nec multum refert: alij addunt absinthii m̃. med. alijs prius incoquentes.

Est lenitiua ventris, acuitate carens, & omni excessu noxio, ideo delicatis exhibetur.

BETA: duum est generum ex Dioscoride lib. 2. cap. 115. nigra scilicet, & candida, in omnibus efficacior, meliore succi copia, pauciore quam nigra astringendi vi: hanc siculam quidam appellauere, ex Theophrasto 7. de hist. plant. cap. 4. quo quidem exemplo, extrita vna tantum litera, sicla quibusdam vocata est. reperitur etiam tertia viuacißimi coloris, rufescentibus folijs, ac radice tuberosa ad venereos vsus expetita. betam verò syluestrem inter aculeata numerat Theophrastus 6. de histor. plant. cap. 3. at Plinius lib. 20. cap. 8. hanc limonium vocat, non solum in pratis, verum quoq; in eorum, & vinearum margine, apud nos penè vbique, forte quia folijs est betaceis, & si tenuioribus, ac longioribus, vt etiam ex Dioscor. lib. 4. cap. 14. quibus notis quū rudioris betæ effigiem exprimere videatur, ideo eius, veriusquàm Galenicæ opinioni acquiescendum videtur. quod 2. de aliment. facult. cap. 43. agrestem betam nullam esse, nisi vtique lapathum nominare velit, scriptis mandauit, & Matthiolum graui authoritate eodem errore infecit. Est & blitum, fatuum, atque insipidum olus, betaceis folijs, ramulisque spicatis, cacuminibus in quibus semen, ad syluestre panicum accedens, radice multiplici, in obliquum tendente, spontaneum vbique, at in hortis, caule, folijsque viuacißimi ruboris, grato intuitu apud nos spectatur frequenter. Cæterum hetrusce loquens Matthiolus, Dioscoridis textum ita vertit. blitum estur olerum modo, nullius in medicina vsus, quod aluum tantummodo leniat, ideo nihil in Dioscoridem inijcit. Latine autem aluo vtile cum Ruellio interpretatur, quumq; ex Plinio lib. 20. cap. 22. vt ex Galeno 6. simpl. stomacho infestum scribatur. hinc Dioscoridem admirari cœpit, tanquam contraria astruentem, at quam magno implicetur flagitio Matthiolus, quicunque Serapionem percurrent, longe secus de Dioscoride sentient, quod aluo vtile leniendo scilicet asseruerit, nec aliter intelligat, nec intelligere posit, quū nullius in re medica vtilitatis protulerit, vel potius mendi suspicione non vacare contendendum. & Serapionis, ac vulgaris Matthiolicæ interpretationi insistendum. & si rem miram, rem præclaram se vbique facere me ditetur Matthiolus, si latina additamenta odiosis quæstionibus perdita, varijs dißidijs turbata, in se met querimoniam habeant, vt iracundiæ tormentum, atque cruciatum, propriæ pœnæ suplicio soluat, vt sua sponte exardescat contradicendo, eoq; maiore studio, quàm maledicta cōciliando, foliorum succo, & radice vtimur.

Sicla.

Limonũ.

Matthiol. cum Gal. aberrat.

Blitum.

Diosco. à Matthioli morsu protegitur.

Helxine:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

HElxine: idest muralis herba, Scribonio vrceolaris, officinis parietaria, quoniam parietes, & muros na talem sibi locum effecerit, vulgo vitreola, quod vitra expoliet, & eruderet, declaratur, Dioscoride lib. 4. cap. 74. diuersa inquam ab helxine cissampelos cognomento, quibusdam alsine, ab eodem picta. cap. 31. eiusdē libri. parietaria nonnullis ēt herba venti dicitur, & si Ruellius anemones ascribat, vt eo in capi te dictum est, pro qua anemonem syluestrem accipiendam statuit Fuchsius, in annotatione vnguenti Martiaton magni. Perdicium quoq; multis vocatur, ad quod se volutent perdices, terram suffodientes, at id habere crassas radices, & plures quam folia, notat Theophrastus 1. de hist. plant. cap. 11.

DE CLYSTERIBVS.

CLyster, vel clysterium, à Græco verbo κλύζειν, quod est abluere, quibusdam enæma vocatur, ab ἐνίημι quod illis inijcio significat. Enæma tamen ex Galeno 11. simpl. capite antepenultimo, glutinatoriū denotat, vt ēt quarto de articulis cap. 26. enæma appellat medicamenta, quæ cruentis vulneribus statim imponuntur: impropriè igitur enæmatis nomen clysteris loco translatum est, nec eo minus clysteris vox, ad tam varias iniectionum intestinalium species, affabre accommodari poterit: quum aliæ non modo leniant, sed etiā medicamenta purgantia exigant, quædam deobstruant, flatus dißipent, astringant, glutinent, tergeant, iuxta affectuum varietatem: soli autem lotorio quadrare merito poßit, propterea iudicio nostro, Græcis vocibus relictis, melius, atque iustius, iniectio intestinalis appellari deberet, ne tamen tam vsitatum nomen deserere videamur, quum res ipsa nihil ex hoc perpetiatur, à lotorio exordiemur.

Clystere lotorium, alijs lauatiuum.

REcip. pul. facchari vnc. i. lutea, quæ & vitelli ouorum ii. cū decocto hordei fiat.

Clystere commune.

REcipe casiæ extractæ pro clysteri, pul. facchari, sing. vnc. i. mellis rof. unc. i. & med. olei communis, unc. iii. falis, drach. i. misce cū libr. i. decocti, aut pro corporis constitutione, plus, minus'ue, quinq, herbarum cacatilium, uidelicet maluarum, matrum uiolarum, mercurialis, betæ, parietariæ, siue quatuor emollientium maluæ, altheæ, uiolæ, acanthi. Fit sæpe loco mellis rosacei, uiolaceo substituto, ut pro oleo communi, uiolaceo: hæc uerò significanda sunt.

Clystere carminatiuum.

REci hieræ cōpositæ, hieræ legadii, benedictæ, an. unc. med. casiæ extractæ pro clysteri pul. facchari, sing. unc. i. mellis rof. sol. unc. ii. electarii de baccis lauri, drac. ii. salis drach. i. & med. olei chamæmeli, unc. iij. cū decocto carmināte paret.

Colicis, iliacis, flatuosis, hypocundriacis, coxendice laborantibus salutare.

Varias iniectiones intestinales vide ex Myrepso, in Enæmatum tractatu.

DE GLANDIBVS.

GLans, siue βάλανος Græcis, Barbaris à subijciendo, aut supponendo, suppositorium: glandium figura conformatum medicamentum, quo aliquando vti cogimur, in his quorum aluus non purgatur, ideo oportet excerni spyrathos, idest aridius, & quasi in nucleos duratum stercus, vel ad educenda, quæ per clystere iniecta non reduntur: vel in quibus vires languent, ob id clysteris iniectionem non tolerant, sedi insita, vt altius impellantur, molliant, extrahant, erodant, & pruriendi vi, non modo cessantia solicitent excrementa, verum etiam mucosum humorem vehementius extrahant, flatus dißipent, dolores sedent, stupefaciāt, alijs ex sale, & melle, alijs ex sale solo, in infantibus præsertim, quibusdam vsu familiares, ex betæ radice, melle, oleoúe peruncta, parari consueuere, transuersim septem digitorum mensura.

Glans communis.

REcipe mellis cocti, & concreti, vnc. i. salis, drach. ii. confice. danda enim est opera, quum omnis ferè generis glandibus mel accedat, salque, & species, vt

vnciæ

vnciæ uni mellis prius addensati, addantur drach. i. specierum, & salis.

Glans acuta.

Recipe specierum hieræ s. Gal. drach. ii. salis gemmæ, drach. med. mellis vnc. med. acutior fiet ex speciebus hieræ compositæ, vel legadij.

Glans acutior.

Recipe ellebori albi, gr. ii. colocynthidos, gr. quatuor exulæ p̄p. salis vulgaris, ann. gr. vi. mellis compacti, vnc. i. fiet acutissima, si addatur euphorbium.

Glans carminatiua.

Recipe seminum anisi, cumini, fœniculi, ann. scrup. i. seminis cari, scup. ii. colocynthidos, scrup. i. salis, drach. i. tundantur singula, cribroque secernantur, & cum mellis concreti, vnc. i. & med. coeant, digeranturq; in glandes, quibus filum appendatur, si opus est.

Varia Glandium genera distinguit Nicolaus Myrepsus.

RADII PRIMI FINIS.

APOLLINIS
FRANCISCI ALEXANDRI
VERCELLENSIS
MEDICI,

Radius Secundus Pilulas distribuit.



ILVLAE: Græcis καταπότια, alijs coccia, quasi granula, à paruæ pilulæ figura, in his quæ aluum exonerant medicamentis, excogitatæ sunt ad fallendam medicamenti insuauitatem, simul quo iniucunditatis copia bona ex parte deuorantes lateat, simul ne stomachus adsciticijs grauetur humoribus, vernaculis interdum alioqui satis oneratus: vtque à remotioribus diuturna in ventriculo mora extrahant partibus, quæ quidem vbi exhausta longitudine temporis lapidescunt, exsucto peculiari humore, inutilia redduntur, idque facilè fit, quum pauca glutinosa accipiunt, ideo humorem effundunt, propterea melle ros. excipi possunt. Serapio ad sex menses durare inquit, Tract. 7. cap. 34.

Aromaticæ, siue Alephanginæ.

Recipe cinnamo. cucube, ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis moschatę, cardamomi, cary oph. assari, masticheſ, schœnanthi, spicæ, fructus balsami, ann. vnc. i. absinthij, sicci ros. ann. drach. v. terantur parum, coquantur in duplici vase, lento igne, in aquæ libr. xii. ad duarum partium consumptionem, deinde exprimantur fortiter, & colentur, in colaturæ libr. ii. dissolue aloes electæ, sæpius in vase vitreo lotæ cum aqua pluuia, & iterum siccatæ, libr. i. agitentur simul continue in Sole, postea addantur pulueres myrrhæ, mastiches, an. vnc. v. croci, drach. iii. prædicti decocti reliquum ipsis affundito, permixta ad Solem, vel in hypocausto siccentur, linrheo puro vase obtecto, aduersus incidentium muscarum, & sordium iniurias, postremo reponatur massa, & vsu vrgente fac pilulas ciceris magnitudine. Dantur à drach. ii. ad tres.

Ventriculum, cerebrum, & sensoria, humoribus crassis, putribus, pituitosis purgant, & inde natum dolorem dissipant, ventriculum roborant, & coctionem eius iuuant.

Hæ pilulæ vsu frequentissimæ, raro vt par est, conficiuntur, quidam enim ponderi, & numero aromatum detrahunt, augentque aloes pondus, & quidem illoti, quanquam à Mes. paratæ sint, potius ad aluũ, & cerebrum roborandum, quàm ad subducendum, propterea aloem toties lotam requirit, quibusdam tamen placuit succo brassicæ, aut infuso rhabarbari, expressoque lauare: verum prior modus, capite de aloe à nobis explicitus, ter aqua semper eiecta seruandus est. Lotio enim multa partes aloes subductorias tollit, vt vacuet quidem minus, roboret magis, & quo frequentior, aut accuratior fit, aut debiliter, aut planè nihil ventrem subducat, quia tenuiores partes cum aqua abeunt, fundamentum, & basis solutionis. præterea asaro excepto, aliud soluens medicamentum non accipiunt, sed confortantia omnia, nonnulli etiam impurissimam aloen admiscent, atque ipsius aloe sordes, alij his pilulis consulentes, dimidiam aromatum partem in aqua decoquunt, & aloen in colatura dissoluunt, alteram autem partem aromatum in minutissimum puluerem redactum, inter exsiccandum massæ admiscent, ne penitus à Mes. recedre videantur, qui aromata decoqui iubet, quum tamen tenuissimis constent virtutibus, & facilè inter coquendum resoluantur, vt eius decoctum vix sapiat aromata quæ incocta fuere, præsertim quum in Sole etiam flagrantissimo, atque in vas latissimum, quia sic facilius siccantur, quàm in arctum, vno etiam die libræ duæ huius decocti exsiccari possint, tenuiores tamen aromatum partes resoluuntur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

soluuntur, atque euanescunt: quod si masticbes ann. vnc. v. non drachmæ, vt perperam ex Fuchsio, ex Cordo, Præposito, ac Dessennio legantur: hac copia plus aquæ imbibent, valentiori ibidem relicta facultate, vt etiam lecta fructus balsami, ann. vnc. i. non drachma vna, vt ex Cordo, hic quoque cespitante. Myrepsus & si hasce pilulas describere videatur, aromaticas vocans, & Ioanni Damasceno accepta referens, ab eo tamen non parum euariat.

Orbiculi stomachici Actuarij.

RECipe nucis moschatæ, spicæ, croci, ligni aloes, galangæ, calami aromatici, amomi, cinnamomi, zingiberis, caryophyll. zedoariæ, cubebæ, maceris, ann. drach. i. & med. rhapontici, pondus par omnium specierum, aloes pondus omniũ æquale. ea trita cum vino albo subigantur, & in globulos digerantur.

Dolorem mitigant, viscera roborant, stomachum firmant, caluariam repurgant, & si defluxio ad oculos decubuit auxiliantur, dantur & hæmicranicis, qui mediæ caluariæ doloribus vrgentur, item vertiginosis, & quibus aures insonant, mirum in modum commendantur, omni tempore sumpti, antequam cibo indulgentes, septem globuli, & pransis, ac cœnatis quinque.

Quum alephanginis affines sint, & ad plura præstantiores, illos ideo hic inseruimus.

Pilulæ stomachicæ.

RECipe specierum hieræ f. Gal. drach. vii. myrobal. cepularum, citrearum, indarum, absinthij, scammonij, ann. drach. iij. agarici, salis Indi, ann. drach. ii. turpeti, drach. x. epithymi, anisi, ann. drach. ii. & med. penidiarum, drach. iij. cum succo intybi pilulas effinge. Dantur drach. ii. anisum prætermittit Præpositus.

Ventriculum, hepar, caput, sensoria, iuncturas purgant.

Stomachicæ secundæ.

RECipe specierum hieræ f. Gal. drach. x. trium myrobalanorum, absinthij, zingiberis, ann. drach. ii. caryoph. salisgemmæ, schœnanthi, ann. drach. i. turpeti drach. i. & med. cum succo absinthij confice. Da drach. ii. vel iij.

Cerebrum, & ventriculũ corruptis humoribus purgant, idem roborant, coctionem iuuant, appetentiã excitat.

Stomachicæ aliæ descriptæ his vel æquipollentes, vel segniores, ideo prætermittuntur. at quum ex nominis etbymo, promissio quam fronte gerunt, quæue subsequitur roboris additio, temperamento respondere deberet, indiscretè præscriptè quibusdam dijudicantur: quum ex pluribus stomacho aduersantibus conficiantur, vt quum sola qualitas alterationem tantum, non euacuationem desideret, hæ verò non solum simplices, sed etiã mixtas, in parietibus, atque eius anfractibus, venisque materies deorsum impellunt: attamen ex hoc omnem accusationem effugere videtur, quod quibus noxis opitulentur, cuiue conueniant, aut non, statim subiecerit. Sunt & stomachicæ Auicennæ 5. can. Tract. 9, vt etiam ex Myrepso, variæ ad stomachicos.

Aggregatiuæ Mes. alijs Polychrestæ.

RECipe myrobal. citrearum, rhabarbari, ann. vnc. med. succi eupatorij, succi absinthij, ann. drach. ii. scammonii præparati, drach. v. cepularum, indarum, agarici, colocynthidos, polipodii, ann. drach. ii. turpeti, aloes, ann. drach. vi. mastiches, rosf. salisgemmæ, epithymi, anisi, zingiberis, ann. drach. i. electarii ros. scilicet Mes. quantũ sufficit ad comprehensionem, fac pilulas crassiusculas. Da à drach. i. ad drach. i. & med.

Præpositus, ac Cordus, legunt scammonij præp. drach. vi. & si in castigatioribus Mes. codicibus, quinq; duntaxat legantur. succi absinthij, an. drach. iij. & aloes, an. drac. vij. legit Dessennius, vt etiã diacrydij drac. vij.

Aggregatiuæ appellantur, quod sint efficaces ad multos effectus capitis, ventriculi, hepatis, purgant enim ex his, & sensoriis, pituitam, & bilem vtranque, qua propter febribus antiquis, & complexis, inuicemque complicatis, commodant. hæque omnium pilularum quibus vtimur, maxime excellentes scribuntur, & quia tutiores, ac

subscriptis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

subscriptis efficaciores, per aggregatiuas absolutè scriptas, hæ semper accipiãtur. & si alii, alias magis cõmẽdẽt.

Aggregatiuæ maiores.

RECipe bdellii, myrobalanorum nigrarum, empellicarum, bellericarum, ann. vnc. med. turpeti, drach. xiii. seminis apii, fœniculi, anisi, cari, ameos, origani, ros. lepidii, rutæ agrestis, hermodactyli, salis indi, mastiches, ammoniaci, ann. drach. i. cinnamomi, cardamomi, acori, spicæ, croci, cas. aromaticæ, an. drach. med. sagapeni, penidiarum alb. ann. vnc. med. colocynthidos, drach. iii. aloes drach. xv. misce cum succo brassicæ, manibus tuis oleo iasmino inunctis. Præpositus legit turpeti, drach. xii.

Pituitam crassam, lentam, purgant, & inde natos affectus, colicum, arthriticum, ischiadem, podagram, ventris totius inflationem, præter hæc hæmorrhoidas sanat.

Aggregatiuæ minores.

RECipe myrobal. citrearum, nigrarum, empellicarum, an. drach. iii. mastiches, anisi, succi eupatorii, absinthii, ros. ann. drach. ii. rhabarbari drach. v. specierum hieræ s. Gal. vnc. i. & med. confice apii succo. Da drach. ii. cum aqua calida.

Pituitam, & bilem vtranque à ventriculo, & capite purgant, obstructiones hepatis liberant, ipsumque, ac stomachum roborant, febres antiquas, pruritum, vlcera maligna iuuant: rhabarbaro excepto, vix euariant ab aggregatiuis filii Hilgeben Auicennæ 5. can. Tract. 9.

Diarhodon.

RECipe trochis. diarhod. trochis. absintij, ann. drach. v. schœnanthi, mastiches ann. drach. ii. salis indi, drach. i. aloes optimæ, pondus omnium, comprhende aqua foliorum citrii, Da drach. ii.

Ventriculum firmant, coctionem iuuant, oris odorem commendant.

Ex eupatorio maiores.

RECipe myrobal. citrearum, succi eupatorii, succi absinthii, ann. drach. iii. rhabarbari, drach. iii. & med. mastiches, drach. i. croci drach. med. aloes drach. v. forma cum succo intybi, melius cohærent syrupo eupatorij exceptæ. minusque siccantur. Dantur drach. ii. cum sero lactis.

Obstructionem hepatis liberant, & icterum inde ortũ sanant, ac dolorem, & febres per circuitum repetentes.

Ex eupatorio minores.

RECipe myrobal. citrearum, rhabarbari, succi eupatorii, aloes, ann. partes æquales, comprehende succo apii, vel intybi, Da drach. ii.

Rhabarbaro excepto, eædem sunt cum pilulis ex eupatorio Auicennæ 5. can. Tract. 9.

Ex rhabarbaro primæ.

RECipe rhabarbari drach. iiii. succi glycyrrhizæ, succi absinhtii, mastiches, an. drach. i. myrobal. citrearum, trochis. diarhodon, ann. drach. iii. & med. seminis apii, fœniculi, ann. drach. med. specierum hieræ s. drach. x. excipe succo fœniculi. Da drach. ii. cum sero lactis.

Vacuant humores crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres antiquas, & ex aliis quoque humoribus sanant, & hepatis dolorem, ac hydropem incipientem.

Cordus male legit seminis apij, & fœniculi, ann. drach. iij. & med. Præpositus autem myrobal. citrearum drach. ij. & med. Sunt qui succo fœniculi melle ros. excocto, ad diuturniorem tutelam effingunt.

Ex rhabar.

Ex rhabarbaro secundæ, aliàs de rauedseni.

RECipe rhabarbari drach. vij. ammoniaci, sagapeni, bdellii, turpeti, myrobal citrearum, an. drach. x. laccæ, unc. i. opopanacis, mezerei, gummi, an. unc. med. spicæ, polii, aloes, an. drach. v. mastiches, drach. ii. dissolue lacrymas uino, & forma. Dantur drach. ii. cum sero lactis.

Valent ad hepatis, & lienis obstructionem, & hydropem.

Hæ secundæ efficaciores sunt primis, in hydrope præsertim, minus tamen roborant, ideo primæ magis in vsu positæ, hac voce distinguuntur à secundis.

Ex halicabo, off. de alchechengi.

RECipe absinthij, & succi eius, succi eupatorii, aloes, myrobal. citrearum, mastiches, croci, rhabarbari, laccæ ablutæ, anisi, asari, cas aromaticæ, seminis fumariæ, an. drach. ii. specierum hieræ .s. drach. iii. confice succo halicacabi. Da à drach. i. ad drach. i. & med. si autem tussis est cum febre, adde radicum glycyrrhizæ, pondus omnium.

Ad febres diuturnas, ex humoribns variis ortas, obstructionem hepatis soluunt, & inde ortum dolorem, & incipientem hydropem.

Philagrij.

RECipe trochis. diarhodon, trochis. de rhabarbaro, myrobal. citrearum, seminis cuscutæ, turpeti, an. vnc. med. succi eupatorii, spinæ albæ, an. drach. ij. absinthii, salis indi, an. drach. i. & med. agarici, aloes, an. vnc. i. confice, cum aqua fœniculi. Da drach. ii. ad febres antiquas.

Inde haly.

RECipe myrobal. nigrarũ, ellebori nigri, polypodii an. drach. v. epithymi, stœchados, an. drach. vi. agarici lapidis azuli loti, colocynthidos, salis indi, an. vnc. med. succi eupatorii, spicæ, an. drach. ii. caryophyll. drach. i. specierum hieræ .s. vnc. i. & med. fiat massa cum succo apii.

Dantur a drach. ij. ad tres cum sero lactis, salubria sunt experta, nobis ad sesquidrachmam vsque duntaxat, ab his indas maxime distinctas tradidit cum moscho Auicenna, 5. can. Cordus thymi drach. vi. nulla ratione, at propria authoritate addidit.

Ad effectus melancholicos, cancrum, elephantiam, alphos nigros, curatu difficiles, melancholiã morbum, & inde ortum timorem, & mœrorem, quartanam, icterum, splenicum, splenis dolorem.

Ex fumaria, off. de fumoterræ.

RECipe myrobal. citrearum, cepularum, indarum, scammonii, an. drach. v. aloes, drach. vii. tere omnia non exquisitissimè, succo fumariæ irrora, insola ad mediocrem siccationem, secundo, & tertio idem facito, siccatam massam postea asseruato, quoniam autem rimis fatiscunt, & facilè siccantur in lapideam duritiem, propterea melle expumato, cui succus fumariæ incoctus sit, & absumptus, excipiunt quidam.

Ad pruritum, ſcabiem, & aduerſus omnia cutis vitia, ab vſta materia valent, educunt humores bilioſos, acres, & ſalſos.

Ex lapide azuli.

Recipe lapidis azuli loti, drach. vi. epithymi, polypodii, agarici, añ. vnc. i. ſcammonii, ellebori nigri, ſalis indi, añ. drach. ii. & med. caryophyll. aniſi, an. vnc. med. ſpecierum hieræ, drach. xv. miſce cum ſucco intybi. Da drach. ii. cum ſero lactis, quidam azuli, drach. v. Præpoſitus, drach. iii. tantum legit.

Ad effectus melancholicos, & bile vſta natos, cancrum, quartanarios & lepram.

Ex lapide armeno.

Recipe lapidis armeni loti, & p̄p. ſpecierum hieræ .ſ. Gal. an. drach. v. epithymi, polipodii, an. vnc. i. ſcammonii, p̄p. drach. iii. caryophyll. drach. ii. ſalis indi, drach. i. & med. confice ſucco ſolani.

Melancholicum humorē, & bilē vſtam multiplicem vtranque, clementer vacuant, ob id morbis inde natis con
ferunt: ex Actuario ponderibus aliquantulū mutatis, nihil ferè euariant, nec polypodiū habent. rarius prædictis
vſurpantur, quia impotentius purgant, licet clementius. Præpoſitus legit polypodii, epithymi, an. vnc. med. dia-
crydii verò, drach. iii. & med. ſunt & purgatoria catapotia ex armeno lapide Myrepſi, ab his euariantia, vt ex Tra
liano, lib. xii. cap. vltimo ex hieræ, epithymi ſing. vnc. med. agarici, lapidis armeni ſingul. ſcrup. iiii. ſcammoniæ
vnc. i. caryophyll. gr. xx. cum mell. roſ.

Hermetis, ex trochiſcis colocynthidos prima.

Recipe trochiſcorum colocynthidos, unc. i. & med. ſpecierum hieræ, drac. vii. maſtiches, drach. ii. ſaliſgemmæ, drach. i. & med. ladani, unc. i. omnia præter ladanum, & maſtichem tere, & cribra: maſtiche uerò puluerètur cum pauco oleo nucum, quo ſpecies tritæ illinantur, deinde cum ladano miſceantur in mortario, piſtillo calido, fac pilulas craſſiuſculas. Da à drach. med. ad unam.

Ad cephaleam, & hæmicraniam difficilem, & affectus neruorum, & iuncturarum.

Ladanum: off. laudanum, ex Dioſcoride, lib. I. cap. I I O. maxime probatur odoratum, ſubuiride, faci-
lè moleſcens, pingue, quod arenas non collegit, nec ſqualore obſitum eſt, reſinoſum, quale in Cypro gi-
gnitur: Arabicum verò, Lybicumq́ue vilius fit. quum ciſthi frondes paſcuntur capræ, hirciq́ue, pingui-
tudinem conſpicuè barba carpunt, & ſuo lentore viloſis cruribus adhæreſcentem deportant, quam depecten-
tes incolæ, colanteſq́ue, cogunt in offas, & ita recondunt: alij verò attractis funiculis, inſidentem fruticibus
liquorem abſtergunt, conglomerantq́ue in ladanum. de eo extant carmina Rufie Epheſii apud Galenum, I. de
compo. medic. ſecundum loc. cap. I. in Cypro etiam plurimum naſci ſcribitur, 4. de compo. medic. per genera,
cap. 6. quod ad nos affertur, bene quidem olet, verum colore non eſt ſubuiridi, ſed nigro, durius'que debito, ideo
mangonum ſordibus adulteratum: aut Arabicum, Lybicumue eſſe, nulla diligentia collectum, dici poteſt.
Quandoquidem non deeſt Venetijs, atque alibi probatiſsimum, infrequens tamen, & charius, iccirco ſumptui
parcentes pharmacopolæ, vilius, ac deterius potius amplectuntur, vt in omnibus, prho nephas, tanto cum
probro præuaricare, tam impudenti audacia factitare non verentur, hac luctuoſa nimis parſimonia, non ſo-
lum fortunam, ſed & vitas diripientes, ac perdita crudelitate, humanum ſanguinē indies magis exorbentes.

Ex trochiſ. colocynthidos ſecundæ.

Recipe trochiſ. colocynthidos, drach. x. ſaliſgemmæ, drach. i. ladani, vnc. i. & med. olei roſ. quantum ſufficit.

Efficacia ad effectus cerebri, neruorum, & iuncturarum pituitoſos.

Ex colocynthida.

RECipe colocynthidos, drach.vi. myrobal. nigrarum, & citrearum, sagapeni, bdellii, sarcocollæ, an̄. drach.v. aloes, drach.vii. melanthii, cumini, origani, nasturcii albi, salisgemmæ, absinthii sicci, an̄. drach.i. infunde lacrymas succo porri, & cum cæteris effinge massam. Dantur à drachma vna, ad sesquidrachmam.

Ad effectus pituitosos, & melancholicos, vt alphos curatu difficiles, & iuncturarum dolores. Præpositus legit colocynthidos, drach.v. alii pro melanthio, mastichem.

SArcocolla: ex Dioscoride, lib.3. cap.81. lacryma est arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, rufa, gustu amara, adulteratur admixto gummi, quo cum affertur, cuius absente amarore adulterium deprehenditur, antiquioribus purgatoria non scribitur, foris enim ea tantum vsi sunt. Mes. tamen pituitam crudam purgare, & humores alios crassos, præcipuè à cerebro, neruis, & iuncturis, ischio, pulmonibus asseruit. præparatur hoc modo, dies quinque asinino lacte in dies mutato macerata, idem fit in aqua rosarum.

Ex sarcocolla.

RECipe sarcocollæ, drach. iii. turpeti, vnc. med. colocynthidos, zingiberis, an̄. drach. i. & med. salisgemmæ, drach. i. dissolue sarcocollam in aqua ros. hisque alia comprehende.

Pituitam vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant.

Fœtidæ maiores.

RECipe sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellii, colocynthidos, rutæ agrestis, aloes, epithymi, an̄. drach.v. hermodactylorum, esulæ, an̄. drach.ii. scammonii, drach. iii. cinnamomi, spicæ, croci, castorii, an. drach. i. turpeti, vnc.med. zingiberis, drach.i. & med. euphorbii, scrup.ii. dissolue lacrymas succo porri. Dabis drach. ii.

Vacuant pituitam crassam, crudam, ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori spinæ, & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiæ, albaras.

Fœtide vocantur, quod castoreum, rutam agrestem, & liquores graueolentes recipiant, drach i. validißimè soluunt, ad duas autem videntur excedere. per fœtidas absolutæ, hæ maiores, vtpotè magis correctæ intelligendæ.

Fœtidæ minores.

RECipe sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, myrrhæ, an. drach. v. turpeti drach.x. colocynthidos, drach.vi. fiat massa cū succo porri. Da drach.ij.

Hæc est dimidia dosis fœtidarum minorum Auic. 5. can. tract.9. vbi etiam fœtidas magnas, minores, & Alchindi, his non inferiores, iisdem penè complectitur. sunt & pilulæ fœtidæ ex Rhaze, his non segniores, variæ etiam à Mes. descriptæ, cap. de egritudinibus neruorum.

Idem pollent, & minores dicuntur, quia paucioribus constant simplicibus, tamen prioribus minus tutæ sunt, quod non æque castigatæ. Dari possunt à scrup. ij. ad drach. i.

Ex sagapeno primæ.

RECipe sagapeni, ammoniaci, bdellij, opopanacis, castorij, rutæ agrestis, an̄. drach.ii. colocynthidos, drach.iii. fac massam cum succo porri, aliis prassii, possunt & melle ros. excipi, ad diuturniorem tutelam.

Pituitam crassam, lentam purgant, ob id iuuant paralysim, spasmum, dolorem iuncturarum, dorsi, podagram frigidam. castoreum omisit Præpositus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex ſagapeno ſecundæ.

RECipe ſagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellii, an. drach. ii. & med. ſeminis apii, ameos, rutæ agreſtis, aniſi, an. drach. i. acori, lepidij, calaminthes, folii, centhaurii, polii, coſti, ſaliſgemmæ, an. drach. med. aloes, drach. vi. colocynthidos, drach. v. maſſam effinge, vt ſupra. Præpoſitus legit bdelli, an. drach. i. ſuas paucioribus componit Auicenna 5. can.

Ad iſchiadem, podagram, & reliquarum iuncturarum dolorem, ac etiam vteri menſeſque promouent, & magis in vſum veniunt.

Ex Euphorbio.

RECipe euphorbii, colocynthidos, agarici, bdellii, ſagapeni, an. drach. ii. aloes, drach. v. finge cum ſucco porri. Da à drach. med. ad drach. i.

Pituitam frigidam, crudam, ad neruos fluentem vacuant, ob id conferunt paralyſi, at niſi neceſsitate vrgente, atque in robuſtis admittendæ.

Præpoſitus legit ſagapeni, an. drach. iij. Auic. in deſcriptione poſt pilulas de opopanace, legit, an. drach. i. aloes, drach. ij. ex ſucco caulium. alias verò pilulas de euphorbio his caſtigatiores, ſcripſit Auic. hoc modo.

RECipe euphorbii, maſtiches, aniſi, an. vnc. med. ſcammonii, agari. an. drac. pulpæ colocynthidos, drach. iii. aloes, epithymi, an. drach. xx. ſucci abſinthii, drach. v. ſalis indi, drach. i. & med. piperis longi, drach. ii. ſpicæ, drach. x. ex ſucco caulium. Tralianus lib. x. in fomentis, à præſcripta non parum recedit.

Paralyſi, coxendici, ac podagræ, plurimum iuuant, dorſi doloré leuant, & flauã hydropicorũ aquã ſubducunt.

Ex Mezereo.

RECipe foliorum mezerei, aceto infuſorum, & ſiccatorum, drach v. myrobalanorum citrearum, vnc. med. cepularum drach. iij. forma cum manna, & tamarindis ſucco intybi diſſolutis. Dantur à drach. i. ad ſcrup. iiii. Eaſdem nec diſsimiles, tradit cap. de Mezereo.

Seroſum excrementum valenter purgant, & aquas, ob id hydropem iuuant: at qui omnis inſcitiæ, & calumniæ occaſionem refugit, ac ægri ſalutem oportunè tueri cogitat, maturo vtatur iudicio.

Opticæ, aliàs lucis maiores.

RECipe roſ. uiolarũ, abſinthij, colocynthidos, turpeti, cubebæ, calami aromatici, nucis moſchatæ, ſpicæ, epithymi, fructus & ligni balſami, ſeſeleos, ſeminis rutæ, ſchœnanthi, aſari, maſtiches, caryophyll. cinnamo. fœniculi, aniſi, apij, caſ. aromaticæ, croci, macis, anã. drach. ii. myrobal. citrearum, cepularum, indarũ, empellicarum, bellericarum, rhabarbari, an. vnc. med. agarici, ſenæ, an. drach. v. euphragiæ, drach. vi. aloes pondus omnium, ideſt vnc. xi. & drach. ij. comprehende ſucco fœniculi. Dantur à drach. ij. ad tres.

Viſum roborant, & augent, excrementa vacuant, corpus ſanum ſeruant, ſumptis his à cibo abſtinere non eſt neceſſe. Fuchſ. 2. de comp. med. rutam prætermittit legitque euphraſiæ drach. vii.

Opticæ minores.

RECipe ligni, & fructus balſami, an. drach. i. rad. chelidonii, drach. v. roſ. uiolarum, abſinthii, euphragiæ, an. drach. iii. ſenæ, epithymi, myrobal. citrearũ, cepularum, indarum, bellericarum, empellicarum, agarici, colocynthidos, ſchœnanthi, lycii, lap. azuli, an. drach. ii. & med. aloes pondus omnium, finge cum ſucco fœniculi, aut chelidonii.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Idem possunt quod priores, & valentius ad melancholicum humorem subducendum: quum illæ pituitam potius respiciant. vtrunque tamen humorem expurgant, suntque magis vsitatæ.

Lycium, ex Dioscoride lib. 1. cap. 114. optimum est quod vri potest, restinctumque rubentem spumam ostendit, glebis extrinsecus nigris, intus quum fregeris rufis, odore minime viroso, cũ amaritudine astringens, crocino colore, cuiusmodi Indicum est, cæteris præstantius, atque efficacius, arbor ex qua fit, quam alij pyxiacantham vocant, plurimum in Capadocia, Lycia, & plerisque alijs locis nascitur, adulteratur adiecta decoctioni amurca, aut absinthij succo, aut fele bubulo, atq; ita ex Gal. 1. de antidot. cap. 2. vt legitimum non nisi cum maxima difficultate, secerni poßit ab adulterino. succi extrahendi ratio hæc est. rami cum radiculis tusi, & ante per multos dies macerati, coquuntur, tum abiectis lignis, itidem liquor donec mellis craßitudo fiat, simili modo fit semine expresso, & insolato. quæ hinc sequuntur, parum legitima Marcello videntur. scilicet fertur Indicum fieri Lycium, ex frutice lonchitide appellato. quod tamen in off. Lycium putatur, adeo ab hoc discrepat, vt nullotenus cum vero concordet. adulterina .n. res est, Dioscoridis notis in medium adductis. Fertur .n. ex succo fructuum lygustri, & caprifolij dicti, nec non prunellorum syluestrium, oxyacanthæ baccis, nunc his inuicem compositis, nunc per se distinctis parari: quum tamen istorum nullum vere lycium sit, propterea quum in lygurum alpibus, atque Dalmatia, (vt fertur) pyxiacantha non infrequens conspiciatur, tametsi Matthiolo picta, quæ vbique virescit, qua Zara itur Nonam ficticia sit, nec illi aßimilis, fidißimo Anguillarij testimonio, atque paucis ab hinc annis, eius fructus piperi similes, Alexandria Venetias afferri cœperint, simulque legitimi lycij frustula quædam, ideo omne ad hoc studium impendendum, vt abundantius officinas nostras iam iam explere videatur. ~~vel eius inopia olei amurca, in vase æreo ad mellis compagem cocta,~~ vel succus myrtillorum densatus, aut rhu obsoniorum substituetur, Dioscoride referente, quod cæteros præbet lycij effectus. vel succus centhaurij magni, quo pro eodem in Lycia vtuntur, ex Dioscoride: nos quandoque eius vice, rhu, vel succo prunellorum agrestium, vti consueuimus. ex Aetio, Tetrab. 2. serm. 4. cap. 63. sic fit, rhus coriariorum in quadrupla aquæ portione, ad triduum maceratur, virga frequenter agitata, quarta die decoquitur, vsque quo aqua ipsa rhois comam exæquet, & tunc quidem rhus expressa abijcitur, aqua verò percolata, donec in mellis craßitudinem cogatur, decoquitur, atque ita pharmacis adijcitur.

Ex agarico.

Recipe agarici, drach. iii. rad. iridis, prassii, an. drach. i. turpeti, drach. v. specierum hieræ, unc. med. colocynthidos, sarcocollæ, an. drach. ii. myrrhæ, drach. i. misce cum sapa. Da drach. ii.

Thoracem purgant pituita crassa, & putri, ob id antiquæ tussi, & asthmati conferunt.

Ex Auicenna, ac Mes. cap. de asthmate, nonnihil euariant. Præpositus, ac Cordus, addunt mastiches, drach. iij. ab exemplaribus castigatioribus alienum. id neque legitur in Myrepso: at myrrham prætermittit, distatque omnium pondere. Fuchs. diminutè legit hieræ drach. iij. 2. de comp. med.

Ad febres biliosas, & morbos ex bile flaua, & sanguine natos.

Recipe myrobalanorum citrearum, indarum, empellicarum, seminis fumariæ, cuscutæ, succi eupatorii, succi absinthii, an. drach. ii. rosarum seminis cucumeris, rhabarbari, an. drach. iii. scammonii pp. drach. i. & med. specierum hieræ, unc. i. mellis cum casia leniente, tamarindis, & succo intybi mixtis, quantum sufficit. Dantur à drach. ii. ad iii. sunt qui legant rhabarbari, drach. vi. diacrydii, drach. ii. & med.

Ex turpeto primæ, aureæ impropriæ.

Recipe turpeti, drach. xvi. aloes, unc. i. & med. mastiches, ros. ann. drach. vii. myrobalanorum citrearum, drach. x. croci, drach. iii. confice succo absinthii.

Bilem, & pituitam, citra molestiam purgant, hepar, & ventriculum roborant, coctionem iuuant: at nomine aurearum, medicis veniunt à Nicolao descriptæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex turpeto secundæ.

RECIPE turpeti, myrobal. citrearum, aloes, an. drach. x. masticheſ, roſ. spicæ, an. drach. ii. & med. aniſi, drach. i. & med. croci, drach. i. fiat maſſa vt prius, alii addunt ſalis indi, drach. ii. idem poſſunt.

Aureæ.

RECIPE aloes, ſcammonii pp. añ. drach. v. roſ. ſeminis apii, an. drach. ii. & med. aniſi, fœniculi, an. drach. i. & med. croci, pulpæ colocynthidos, hieræ picræ, an. drach. i. mucaginis tragacanthæ, quantum ſufficit, fiat maſſa. Dantur à drach. i. ad drach. i. & med.

Myrepſus nu. 97. maſtichem non legit, hieram autem accipit, propterea ex eo tradidimus. Fuchſ. 2. de cõp. med. vel ſedulo variat, quòd iniquum eſt, vel mente non conſiſtit, quòd maſtichem addat, hierã prætermittit.

Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus ventriculi, & inteſtinorum diſſoluunt, ac citra moleſtiam, aluum deiiciunt.

Braſauoli opinio cõfutata. *Quum ex tragacanthi mucagine quàm primum muceſcant, ideo melle roſ. excipiunt nonnulli, vbi propinandæ ſunt mucagine prædicta molleſaciunt. Braſauolus communi experimento reluctans, ſuo ſeni perſuaſit, tragacanthi lentore diutius ſeruari, quare pulpæ colocynthidos loco, eius trochiſci tragacanthum accipientes indantur, & melle roſ. effingantur.*

Ex cinogloſſa, aliàs ad omnem catharrum.

RECIPE mirrhæ, drach. vi. olibani, drach. v. opii, hyoſcyami, an. drach. med. croci, drach. i. & med. rad. cynogloſſæ, [illegible].iiii. & med. cum aqua roſ. effinge maſſam. Da à drach. med. ad drach. i.

Ad catharrum, coryzam, tuſſim, alioſque his ſuccedentes affectus, ſtupefaciunt enim, ideo parum tutæ ſunt.

Variant ex Traliano, lib. 5. cap. 4. ac ipſo met Meſ. cap. de cura catharri, at quum Myrepſus huiuſmodi compoſitionem ſectetur, legit tamen nimio exceſſu, opij, hyoſciami, rad. cynogloſſæ, an. drach. iiij. Mantuani etiam, & cum his Deſſennius, hyoſciami, an. drach. iij. [illegible] in grauiſſimum coma præcipitarent, [illegible] que inemendabili veterno fortaſsis obruerent.

Ex ſtacte, aliàs de ſtorace.

RECIPE prædictorum omnium in pilulis de cinogloſſa, ann. vnc. med. adde ſtactes, & ſucci glycyrrhizæ, an. vnc. med. Da duas, aut tres ciceris magnitudine. Idem præſtabunt.

CYnogloſſon, Latinis lingua canina, ex Dioſco. lib. 4. cap. 113. folia latifoliæ, plantaginis habet, arctiora tamen, & minora. hæc in noſtri Serui ſabuletis humi ſtrata, vt etiam in vinetis, lanuginoſa, caule vacans, folioſo ceſpite, radice digiti humani craſsitie, albicante, & ſupercurrẽte aſperitate, à nobis ſæpe obſeruata eſt. nec eſt ea herba è ſolo elata, paſsim circa itinera, & glareas, caule interdum cubitali, longiore, hiſpido, ſurculoſo, folijs arctis, prælõgis, hirſutis, non venoſis, mollibus, flore ex purpura cæruleo, radice alte penetrãte, aliquibus piloſella, maior, quã officinæ verã cynogloſſon exiſtimarunt. in hoc Dioſco. ac Plinius, nõ cõueniunt, quod his attribuat quæ Dioſco. bugloſſo. præterea lib. 25. cap. 8. diuerſa ab hoc genera recenſet, ideo vtrunq; confudiſſe tradidit Matthiolus. at quũ plurima ſecus dictet Plinius quàm Dioſco. vt lib. 26. cap. 11. bugloſſo inareſcente, ſi quis &c. à febre liberari dicuntur, quod alter in bugloſſo expertus eſt. alter fonte in ſuis cynogloſsis deprehendit. ideo data opera in illo prætermiſiſſe coniectandũ. vt .n. animi voluptatẽ non omiſit, ex vino, de qua in calce Dioſco. nec priora niſi ſedulo præteriſſet. hic propterea Stephanus Aquæus Pliniũ cõmentatus, aperte hallucinari deprehenditur, quod aſſeruerit Dioſco. nõ referre in vinũ deiectũ, animi voluptates augere bugloſſum cauliculoſum reddi cynogloſſon triennio credunt nõnulli anchuſacea planta illuſi, idq; Anguillarij cõiectura.

Piloſella. Pro Plinio aduerſus Mathiolũ. Stephani Aquæi lapſus.

Ex bdellio maiores.

RECIPE bdellij, vnc. i. & med. ameos, drach. iij. myrobalanorum cepularum, indarũ, bellericarũ, empellicarum, concharum vſtarum, ſuccini, an. drach. ii. & med. infunde bdellium ſucco porri, & maſſam forma. Dantur à drachmis ii. ad iii.

Ad fluxum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ad fluxum hæmorrhoidum, & vlcerum in eis, & ad menses immodicos.

Ab his diuersa est Rhazes descriptio, 9. Almans. cap. 80. Auicenna lib. 3. Fen 17. concharum loco, legit acori: alij auelanarum, quidam venerearum, forte quia acorus, venerea quibusdam dicta est, & si hæ propriæ conchæ sint margaritiferæ, vt capite proprio discussum est, quorum loco margaritarum pondus, vel onychis, blattæ bizantiæ appellati, indi poterunt.

Ex bdellio minores.

RECipe myrobal. cepularum, indarum, empellicarum, & bellericarum, añ. drach. v. bdellij, drach. xv. forma vt prius.

Primi sunt Serapionis ad hæmorrhoides aliis ponderibus dissentientes alia tamen gemina descriptio aliis quasi ... a dorso

Ex bdellio nostræ.

RECipe myrobal. nigrarum, empellicarum, bellericarum, añ. drach. v. bdellij, drach. x. scoriæ ferri, seminis porri, añ. drach. iii. corallij vsti, succini, conchularum ustarum, an. drach. i. & med. margaritarum, drach. med. forma vt prius.

Hæ ad omnia præstantiores, ad fluorem sanguinis immodicum per sedem, vel vterum, vel os, sunt efficacissimæ, ideo per pilulas ex bdellio absolute intelligendæ: quidam pondera peruertunt, alij corticem auelanarum vstarum, pro conchulis lectitant.

Ex opopanace.

RECipe opopanacis, hermodactylorũ sagapeni, bdellii, ammoniaci, colocynthidos, an. drach. v. croci, castorei, myrrhæ, zingiberis, piperis nigri, & longi, cas. aro. myrobal. citrearum, bellericarum, empellicarum, an. drach. i. scammonii, drach. ii. turpeti, vnc. med. aloes, vnc. i. & med. infundũtur lacrymæ succo brassicæ, & cum his fac massam. Da à drach. i. ad drach. i. & med. cum aqua chamæpythyos.

Ad paralysim, spasmum cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores, morbosque partium neruosarum frigidos.

Præpositus, ac Cordus, vnà legunt myrobalanorum indarum, ann. drach. i. à purgatis Mes. exemplaribus abest, has ab Auicenna transumpsit, 5. can. omnium dimidio pondere.

Ex hermodactylis maiores.

RECipe hermodactylorum, aloes, myrobal. citrearum, turpeti, colocynthidos, bdellij, sagapeni, an. drach. vi. castorei, sarcocolæ, euphorbij, opopanacis, rutæ agrestis, apii, ann. drach. iii. croci, drach. i. & med. forma cum succo brassicæ, Præpositus legit croci, drach. ii. & med. Myrepsus admodum variat.

Ad podagram, & dolores frigidos aliarum iuncturarum.

Ex hermodactylis minores.

RECipe hermodactylorũ, drac. v. scammonii, drac. ii. & med. myrobal. citrearũ, drac. iij. rosarũ, drac. ij. aloes, drac. x. forma cum electario ros. Mes. Da drac. ii. Præpositus diminutè legit aloes, drach. ii. & myrobalanorum citrearũ tantundem.

Ad podagram, calidam præsertim, cuius materiem ex iuncturis vacuant, atque pituitosam, vnde & frigidæ conducunt.

Ex hermodactylis nostræ.

RECipe hermodactylorum, turpeti, agarici, an. vnc. med. cas. aromaticæ, spicæ, caryophyll. ligni, & fructus balsami, zingiberis, mastiches, fœniculi, anisi, saxifragæ, seminis asparagi, rusci, lithospermatis, salisgemmæ, ann. drach. med.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

aloes ad pondus omnium, conficiantur succo fœniculi, vel iuæ.

Arthritidi, frigidæ potissimum auxiliantur, à renibus quoque expurgant.

Procul distat ab his Myrepsus, in suis ad arthriticos probatis, varias præterea tradit arthriticas, varijs simplicibus coactas, vt & tria Dyahermodactyli noīe Alex. lib. 11. ceu catapotia, ex hermodactylo, & aloe.

Sebeliæ, alijs Sebelinæ.

RECIPE spicæ indæ, drach. vi. spicæ romanæ, croci, añ. drach. ii. mirrhæ cinnamomi, caryophyllorum, schœnanthi, añ. drach. i. rhabarbari, agarici, epithymi, an. vnc. med. costi, mastiches, chamedryos, amomi, an. drach. iii. aloes drach. x. cum vino antiquo effinge. Da drach. ii. cum vino.

Obstructiones ventriculi, hepatis, lienis sanant, & hydropem, materiemque vacuant.

Syluius legit epithymi, an. drach. iij. Præpositus spicæ romanæ, drach. iiij.

Cocciæ.

RECIPE specierum hieræ, drach. x. colocynthidos, drach. iii. scrup. i. scammonij, drach. ii. & med. turpeti, stœchados, an. drach. v. cum syrupo ex stœchade sufficienti, fiat massa. Dantur à drach. i. ad drach. i. & med. vel duas, in robustis, nam drach. ii. & med. excedunt.

Cephalicæ rectius appellantur, quod scilicet caput magna efficacia expurgent, ex eoque, ac neruis humores crassos euacuent.

Sunt & cocciæ ex Mes. authoritate Isach, his dissimiles. ex Galeno ita parantur, primo de composi. med. secundum locos capite secundo.

RECIPE colocynthidos, succi absinthii, an. partem vnam, aloes, & scammoniæ, an. partes duas. si mastichem, & bdellium, adijcere velis, horum dosi non expressa ann. partem mediam, alterius partis accipito. Præpositus perperam ex Galeno vertit sunt & cocceri Myrepsi, nu. 122. non contemnendæ.

Qui rimas intuentur pharmacopolæ, ac medici, latissimos verò hiatus, amplissima foramina non animaduertunt, hieræ Rhazes puluerem hic accipiendum contendunt, quòd ab eius monumentis emanauerint huiusmodi pilulæ, id quod & si non iniuria, in vsitatis concedendum, videatur, quum eius hiera à Galenica vocata aliquantulum dissideat, ne grauiter, permolesteque feratur tantarum compositionum ex tam leui occasione disidium, ideo hic quoque puluis hieræ Galeni admisceri posset: quum verò torminosas hasce pilulas sæpenumero experti, & trochiscis ex colocynthide, & scammonio præparato, parari æquius fore nobis proposuissemus, paulo minus soluere comperimus, at tolerabilius. verumtamen in eorum gratiam qui Barbarorum nugis acquiescere malunt, quàm illustrem Græcorum doctrinam sectari, mox mox Rhazes compositionem subijciam.

Hiera Rhazes.

RECIPE pul. rof. rubrarum, spicæ, mastiches, ligni, & fructus balsami, cinnamomi, ligni casiæ, asari, ann. drach. i. aloes, vnc. ii. singulis arte exactissimè tritis, & cribro decussis, in vsum sepone.

Alexandri, alias de nitro vulgares.

RECIPE aloes, colocynthidos, scammonii, bdellii, ellebori nigri, an. vnc. med. euphorbii, vnc. i excipe succo brassicæ. Dantur à drach. i. ad scrup. iiii.

Alexander lib. 1. cap. 12. catapotia Diacolocynthidos in hunc modum parat. aloes, colocynthidos, scammonij, gummi, cort. veratri nigri, sing. vnc. i. euphorbij, nitri alexandrini, sing. vnc. med. excipito succo brassicæ, aut citri, aut rhodomell. ac dato scrup. vi. non vniuersim, sed per interualla, non solum superficiariam vacuationem moliuntur, sed & omnes humores ex alto euocant, & velut ab ipsa radice extrahunt, hæmicranicum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cum,& vetuſtum dolorem, ſtomachicos, affectus comitiales, articularios, & coxendicos ſanant: ſunt & in gallica lue nobis mirandæ, at lib.12.cap.7.ita aſtruit. aloes, ſcammoniæ, cort.veratri nigri, bdellij, gummi, ſing.vnc.i.euphorbij,nitri,ann.vnc.med.aliàs nitri ſeſquiunciam. Sunt & pilulæ Gal.5.meth.med.cap.14. ad plures excrementorum ſpecies purgandas, his non multum diſsimiles.

REcipe aloes, ſcãmonij, colocynthidos, agarici, bdellij, gummi arabici, partes æquas. Satisfaciunt & ad vſum ſine gummi. Alexander tamen lib. 1. cap. 16. catapotia diacolocynthidos ita parat. aloes, colocynthidis, veratri nigri, bdellii, ſing.vnc.i.euphorbij, nitri alexandrini, ſing. vnc. med.

Arabicæ.

REcipe aloes vnc.quatuor, rad.bryoniæ, quinque myrobal. maſtiches, dyacridii, roſ.aſari, an.vnc.i.caſtorei, drach.iij. croci, drach.i. ſucci fœniculi quantum ſufficit fiat maſſa.

Valent ad capitis dolorem, vertiginem, hæmicraneamque, lætiticam generant, mentiſque vigorem cõſeruant, viſum acuunt, auditumque amiſſum reparant, ventriculum à vitioſis humoribus expurgant.

Facilè lapideſcunt, quia pauca glutinoſa accipiunt, ideo vanida reddũtur, præter Nicolai mentem, diutius autem melle roſ. ſeruantur Fuch.2.de comp.med.mutilus legit aloes drach.iij.

Sine quibus eſſe nolo.

REcipe aloes lotæ, drach.xiiii.quinque myrobal.rhabarbari, maſtiches, abſintij, roſ.uiolarum, ſenæ, agarici, cuſcutæ, ann.drach.i. diacrydii, drach. vi. & med. hæc diſſoluantur ſucco fœniculi ſufficienti, & reliquis eidem admixtis fiat maſſa quidam diacrydii drach.vi.tantum legerunt.

Phlegmagogæ ſunt, cholagogæ, & melanogogæ, mirum in modum cataractis, & oculorum caligini opitulantur, eorum aciem cuſtodiunt, aurium dolorem ſanant, ileoſis conferunt.

Ad quartanam.

REcipe coſti, ſpicæ nardi, chamedryos, cinnamomi, croci, aſari, ſchœnanthi, fructus balſami, amomi, ſcordii, folii, ariſtolochiæ rotũdæ, polii, maſtiches, caryoph. gentianæ, ellebori nigri, ann. drach. med. epithymi, agarici, polypodii, myrrhæ, ann. drach.iii.aloes lotæ drach. viiii. tere: & ſyrupo ex pomis maiore conficito. Sunt & pilulæ ad quartanam Mrepſi, ab hoc differentes.

Imperiales, quibuſdam ad quartanam ſecundæ.

REcipe cinnamomi, amomi, aniſi, maſtiches, cardamomi, zingiberis, zedoariȩ, macis, nucis moſchatæ, caryoph. croci, cubebarum, ligni aloes, turpeti, mannæ, agarici, foliorum ſenæ, ſpicæ nardi, quinque myrobalanorum ann. ſcrup.i. rhabarbari, ad pondus omnium, aloes quantum omnia æquet, ſyrupo roſ. aut uiol. vniantur. ex Chiſtophoro de honeſtis excerptæ, in additionibus Meſ. at macim non habent exemplaria quædam. incerti enim ſunt authoris.

Modicum ſoluunt, plurimum autem roborant, ſtomachum præſertim, & omnia inteſtina ad frigidum, lapſa ſanguinem, & ſpiritus depurant, facultates muniunt naturales.

De quinque generibus myrobalanorum.

REcipe quinq; generum myrobalanorum, agarici, ſcammonii p̄p. colocynthidos, ſenæ, ann.drach.i. & med. epithymi, turpeti, aniſi, fœniculi, maſtiches, lapidis azuli p̄p. ann. drach. ii. & med. gr̄. v. aloes vnc. i. formetur maſſa cum ſucco abſinthii.

Biliosa, pituitoſa, & melancholica excrementa educunt, ideo ſanguinem defæcant.

Cordus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Cordus legit senæ, ann. drach. med. lap. lazuli, an. drach ij. gr. xv. Fuchsius tamen senæ, ann. drach. ij. & med. at lapidis lazuli, drach i. gr. xvi. addit rhabarbari, scrup. iiij. accipitque aloes vnc. med. tantum, nos rhabarbari pondus libenter addimus. at cætera non immutamus. succo enim fœniculi format Fuchsius, ideo fœniculum relinquit.

Ex octo rebus, siue optomeræ.

REcipe aloes, scãmonii, p̃p. an. drach. ii. colocynthidos, epithymi, agarici, mastiches, dauci, myrobal. citrearũ, absinthii, an. drach. i. ex succo solani effingantur.

Purgant humores crassos à capite, visum clarificant, & cataractas oculorum prohibent.

Ex elacterio.

REcipe aloes, vnc. ii. mastiches, vnc. i. elacterii, vnc. iii. cum succo sambuci, aut ebuli, effinge. Da drach. i. aut drach. i. & med. alias tres, aut quatuor.

Hydragogæ potissimum, ideo hydropi salubres, multiformes humorum species educunt: aliæ sunt ex elacterio Myrepsi.

Ex quatuor rebus, aliàs ad ileosos.

REcipe trochiscorum ex colocynthide, sagapeni, salis gemmæ, scammonii p̃p. añ. drach. ii. cum succo porri effinge. Da à scrup. ii. ad drach. i. ileosis potissimum succurunt, cephalalgicis, hæmicranicis saluberrima.

De hiera cum agarico.

REcipe specierum hieræ .s. agarici, alijs trochiscati, vel trochis. de agarico, singul. vnc. med. pul. aloes, vnc. i. cum melle ros. f. massa. Brasauolus, aliique ponderibus variant.

Caput, thoracem, & ventriculum expurgant.

Ex aloe, & mastiche.

REcipe aloes, caryophyll. ros. añ. vnc. i. mastiches vnc. med. croci, scammonii p̃p. añ. scrup. ii. conformetur massa succo fœniculi, aut absinthii.

Bilem flauam, & phlegma è stomacho, absque noxa subducunt.

Fuchs. legit caryophyll. & ros. singul. drach. i.

Ex aloe lota.

REcipe aloes lotæ, cum succo ros. rubrarum, vnc. i. agarici p̃p. drach. iii. mastiches, drach. ii. specierum Diamoschi dulcis, drach. med. cum vino aruisio cogantur in massam.

Ventriculum, cerebrum, viscera reliqua, oculos, vterum, putribus humoribus purgant, & roborant.

Ex aloe Myrepsi.

REcipe aloes exagium vnum, florum cnici, myrrhæ, sing. exagium med. thuris, drach. med. rhabarbari, drach. i. succi fœniculi quod satis est. catapotia ex aloe Pauli, lib. 7. cap. 5. ab his sunt diuersa.

Ad destillationes, grauitatem capitis, & omnia è capite in oculos, & os, aut quancunque corporis partem decumbentia mala.

Mastichinæ.

REcip. mastiches, vnc. ii. aloes, vnc. v. agarici, vnc. i. & med. infundãtur oxymele. s. horis 24. siccari permittantur, postea cũ succo arthemisiæ formetur massa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Præseruant stomachum ab omni affectu, leuiter purgant, & mirum in modum roborant, nec permittunt humores putrefieri, præcauent à doloribus ventriculi, capitis, intestinorum, atque vteri, cuius etiam vitia corrigunt, tristibus, & melancholicis salutares.

Sunt & mastichinæ Conciliatoris, ponderibus tantum variantes, ex syrupo de stœchade effictæ: aliijs aloeticæ, quod aloe in vtrisque cætera excedat. quum verò pilulæ ex aloe præscriptæ sint, à secundo simplici denominatæ non sunt, verum à primo.

Assairet.

Compositio est apud Auicennam, lib. 3. d. 1. Fen 1. cap. 29. cui gentilis pondera statuit: quum verò mite capitis purgatorium sit ex Auic. Brasauolus qui attendere diligenter, & de omni re vere existimare videtur, clarißimum sibi authorem, nescio qua labecula aspergere tentat, in Pilularum libello, quippè quod cum Auic. falli declaret, qui simpliciter purgare materias capitis affecti arbitrantur, quum sola quæ ex stomacho propriè expurgent, ideo ex ventriculi consensu, cephalalgicis auxilio esse poßit, quod præter myrobalanos, cætera hieram ingrediantur, aucto aloes, & mastiches pondere, vt magis soluant, cuius copia fortasse fieri posset, vt etiam docebat Galenus, 8. de cõp. med. secundum loc. potius aloen minuat, in his qui ex stomacho caput dolent, ideo hallucinari Auicennam, quod ea pauca quantitas syrupi ex stœchade, à posterioribus adiecta, non multum prodesse potest, quæ pulueres solũ conglutinat, huius igitur inscitiæ arguetur Auic. nisi Brasauoli diligentiã amplexi, duobus medijs in sua hæresi persistentem Mauritanum facilè tutemur, quod lib. 2. cap. de aloe, biliosa capitis excrementa mundificare id asseruerit: nimirum ergo, si & pilulas aloeticas capiti congruere, data opera conscripserit. præterea hiera quoque ex barbarorum sententia, affectibus capitis mire auxiliatur quumq; Auic. ante Assairet cõpositionem, talia præmiserit, & incipiẽdum quidẽ à leuioribus, & gradatim procedendum, donec affectus innotescat, seq; & mastichem, ad stomachi robur, & myrobalanos, ad vaporum repreßionẽ imposuisse deducat. hinc stomacho prius conferre, secundo capiti per sympathiam innuere videtur: quicquid sit, quum valido argumento nitatur Brasauolus, nec absque defensione perstet Auicenna, non est quod in alterum, vel eruditè, vel iustè, quauis occasione quispiam commoueatur.

Pilulæ Assairet.

Recipe pul. hieræ s. Gal. drach. ii. myrobal. citreatum, mastiches, ann. drach. i. aloes, vnc. med. cum syrupo è stœchade sufficienti excipiatur. fiatque massa.

Bilem flauam, & pituitam vacuant.

Pilulæ de hiera. s. vel composita, vel hiera legadij, aut benedicta, seu cuiusuis electarij, fieri possunt ex vnc. i. specierum, & cum melle ros. in massas redigi.

Communes, quæ & pestilentiales Rufi, aliàs de tribus vocatæ.

Recipe aloes, vnc. ii. myrrhæ, croci, an. vnc. i. cum vino aromatico effinge, aliis succo limoniorum, aut citreorum, quod sic melius cohæreant.

Mirificè aduersus pestifere luis cõtagia populatim grassantia pollẽt, humores ventriculo immersos educunt.

Rufi non sunt, quamuis ita censeat Mes. eius enim compositio non in pilulas cogebatur, præterea ammoniacum croci loco accipit ex Paulo, lib. 2. cap. 36. sic.

Recipe aloes, partes ij. ammoniaci, partes ij. myrrhæ, partem vnam, hæc simul contusa, ex vino fragranti colluito, deinde dimidium quotidie cyatũ potui affer: aliis instar dimidiæ fabæ. nunc possunt ex vino in globos reduci, hæ verò magis superioribus laudantur à Manardo, lib. 18. epist. 1. potiusquam ammoniacũ, quam crocum in pestilentia commendat: si cui autem communes parare magis arrideat, croci, vnc. med. satisfaciet, ne eius copia caput offendatur. quumq; valide exhilaret, corq; summopere roboret crocus, cur pestilenti tẽpore damnetur, nõ uideo. eius. n. pauca quantitas, vel pilulis, uel iusculis admixta, non adeo appetitum deiiciet, quin maius ex primo sequatur auxiliũ, quàm ex secundo incommodum.

De tribus cum rhabarbaro.

Recipe rhabarbari, agarici, aloes, partes æquas, ex aliquo liquore pilulas forma. Caput, thoracem, ventriculum, & iecur expurgant.

Finis Radij Secundi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Tertius Trochiscos disponit.



TROCHISCI, vel pastilli, siue placentulæ Latinis, vt etiam κυκλίσκοι, siue ἀρτίσκοι Græcis: medicamentum planum, in rotæ, aut orbiculi, seminisue lupini formam coactum, & si quadrati hodie pluribus fiant, simplicibus ad compositionem aptis, in farinam tritis, conuenienti humore subiguntur, & in pastillos contemperate digeruntur: qui quum postulat vsus, triti ex aqua, aut vino, aut alio quouis competenti liquore, præstantur ebibendi. eos itaque præcipuè describemus, qui tum à maioribus nostris, tum à nobis sunt inuenti, quosque experti sumus: longiore enim temporis curriculo, vt etiam pilulæ seruari possunt: eius verò generis sunt hypoglotides multæ, & quæ magnis compositionibus miscentur, vel per se vsurpantur, sumuntur, illinuntur, iniciuntur, de his diffusius ex Aegineta, lib. 7. cap. 12. sigillandi modum docet Albuchasis, initio validæ sunt facultatis, ad sex vsq; menses debilis, ex Serapione Tract. 7. cap. 54. at quotannis saltem redintegrandi sunt.

Galliæ moschatæ.

Recipe ligni alo es, partes v. ambari, partes iii. moschi, partem i. glutinis tragacanthi in aqua rof. soluti q. s. ad ea comprehendenda. fiant trochisci figura folii myrtei, sigillentur, uase uitreo reponantur. alii ambarum uase uitreo dissoluunt, oleo balanino pauco, ac eo cætera comprehendunt.

Cerebrũ, corq; roborant, oris, atq; adeo corporis totius odorem cõmendant, compositionibus aliis miscẽtur.

Monachorũ lapsus. *Quidam ambracani legentes, vulgarem dicendi modum secuti, ambræ, caphuram addidere, absurdissimè inquam, Monachorum commentus prosequentes, nã sic non moschata, sed verius caphurata appellanda esset, quum eius tanta sit vis, vt omni ex parte compositionem immutet. Syluius ambari partes duas duntaxat legit.*

Galliæ moschatæ Nicolai.

Recipe mastiches, vnc. ii. gummi arabici, vnc. i. caphuræ, scrup. i. trita, & cribrata, in aqua rof. sufficienti, in qua moschi, scrup. med. dissolutum fuerit: para trochiscos, in vmbra sicca, post exquisitissimè tere, & cum vnc. iiii. olei iasmini, in quo efferbuerit cinnamomi, caryophyll. nucis moschatæ, añ. vnc. med. omnibus diligenter permixtis, trochiscos para, sesquidrachmæ, sigillo imprime, postea aqua rof. prædicta unge, & serua. Præpositus moschi pondus non addidit, ideo indistinctam reddidit compositionem: alij ita parant, mastichem ex olei iasmini quantum sufficit dissoluunt, gummi, & caphuram, puluerata addunt, trochiscos fingunt, pauca rof. aqua affusa, siccant in umbra, rursus terunt, addunt reliqua, olei iasmini q. s. excipiunt, illinunt moscho aqua rof. soluto.

Tam longe, lateque serpit omnium scelerum colluuio, tam immensa est pecuniarum cupiditas, vt voluptatibus ducta pharmacopolarum turba, vitiorum illecebris, & lenocinijs dedita, Nicolai Galliam, vt alia minoris sumptus, in pretiosa quæque medicamenta inijcere consueuerit, quanquam signis omni luce clarioribus,

Mes.

Mes. gallia longè magis iſtam excellat, vt etiam in ipſius Nicolai antidotis inſeri non iniuria poßit, & ſanè eo iuſtius, quo ineptiſsimè illi conflata videtur, ſeplaſiarijs etiam à me ſciſcitantibus, quonam pacto aromatum prædictorum, vnc. i. & med. in olei vnc. quatuor excoquatur, & reliqua vna coaleſcant, quum alij legant olei iaſmini, ferueſacti, ac colati, ad dimidias vnc. quatuor. quod ſi in proprijs medicaminibus ſua ſaltem permitteretur, id quidē in eius nominis ſtudioſorum gratiam concedi poſſet: at quum Diarhodon abbatis ex Mes. excerptum ſit, illhic quoque Mes. galliam imponendam tribuimus. verum Dij boni, ne tantum ſcelus diſsimuletur, aut lateat, rariſsima eſt ſyncera, vixque inuenitur tanta virtute vir, qui optimum aloes lignum, moſchum, atque ambarum, meliora ſaltem amplectatur ad huiuſmodi compoſitionem. Quare qui ſolidam laudem, veramque, inſigni animi firmitate requirunt Medici, hoc vnum ad bonam hominum frugem recipere tenentur, vt præſentes interſint pretioſarum, aliarumque medicinarum commixtioni, ceu ex preclara noſtræ vrbis conſuetudine, tale mihi negocium iam quinquennio demandatum eſt, idque præcipue Senatus conſulto, interueniente Fiſcali generali, Iacobo Curbio, nunc Senatore digniſsimo, incorruptæ æquitatis, rerum, & iuris ſcientiæ, vſus penè incomparabilis, cuius humanitatis, & erga me beneuolentiæ ſignificationem non obſcuram, apud viros ſumma authoritate, & dignitate præditos exhibuit, inueterata, exoleta, ſuppoſiticia, ſitu corrupta, male commixta reijciantur, verum quoque & circumforanei, diuinatores, præcantatores, mulierculæ, lignarij fabri, tonſores, hebræi, qui nulla prorſus ſcientia inſtructi, diuinam hanc artem ſola audacia fræti, profiteri audent, ad ſcalas gemonias quàm primum erigantur, quàm primum eius notæ parabolani, ad triremes religabuntur, niſi alio vitæ inſtituto mox mox ſe dedant, aut vitæ languentium magis ſatagant, quàm crumenis intendant, atque inhient. Iacobi Curbii la°

Galliæ Sebellinæ.

RECipe foliorum roſ. recentium humidarum, ſe ſe aperire incipientium, vnc. i. & med. tere curioſſime in mortario lapideo, tunc ipſis ligni aloes, caryophyll. gummi, ſpicæ indæ, ann. drach. i. & med. ſantalorum citrearum, drach. ii. trochiſ. ramich, drach. iii. omnia minutiſſime trita cōmiſce, affunde aquę roſ. infuſionis gummi arabici, rurſus contere, hocq; per diem vnū, poſtremo aromatiza moſchi ſcrup. ii. ambari, & caphuræ an. drach. i. & med. forma trochiſcos, & ſigilla.

Ventriculum, cor, hepar, imbecilla roborant, in alias compoſitiones magnas immittuntur, atque in aromaticum nardinum, eius vero loco trochiſcos galliæ moſchatæ admiſcent. Syluius pro ligno aloes, falsò aloes bonæ interpretatur.

Galliæ aromaticæ, aliàs alephanginæ.

RECipe empellicarum exoſſatarum, vnc. iiii. parum tritæ, triduo in uaſe uitreo probè operculato macerentur, lib. med. aquæ roſ. cui prius roſæ ſiccæ, & cortices citrij ſint immerſi, infuſique, deinde aquæ roſ. prædictæ infuſionis vnc. quatuor, præterea immitte, & poſtridie tantundem, donec empellicarum virtus aquis ſit impreſſa: tunc accipe ligni aloes, vnc. i. ramich, vnc. i. & med. roſ. caryophyll. an. drac. x. ſpicæ indæ, drach. iij. ſantalorum citrearum, vnc. med. gummi arabici, drac. vi. tere tenuiſſime, & cum prædicta infuſione empellicarum paulatim adiecta, miſce, finge trochiſcos, ſigilla, aromatiza caphuræ, & moſchi, an. drach. i. ambaris drach. ii. ſerua vitreo vaſe.

Veteribus celebratiſſimi, ad cerebrum, cor, ventriculum, cæteraſq; partes nutritorias firmandas, neruoſque imbecillos illitu roborant, celebribus denique compoſitionibus miſcentur.

Galliæ magnæ, ſiue regalis.

RECipe ſucci dactylorum immaturorum, libr. i. ſemel ferueſac, cola, coque ad mellis craſſitiem, gallarum recentium curioſe tritarum, vnc. iij. deinde roſ. vnc. i. cardamomi, ſeminis fraxini. caryophyll. nucis moſchatæ, maſtiches, ligni aloes, an. drach. vij. & med. cinnamomi, drach. iij. ſantalorum citrearum, drach. v. croci drach. med. gummi arabici, vnc. i. tere cribra, miſce prædictis, extende ſuper marmor oleo amygdalarum vnctum, donec ſiccentur, terantur tunc tenuiſſime, moſchi ſeſquidrachma aromatizentur, cum aqua roſ. fiant trochiſci parui, ſiccentur in vmbra.

Ventriculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ventriculum, cor, hepar, cæterasque partes nutritorias roborant, appetentiam excitant, coctionem iuuant. Sunt qui legant gummi, drach. i. Præpositus autem croci drach. med.

GAlla, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 123. fructus est glandiferarum arborum, rusticæ, & vrbanæ plebi notißimus, ad coriarios vsus. gallas enim ferunt singula roboris genera, sed Quercus tantum ad coria vtilem, Cerri latifoliæ visu quidem haud absimilis Quernæ, nisi quod leuior, sed nullius vsus: eius duo genera parit Quercus, aliqua omphacitis appellatur, parua quidem, sed tuberosa, solida, nullo foramine peruia. Altera plana, leuis, perforata, fungosa, flaua, minus efficax. Eligi debet omphacitis efficacißima in astringendo, nec Cornario accedendum, qui omphacitidē gallam, suis in Galenum commentarijs, calyculum illud concauum, vnde quernea glans prodit, cupula Neotericis nuncupatum, pluribus viriliter astruit ex Aegineta, quod 3. lib. cap. 41. omphacida legat, &c. quæ ex Græco inserere noluimus, vt alibi pluries, idiomatis varietatem, atque prolixitatem euitantes, siquidem præter id quod eo in ænemate sibi admodum experto, se cauum id quo glandes inseruntur, intellexisse liquido indicat, vel omphacitos legatur, à Ioanne Andernaco intactum, suis in Aeginetam scholijs, id saltem quo in errore versetur didicisse potuerat, ex eodem Paulo, lib. 7. quum gallam omphacitim, alteramque flauo colore inanem, magnamq; deducit, Dioscoridis, Galeniq; more, nullo pacto cauum illud intelligens, ex quo glans enascitur.

Cornarii lapsus. Cupula.

Diarhodon.

RЕcipe foliorum rof. rubrarum, drach. viiij. spicæ nardi, ligni aloes, an. drach. iij. glycyrrhizæ drach. quatuor & med. antispodij drach. i. & med. croci, scru. ii. gr. vi. mastiches drach. ii. cum vino albo fac trochiscos drachmæ vnius pōdere.

Hi in Mes. medicamenta inijciantur, & si alij de rosis secundos accipere consueuerint.

Efficacissimi ad febres pituitosas, antiquatas, aliis implexas, formam corrumpentes, ventriculi dolorem leniendum, & humores ipsi adhærentes detergendos.

Diarhodon Actuary.

REcipe rof. trium santalorum, antispodii, seminis portulacæ, intybi, violarum an. scrup. quatuor, contusa, cribrataq; ex stillaticio rosarū latice fermētescant.

Cor, & iecur roborant, dolorem capitis abigunt, à sanguine, vel flaua bile concitatum. modus eius est scrup. quatuor, cum rof. vel nympheæ zulapio.

Diarhodon Nicolai.

REcipe rof. recentium vnc. med. tere exquisite in vase marmoreo, adde antispodii drach. ii. santalorum rubr. drach. i. & med. gr. vii. santalorū alb. drac. i. gr. xii. croci scrup. ii. gr. vii. cum aqua rof. sufficienti misceantur, postremo adde caphuræ gr. xii. fac trochiscos, in umbra sicca.

Administrari possunt in confectionibus ipsius Nicolai. Fuchsius tamen legit rof. drach. iij. croci scrup. ij. gr. xx. alios etiam diarhodon, ad dyssenteriam describit, cum his nihil commune habentes.

De rosis primi, etiam cum scammonio:

REcipe foliorum rof. drach. x. glycyrrhizæ, drach. v. spicæ nardi, drach. ii. & med. vino albo excipe. si purgatorios vis, adde scammonii drach. iii. vt etiam ex Auic. 5. can. tract. 8. at accipit spicæ drach. iii. & ex sapa effingit, vocatq; trochiscos de rosis vniuersales, vt alios Asclepiadis, & tertios de rosis cum scammonio, iterum alios non dissimiles, de rosis lenitiuos appellans.

Ventriculum, & hepar firmant, humores ab illo detergent, ob id phlegmaticæ febri conducunt.

Quamuis diarhodon significet de rosis, ob differentiam nomina immutare primis scriptoribus placuit, hinc Auic. trochiscos de rosis nominatos diarhodon appellat, horum etiam initiū accipit Myrepsus, postea discedit.

De rosis secundi.

REcipe rof. vnc. med. ligni aloes drach. ii. mastiches drach. i. & med. absinthii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cinnamomi, ſpicæ nardi, caſ. aromaticæ, ſchœnãthi, an. drach. i. cum vino antiquo, & aqua decoct. radicum, fac trochiſcos drach. ii.

Multorum ſcriptis celebrati, efficaces ad multos affectus, præſertim ventriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maxime quibus forma corrumpitur.

Quinq; radices prouocãtes aliàs calidæ, alijs vreticæ, ſunt hæ. ruſci, aſparagi, apij, fœniculi, petroſelini, quarum cortex, non meditulium ſimul accipiendum, niſi tenues admodum ſint, id verò in cichorij, & bugloßi radicibus ſeruatur nequaquam, vt quibuſdam in frigidiuſculis neruea matrix admittenda videatur: in aperientibus non, hæc periti artificis iudicio expendantur.

De roſis ex Galeno 2. de antidot. cap. 5.

RECipe roſarum recentium, biduo, vel ad ſummum triduo, in vmbra ſiccatarum, libr. iii. contunde in pila quantum ſufficit, his aſperge ſchœnanti exactiſſime puluerati vnc. quatuor, myrrhæ, vnc. i. & med. croci, vnc. i. omnibus ſimul bene commixtis, rotulas magnas effinge, diligenter exſicca.

Ex roſis, & eupatorio.

RECipe foliorum roſ. vnc. i. ſpicæ drach. iii. rhabarbari, vnc. med. glycyrrhizæ, drach. iii. & med. antiſpodii, drach. i. & med. ſucci eupatorii, drach. x. cum manna fac trochiſcos.

Obſtructionem hepatis probè leuant, & inde naſcentes icterum, febres antiquas, & aliis complexas.

Ingens eſt paſtillorum de roſis ſylua, tam Græcæ, quàm ~~Mauritanæ familiæ authoribus varia~~, ſuntque & diarhodon, ideſt è roſis ſignificatu, prolatione verò diuerſi, hi verò rhabarbaro, ac glycyrrhiza exceptis, mutatiſque ponderibus, vocantur trochiſci de roſis cum ſpodio ex Auicenna 5. can. Tract. 8. & ſi alios habeat de roſis, & eupatorio, ab his non multum diſsimiles.

Eupatorij.

RECipe mannæ, ſucci eupatorii, an. vnc. i. roſ. vnc. med. ſpicæ, drach. iii. rhabarbari, aſari, aniſi, an. drach. ii. antiſpodii drach. iii. & med. cum ſucco eupatorii recenti fac trochiſcos, vtere.

Obſtructionem, & tumorem præter naturam hepatis, & lienis ſanant, ac inde natas febres, & harum rigorem, icterum incipientem, hydropem.

Præpoſitus, ac Cordus, legunt aniſi, an. drach. ij. & med. Braſauolus diminute mannæ, ſucci eupatorij ſing. drach. med. Præpoſitus drach. i. & roſ. drach. med. Auicenna paucioribus complectitur, Myrepſus diuertit. Fuch. cum ſtillaticio caſſutæ liquore fingit, tametſi primũ ex ſucco addenſato, deniq; ex recenti parabiles ſint.

Eupatorij Actuarij.

RECipe abſintii, ſchœnanti, ſucci eupatorii, roſ. fœniculi, maſtiches an. unc. med. aniſi, tragacanthæ albæ, an. drach. ii. ſantal. citrearum, antiſpodii, an. ſcrup. quatuor, tuſa, & incerniculo creta, ex intuborum ſucco ſubigito, & in paſtillos ex aqua, in qua lacca maduerit, ex oxymell. cogito.

Iecur, & ſtomachum adiuuant, inflationes diſcutiunt, & horrores febrium, quas pituita creauit.

Ramichij, alijs rumicis.

REcipe ſucci rumicis, unc. xvi. ſemel ferueſac, cum roſ. unc. i. baccarum myrti, unc. ii. cola, his immiſce gallarum recentium, curioſiſſime tritarum, unc. iii. coque iterum, deinde pulueriza ſuper ipſa, foliorum roſ. carnium rhois, antiſpodii, an. unc. i. ſantalorum citrearum, unc. i. drach. ii. gummi arabici aſſi, unc. i. & med. omphacii, unc. vii. ſucci baccarum myrti multum tritarum, unc. quatuor, ligni aloes, caryophyll. macis, nucis moſchatæ, an. unc. med. miſce omnia ſimul, & extend

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

extende in scutella lapidea, usque dum siccentur, post tere minutim, & cum caphuræ, drach. i. & med. & aqua rof. fac trochiscos paruos, sicca in umbra. Sunt qui loco succi rumicis, sumunt succum cydoniorum immaturorum, vel oxalidis, quartum rumicis genus, idque vt cydoniorum, potius approbandum est. quidā quoq; aromatizant, moschi drachmæ vnius quarta parte.

Ventriculum, cor, hepar, imbecilla firmat, ac lubrica viscera, & intestina, choleram morbum sistit, acrimoniā obtundit, animum reddit tranquillum, omnem hęmorrhagiam cohibet, ob quam naribus sanguine fluentibus impellitur sufflando, aliis medicamentis miscetur.

Et si omphacij drach. vij. legerint Syluius, ac Fuchsius, atque alia Mes. exemplaria nobis tamen non displicent vnc. vij. cum Præposito. Cordus in initio prætermittit baccarum myrti, vnc. ij. & post omphacij, gr. myrti, vnc. quatuor, succi loco supponit. Brasauolus in examine trochiscorum, peruerse legit gummi arabici assi, vnc. med. carnis sumachiorum, antispodij, an. drach. v. addit succum punicorum, succique myrtillorum vice, post granorum myrti, vnc. med. absurdissime exponit, & Mes. ramich esse contendit, at in emplastrorum examine, nostram omnino sectatur descriptionem, verum vbi castigatiores codices gallarum, vnc. iij. habent, ipse drachmas legit.

Multæ sunt ab alijs ramich descriptiones, quibus omnibus hæc præualet, alij rumicis appellant, quamuis Serapioni, ramich sit gallia, aut galliæ materies, vel forte à gallis quas recipit, ramich appellatione: quæque sit vox, compositionem non immutabit.

Ex caphura.

Recipe foliorum rof. vnc. med. antispodij, glycyrrhizæ, an. drach. ii. santalorum citrearum drach. ii. & med. croci, seminum melonis, cucumeris, cucurbitæ, anguriæ, tragacanthæ, gummi, spicæ, an. drach. i. cardamomi, ligni aloes, amyli, caphuræ, an. scrup. ii. sacchari albi, & mannæ, an. drach. iij. Brasauolo iiij. comprehende mucagine seminis psyllij, extractæ cum aqua rof.

Ad febres ardentes, bilis, & sanguinis feruorem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim inexpletam, ictero quoque, & phtisi, & hecticæ conferre dicuntur, nobis suspecti sunt, nisi cardamomum, spica, lignum aloes ne dicam caphura, auferatur: id verò expendant eruditè.

Plures sunt ex Auicenna 5. can. atq; alijs, trochiscorum è caphura compositiones: Myrepsus etiā euariat.

Rhabarbari.

Recipe rhabarbari drach. x. succi eupatorij addensati, amygdal. amararum, an. vnc. med. rof. drach. iij. spicæ, anisi, rubię, absinthij, asari, seminis apii, an. drac. i. cum succo absinthij, vel fœniculi, fac troschiscos drach. i. & med.

Valent ad hepatis obstructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiusdem, & icterum, & hydropem, & formæ corruptionem.

Brasauolus succum eupatorij prætermisit. Cordus legit rof. drach. i.

Ex rhabarbaro Actuarij.

Recipe rof. siccarum, absinthij, rhabarbari, an. drach. ii. scrup. ii. antispodii, spicæ indicæ, iunci odorati, laccæ purgatæ, succi eupatorii, sing. drach. i. santal. citrearū, croci, caf. aromaticæ, tragacanthæ, masticbes, an. drac. ii. contusa, & cribrata cū succo fœniculi digerito, & subigito in pastillos, qui dentur ebibendi, cum aqua in qua maduerit lacca, vel oxysacchare.

Prodest aduersus iecinoris, & lienis obturantes infarctus.

Eosdem tradit Myrepsus, at pondere variat aliquantillum, alij sunt ex Rasi 9. ad Almans. cap. 68. alij ex Auicenna 5. can. his non multum dissimiles.

Ex antispodio, aliàs de spodio.

Recipe antispodii, vnc. med. rof. rubrarum, drach. vii. seminis portulacæ, succi glycyrrhizæ, an. drach. ii. cum mucagine seminis psyllii fac trochiscos drach. i.

potio ex malorum punicorum latice non distat Myrepsus, at ex succo seminis lini effingit, postea ante trochiscorum è caphura traditionem sectari videtur, mutatis ponderibus, vt addita manna. Auice. 5. can. tract. 8. his addit. Actuarius tragacanthæ candidæ, & amyli, sing. sesquidrachmam, sacchari, scrup. 8. sunt qui adiungant quatuor seminum, gummi, croci, an. drach. ii.

Efficacissimi in febres acutas, ventriculi, & hepatis inflammationem, & sitim vehementem: hos in electarium è psyllio, potius quàm secundos iniiciunt aliqui.

Antispodij cum semine oxalidis, aliàs acetosæ.

RECipe ros. rubrarum, vnc. i. & med. antispodii, drach. x. seminis oxalidis, drach. vi. seminis portulacæ. seminum coriandri aceto maceratorum, & torrefactorum, pulpæ rhois, an̄. drach. ii. & med. amyli assi, balaustiorum, baccarum oxyacanthæ, an̄. drach. ii. gummi arabici assi, drach. i. & med. comprehende omphacio, vtere cum aliquo succo astringente. variat aliquantulum Auicenna.

Ad febres biliosas cum alui fluore valent, inflammationem ventriculi, & hepatis, & sitim continuam sedant.

Oxyacanthæ primi, off. de berberis.

RECipe baccarum oxyacanthæ, aut succi earum, succi glycyrrhizæ, seminis portulacæ, antispodii, an. drach. iij. ros. drach. vi. spicæ, croci, amyli, tragacanthæ, an̄. drach. i. seminis anguriæ, drach. iii. & med. caphuræ, drach. med. cum manna fac trochiscos.

Febres ardentes extinguunt, ac sitim vehementem.

Hi in electarium de psyllio induntur, Brasauolus tamen in electariorum examine, spicam, crocum, amylū, tragacantham in curia reliquit, Præpositus citrulli, drach. iij. Myrepsus seminis anguriæ, drach. i. & med. croco derelicto.

Oxyacanthæ secundi.

RECipe baccarum oxyacanthæ drach. ii. antispodii, mastiches, ligni aloes, galliæ, spicæ, seminis oxalidis, an̄. drach. i. ros. drach. v. gummi, drach. iii. cum aqua ros. fac trochiscos.

Ad intemperiem calidam, fluorem alui, hepatis dolorem.

Ex Auicenna 5. can. septem sunt horum trochiscorum descriptiones, ex Rhaze, Serapione, alijsque plures. Præpositus gummi obliuiscitur.

Oxyacanthæ Actuarij.

RECipe oxyacanthæ, succi glycyrrhizæ, ros. seminum cucumerum, cuscutæ, seminum intuborum, singul. drach. iij. mastiches, spicæ, eupatorii, singul. drach. ii. rhabarbari, croci, singul. drach. i. antispodij, scrup. iiii. mannæ drach. vi. tusa, cribrataque in pastillos redigito.

Obstructo iecinori, lienique auxiliantur, pellunt spiritus, in his qui aqua intercute tentantur, potionis modus sextula, cum oxysacchara, & aqua.

Absinthij.

REcipe rosarum, absinthij, anisi, an̄. drach. ii. rhabarbari, succi eupatorii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

asari, apii, amygdal. a. spicæ, mastiches, folij, an. drach. i. fiant trochisci cum succo intybi. Da cum succo herbarum, scilicet absinthii, eupatorij, apij: aut cum ipsorum stillaticio liquore.

Obstructionem ventriculi, & hepatis, & ab his dolorem, & febres antiquas tollunt, dictas partes, reliquasque nutritorias roborant, appetentiam excitant.

Est etiam ex Auicenna, duplex trochis. de absinthio compositio, vt etiam alijs ad hæmicranicos. haud dissimilem recenset Actuarius, vt etiam Myrepsus, nu. 55. aliquantulum euarians.

Anisi.

RECIPE anisi, eupatorij, aloes, an. drach. ii. seminis anethi, spicæ, mastiches, folij, absinthij, asari, apii, amygdal. amar. an. drach. i. compone cum succo absinthii, & apii. Da cum syrupo acetato, & succo herbarum.

Obstructiones hepatis, & alios eius morbos, & inde febres antiquas sanat.

Syluius legit amygdal. amar. an. drach. med. Auicenna 5. can. tract. proprio solis ponderibus variat. Myrepsus longe abest.

Ex decem simplicibus, vel anisi alij.

RECIPE anisi, succi eupatorij, an. vnc. med. mastiches, spicæ, apij, absinthii, asari, folii, an. drach. i. amygdal. amar. drach. i. & med. aloes bonæ, drach. ii. confice cum decocto absinthii.

Hepatis vitia, & inde natas febres antiquas, & quartanas, & formã corrũpẽtes, sanare sunt à veteribus proditi.

Eosdem ponderibus varios describit Auicenna, ex decem medicinis appellans.

Laccæ.

RECIPE laccæ mundatæ, succi glycyrrhizæ, absinthii, succi eupatorii, oxyacanthæ, rhabarbari, aristolochiæ longæ, costi, asari, amygdal. amar. rubiæ, anisi, apii, schœnanthi, an. drach. i. fac trochiscos ponderis drachmæ vnius, succo absinthii, aut vino, uel decocto aristolochiæ, & schœnanthi.

Hepatis, & lienis obstructiones, & inde natas febres antiquas, varias, & ascitem, per vrinas mouent.

Aliquantulum ab his euariat Auicenna, 5. can. tract. 8. alibi etiam solis ponderibus varians, nulla rhabarbari mentione. Myrepsus aliter dictat, oxyacantha Fuchsio non placet, quòd alijs contrariam facultatem habeat. ac si robur addenda illi non quadrent.

Terræ lemniæ, off. sigillatæ.

RECIPE sanguinis draconis, gummi arabici, assi, ramich, foliorum, & seminis rosarum, amyli assi, antispodii, acaciæ, hypocysthidos, lapidis, hæmatitæ, balaustii, boli armenici, sigilli lemnii, fumariæ, quibusdã seminis cannabis, corallii, succini, an. drach. ii. margarit. tragacanthæ, papaueris nigri, an. drach. i. & med. portulacæ assæ, cornu cerui vsti, thuris, croci, gallarum, an. drach. ii. cum aqua plantaginis fac trochiscos.

Da cum aqua infusionis antispodii, gummi, boli armenicæ, spicæ, ad sputum sanguinis ex thorace, aut polmone reiecti, cum aqua portulacæ sumitur. ad excoriationem, cum succo cotoneorum, vel alio astringente: ad hæmorrhagiam partium infernarum, iniicitur cum aqua bursæ pastoris. cogimur interdum his trochiscis addere, opii, drach. ii. aut plures, aut pauciores, in fluore sanguinis narium, ex succo plantaginis, & oui albumine soluti, fronti, & temporibus applicantur: in mensibus immodicis, coxis internis, & lumbis.

Gallas omisit Syluius, legitque croci, an. drach. numero non addito, Cordus, ac Fuchs. fumariæ non recordantur. Præpositus autem ad papauer nigrum vsque, legit an. drach. iij. & med. Est pastillus sphragis Actuarij, ab hoc diuersus. Fuchs. legit nucum cupressi gallarum loco.

Colocynthidos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Colocynthidos, aliàs alhandal.

RECipe pulpæ colocythidos, albæ, & leuis, & ſeminibus purgatæ, vnc.x. forcipibus incidantur, & fricentur, cum vnc. i. olei roſ. fac trochiſcos cum mucagine ex tragacanthi, gummi, bdellii, an. drach. vi. aqua roſ. aliàs vnc.iiii. verius octo, dies quatuor maceratis, ſicca in vmbra, tere iterum curioſe, & cum eodem mucagine, forma rurſus trochiſcos, & vtere.

In hieram hermetis, & compoſitiones alias inijciendi colocynthidos loco, niſi hæc mixtis probè caſtigetur, tutiores .n. ſunt, vbi tamen colocynthidos abſolute, authorum mentem inſequi poſſumus. ſunt qui hos trochiſcos Hermetis tempore nõdum compoſitos ſcribant. Syluius drach. x. colocynthidos duntaxat legit, Cordũ propterea taxat Bernardus Deſſennius, quod vnc. x. pinxerit: nobis haud corripiendus videtur, quod octodecim mucaginum drachmæ, ad drach. x. colocynthidos, eius vim nimis immutent: quum autem apothecariorum lumen cõmaculat, quod gummi ſing. drach. med. habet, non animaduertit illum ſcripſiſſe colocynthidos, drach. x. tantummodo, & gummi, an. drach. med. gr. xv. quorum ſupputatione, omnibus ſanè imminutis, ad vnc. x. alludit, vt in omnibus officinis noſtris communiter, fieri conſueuit. Fuchſ. quoque vnc. x. legit. Deſſennii error.

Santalorum primi.

REcipe trium ſantalorum, an. vnc. i. antiſpodii, ſeminum cucumeris, cucurbitæ, anguriæ, portulacæ, boli armeni, an. vnc. med. roſ. drach. vi. fac trochiſcos cum aqua portulacæ. Da cum lacte acido, aut omphacio, aut ſucco acido citrij, aut ſucco ribes. ſunt qui addant caphuræ, drach. i. oxyacanthæ, aut eius ſucci, drach. vi.

Ad febrem ardentem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam, & ſitim,

Paululum, aut ferè nihil euariant, paſtilli Diaſantalon Actuarij.

Santalorum ſecundi.

REcipe ſantalorum citrearum, drach. ij. gummi arabici, ſeminis anguriæ excorticati, an. drach. i. ſeminum lactucæ, portulacæ, tragacanthi, ſucci glycyrrhizæ, an. drach. med. fac trochiſcos, vtere vt prius. Idem promittunt.

Præpoſitus, gummi vnc. med. ſcribit, variatque, rem inepte complexus.

Hamec.

REcipe foliorum violarum, humidi & ſicci mediarum, vnc.ii. drach.ij. turpeti, vnc.i. drach. i. ſucci glycyrrhizæ, drach. iiii. & med. mannæ, drach.iii. Braſauolo iiii. Præpoſito, vi. fac trochiſcos. Dantur drach. iii. cum ſaccharo, aut pulpa caſiæ: his interdum coacti, addimus ſcammonii, drach. ii.

De violis cum ſcammonio.

REcipe violarum, humidi & ſicci mediarum, drach. vi. turpeti vnc. med. ſucci, glycyrrhizæ, mannæ, ſcammonii, an. drach. ii. fac trochiſcos, utere.

Ad eadem valent, nec à ſuperioribus diſtant, doſi excepta. horum vſus præcipuus eſt in pleuritide, abſq; ſcammonio, ſine quo vt plurimum parantur, quum vero frequentiſſimi vſus ſint, poteſt omniũ pondus pro portione augeri. purgant pituitam craſſam, ideo aſthmati, catharro opitulantur. habet etiam trochiſcos lenientes Auicenna, ex turpeti, drach. v. violarum ſiccarum, drach. x. ſucci glycyrrhizæ, drach. ij. & med.

Cyperi.

REcipe zingiberis, cardamomi, nucis moſchatæ, macis, caryophyll. galliæ, gũmi, an. drach. i. & med. cort. citrii, maſtiches, ſchœnanthi, cyperi, ſpicæ, cinnamomi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

namomi, empellicarum, extremitatum myrti, añ. drach. iii. sunt qui addant moschi, siliquas ij. fac trochiscos cum melle ex passis, vtere cum vino odoro post purgationem, & vomitum.

Corruptionem, malamque coctionem ventriculi, & inde natum oris fœtorem, salubriter, & certo emendant, odore aromatico cor, & cerebrum roborat.)

Idem propè sunt cum trochiscis ex caryophyllis, & moschatis, pauculis quibusdam immutatis, ideo eorum loco, si contingat, vsurpari poterunt, tametsi moschatos non prætermiserimus.

Ligni aloes.

Recipe ligni aloes, ros. rubrarum, añ. drach. ii. masticheс, cinnamomi, caryophyll. spicæ, galliæ, nucis moschatæ, cubebarum, cardamomi utriusque, pastinacæ, cort. citrii, añ. drach. i. & med. moschi, ambari, añ. scrup. med. fiant trochisci cum melle ex passis. Da cum vino odoro, & aromatico. ambari non recordatur Præpositus. Quidam relicta pastinaca, macis sesquidrachmam addunt.

Ventriculũ, cor, hepar, imbecilla roborant, ob id valent ad oris fętorẽ, pulsum cordis, & syncopẽ, ac hydropẽ.

Capparum.

Recipe cort. rad. capparis, seminum viticis, an. drach. vi. melanthii, calaminthes acori, amygdal. a. nasturcij, ammoniaci, foliorum rutæ, aristolochiæ rotundæ, succi eupatorii, an. drach. ii cyperi, scolopendrij, an. drach. i. puluis horũ omnium, comprehendatur ammoniaco aceto dissoluto.

Ad splenis duritiem, & flatus eius dissipandos. Dantur drach. i. & med. cum vino cui incocta sit radix capparis, cortex fraxini, & cortex tamarisci, aut extremitatum ramorum eius, & cortex salicum. sunt qui valentius efficiant, duplicato ammoniaco.

Auicenna paucioribus perstringit, Cordus perperam legit, ammoniaci, drach. iiij. acorum & cyperum inepte dereliquit, Præpositus verò acorum duntaxat.

Salix: ex Diosco. lib. 1. cap. 117. vt etiam hodie, rutibus cunctis agnita, varias assequitur species, ex Theophr. 3. de hist. plant. cap. 13. nigra omnium procerior, candida, vel flauescens, media altitudinis, fluminum ripis familiaris: vimnalis in satiuam, & erraticam distribuitur; erratica rursus bifariam secatur, in pumilam omnium tenuißimam, & ruberrimam, in Serui nostri sterilibus copiosißimam: & aliam proceriorem, quæ nigram salicem quodammodo æmulatur, ac mentitur, aliter etiam ab alijs diuiduntur. prima ad vitium pedamenta, perticis, ac palis inseruit: alia ligandis cadorum vinariorum circulis, corbibusque rusticanis, aliæ texendis canistris, volucrum caueis, vitreis vasis, alijsque aptißimæ. vtra tamen eligatur, non refert.

E capparibus Actuarij.

Recipe cort. rad. capparis, costi Indici, laccæ mundæ, spicæ, polij, rhabarbari, aristolochiæ rot. casiæ aromaticæ duplicatæ, iunci odorati, specierum hieræ, drach. ii. scrup. ii. misceto cum apiorum aqua, aut aceto. Aduersus lienis ædemata.

Sunt plures è capparibus Arabum descriptiones: sunt et pastilli splenici ex Gal. 9. de cõp. med. secundũ loc.

Viticis, off. de agnicasto, vel tamarisci.

Recipe seminum viticis, & tamarisci, añ. drach. x. seminis intybi, & portulacæ, an. drach. v. cum syrupo acetato fac trochiscos trium drachmarum, quorum vnus cum eodem syrupo propinetur: si verò addatur scolopendr. loco portulacæ, dosi in omnibus diminuta erunt trochisci ex tamarisco.

Valent lienosis, febricitantibus.

Vitex:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Vitex: siue lygos, Barbaris agni castus, Romanis amerina salix, ex Diosco.lib.1.cap.116.duum est generum, vnum horum album florem mittit, cum purpureo, alterum tantum purpureum, & semen vt piper: arbuscula est satis perspecta, & salicis modo assurgens: huius visitur planta, florem ex purpureo, candicantem gerens, non longe ab officina Xenodochij Ticinensis, Diuo Matthæo dicati, altera minus nota est, ramosa, folijs candidioribus, lanuginosis. Græcis ἄγνος *.i. casta, vnde ridenda voce, Græca, Latinaq; iunctis, hactenus vulgatum est uiticis voce Helicam Theophrasti appellitant Bononienses, eiusq; virgultis cistulas elegantes componunt, viticem clarius reddidit Plinius, lib.24.cap.4. quum in Diosco. nescio quid desiderari videatur, & si Matthiolus non aduerterit, quum fruticem in arborem assurgentem, duumq; generũ, flore tantum differentium exposuit, ideoq; & magnitudine distent, quum altera in arborem assurgat, altera tantũ fruticet.*

Ex scolopendrio.

Recipe scolopendrij, hyssopi, piassij, tamarisci, cort.rad.cappar., añ.vnc.med. seminum viticis, seminum rutæ, gentianæ, aristolochiæ rot. florum genistæ, an.drach.ii. & med. ammoniaci aceto liquati, drach.i. & med. cum eodem reliqua misceantur in rotulas.

Scyrrho lienis, eius flatibus, atque doloribus.

Genista, quibusdam spartion, falsò, quod ex Diosco.lib.4.cap.139. frutex est longus, ferens virgas sine folijs, &c. diuersa procul dubio sunt, quum nostra vulgaris genista ad scopos obsequiosissima, plurimis turgeat foliolis, longiusculis, lini ferè modo, floribus luteis, pisi modo lunatis, quibus exceptis, integrã, viuãq; genistæ imaginẽ indicare videtur, eodẽ inter vitilia vsu. quo circa Plinius lib.24.cap.9. inquit. dubito an hæc sit, quam Græci authores spartũ appellauere, quum ex ea lina piscatoria apud nos factitare docuerim, idq; lib.19.cap.2. Matthiolus tamen in codice hetrusco, aliorum famam, & nomen retundere ausus, Fuchsiũ hac in re illusum redarguit, idemq; esse spartion, & genistam, apertissimè contendit, nec foliorum difficultatem tollit, & dubitantem Plinium fortasse perlegit: at at in Latino suo volumine admonitus, copiosissimum spartum numerosamq; genistam haberi non adeo mordicus sua dogmata sustentat, quin meliora ferentibus cedat. benedictis itaq; si certaret, audiret. Est enim iuncus Hispanicus, funibus rudentibus, ac ficarijs corbibus accommodus, ex quo vulgo sportellæ, quasi ex sparto, quem verum esse putarunt: alij ad sparti alterum genus reuocarunt, at Hispaniense spartum non descripsisse Dioscoridem, pluribus contendit Marcellus, vt Petro illi Canizero Medico, tanta fides haud deferenda videatur, quo aliorũ oculis, vel conspicilijs, tam leni animo abutatur, frequentius, quum præsertim ab Hispano quodam Sancta Crux vocato, herbarum non ignaro, id præsertim audiuerim. commune spartum in Hispania copiosissimum, fiscellis, funibusq; obsequentem, iunci speciem esse, nec florem luteum expromere. Huc accedit Amathus, qui Hispaniense spartum, fruticẽ iunci aculeati modo, in aceruis sponte nascentem asserit, virgis ad summm cubitalibus, solidis, & flexuosis, ideo ad vincula, corbesq; idoneum, absq; folio, semine, & flore, ex quibus credit genistam Græcorum spartum esse, id verò antiquis ignotũ eiusdẽ sententiæ Anguillarius, genistam eo statu Diosco. figuratã aduertit, quo baccis floribusq; onustæ folijs destituitur, qua eadem incuria, multomagis ipse damnandus videtur, quum nullo florum vestigio Iulio ac Augusto folia apud nos seruet. tametsi apud collẽ Cretensem politiori quadã genista Septembri deceptu quòd folijs omnino nuda visceretur, Vere ineunte illis et si nostrate rarioribus exornatur, virgis prælongis quibus vites alligant acolæ, flore croceo, semine in siliquis lẽticulæ figura, sit verò idẽ, vel diuersi generis, vel aliena peccata Matthioli vitijs noceant, non recuso quin Latinorũ genista, Maio, & Iunio mense florescens, ac subinde in siliquis hirsutis, semen lenticulæ haud absimile promens, cuius sunt sabuleta, & perarida loca vbiq; feracissima, eius loco cõmodissimè indi possit, vel marina vocata, et hortensis, fragrantissimi floris, ideo in uiridario nostro, alijsq; pluribus exculta, quæ vltramarina, & orientalis voatur ex Mes. meliorq;. Qui verò inexhausta reprehẽdẽdi siti æstuat Senẽsis, genistæ semẽ nõ recte obseruasse Mes. inquit: quòd erui vel vitiæ faciẽ potius referat, quàm lentis, idquod nulla herbarũ cognitione præditi, in Glareis, siue officinarũ capsulis dijudicent, vbi eodẽ in folliculo oblõga alia, alia lenticulæ persimilia tersissimè intuebitur, floribus & si lunatis, tamẽ vt albæ uiolæ luteis ex Diosc. Est & quædã vocata genistella, frutex rosmarini penè folijs, at rigidis ac pungentibus, semine, flore, ac radice genistæ, in arenosis, & secus uias spartũ foliis ferè destitui scribit Fuchs. ac si foliolis quibusdam ornetur.

[Margin notes: Fuchsius ꝓtegitur & Mathiolus recantat. — Amathi lapsus. — Genistella.]

Succini, barbaris de carabe.

Recipe succini, vnc.i. drach.i. cornu cerui, gummi, corallii ustorum, tragacanthæ, acaciæ, hypocysthidos, balaustii, masticHes, aliàs macis, laccæ, papaueris nigri assi, an.drach.iii. thuris, croci, an. drach.ii. scrup.med. gr. vi. fac trochiscos cũ mucagine seminis psyllii, aqua feruenti maceratis. quidam addunt opii, scru.ii. gr. vi. aliàs drach. ii. gr. vi.

Omnem hæmorragiam sistunt, sumpti cum aqua plantaginis, vel eius succo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Diaelectru, .i. è succino Gal. 7. de comp. med. secundum loc. cap: 4.

RECipe psyllii, vnc. v. & med. drach. i. iridis masticheS, succini, croci, singul. vnc. iij. drach. ii. opii, drach. xv. psyllium in feruentem aquam coniectum sinitur macerari, donec viscosa, & glutinosa euadat aqua, dein humor exprimitur, & in pastillos formatur ab eo ponderibus procul abest Aetius, Tetrab. 2. serm. 4. cap. 63 vt Alexander, lib. 8. cap. 6.

Auxiliatur sanguinem expuentibus, ex tam inueteratis, quàm recentibus tussibus medetur, phtisicis, humorem à pectore reiicientibus, purulenta excreantibus, cœliacis, dysentericis, inflante spiritu turgentibus, opitulatur. Est & medicamentum finiendis doloribus efficax ex Actuario, at scobem arboris loti addit. est & pastillus ex succino Pauli, 7. lib vt etiam ex Myrepso, ponderibus quibusdam immutatis. sunt & alii plures ex Mauritanorum schola.

Vesicariæ, vel halicacabi, barbaris alchechengi.

RECipe baccarum uesicariæ, drach. iii. seminis cucumeris, anguriæ, cucurbitę, añ. drach. iii. & med. boli armeni, gummi arabici, thuris, sanguinis draconis, papaueris albi, amygdal. amararũ, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, amyli, nucleorum pini, añ. drach. vi seminis apii, succini, sigilli lemnii, hyoscyami, añ. drach. ii. alii addunt opii, drach. ii. fac trochiscos cum succo halicacabi sufficienti, aliis cum iulepo ros. aut uiol. Da drach. i. cum iulepo, aut mulsa.

Ad renum, & vesicæ vlcera, & natam inde dysuriam, siue stranguriam, alias ad ardorem vrinę.

Paucioribus perstringit Myrepsus, estq; confectio alchechengi Auicennæ huic æquipollens, & ad sanguinem mingentes, ab hac euarians, sunt & geminæ trochisci alchechengi descriptiones, eodem lib. tract. 8.

Diaphyssalidon, idest è vesicaria Actuarij.

RECipe opii, seminis cucumeris, seminis apii, hyoscyami, fœniculi, vesicariæ, sing. vnc. iii. amygdalorum, vnc. iiii. croci, vnc. ii. vini dulcis, quantum erit satis, ut hoc ueluti fermento concrescant in pastillos.

Pollent aduersus renum, & vesicę exulcerationes, fluentem sanguinem & mucosa, strigmenta excernentes, & vehementi dolore conflictatos, huius pastilli pondus drachmæ datur febri non obnoxiis, ex dulci vino, vel sapa, febrientibus cum dilutiore vino.

Paulus diuertit lib. 7. cap. 12. alij etiam pastillos διαφυσαλίδων tradunt.

Ex agarico.

RECipe agarici, drach. v. zingiberis, mastiches, añ. drach. i. salisgemmæ, calami aromatici, añ. drach. i. & med. turpeti, anisi, aceti, an. drach. ii. fac trochiscos. Da cum aqua calida.

Ventrem soluunt, simul & vomitum prouocant, ob id stomacho pituita oppresso salubres, aceto sufficienti peracti: ab vsu recessere, & in eius sedem modo infrascripto paratus successit.

Agaricus præparatus, siue trochiscatus, cum vino albo, vel oxymelle.

RECipe vini albi, libr. i. zingiberis crassiusculum triti, vnc. ij. salisgemmei, drach. vi macerentur simul die naturali, post leuem expressionem, iniice agarici optimi, in pollinem redacti, ad imbibitionem, tertio hinc die, alio vino infusionis prædictæ humectetur: idem modus tertio seruetur, eademque imbibitio pari ordine, cum oxymelle fieri potest, ideo nomine distinguitur, alii capiunt agarici, vnc. i. & med. zingiberis, drach. i. scrup. i. salisgemmæ, unc. med. oxymelli permiscent. sunt qui zingiberis, partem duodecim his adiiciant, aliter

alij,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

alii, verum à Mes. cap. de agarico, hoc modo describi. agarici puluerati, drach. iii. salisgemmæ partem vnam, cum syrupo acetato formentur trochisci, asserunt Mantuani antidotorum iudices: ille verò agarici facultatem intendi inquit, si tertia pars salisgemmei adijciatur, atque cum manna in trochiscos cogatur.

Agarici facultatibus pollent, minore ventriculi noxa.

Amathus, trochiscorum forma vires suas amittere agaricum scribit, tenuesq; partes euanescere, quia plus iusto exsiccatur, ideo ab ea abstinendum, & quoties agarico opus sit, ex recenti massam effingendam, vel pilularum more globos redigendos, quia sic longiori tempore seruabitur, nec ita celeriter suas amittet vires. Matthiolus qui vbique comminutum, depressum, victumque eijcit Amathum, quo illum prosequatur odio apertissimè demonstrat, eius seriem immutans, sanamq; voluntatem non apprehendens, quasi dixerit agaricum in puluere, suas statim deperdere vires, vt 43. censura, prolixe satis nugatur, ac si iusserit agaricum ea ipsa hora contundendum, ac alijs addendum medicamentis, qua expedit illo vti: quum tamen nil aliud edocere voluerit, & si non ita lucide res proferat suas, quàm trochiscos ex agarico officinarum, quia ea forma minus humoris seruatur, quàm in massam, citius ideo vires deperdere, quum præsertim myropolæ illos veterascere sinant, ideo præstare in massas redactum, cui etiam calculum addit singularis optimusq; Archiater, Antonius Thesaurius Fossanensis, eruditione, & experientia clarissimus, quum præsertim deterius agaricum eligere consueuerint, ad trochiscos parandos, hoc iam diu more in cunctis Vercellensibus officinis abolito. Matthioli nugamẽtũ in Amathũ

Myrrhæ.

Recipe myrrhæ, drach. iij. lupinorum curiose tritorũ, drach. v. foliorum rutæ, menthastri, pulegij, cumini, rubiæ, lasseris fœtidi, sagapeni, opopanacis, añ. drach. ii. cum succo, aut aqua sabinæ, para trochiscos, drach. ii. Detur vnus quotidie cum decocto seminis iuniperi.

Histericas, & ex vtero patientes potissimum leuat, menses efficacissimè promouet.

Cumini obliuiscitur Præpositus, & opopanacis, an. drach. ij. ex Alexandrino deducit. Rhazes potissimũ quum sint, id quod alibi ipse quoque testatur, præscriptam compositionem ad vnguem secutus. Mantuani trochiscos parant, ex aqua decoct. gr. iuniperi. Bertrucius cap. de retent. menstr. succo rutæ compingit. Fuchs. excedit legendo opopanacis singul. vnc. ij.

Aliptæ moschatæ.

Recipe ladani purissimi, vnc. iii. styracis, vnc. i. & med. stactæ, vnc. i. ligni aloes, drach. ii. ambari, drach. i. caphuræ drach. med. moschi scrup. med. aquæ ros. quantum sufficit, formentur trochisci arte.

Pueris constrictionem pectoris, & asthma patientibus succurrunt, non valentibus etiam lac retinere, fit inde optimum fumigium, & odoriferum, & in pretiosissimas medicinas assumuntur.

Moschati.

Recipe mastiches, spicæ nardi, ligni aloes, cinna. caryophyll. gallæ moschatæ, nucis moschatæ, cubebarum, cardamo. vtriusq; cort. citrii, an. drac. ii. & med. moschi, scrup. med. cũ vino aruisio rotulas para, iidẽ penè, cum pastillis è cypero.

Tremori cordis, & hypocundriacis flatibus subueniunt.

Crocomagmatis, aliàs de croco.

Recipe croci, drach. iii. ros. ameos, myrrhæ, añ. drac. i. & med. ligni aloes, scrup. ii. cum aquæ ros. formentur, aliis pro ligno aloes, ligni balsami, drach. ii.

Est & ars crocomagmatis dicta, ex Auicenna, ab his euarians, vt etiam è Myrepso, è quo trochiscos rubeos, siue rubiam trochiscatam, vt etiam pastillos è croco, vide si libet. Est & crocomagma, ex croci, drach. xi. chalcitidis, drach. vii. & med. aluminis, chalcanthi, an. drach. i. & med. gummi arabici, drach. ij. fac cum vino austero. Aetius, Tetrab. 4. serm. 2. cap. 50. ex croci, drach. c. myrrhæ ros. amyli, sing. drach. cl. cum vino ad collyrij formam terit, & pastillos format, ad capitis dolores, verum Tetrab. & serm. 2. cap. 50. legit amyli, an. drach. l. & gummi addit. Paulus lib. 7. cap. 12. crocomagma etiam præparat.

Diaion primi, off. Diani.

RECipe violarum recentium, drach. v. amyli, drach. iij. papaueris albi, drac. ii. ſcrup. i. ſeminis plantaginis, drach. i. rhabarbari, ſcrup. v. balſami, ſcrup. i. aquæ roſ. quantum ſufficit.

Rhabar. ſcrup. v. ſumit Præpoſitus. Deſſennius, ac Fuchſ. alij ſcrup. i. Mantuani folia violarũ uiridiũ inepte accipiunt. niſi foliola florum recentium crediderint. hic Cordi, Deſſennij multorumque error demonſtratur, quòd violas albas, non martias acceperint. quas tamen intelligit Myrepſus, inſcribens διαιῶν: ſecus διὰ λευκοιῶν paſtillum nominaſſet, vt probè ſentit Fuchſ. 2. de compoſi. medic.

Excalefactiones mitigant, aluumque roborant.

VIola alba Latinè, leucoion Græcè, Arabicè cheiri, ex Dioſcoride, lib. 3. cap. xviij. vulgaris eſt notitiæ, ſed in floribus differentia quædam, nanque aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Lutea verò præcipui in medicina vſus, & quamuis nominis ethymon albam ſignificet violã tantum, candori non leuem ſplendoris ſui gratiam deferens. ſolet tamen pro lutea, cærulea, quam cæteris pulchriorem, ac purpurea, vſurpari: imo quum luteæ efficaciores ſint, pro viola alba, luteæ vbique indantur. paßim quadruplici colore, vel puellis notißimæ ſunt, vulgo violeri, in penſilibus hortis, interdum in parietibus ſeri ſolitæ, mitiori, & tepidiori aere, ab hyeme ſtatim primæ, flores ſuos proferentes. Quartum verò genus cæruleũ, in Italia nullibi apparere, ideo Dioſcoridi, accreuiſſe, temere ſuſpicantur Marcellus, ac Matthiolus, quod ſi Irrita Marcel. ac Mathioli opinio. *morelli vulgares non ſint. Lata naturæ ſeges & admirabilis eius maieſtas potuit multa vbiq; variare & quæ noſtro orbi ...it, alijs dediſſe, quanquam hodie Vercellis omnicolores penè viſantur.*

Diaion ſecundi.

RECipe florum violarum recentium drach. xv. amyli drach. viiii. ſeminis papaueris albi drach. vii. ſeminis plantaginis drach. iii. rhabarbari, balſami, an. drac. i. aqua roſ. quantum ſufficit fac trochiſcos.

Ponderibus ſolis à ſuperioribus variant, vt etiam ex Fuchſio, forte ex Græco codice corrupto. ibi enim legit rhabarbari ſcrup. v. at. 2. de compoſi. med. drach. v. nihilum ab iſtis euarians, in Alexandrino aſcriptis.

Rubiæ.

RECipe rubiæ, vnc. i. & med. cor. rad. cappar. ariſtolochiæ longæ, glycyrrhizæ, an. drach. i. conficiantur cum ſyrupo acetato, pondere drachmæ vnius. Lienoſis conueniunt.

Bdellij.

RECipe roſ. tritarum, drach. x. ſpicæ nardi, drach. ii. myrrhæ, maſtiches, an. drach. i. coſti, drach. med. amygdal. amar. drach. i. & med. bdellii, cum vino diſſoluti, drach. iii. cum eodem orbiculos forma.

Dactylorum.

RECipe dactylorum immaturorũ, vnc. ii. aliàs drach. ii. antiſpodii, boli armeni, ſeminum portulacæ, anguriæ, cucurbitæ, ſuccini, añ. vnc. med. cum ſucco ſcabioſæ fiant trochiſci.

Phtiſicis, & ſanguinem excreantibus proſunt.

Aſteris Galeni off. Stellæ, 8. de comp. med. ſecundum loc.

RECipe myrrhæ, ſtyracis, nardi indicæ, caſ. fiſtulæ, terræ lemniæ, corticum mandragoræ, piperis, an. vnc. med. croci, ſucci papaueris, an. drach. vi. ſeminis dauci, cretici, aniſi, ſeſeleos maſſilienſis, ſeminis apii, an. vnc. i. myrrha, & ſtyrax, atque opium, ex vino diſſoluuntur odorato, & teruntur, arida verò tũduntur, ac cribrantur, ac in paſtillos coguntur, ponderis drachmæ dimidiæ, & in vmbra re

ſiccantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ſiccantur. in ſecundis aſteris trochiſcis, addit caſtorei, vnc. med. ac balauſtii tantundem, hyſſopi cretici, ſeminis hyoſcyami albi, an. vnc.i.& med. in quibuſdam quoque euarians.

Aſteris vſitati.

RECipe mirrhæ, caſtorei, ſpicæ nardi, caſ. aromaticæ, terræ lemniæ, cort. mandragoræ, an. vnc. med. opii, croci, coſti, terræ ſamiæ, an. drach. v. papaueris albi, drac. vi. dauci, aniſi, ſeſeleos, ſeminis hyoſcyami, ſtacte, ſeminis apii, an. vnc. i. infunde lacrymas vino odoro, & reliqua diligenter contuſa, eodem in orbiculos drachmæ mediæ redigito.

Sanguinem reiicientibus, tusſiculoſis, peruigilibus, doloribus quibuſcunque ſtatim ſuccurrunt, ſomno per hos conciliato, & defluxionibus quibuſque, ad multa vtiles ſtomachi vitia mire ſanant, acidos ructus, & ægras coctiones diſſipant, vertigines, inflationesque diſcutiunt, ad dolores capitis tum poti, tum aceto reſoluti & appoſiti fronti efficaces ſunt, valent contra aurium dolores, adiecto perdicii herbæ ſucco, & aduerſus dentium dolores, ſi cibo indantur galbano excepti, aut lacte ficulneo, valent etiā contra oculorum epiphoras, & tonſillarum inflammationes, vino dulci diluti, & gargarizati, aduerſus omnem ſanguinis impetum, ex myrtite vino: ad deſtillationes, diuturnas tuſſes, ex muſteo vino, thereo, aut protropo, idest ſua ſponte è lacu profluenti: efficaciter auxiliātur tabem ſentientibus, & purulenta extusſientibus, marubii decocto diſſoluti, ſanguinolenta excreantibus, dyſſentericis, cholericis, ſucco ſanguinariæ diluti, contra omnem ſerpentis ictum ex rutæ decocto poti, præſidio ſunt, febrium per circuitum repetentium ſignificationes ſoluunt, duabus horis ante poti, ex vino diluto, menſes fœminis ſubducunt, cum arthemiſiæ decocto ſoluti, veſicæ affectus in vino mulſo diſſoluti tollunt, mulieribus ſimiliter opitulantur, quas vteri ſtrangulatus exanimat, articulariis doloribus, & podagricis decocto gentianæ reſoluti, efficaces ſunt.

Idem ſunt ex Auicenna 5. can. Tract. 8. ne pilo quidem differentes, vt etiā paſtilli aſteris Aniceti, Actuarij, ponderibus ferè ſolis euariantes, nam caſtoreo, coſto, terra ſamia, papauere albo, hyoſcyamo exceptis, eadem ſunt omnia, ideo quæ illi remedia pollicentur, huic aſcribere non inutile exiſtimauimus. Eſt ex eodē paſtillus aſter appellatus, his admodum affinis. Eſt ex Paulo ex Aetio, Tetrab. 3. ſerm. 1. cap. 11. Myrepſo, alijsque diuerſitas.

SAmia terra: ex Dioſcoride lib. 5. cap. 94. duplex eſt, prima præfertur candida, leuis, tangenti linguæ glutinis modo adhæreſcens, mollis, ſuccoſa, friabilis, cuiuſmodi eſt quam alij collyrion vocant, altera aſter appellatur cruſtacea, & cotis modo prædenſa, hæc autem ea eſt qua magis vtendum ex Galeno 9. ſimpl. cap. 5. quæ tenax eſt, & viſcoſa, hanc alumen ſcaiolam credidit Cardanus 5. de ſubtilitate, quod tamen falſum eſt (tanti viri pace) hincque aperte hallucinatus, atque his in rebus parum verſatus facilè deprehenditur, alioqui in omni diſciplinarum genere inſtructiſsimus, vt eius laborioſiſsima, ac eruditione pleniſsima teſtantur monumenta. ſiquidem præter id quod tangenti linguæ glutinis more non adhæret, attritu contumax, & ſi cruſtaceus, ſquamoſusque, non tamen cotis modo prædenſus, denique vſtione in gypſum tranſit, nec eo minus ſuffocat, quod iiſdem in fodinis excauatur, vt cap. de alumine diſcuſſum eſt. & ſi talchum auellanæ pondere, difficultati inteſtinorum mirum in modum prodeſſe aſſerat Cardanus 7. de ſubtilitate: alij aſterem appellatū, talchum eſſe, tanquam ab alumine ſcaiolæ diuerſum exiſtimant, ſtellæ inſtar pellucidum, cruſtoſum, ad fucandas mulierum facies expetitum. ideo forte, quoniam Auicenna 5. can. Tract. 8. inquit. ſtella terræ, & eſt talk, at quum aſter Eretriæ conſimilem vim habeat, & fœminis fluxione vuluæ laborantibus, cum flore ſylueſtris punicæ detur: non ſe mutuis viribus, indicijs'ue reſpondent, ideo quum vera Samia hoc tempore deſideretur, vel ſphragis lemnia, vel eius inopia lapis hæmatites ſuppeditabit: ſunt qui opinentur Samiam terram, candidum illum circulatorum lapillum, quē ad ſerpentum vim edomandam offerunt diui Pauli progeniē mentientes.

Cardani lapſus.

Talchus

Cicadarum.

RECipe lithoſpermatis, quinque folij, ſeminis vrticæ, naſturcii, petroſelini, oluſatri, tartari, vini albi, an. drach. med. ſanguinis hircini, cicadarū, an. drac. iii. galangæ, vnc. i. olei moſchelini, nardini, & balſamini, an. drach. i. & med. ſucci ſaxifragæ, drach. iii. cum ea in paſtillos digere.

Calculum in renibus, atque (vt dicitur) in veſica atterunt, & per vrinam educunt.

TArtarum: vel fæx vini, de qua Dioſcor. lib. 5. cap. 79. vulgo grepola, vaſis vinarijs vetuſtis agglutinata, vino ſuſtinendo, & alendo, & viribus ſufficiendis, quaſi radix: ex Macrobio Saturnaliorum 7. cap. 12. ex nigro, & albo vino, generoſo, & tenui, ſeparatim ſeruandum, ſui cuiuſque generis æſtimatione habita, non id quod circa oſculum, quia ſpumoſum, vel in imo vaſis, quia fæculentum eſt, ſed quod medijs

doliorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

doliorum parietibus adhæret, præstantius enim est. Fæx verò aceti viribus longe acrior est: eius pulueratī drachma iure soluta, cum modica mastiches, & sacchari quantitate, bis, terúe, aluum deicere facit, potentius cum sennæ infuso: ex albo præstantius est, magisque soluit. Sunt qui in aqua decoctum, & spumatum candefaciunt: Crematur vt alcyonium, lauatur vt pompholix. Fæcis vini compositas facultates annotat Pau. lib. 7.

CIcadæ: animalia æstiua, ex Plinio lib. 11. cap. 26. duplices sunt, minores primo prouenientes, nouissimæ intereuntes, & mutæ, maiores quæ canunt vocantur achetæ, & quæ minores ex his sunt tetigometræ, sed illæ magis canoræ: mares cantant in vtroque genere, fœminæ silent. vnum hoc ex his quæ viuunt, & sine ore est, pro eo quoddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt, pectus ipsum fistulosum cætera ex Arist. 4. de animalibus cap. 6. in Montisferacis collibus, è terræ sinu, primum serificis erucis similes prodeunt: nobis bicornes sunt: quidam duo alia genera faciunt, surculariam, & frumentariam, quæ verò apud nos flagrantissimo Sole canoræ sunt, sua garrulitate viatorum aures sæpe obtundunt. Ortus & beneficij cicadarum perpulchram fabellam, vide ex Platone, in Phedro.

Bechici albi, offi. pilulæ Bechechiæ.

REcipe sacchari albissimi, libr. i. sacchari candidi, penidiarum, an. vnc. quatuor iridis, vnc. i. drach. vii. amyli, vnc. ii. & med. mucaginis, tragacāthæ albissimę, aqua ros. extractæ quantum sufficit formentur trochisci, & sigillentur.

Auxiliantur tussiculosis, & difficulter spirantibus.

Mirum est, quod vulgus pilulas vocet, has hypoglotidas, & arteriacas antidotos, quæ linguæ supposita eliquescunt, quum placentularum forma inducantur, vti cætera, & si Mes. suos pilulas vocet: aliter ab alijs describuntur, vt quàm plurima bechica ex Myrepso, ac bechicæ Alexandri lib. 5. opium accipientes.

Bechici nigri.

REcipe succi glycyrrhizæ, vnc. quatuor, styracis, calamitæ, vnc. i. & med. sacchari candi, vnc. ii. & med. specierū diaireos Actuarii, linctorii sani, an. vnc. med. penidiarum libr. med. sacchari albissimi, libr. ii. vnc. iii. mucaginis tragacanthæ in aqua hyssopi maceratæ q. s. formentur trochisci, & signentur.

Abscisæ vocis iacturā resarciunt, & prosunt tussi calida, & sicca laborātibus, leniunt thoracē, sputū promouēt.

Albi.

REcipe tragacanthæ aquæ ros. dissolutæ, sacchari albissimi quātum sufficit, fiant trochisci. Idem penè promittunt.

Auripigmenti, alijs arsenici, off. alcadicon.

REcipe calcis viuæ, auripigmenti, an. drach. ii. chalcitidis, floris æris, aluminis an. drach. i. gallarum, acaciæ, balaustiarum, an. drach. med. tere curiosissime in vase æneo, cum aceto acerrimo, ad quinque dies, fiant trochisci, serua vase vitreo, in loco frigido.

Cancro, fistulis, annuisque vlceribus, polypo, & gangrænis, aceto dissoluti, vel succo dracunculi efficaces.

Alij sunt ex Dino, chali accipientes, his segniores: ex alijs etiam euariant.

CAlx, vulgo agnatissima, qua parietibus tectoria inducuntur, diuersi in architectura vsus, ad priuata, & publica ædificia, ex Dioscoride lib. 5. cap. 80. ex buccinorum marinorum testis, è litoralibus calculis igne crematis, nec non è vili, & fusaneo marmore, vt hodie etiam fit, quæ cæteris præfertur. Efficacior existimatur recens, nec aspersa aquis, ideo viua appellata, vt aquis macerata, extincta: si verò calx absolute scribatur, viua est intelligenda, ex Gal. 4. de comp. med. per genera cap. 5. lauatur optimè per æstatem in æstu caniculæ: ex eodem 6. meth. med. cap. 2. quod si ter, quaterúe, frigida abluatur, omnis planè mordacitatis expers constituitur, cribrata hodie aqua superfusa, quum planè resederit, septies permutatur: quæ ex albo saxo, aut silice coquitur, ex spisso, & duriore, erit vtilior in structura: quæ autem ex fistuloso, in tectorijs.

AVripigmentum: ex Dioscoride lib. 5. cap. 70. in eisdem metallis, quibus sandaracha gignitur. Optimum existimatur crustosum, aureo colore micans, nulli materiæ permixtū, in squammas fissile, quale in Mysia Hellesponti nascitur: huius duo genera fluxerunt, vnum supradictum, & alterum glandis effigie, Marcello puniceum, pallidum, colore sandaracham imitans, glebosum, ex Ponto, & Capadocia defertur,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quod etiam secundum locum tenet: cum auripigmento, simulque mixta frequentissime sandaracha reperitur, imò eadem est vtriusque fodina, dos eadem, & vstio. Quare huius defectus altero suggeritur, ea tamen probatur rufa, & saturatior, & aliena materia vacans, friabilis, cinnabaris odore, sulfuris virus redolens, id itaque quod auripigmentum rubrum dicitur, & inter eius massas rubescit, vere est sandaracha: nec alio differunt, nisi quod hæc in terræ visceribus ampliorem & cocturam, & colorem contraxerit, quod quidem eo patet, quod auripigmentum in testaceo vase super carbones incoctum, summe rubens, & flammeum deprehenditur, vnde alterum altero virium sola tenuitate præstat, sique auripigmento, & sandaracha pinxeris, vtriusque infecturam, luteam quidẽ cernes, at ex sandaracha intensiorem, & in eum inclinantem, qui vulgo ranzo dicitur, & si visu rubra sit, auripigmento color magis efflorescit, eoque nunc passim in pingendis librorum frontibus, vtuntur bibliopolæ. Vnum igitur hic maxime animaduertendum, ne quis adeo stolidus, adeo stupidus, execrabili nimium lapsu, in antidotis Mauritanæ factionis, vel intus assumendis, hac vtatur sandaracha: & si ex Dioscoride detur ex mulsa pura, lenta extussientibus: venenum quum sit præsentissimum: & hoc nomine gummi iuniperi intelligant, vulgo vernix scriptoria, Sandaracx Barbara voce nuncupatam, de qua capite de iunipero. fit etiam adulterina sandaracha, ex cerussa vsta, recentibus chymistis, quæ quoniam admodum rubet, Sandicis nomen accepit. & hæc nihilominus ipsum est Serapionis minium. Auripigmentum, arsenicum croceum, vel citrinum, quibusdam appellatur: Sandaracha arsenicum rubrum, quod luridum rosagallum: album autem, vel crystallinum, simplici nomine, vt etiam hodie fit, arsenicũ absolutè nuncupant, idq; minerále esse, & in ijsdem in queis sandaracha fodinis innasci, contendit hetruscus Matthiolus, latinus recantat: præterea ex auripigimento sublimato fieri, cum paris salis pondere fatetur: risagallum autem, vel arisingal, ijsdem in fodinis, eiusdemque generis esse, sed vilius scribit Brasauolus, eosque falli, qui auripigmentum liquefieri Venetijs, & arte in læuigatas assulas parari, autumarunt: quumq; errorem Amatho ascribat Matthiolus, quod auripigmentum coctum esse dixerit: inquit Amathus, non quia coctum arsenicum est, quod auripigmentum vocamus: idest arsenicum quoddam fieri, ex auripigmento cocto, alium verò dari arsenicum crystallinum, album risagallum dictum, quod in eisdem cauis nascitur, quanquam artificiale quoque reperiatur, ex auripigmento conflatum. fossile igitur, non facticium tradit auripigmentum. Denique quum exæquatis arsenico, & auripigmento partibus sublimatis, arisingal parari testetur, latinè tacet: vtri magis ascribẽdum, nullis testibus, nullis authoribus, non video: & si vbique videam, & circunspiciam, vbi paulo liberius istorum contentiones, æqualia studia, mihi expendenda putem, istorum fabellis instructum, & ornatum animum, ad scribendum appellere. nos enim à Venetis plurimis, alijsque fide dignis audiuimus, inter auripigmenti massas, natiuum risagallum, atque arsenicum comperta nonnunquam, & per se sola à longinquioribus etiam adducta, eaque spontanea esse. ~~quæ autem vulgaria sunt facticia, ex arsenico, auripigmento~~, saleque ignium vi tandiu excocta, quousque id omne in sublime latum operculo adhæreat, concrescatque in lapidem, idque toties iteretur, donec pelluceat. torretur auripigmentum in testa noua, viuis carbonibus subiectis, assidueque versatur, donec igne flagret, & mutet colorem, deinde refrigeratum, tritumque reconditur: auripigmentum, & sandaracha, in coctionis fine emplastris inijciuntur.

Vernix scriptoria. Sandyx. Minium. Matthiol° variat. Risagallũ. Pro Amatho, oppugnat Matthiol°.

FLos æris, Græcè calcuanthos, ex Dioscoride lib. 5. cap. 43. nonnullis clauorum veterum psegma, quasi resegmen, aut segmentum nominatur. Optimus est friabilis in atritu fuluescens, milij effigie, & numero breuis, ponderosus modice splendens, atque constringens, qui delimatam æris scobem non recipit, qua sæpe adulteratur: sed facilè deprehenditur, quum dentium illisu dilatantur ramenta. hunc verò æris æruginem esse, non solum grauissiui viri, sed cum his pharmacopolæ omnes, perperam sibi persuasere, eiusque vice falsò ærugine vsi sunt: quum tamen ex Dioscoride, tali modo fiat. quum æs fornacibus fusum in receptacula delabitur, per cola fistularum ad ea pertinentium, huic negocio addicti ministri sordes expurgantes, aquam clarissimam infundunt, refrigerandi proposito, itaque repentino concretu, ac addensatione, veluti expuitur, & erumpit, antedictus flos. facilè ex æreis fodinis haberi poterit, si requiratur: æris flos similiter æri coquitur.

Erui, officinis orobi.

REcipe farinæ erui quantum uoles, melli permisce, donec probè coeant, trochiscorum forma.

Sarcotici sunt, & gingiuarum vlcera, aliaque omnia mundant, atque obducunt.

Cypheos, officinis cochion.

REcipe carnium uuæ passæ pinguissimæ, terebinthinæ coctæ, myrrhæ, cinnamomi, schœnanthi, an. unc. iii. calami unguentarii, drach. ix. bdellii, spicæ nardi, cas. aromaticæ optimæ, cyperi purgati, baccarum iuniperi maiorum, an. drach. iii. aspalathi, drach. ii. & med. croci, drach. i. mellis optimi, & uini, quod sufficit ad conficiendos trochiscos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Carnes paſſarum ſcilicet maiorũ, dempto cortice, & exemptis vinaceis, & iuniperi baccas prius curioſiſſime tundito, adde bdellium, ac myrrham, vino affuſo reliqua in tenuiſſimum pollinem, ſucceſſiue denique modico melle ſpumato paſtillos effinge. Mithridatio induntur, tranſumptique ſunt ex Damocrate, lib. & cap. 2. de antidotis, & ſi iuncus rotundus legatur, vbi nos ſchœnantum pinximus: ſcribitur quoque vnguium bdellij, hinc ſeducitur Cordus, & bdellium, ac onychem appoſuit, quin etiam notat myrrhæ, ſchœnanthi, an. drach. xij. & cum eo Deſſennius, vt cinnamomi, vnc. med. Auicenna lib. 5. pondere & ſimplicibus variat.

Cordi, ac Deſſennii nota.

Hedicroi, officinis alindaracaron, ex Galeno in libro de Ther. ad Piſonem cap. 13.

RECipe cort. rad. aſphalati, calami aromatici, ſchœnanti, phu, coſti, aſari, ligni, & ſucci balſami, caſ. aromaticæ, an. drac. vi. cinnamomi, amomi, an. vnc. iii. amaraci, mari, an. drach. xx. nardi indici, vnc. ii. folij, maſtiches, an. drach. vi. myrrhæ, drach. xxiii. croci drach. xix. miſce omnia vino phalerno, & in rotulas redige. manus, & ferramenta inungantur liquore balſami, poſtremo in rotulas digeſtum medicamentum, in vmbra ſerua.

Alij ab Aetio, Tetrab. ſerm. 1. cap. 89. atque eodem Galeno, aliiſque deſcribuntur, paulum diſcrepantes, hi tamen in theriacem accipiendi ſunt. Nicolaus maxime ponderibus diſtat, & neſcio qui Diacoralliũ vocant, ex Auicenna deſcribunt, quum tamen ab his ponderibus, & ſimplicibus variet, omnibus obtenebratis: quumque dupliciter ex Galeno tranſumpſerit Cordus, ab hac ſecedit, quum Galeni mentem ſectatur ad Pamphilianum, vbi nardi, & folij, pondo ſexdecim leguntur, at ex Cordo, an. drach. vi. Sunt tamen paſtilli Diacoralliũ valde aſtrictorij, ex Alexãdro lib. 8. propterea Fuchſio aſcribendũ, illegitimũ Hedicroũ ſectãti.

Cordi lapſus.

MArum: ex Dioſcoride lib. 3. cap. 40. herba vulgo cognita, ſurculoſa, flore origani, folijs multo candidioribus, flore odoratiore, iuxta Magneſiam, & Traleis, copioſiſſima gignitur: hæc amara plurimum, & acris, odore amaraco multo ſuperior, ſcribitur à Galeno 1. de antidotis cap. 10. hinc igitur conſtat, Marum non eſſe amaracum, vt nec ibidem repugnat Matthiolus, & ſi idem eſſe, neſcio quo vultu exiſtimauerit, cap. de vnguento amaracino, rẽ enim maxime inter ſe repugnantem, ſibi palam aduerſam cõſtituit, vt cap. de ſampſuco, à nobis fuſiſſime diſertum eſt, quumq; Galenus teſtetur ſe amaracũ in Italia vidiſſe, nulla quod inibi marum viderit mentione facta, hinc coniecere recentiorum nonnulli, aduenam eſſe ſtirpem, nec Italicam ſobolem. Plinio horum opinioni aſtipulante, lib. 22. cap. 24. inter peregrina odoramenta, & quæ aliunde in Italiam aduehuntur enumerante: multis tamen videtur eſſe maiorana gentilis, vel quæ ſpinoſa etiam & thymi perperam dicitur, ſit, non ſit: quum inter ſe ſimilia, atque æmula ſint, pro maro, ſampſucus huiuſmodi, vbique vſurpari poterit. Marcellus, & Ruellius, Dioſcoridi accreuiſſe hoc caput opinantur. Eſt & marum Auicennæ at diuerſum, & magnis ambagibus impeditum.

Matthioli repugnantia.

Auicennæ ineptiæ.

Scillitici ex Galeno 1. de antidot. cap. 9.

RECipe ſcillæ, diligenter attritæ libr. i. farinæ erui, vnc. viii. miſce, & rotulas tenues ex hac mixtura conforma, in cella ad meridiem vergente repone, à ſolaribus radiis auerſa: in eo de Ther. ad Piſo. cap. 14. cum Damocrate, æquales ſcillæ, & farinæ, portiones imponit, vt etiam Nicolaus. Auicenna ex Andromacho, ſcillæ partem vnam, farinæ prædictæ ſcilicet, partes duas accipit, & oleo roſ. manus inungit, in trochiſcorum aggeſtione, præterea ab eius ætatis medicis, ſquillæ partes duas, farinæ orobi partem unam accipi.

Viperæ, officinis de Tyro.

RECipe carnis uiperinæ, cum anetho, ſale, & aqua coctæ, unc. viii. panis triticei, puriſſimi, triti, & cribrati, unc. ii. formentur trochiſci, cum iuſculo, in quo decoctæ fuerint carnes uiperinæ, & inungantur cum ſucco balſami, aut eius ſuccedaneo, ſiccentur in loco umbroſo, libero, uentoque perflabili.

Theriacen ingrediuntur, poteſt autem vnuſquiſque omnium proportione ſeruata, compoſitionem augere, præſertim ad electarium de viperis parandum, & ſi alij non trochiſcos imponant, ſed hoc modo conficiant.

Recipe

RECipe viperas exentratas, ordine Galeni seruato nu. ii. idest vtriusq; libr. ii. albi porrorũ minutim incisi, libr. med. anethi recentis, vnc. iii. salis communis, vnc. i. aquæ quantum sufficit, bulliant ad dissolutionem, ossibus verò eiectis, accuratissime in pila terantur, his permisceantur specierum rosatæ nouellę, vnc. ii. specierum diatriassantalorum, vnc. i. donec in vnitatem coeant, deniq; ex iure viperino, cum libr. iii. sacchari simul excocti, fiat syrupus. reliquis addatur, omnibus subactis, ad electarii compagem. Datur ad vnc. med. colluendo os vino aruisio, horis quatuor ante prandium.

Serpigini, lepræ, impetigini, elephantiasi salutare, firmumq́ue præsidium.

Sunt qui electarium aliud hoc modo præparent.

RECipe carnium viperæ, superiori modo coctarum, vnc. iii. eiusdem iuris, & sacchari quãtum sufficit. his adde cinnamomi, drach. ii. zingiber. smaragdorum, an. drach. i. galangæ, drach. med. coralliorum rubr. trium santalorum, ann scrup. i. datur vt supra.

Vertiginosis, hæmicranicis, epynictidi in facie turgenti, maxime commendatur.

Viperini ex Galeno, in eo de Ther. ad Pisonem, cap. 13.

RECipe viperas non prægnantes, quæ nec in maritimis, salsis'ue aquis, aut lacunis degunt, vere quidem finiente, nondum tamen æstate incipiente: capite, ac cauda, in magnis vtrinque, quatuor digitorum mensura amputatis, intestinis exemptis, pelleq; detracta, etiam adipe, ut potè inutili, ex Actuario, reliquum corpus aquis primo ablue, atque in vas fictile coniice, aquam puram superinfunde, anethique virentis quantitatem sufficientem, coque igne prunarum, vel aridorum lignorum, fumum non emittentium. vel quod præstabit, sarmentorum uitiũ, salis tantillum immitte: sin æstate iam incipiente nihil, ac si quispiam ipsas comedere vellet, à iure primum exime, deinde illarum carnes à spinis ita euelle, vt spinam aliquam non accipias, auulsas carnes exquisitè contere, deinde panis ex purissima farina confecti, bene fermentati, in furno, nõ sub clibano cocti, & quidem probè, aliquo loco sicciore siccati, prius, & curiose triti, modicum admisce.

Quibusdam hæc mensura seruanda videtur, vt viperinarum carnium dimidio minus sit, alij ne tertiã partẽ excedant, malunt. Gal. verò quandoq; quartã, quandoq; & quintã panis imposuit, vtraq; vbi coniuncta sint, diligenter adeo subigenda, vt nulla viperinæ carnis particula, non contusa remaneat. ex hac massa pastilli tenues conficiantur, nam crassi quum difficulter siccescere soleant, & carnem putrere, & panem acescere sinunt: quare nec viperarum iure macerandus est panis, vt alias factum est, idq́ue 11. simpl. ibidem enim macerandum iubet, atque in eo de Ther. ad Pisonem, cap. 13. addit iuris quantum sufficit. exsicca vt superiores, frequenter autem ipsos conuerte, vt æqualiter vtraque ex parte siccescant, ne marcescant, vbi superior pars celeriter aruit. inferior autem diutius humida permansit: post vero quàm siccati fuerint, maneant adhuc aliquot diebus eadem in cella, longius quàm prius à solis radijs: siquidem carni viperinæ, facultatem aduersus venena sol adimit. ex Auicenna, sæpeq́ue denuo conuertatur. sufficient autem ad hæc omnia quindecim dies, ad summum: reconde vase vitreo, aut aureo.

VIpera: serpentum genus nostris in partibus copiosum, marassus rusticanæ plebi, quibusdam scurzio indifferenter appellatur: à recentioribus tyrus, Græcis ἔχιδνα. Dipsas etiam, hoc est faciens sitim, quod non aliud viperarum genus, à Marsis viperas Romæ venantibus, à Galeno exploratum est 11. simpl. cap. 2. sed maritimas, & in locis salsis degentes, vt in Lybia, quarum ingens est prouentus, quæ locorum, ac victuum ratione, carnem obtinent salsam, non tamen nullum genus esse dipsadum pronunciare audet, tutissimũ tamen esse in his regionibus viperas non venari. nobis vipera minorem, sed assimilem ostendere, speculatores, candicantem, cauda duabusq; nigris distincta lineis, alijs causon, alijs præster dicitur. Hæ & si non minus quàm angues, peritis notissimæ sint, à nobis etiam nullo pauore, in puerilibus annis pertractatæ, quum illi fideremus lapillo, quem ab his nebulonibus comparauerã, qui diui Pauli gratias habuisse, & ab eo oriundi passim creduntur: exteris, hisq́ue potissimum consulendo, qui has ab alijs serpentum generibus discernere ignorant. & si Leonicenus in Epistola ad Eleonoram Ferrariæ Ducem, ad satietatem de his disseruerit, vt etiam Aetius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tius, Tetrab.4.serm.primo cap.21. similia autem viperæ sunt, ammodites, hæmorrhus, cenchrias, & seps, affabre declarabo, quod & Nicandri carminibus à Galeno decantatur, in eo de Ther. ad Piso. cap. 54. atque ab Auicen.lib.4.& 5.d. prima, summa prima, nigris enim maculis primum distincta, aspera, nonnunquam fulvescit, multis instar rotarum notis exornata, magnitudine cubitali, quum longissima palmos tres æquet, capite est latiusculo, versus angustiorem ceruicem, ac gracile collum, ad os autem in acumen decliui, cauda breui, aspera, & omnino carne nuda, non paulatim, sed vniuersim gracilescente, aluo prominula, meatu versus extrema, proxime summam caudam insidente, strepitosi reptatus: non sunt hæ vulgares, nigris, & rufentibus interpunctæ maculis illæ & si sint in cinereo fuscæ ex Arist.5. de animalium histor. animal edit, quum intra se oua primum pepererit, vnius coloris, sine cortice, mollia vt piscium oua, plusquam viginti, singulis diebus singulum pariens, tertia die à partu membra nulam rumpunt: euenit interdum vt qui in vtero adhuc sunt, abrosis membranis, prorumpant, ideo ab his nudi in lucem veniunt: cæteræ serpentes oua pariunt, ad monilis similitudinem, incubant quæ pepererint in terra, & fœtum sequente anno excludunt. id etiam tertio de histor. animal. cæteras serpentes oua, nõ viuum parere, 8.etiam de histor.animal. quum reliquæ in terræ latebris abdantur, sola in saxis latitat verno tempore. hinc igitur Plinium notat Matthiolus, quod libr.10 cap. 42. cæteros viperæ fœtus tarditatis impatientes, prærumpere latera occisa parente asseruerit, vt etiam lib. 8. cap. 34. serpentum viperam solam terra condi, vbi negatiuam librariorum incuria omissam excogitare, non est absurdum. Nos quoque occlusas capsulis, fœtibus comitatas prægnantesque vno die 10. 11.ue viperulas peperisse præter Arist. ac Matthioli opinionem, nec quicquam à partu læsas vidimus, masculumque, & fœminam, dentium pluralitate distinctos, quod mas geminos tantum dentes, caninos, gingiuis, & membranula quadam circundatos habet. fœmina plures duobus exerit. Eligendæ sunt ex Gal. in eo de Ther. ad Piso.cap.13. potissimum circa Veris initia at 2.de antidot.cap.18.vt 1.de antidot. 8. Vere quidem finiente vti 11.simpl. vbi subijt, à ratione alienum illis adimere caudam, fuluæ parumper, & ad motum valde pronæ, quæ collum præcipue attollunt, & oculos aliquantulum rubros habent, & quæ audacter, ac torue conspiciunt, quæque capite lato, ventre propenso, ac toto corpore sinuosæ, meatum excrementis destinatum, magis ad extremam caudam decliue gerunt, quam non conuolutam, sed modice flexã potius esse conuenit, gressu denique incedat quieto, nam hac in re solum à fœmina mas discrepat, ceu etiam dentibus, vt prædictum est: quum autem non magis fœminam, quàm marem seligere videatur, at in vtroq; genere præscriptis insignitam notis, gressu deniq; incedere quieto subiunxerit. & si ad marem referant nonnulli, non est quod quadret, quum agiles proponat, nisi id deprauato textui ascribatur, siquidem variant alij, & mobilitate, dentibusque sexus distinguunt, ideo legi posset addita negatiua: gressu denique incedant non quieto. Actuarius tamen magnopere mobiles, at postea quieto innitentes serptu interpretatur: quumq; agilitate, ferocitate, impudentia, debito naturæ ordine, mas fœminam superare consueuerit. hinc marem eligere videretur. verum quia prægnantes abijciendas consulit, 1.de antidot.cap.8. nec mares vtero gerunt, ideo ex his fœmellas potius accipit, vt etiam Aetius Tetrab.4. serm.1.cap.90. hos verò scopulos, hæc discrimina, facili transigit cursu Matthiolus. qui omnium rationem habere videtur, ex his vadis emergit, qui fœminis caput latius quàm mari, quem etiam excedant vniuersa corporis mole, ex Galeno scriptum reliquit. quum tamen nihil tale adhuc in Galeno, & si in Aetio comperer[i]m, sat illi est Plinium Aristotelis scripta corrupisse, in medium adducere, quanquam eius non meminerit, sed forte à Nicandro, alijsq; Græcis excerpta loquatur, præterea & Hieronymus ad Præsidium, alijq; grauissimi viri, huius extiterint sententiæ, atqui fieri potest, quũ omnes naturæ latebras peragrare, omnes rationes, omnia vestigia, etiam elaboratissimo ingenio, vsu longissimo, exercitatione continua proferre, indagare, audire, recordari, diuinum potius sit, quàm humanum, ideo vel semel à viperulis occisam parentem viderint, idq; tanquam proprium scriptis mandauerit: ita enim sæpe agit Arist. vt qui columbæ puritatem cõmendare videtur, quam hisce oculis pluries, omnesq; domestici, alterius, & alterius passam concubitus, præsente marito, atque interpellante, sæpe obseruauimus. Cæterum eodem transitu vela extendamus, ne mares potius accipiendos, tanquã vididiores, & perfectiores existimare quispiam possit, quum etiam ex Paulo lib.5.cap.13. minori cum periculo liberentur, quos vipera mas, quàm quos fœmina momordit, cui quidem opinioni. Ego quoq; subscripsissem, nisi reclamaret Galenica sententia, quæ scilicet in fœminarum specie agiliores, ceruicem maxime protendentes, oculis rutilis, & trucibus, atq; intuitus feri, & cætera seligit, vt etiam Auicenna lib.5.d. & summa prima, viperas fœminas accipiens, nec quouis tempore, verum maxime ineunte vere, venatu captæ, quoties iã relictis latebris, euocatæ foras, postea sub dio diuersantur, nec vlterius tam noxium venenum habent, & reliqua, quæ ex Galeno ibidem colligere potes, quum præsertim diligenter inspiciendum sit, nunquid post abscisionem detruncatæ viperæ, sine sanguine, sine motu, ac prorsus sine vita, statim consistant, nam tales si inueniantur, antidoto componendo inutiles sunt: quod si amputatis extremis, videas in viperis aliquẽ motum superesse & vitam per aliquod spatium prorogari posse, ipsas vt optimas ad conficiendam theriacen indicato: quippe quum ex eo non imbecillem, sed validam vim habere cognoscuntur.

Radij Tertij finis.

Apollinis

Matthiol⁹ reiicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Quartus, succos medicatos, quibusdam rob, vel robub dictos, illustrat, Sapas, Iulepa, Syrupos.



SUCCUS: hoc est humor ex plantis, folijs, floribus, fructibus, totis, vel parte detritis, torculari, manibusúe, aut igne elicitus, qui & liquor stillaticius, & latex appellatur, vulgo aqua destillata, rei nomenclaturam seruans, vel qualis expressus est reponitur, vt vinum, vel Soli, igniúe exponitur, vt absumpta humiditate excrementicia, feruoris, & corruptionis causa, integer vendicetur. at vnū hic est animaduertendum, per aquam, non semper stillaticiam intelligere Arabes, verum sæpenumero succum, idque potißimum declarari ex Mes. cap. de rhabarbaro, vbi inquit. aqua quoque intybi, vel plantaginis, cocta, & colata, maceratum efficacius agit: succum enim intelligit, quum ex his liquor stillaticius coctione non egeat. neque vt colo transfundatur: decoctum etiam, sæpe aquam vocat, vt aquam fructuum. succorum verò quidam sapæ, aut defruta, siue calenum, vel vt Fuchsio placet, carenum, ex Palladio, & Marcello Empyrico, ideo Brasauolum notat in annotatione Adriani Romani, quoniam à Caleno oppido dici asseruerit, Græcis hepsemata, vel siræon vocantur, quum ter tia parte absumpta, duæ remanserunt, vt qui ex pinguibus caricis in aqua decoctis fit, ex Galeno 7. de compo. pharm. secundum loc. cap. 1. sapa, vt à deferendo, ad spißitudinem valde despumatum, defrutum, & si mustum ad dimidias, vel tertias coctum, sapæ nomen absolutè sibi coaptarit, qua potißimum ratione, succos omnes ad iustam consistentiam coctos, sapas vocarunt nonnulli, quos in præsentia ad æquiuocationem fugiendam, succos medicatos appellamus, idest ad rem medicam facientes, & ad eam paratos. Quare omnis succus colo trāsfusus, recens adhuc, in syrupos, vt potè intybi, lupuli, bizantino, omni conatu, vt in omnes vsus medicos accipiatur. Tanta enim est in succis ad menses seruatis dißimilitudo, tam diuersa facies, & gustus, vt ex his coacti syrupi, virosum, tetrum, atque omnino ingratum quippiam resipiant, ex recentibus autem, nescio quam gratiam ineant, atque longe suauiores reddantur, omnia tamen mero quodam voluntatis imperio, ita confarcināt pharmacopolæ, vt in his edocendis, reprehendendisque, difficile sit principium inuenire, difficilius perorare, atque exitum probare: ne verò in gelicidijs, alijsq; anni temporibus succi quandoque deficiant, quo tunc è quibus exprimi deberent, copia non datur, Maio potißimum mense, per stamen transfundendi sunt, postea parua coctione, & residentia purgati, in vas vitreum oleo superfuso, ne calor exterius vna putredinis causa eos subeat, aut internus foras exhalet, in cellis vinarijs tecti, loco frigidiore seruandi: alij prius raro, dehinc denso linteo, bis excolant, Soli quindecim diebus exponunt, quod residuum fit, expurgant, vitrea phiale rursus recondunt, oleo tamen superfusò, & vasis ore diligenter obturato, hique melius in annum, & vltra perennant. quo autem modo addensentur, capite de absinthio dictum est: liquores autem stillaticij, & si humano generi per nitiosi, vel saltem inutiles, aut nullius penè momenti quibusdam credantur, & si facile, promptè, ac paruo impendio fiant, & mox substantia tenui distribuantur, quum stirpium odorem, aut saporem, paucis exceptis haud representent, potius autem fuliginem, nidorem, ac alienæ substantiæ misturam, atq; ab ignauis, ac temerarijs, sine arte, sine iudicio, nullo rerum studio, nulla cognitione, paßim eliciantur, ex infrigidantibus præsertim simplicibus, in quibus omnis genuinus sapor, ac odor abeunt, ac si semper calefaciant, siccentq;, quum tamen quandam simplicium facultatem asseruent, vt aqua plantaginis, hæmorosagiam omnem sistens, id quod aqua lactucæ, & si frigiditate pollens, non efficit: quibusdam itaque aquis vis inest, vt ardenti, alijsque tenui, ac calida vi præditis, vt vinum, ac metallica, vel tenui substantia frigidæ iuncta. quæ verò crassam, & calidam, dißimilem, & ineptam, vt absinthio, quæ verò crassam, ac frigidam, dißimilem, sed non prauam accipiunt: at longe superantur à balneo Mariæ prodeuntibus (destillatoriæ vero artis cupidi, è Thesauro Euonymi Philiatri, diligenter excerpant) verum tamen siue ex folijs, floribus, aut radicibus fiant, his maxime vigentibus, stato

aqua apud Arabes.

Sapæ. Defruta. Calænum Siræon. Hepsema.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tempore parandæ sunt, post quarum effluxum, quindecim diebus Soli exponantur, quo ingratus ille fumosus halitus expiret, nec vltra annum seruentur, quia facilè diflantur, ac euanescunt. Cæterum & si ad calentis aquæ balneum, plus negocij impendatur, minus verò lucri, eadē propè rerum qualitas, nec adeo dissimilis vnde eggreditur reddita, nullo nidore, nullo fumo, medicos quibus veritas fida est comes, allicere, ac promouere deberet, vt seplasiarijs admonitis, aut coactis, ad huiusmodi balnea instauranda, indies magis susciperentur, vt quibusdam in locis nostra opera, pluribus iam annis præparata visuntur. atque ita, vt ex Manardo lib. 15. in fine: cauendo ne eius vasculi fundum, in quo herba continetur, aquam in maiore bullientem attingat. hodie tamen secus fit.

Succus medicatus ex ribes.

Recipe succi ribes libr. x. coque igne lento, ad tertiæ partis consumptionem, cola, subsidere permitte, donec clarescat, clarum deinde igne clementi, in vase vitreo percoquitur, aut insolatur ad iustam crassitiem, qua seruari possit. Datur cum frigida, aut niuis.

Refrigerat, astringit, ob id ventriculum calidum, & cor roborat, amborumque feruorem, & inde natam sitim extinguit, biliosam deiectionem, & vomitionem sedat, & alterat.

Ribes, ex Serapione, authore Isach, est planta proferens capreolos recentes, rubros, ad viridem inclinantes, amplis folijs, magnis, & rotundis, granis prædita dulcacidis gustu: eius loco vulgatum ribes, in viridarijs vbique expetitum, puluinos, & areas sepiens, virgultis obsequiosis, ideo intertextis sepibus accommodum, pro legitimo vsurpatum est: folijs tamen vitigineis, paruis, atque incisis, baccis rotundis, piperis magnitudine, primum viridibus, postea rubescentibus, Iulio potissimum mense, dulcacidis, vuarum paruarum more, variusculum è racemis pendentibus, sola gustus nota respondet, ideo non ignauius: vt nec vua spina, plebi nostræ spinella, de qua capite de oxyacantha, ad eosdem vsus, acerbiuscula adhuc expressa: nunc aiunt ex Syriæ montanis, & ex Aegypto, succum hunc à fructibus prunorum æmulis expressum, nunc siccatum, nunc liquidum, nunc saccharo, aut melle conditum, Venetias afferri. Sunt qui Halimum putent ribem vocatum, cuius folia quum à vitigineis longe absint: oleæ enim sunt, sed latiora, omni prorsus destituuntur argumento: Bellonius primo de arboribus coniferis, in niuosis Libani se ribem reperisse tradit. Matthiolus illegitimam asseruit, proterue tamen, quum oxylapathi folio grandiore, & rotundiore scribatur: nec quia capreolorum meminerit, illos propterea non habere censuit. quòd baccæ è medio foliorum racematim pendeant. non repugnat Serapioni, laudantur communes acini pleni, non strigosi. legitimum Halimum Anguillario cognitum, Sannitis familiarem, non agnosco.

Halimus. Pro Bellonio i Matthiolum.

Succus omphacon, officinis rob de agresta.

Earundem est virium, & pulsum cordis cohibet, fitque eodem modo.

Succus cornorum maturitati propinquorum, idem pollet.

Cornus: vulgo cornale, ex Theophrasto 3. de hist. plant. duplex quædam mascula, quædam fœmina, ex Dioscoride lib. primo cap. 135. dura arbore est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, &c. tritæ est cognitionis, in hortis etiam non infrequens.

Succus oxyacanthæ, off. rob de berberis.

Idem potest, & eodem modo paratur: at recentium baccarum defectu, fiat ex ijsdem succis libr. ij. omphacij, libr. iij. triduo macerentur, exprimatur omphacium, & id expressum percoquatur.

Succus rhois, off. rob de sumach, eodem modo fit, & eadem præstat.

Succus punicorum acidorum, similiter fit, eius loco successit vinum punicorum, alijs granatorum, cuius modus talis est, ex Dioscoride, lib. 5. cap. 23. è punicis malis maturis, quod rhæten nominant, succo expresso, ab acinis eorum quibus nucleus abest, apyrena vocant, ac decocto ad tertias, & ita reponito. Efficax est contra fluxiones internas, & febrim, cum alui profluuio exortam, stomacho vtile, astringit aluum, & vrinam mouet. hodie diuersimode fit, ac præstabilius nostro modo.

Recipe acinos malorum punicorum maturos, ab omni cortice repurgatos, præsertim Nouembri ineunte, paulatim manibus frica, & quidem diligēter, vt externam succi partem, quasi florem diducere possis, & stamine excolare, officuli

culi interna parte illæsa, expressum succum amphoris vitreis seruato, ibique tantisper sinito, donec efferuescere desierit, defæcatum in aliud vas, non modo vitreũ, verum si libet ligneum, probè obturatum, ad vsus reconde.

Sunt qui oleum superfundant, quod si drachma, plus, minusúe, iuxta vini quantitatem, pulueris coriandrorum lintheo ligatæ, filo appensæ, ab ore caduli, dimidium vsque pendere sinatur, neque acescet, nec facilè corrumpetur, multorum clarißimo experimento. quod reliquũ est succi in oßiculis, prius leuiter vt dictum est expreßis, hac arte eliciatur, panno lineo raro inuolue, manibus prius, debinc prelo exprime, & cola, soli expone per aliquot dies, si placet: postea depurato, oleo oliuarum superfuso, recondito. idq; vinum secundum appellari potest, minus proinde suaue, magisquã quàm prius corruptioni obnoxiũ. Sunt qui integros acinos valenter exprimant, exsuccatum soli exponant, & ebullire permittant, donec omne resederit excrementũ, vase lintheo craßiusculo operculato, & vinum clarum, ac pellucidum appareat, & dato spiramento, ac perforato, paulo supra recrementum cado, vinum ligneis vasis excipiunt, atq; recondunt, nullo aggesto oleo, at cera, piceúe, oris vase occluso. noui ego & pharmacopolas, qui acinos omni cortice spoliatos, pari vuarum austerarum, vel labruscæ portione permixtos, premant, ac efferuescere sinant, donec inclaruerit, cadulis reponant, gustui iucũdißimum. non desunt qui vinum punicorum, prius decoqui iubent, postea ad quintumdecimũ diem defæcant, verum facilè mucescit, & putrefit, punica dulcia, & vinosa, fructus, & acinorum mole, nec non succi copia anteferuntur. eodem modo fit vinum cotoneorum vocatum, illis primum tyrocnesti minutatim contritis, aliter tamen fit ex Dioscoride lib. 5. cap. 18. eius tamen loco, succo cotoneorum vtimur.

Succus cotoneorum, & mororum nondum maturorum, fit vt rhois, & valet vt prædicta.

Morus, ex Diosco. lib. 1. cap. 143. arbor nota est, duplex sanè, nigra quæ & Celsi dicitur, cuius fructibus Iunio, & Iulio vescimur, & absoluto mori vocabulo, à Diosco. & Gale. intelliguntur. domestica ẽt appellatur, cum dulcedine astrictionem præfert euidentem, potißimũ ad perfectam maturitatem nondum accedens, ad vsus medicos cõmodißimus est. albæ antiquiorum nemo recordatus est, Ouidio excepto, in Thisbes fabula. hæc autem ad sericos bombyces alendos agnitißima, nullius est in re medica vsus. Sunt & mora bati, idest rubi, quibusdam batina vocata, vt cynosbati, idest rubi canini, de quo Diosco. lib. 1. cap. 106. vt de rubo simpliciter, qui alijs chamebatos, idest paruus rubus, vel humilis appellatur, Latinè verò sentis, atq; de Idæo rubo, lib. 4. cap. 29. & 30. Rubi plura sunt genera ex Theophrasto 3. de hist. plant. cap. 18. solent tamen in tria distincta separari, quæ etiam ad duo reduci possunt, quorum primum vel humile sit, humirubus appellatus, vel terrestris, & sentis in nemoribus nostris frequentius exiliens, fructu etiam serotino, moris videlicet paruis, valde nigris, & astringentibus, quinque granulis coaceruatis: vel magnus, vulgo roueda, spinis hamatis, ac minacibus horridus, cacumine proserpens, iterumq; radicatus se se extollens, cuius fructus absolute mora rubi vocantur, in senticetis, pro tuendis aruis à belluis, atq; hominibus, quorum vestibus sc affigit, copiosißimus: vel rubus Idæus, quem medium nuncupant, breues spinas habens, & tenellas, ipsa arbuscula tenella etiã, & flexili existente, cuius genus apud nos in foßis, quæ agros disterminant, & alienos greges arcent, vt etiam in montibus quandoque reperimus, at non sine spinis, & si etiam absq; his constet ex Diosco. qualis in Lucania copiosus fertur, & Plinins solum in Ida reperiri dictet, quem tamen ad ripas Padi, vigintiquinq; milliaribus à Ferraria, se inuenisse inquit Amathus. id tamen montanum quum faciat Diosco. verendũ est, nc montana fluuiatilia faciat, omnia vt solet interpellans, omnia tamen hæc rubi nomine comprehendi absolute possunt, quum Idæus sola teneritudine, & flexibilitate, ab his differat. rubus autem caninus quis sit nondum explicite elucescit, Anguillarius candidarum rosarum, in Hetruscis samniticisque campestribus speciem arbores scandentem concludit, alijs storzanculo & rosæ caninæ, alijs rosæ syluestres: quo autem differant Dioscorides, ac Theophrastus facilè est videre, quanquam nescio qui, imprudenter rosam syluestrem, cynorrhodon, Plinio dictam sibi persuaserit, sub quo & spongiolam, & lilium quidam comprehendit lib. 21. cap. 5. lib. 24. cap. 13. lib. 25. cap. 2. folia Vere, flores Iunio, & Iulio mensibus, fructus per messes, extrema Aestate maturi decerpuntur. quum verò Franciscanos Mesuem exponentes, in maximo errore versari, immoderatius concionatur Matthiolus, quod rhamnum existimauerint, rubum quendam humilem, ad solum procumbentem: quo infortunio à veritate recesserit, & ab horum patrum lectione, facilè dijudicabunt illos audientes, hoc modo. & hoc genus rubi, sub nomine rhamni scribitur à Mes. cap. de synanche, vbi Diamoronem Alexandri, ex succis mororum rhamni immaturorum fieri tradit: non igitur absolute, rubum illum rhamnum esse, sed à Mes. eo nomine intellectum asserunt, illis tamen inurendum fateor, quod rhamnum ex Dioscoride prætererint, nulla eius habita mentione.

Mora Celsi.
Mora bati
Cynosbati.
Chamebatos.
Rubus.
Sentis.
Rub° Ideꝰ
Amahti lapsus.
Monachorũ obiectũ in Mathiolum.

Succus pomorum, cor, & stomachum roborat, syncopem sanat; fit vt prædicti.
Succus pyrorum similiter fit, & valet.

Pyrorum multa sunt genera, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 132. quæ tamen etiam astringunt, alia & si sint dulcia, acida, & horum mixtione composita: quædam aquea atque hebetia, omnis facultatis roborandæ expertia: alia odora vt quæ Apiana, alijs moschatula, siue moschata, vel chia, omnium minima vt

R eximiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

eximiæ molis, & teneritudinis, Bonchristiana vocata, gestatum tamen perferentia, vt alia quotidie nouis insi-tionum adulterijs erumpentia & cætera, quæ ex capite de pomis, in hoc perbelle transferre potes.

Succus prunorum, inflammationem extinguit, sitim sedat, ventrem subducit.

Succus persicorum, intemperiem ventriculi calidam iuuat, sitim excutit.

PErsicæ mali genera non pauca, quædam .n. Tunccia vulgo, quæ & rhodacina putantur, Græcis recentio-ribus nuncupata, alijs duracina, sanguinolenta sanè, & nucleo tenacissimè adhærentia, quædam tota pul-pa sanguineum colorem præseferentia, quædam nucleum deserunt, alia bipartitum habent, nonnulla sic-ciora, alia friabili, & solidiori carne consistunt. sunt & persica amygdala vocata, intus rubida, qua subdulce amygdalinum nucleum amplectuntur, foris oblonga amygdalarum facie, at lõge maiora. Est & nucipersicum, facto insitionis genere, foris æmula facie persicum mentiens, intus dulcem, ceu quãdoq; amaram amygdalam reddens: pomum viride, carnosum, succulentum, nulla exterius lanugine pubescens, medio inter iuglandẽ, & persicum malum sapore. Eligẽda sunt cotonea, à coloris similitudine vocata, nullo imbre, pluuiaue madefacta, & quæ non nimis maturuerint: odoratiora .n. sunt, & iucundiora: ex Diosco. lib. 1. cap. 131. matura tam sto-macho, quàm ventri, vtilia sunt: acerba aluum cohibent, sed sicca vehementius, decoctum è siccis, alui, stoma-chiq; fluxiones sistit: eorum flores, bilem, & aquas, sursum, & deorsum, non sine labore pellunt. Cæterum vt recõditioris literaturæ appareat Matthiolus, Plinium amarulente incessit, quod persica innocua expeti ægris tradiderit, quorũ omne genus, vt praui succi, facilis corruptionis, & noxã ventriculo inferentis, damnat Ga-lenus 2. de alim. facult. quo fit quum se ignorare fateatur, è quorum monumentis ea excerpserit Plinius, Dio-scridis mentem apprehenderit nequaquã. ex quo tam stomacho, quàm ventri, vtilia perhibentur, non parua à Gal. controuersia, præterea ignorat non deesse, qui suspicentur legendum agris, non ægris, id quod nõ præterijt Stephanus Aquæus Plinij interpres: quum autẽ subdubitat, an pro persico, persæam deceptus acceperit, rẽ ita abunde nobis enucleasse videtur Plinius, lib. 13. cap. 9. vt nullum dubitandi locum reliquerit. hac autẽ in re quàm turpiter, quàm immodeste labatur, quàm iudustrius appareat Amathus, Persæam, & Persicã, idem esse adhuc inculcare ausus, & iã diu à grauissimis uiris explosam opinionẽ, rursus erigere, non solũ ex Ruellio, Ma nardo, verum ẽt Matthiolo, hac in re optime sentiente, facilius discetis, quàm quod multis à me demonstretur: quum præsertim Theophrastus 4. de hist. plant. cap. 2. persæam à nostrate persico omnino dissimilem represen-tet, vt ẽt Plinius, lib. 15. cap. 13. vt insignis hæc impudentia, non nisi in delyrum, & mente dimotũ contingere possit. quũ verò Marcellum ait eandem plantã putasse Matthiolus, & si non satis se explicuerit, cognita Theo phrasti diuersitate, inquit. inclinat nobis animus, genere eandẽ, specie diuersam, nostratẽ ab Aegyptia esse. Re liquum est quũ duracina vocata ex Andernaco, quod corpus ipsorum pertinacius ossi hæreat, quàm vt auelli queat, eadẽ rhodacina, recentioribus quibusdã putentur. quinimo Cornarius, vbiq; pro duracinis, rhodacina legendũ cõtendat Matthiolus neutrum accipit in Aegineta, sed dorachia sibi peculiare armeniaci mali genus: idq; lib. 1. cap. 81. at existimare tria armeniaci genera ex Paulo, quorũ dorachia illi familiaria extiterint, ab surdũ satis videtur credere: quum præsertim ex Gal. 2. de alim. facul. cap. 20. cuius mentẽ vbiq; reddere cona tur Aegineta, præcocia ab armeniacis distinguantur, vt quidã ẽt id nomen fugientes, vtraq; mala armeniaca vel armenia appellarint, quod si vt ex Diosc. armeniaca absolute, præcocia Latinis dicerentur, ex Gal. ac Pau lo, præcocia præcocibus præcellere significarentur, quum etiã sola magnitudine, potius quàm genere differre cõprobet Matthiolus. Quare duracina, nõ dorachia in Paulo, hoc sensu legendũ crediderim, quod præcocia du racina, et armeniaca, & si ex genere persicorũ sint, quia suauiora, vt ex Gal. ideo persicis præstant, quũ duraci na persica, vt ex eodẽ Matthiolo, ac Plinio, lib. 14. cap. 4. primum sibi generis vendicent locũ, quod pulpæ con sistentia, gustui gratiora se se offerant, & longius perdurent, ideo ita inferre uoluerit Aegineta. præcocia & armenia duracina idest suauiora, & pulpa, & gustu, laudatiora antecellunt. idq; quantum equidem reor, ab-strusum non videatur, sed Galenicæ doctrinæ magis quadrare, quàm tertiũ genus dorachiorum inserere: vt vt sit, nulla planè valida ratione nititur, qua in re nullius momenti, prolixe adeo nominetenus Cornarium obiur-get, quũ præsertim ex græco quodã Pauli uetusto exẽplari, δυρράχια annotatũ perlegerim, huiusmodi videlicet sensu, præcocia armeniaci illa genera, ex Dirrachia vrbe, cuius meminit Galeni lib. præcogn. ad posth. cap. 9. ex Armenia, Persicis .i. à Persia prodeuntibus, præstantiora sunt. hæc tamen magno ocio ijs vestiganda re-linquimus, quibus nihil magis curæ est, quàm litigiosarum vocum dicacitate studiosis imponere.

Plinii suffragiũ ad uers⁹ Matthiolum.

Diosco. à Gale. dissentit.

Amathi error.

Persça, & Persica differunt.

Marcellus à Matthioli nota defenditur.

Cornarii in Matthi. protectio.

Succus acidus citriorum, idem quod succus ribes.

Succus myrtinus eodem modo.

Contra tussim, suspiria, febrim, dolorem capitis, & ventriculi calorem.

Succus fructuum primus: off. syrupus de fructibus, nihil ferè euariant.

REcip. succi punicorũ acidorũ, & acidodul. succi cotoneorũ acidorũ, succi pyrorũ immaturorũ, succi pomorum montanorum, succi mespilorum, succi acidi, citriorum omphacii, partes æquales, merge his baccarum oxyacãthæ, & rhois, añ. partem mediam, & fac vt in succo oxyacanthæ dictum est: his si addatur saccharum, erit syrupus de fructibus.

Intemperiem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Intemperiem calidam tollit, ventriculum roborat, vomitum, & alui fluorem sistit.

Est & diaporon, idest è fructibus antidotum Alexandri, lib. 7. vt etiam Actuarij, ad eadem pollens. Sunt & syrupi de fructibus Auicennæ, 5. can. tract. 6.

MEspilus, ex Dioscoride lib. 1. cap. 130. duplex: primum nonnullis aronia vocatum, &c. alterum in Italia nascitur, quod aliqui setanium, alij epimelida vocant. arbor folijs mali, sed minoribus, pomum fert rotundũ, esui aptum, vmbilico latiore, quod astringit, seroq; maturescit. hocq; vera est mespilus nostras, quinq; intus nucleis farcta, nec ab eius descriptione aliquantulum variat, & si epimelida vnedonẽ vocari, à rusticis Italiæ scribat Galenus 6. simpl. postea vnedonem 7. simpl. non dispari facultate describat: at si eadem de re bis differere videatur. primum fructus creditur in Neapolitano agro valde frequens, azarolum nuncupatum, & tricocum, ex Hispania translatum, & ex punico vocabulo, alzaror. Marcellus peregrinũ, & Italiæ incognitum putat, quicquid sit, his relictis controuersiis, quæ hominum ingenia in varios sensus detorquent, atque implicant, vel folio sit oxyacanthæ vel pyxiacanthæ, eius loco si contingat: Mespilus nostra satisfaciet. Mespili tria genera scribuntur ex Theophrasto, 3. de hist. plant. cap. 12. vbi sataneam, folijs apium parte postrema imitantibus, ampliore figura asseruit. Diosco. autem folijs mali, sed minoribus, at postea eodem lib. cap. subsequenti, mespili folium ceraso esse dictauit. De his Plinius, lib. 25. cap. 20. Galen⁹ repetere videtur.

Succus fructuum secundus, accipit succi punicorum acidorum, & acidodulcium, aquæ prunorum, aquæ tamarindorum, partes æquales, succi acidi citriorum, partem mediam, fac vt in ribes.

Intemperiem calidam, & sitim extinguit, aluum subducit.

Præter hos magis siccati seruantur, succus glycyrrhizæ, absinthij, eupatorij, prunorum agrestium, alces, scammonij, quorum rationibus, & modis conspectis, eadem via omnium succorum copia suppetet.

Succus prunorum agrestium, quo pasim acaciæ loco vtimur, sic paratur. baccas pruni syluestris, aqua in vase pauca, aliquot diebus macerato, coque, cola, recoque, donec crassescant serua.

Succus passarum, alijs mel passularum.

REcipe vuas passas præpingues, aqua calente macera horis 24. percoque, cola, expressum ad mellis consistentiam recoque, à qua vt etiam colore, & dulcedine, nomen sortitus est.

Succus nucum, alijs rob, vel diacaryon aliàs diacarydion.

REcipe succi cort. viridium iuglandium, libr. iiij. coque vnico feruore, post adde mellis, libr. ii. coque ad mellis attici compagem.

Defluxioni tenuium humorum à capite inflammationẽ excitantium confert. huic possunt addi rosæ, balaustia, in defluxionum initio: in statu, crocus, & myrrha: in decremento sal commune, alijs nitrum, aut sal ammoniacum, vel iuxta Galeni decreta, 6. de compo. pharmac. secundum locos, cap. 1. Myrepsus in prima è nucibus confect. glycyrrhizam addit. est & simplex, & compositum ex Paulo, lib. 7. cap. 14.

Succus mororum, vel diamoron, ex Gal. 6. de comp. pharmac. secundum locos, & compositum.

REcipe succi mororum partes quinque, mellis partem vnã, coque. ex hera aũt aliter fit, id quod eodẽ ex loco assequeris. Cõpositũ vocant aliqui, addentes croci, myrrhæ, añ. drach. i. & med. omphacii, vnc. i. succus solus per se præcoquendus, paulo aũt ad tertias, post adiecto melle, rursus ad mellis cõpagẽ percoquẽdũ.

Diamoron Mes.

REcipe succi mororum celsi, succi mororũ rubi, sing. libr. i. & med. mellis, sapæ, an. libr. i. coque arte ad spissitudinem, aliis adduntur quæ infra, ex Galẽ.

Ad depascẽtia oris vlcera, dẽtiũ, & gingiuarũ noxas, atq; ad oĩa oris vitia, ac anginæ initiis gargarizatũ cõuenit.

Est & commune parum fideli traditione, variumque ex Myrepso, vt ex Gal. croco, myrrha, omphacio, alumine, vino, adiectis. vt ex Actuario. quumq; Fuchs. 2. de comp. med. ex Myrepso, compositum paret, adiectis croci, myrrhæ, omphacij sing. drach. i. videtur mihi perfunctorie Galenum legisse, quum inquit, si citra vinum præparetur, multo plus de omphacio conijcere conuenit. Nempe exigua illa quantitas, tantæ moli nullo pacto iudicio nostro satisfacit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

IVLEPA.

IVlepum, alijs iuleb, vel zulapium, aut iulapium, Barbaræ voces ſunt, quibus quũ vtantur Actuarius, alijque recentiores Græci, ideo ex græco etymũ elicere tentãt nonnulli, vel ζυλάπιον, vel ζούλαπον, aut ιολάβον ceu violarum infuſionẽ appellantes: fit ex liquoribus ſtillaticijs, aut rectius è ſuccis, & ſaccharo tantũ, nec alio differt iulepum, à ſyrupo, ex Mes. quàm quod iuleporum ſpeciem ſimplicem Syrupum vocant, idq; hodie etiamnum ſeruatur. ſimplex verò intelligitur compoſito oppoſitum, ideſt cuius ſubſtantia ſyncera eſt, & à mixtura multorum medicamentorum deſtituta, & ſi arctius ex Gal. 1. ſimp. cap. 1. quum & ſenſu ſimplicia, natura ſint cõpoſita 3. ſimp. cap. 13. illum tamen imitamur quum vocat ſimplex diatrion piper 4. de ſa. tuend. cap. 5. Actuarius tamen ex multis, varijsq; ſimplicibus zulapia componit. hoc tempore ex ſolo latice, & ſaccharo, limpidiora, & delicatiora euadunt, & multo magis coquenda ſunt, quàm ſyrupi hac quibuſdam ſeruata formula, vt liquoris ſaccharo incocti, vncia tantum vna maneat, in libr. iulepi, in lib. autem ſyrupi, vnc. ij. hincq; eſt vt aqua largiore, tripla, quadruplaúe, dilui ſoleant iulepa vſus tempore, ſyrupi tantum dupla, aquoſa. n. & male cocta iulepa, paruo tempore conſeruantur, æſtiuis potiſsimum diebus, at diligenter excocta, per annum, non vltra. ab hac tamen legitima componendi ratione, nonnihil diſceſſere, laboris impatientes, & auaritiæ ſordibus immerſi pharmacopolæ, Nicolao Præpoſito contraria edocti, quod videlicet ſyrupus, iulepo longius percoquatur.

Iulepum roſ. primum.

REcipe aquæ in qua roſæ ſint maceratæ, libr. v. igne lento coque, cum ſacchari libr. iiii. Datur cum aqua frigida. Myrepſus roſas plurimum decoquit.

Ventriculum, hepar, & cor, ignita, & calore diſſoluta roborat, putredini febres gignenti, venenis, aeriſque corruptelæ ſua qualitate aromatica reſiſtit.

Iulepum roſ. ſecundum.

REcipe aquæ roſ. libr. quatuor, ſacchari, libr. ii. coque vt ſupra. Fit etiam ex ſucco roſ.

Febrium, thoracis, & ventriculi, incendium, caloremque flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.

Id eſt vſu frequentiſsimum, ſuauius, paratu facilius, & præcedente clarius.

Zulapium roſ. Actuarij.

REcipe ſacchari, libr. v. aquæ libr. x. ferueant ad conſiſtentiam vſque ſtillaticij roſ. liquoris, quem rhodoſtagma nominant, libr. i. cum ipſo ferueat, donec euaneſcat ſtillaticius roſ. liquor, & ſacchar remaneat, vbi perfrixerit, caphuræ, gr. v. adijce.

Contra tuſſim, ſuſpiria, febrim, ventriculi calorem, & dolorem capitis.

Auicenna lib. 5. tract. 6. ſuum iulepum parat, ex aquæ roſ. partibus tribus, cum ſacchari vna, ad tertias deſpumando, croco aromatizat.

Iulepum ex ſucco violarum.

REcipe ſucci violarum, libr. iii. coque cum ſacchari, libr. ii. ſimiliter fieri poterit ex ſucco roſ. eſtque purgatorium.

Ioſacchar etiam vocatur ex Actuario, & pectoris vitiis, ob lentorem qué habet, auxiliatur, & quàm maxime bilis acrimoniam obtundit.

Iulepum viol.

Fit vt roſatum primum. hodie tamen vſitatiſsimum eſt, vt roſ. ſecundum, at paruarum eſt virium, ex liquore videlicet ſtillaticio, & ſi viſu iucundius.

Frebres, phlegmonas, pleuritim, aſperitatem gutturis, & thoracis, tuſſim mitigat.

Myrepſus vnc. iij. violarum nocte vna coquit, relinquit, mane transfundit, & cũ ſacchari, libr. iij. parat.

Iulepum Zeziphorum, off. de iuiubis.

REcipe zezipha magna, & pinguia, centum, coque in libr. iiii. aquæ ad dimidias, poſt adde ſacchari, libr. i. percoque in iulepum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Asperitatem gutturis, & tusfim iuuat, sputum tenue, quia incrassat, facilius expelli facit, ob id raucitati, & pleuritidi confert.

Fit etiam è zeziphis Actuario, contra ardentes febres, quod sanguinem purgat, tusfi, & destillationi, quam calor mouerit, auxilio est.

Fiunt ex floribus nymphea, santalis, malis dulcibus, & acidis, & prunis damascenis, ex acerbis vuis, ex quibus quum reliquorum simplicium vires noueritis, pro vestro arbitrio hac via, & ratione adiuti, & simplicia vnius, cuiusque modi, & varia medicamenta componere poteritis.

SYRVPOS.

SYrupus quasi Syriæ regionis ὀπὸς, idest liquor, vt quibusdam placuit, ξεράπιον etiam Græcam vocem somniantibus, vt alijs, ἀ σύρω, Latinè traho, & ὀπὸς, idest succo, deductum putatur: Barbaræ voces quũ sint, vetustioribus inusitatæ, ab Arabibus potius deductæ, & si his vtantur Simeon, & Architrenius Adrianopolites, medici Græci. Myrepso drosatum etiam nuncupatum. potio est iulepo affinis de quo nonnihil eo in capite disertum est, vel simplex, vel composita, idest multum medicamentosa, & multis constans, saccharo, vel melle excocta, ad biennium vsque. saccharo autem ad annum, si rite cocta ad consistentiam, iusto cohalitu densescant, & probè asseruentur: ex succis, vel alijs plantarum partibus, cum humore aliquo, aqua vt plurimum percoctis, quorum copia quàm maxima, & si parum necessaria, ex Mauritanorum monumentis luxuriarit, ad voluptatem potius, ad saporis gratiam, & custodiæ diuturnitatem, tantam syruporum varietatem obtulit, tam ingentem illorum aceruum, atque farraginem, vt sine his non sanitas reuocari, non medicina perfici, non concoctio, huius seculi medicis in promptu sit, aut videatur. quanquam longè præstet, succos medicis vsibus necessarios, vel synceros seruare quibus seruari licet, vt in medicatis dictum est, vel siccatos, ad mediocrem crassitiem, vsus tempore asseruare, & minore mellis, sacchariúe portione diluere. quum quibus febrientibus sitim, vel bilem, vulgaribus syrupis demulcere, sibi, alijsque persuadent, ipsissimam bilem sæpe propinent, atque producant, & saccharum, aut mel duntaxat excoctum, succorum vi ferè omni ex igne euanescente: ideo Vere, & Aestate, ne vltra medicinæ vtilitatem abducamur, solerti industria, rarissimoque istorum vsu, simplicium illos constituentium potestate habita, ad apozemata, & succatiunculas alacri ter accedant, qui rationi, ac veritati, pertinaciter resistere non audent. Cæterum syruporum simplicium, præsertim ex succis fructuum, typus, & imago quædam, ex Caleno prodijsse videtur, 6. de composi. pharmac. secundum loc. cap. 1. vbi succum punicorum, ruborum, fructuum, mororum, nucumque, &c. mellis non eadem portione excipit, & coquit. Coctionis syruporum indicium esto, quum digito tacti, fili more lentescunt, aut marmore instillati, concrescunt, nec diffunduntur. sunt & chylaria, idest succatiunculæ Actuario dictæ, herbis quibusdam decoctis, adiecto mediocri melle, quæ vix duabus ferè dierum septimanis seruari possunt, humore iam corrupto, & pernitiem sentiente. Nos itaque à simplicibus, ad compositos, hunc, aliumúe inserentes, Christo duce progrediemur. Chylaria.

Syrupus acetatus simplex.

REcipe aquæ fontis, libr. quatuor, cum sacchari, libr. v. coquantur in uase lapideo ad dimidias, semper despumando, carbonibus accensis, aut flamma exigua, & sine fumo, tunc adde aceti albi, clari, libr. ii. si autem valentissimum uis, libr. quatuor, si uiribus mediocre, lib. iii. & percoque in syrupum. Datur ab vnc. i. ad tres, cum frigida.

Materies calidas frigiditate, tenuitate verò crassas, & glutinosas, ad expulsionem parat, etiam in partibus remotis, ad quas suæ essentiæ tenuitate, alia quoq; medicamenta, affectus in his contumaces victura conuehit.

Ex Galeni oxymellite ortum duxit syrupus hic, idem penè, at saccharum duntaxat mellis loco accipiens, ideo æstiuis ardoribus, & quibus affectibus mel noxiũ est, longe cõmodior. Mesue humorem melancholicum sibi temperamento affinem iuuare non videtur: at quia hos humores, & similiter crassos, lentos, tenuat, incidit, deobstruit, expulsioni apparat, ideo saluber etiã est affectibus atrabiliarijs, vt quartanæ, eodẽ propè modo quo lienosis ex Gal. 9. de cõp. med. secundum locos, cap. 2. coctum .n. iuuat, & lædens minimum lædit, vt ex Hippocrate, 3. de victus rat. in acutis, cap. 37. quo in loco, potissimum subsequenti capite, ex Gale. etiam, melancholicis aduersissimum dicitur, quum tamen putredini quoque resistat, non potest non esse salutaris, etiam in contagiosis, & pestilentibus morbis. Myrepsus drosato 38. ponderibus haud conuenit.

Acetatus compositus, vel è radicibus.

REcipe rad. apii, fœniculi, intybi, an. vnc. iii. seminum apii, fœniculi, anisi, an. vnc. i. seminis intybi, vnc. med. hæc omnia lento igne coquantur, ad

dimidias, in aquæ fontanæ, libr. x. tunc additis ſacchari, libr. iii. clarificetur, deinde acetum additur, pro ſcopis quantum libet, & nuper dixi varijs.

Bilem craſſam, & auulſu difficilem, ac pituitam incidit, terget obſtructa hepatis, lienis, renum aperit.

Eſt & ſyrupus cum ſeminibus acetatus Auicennæ, lib. 5. tract. 6. intybum non accipiens, & croco aromatizatum: alius etiam Myrepſo ab hoc diuerſus.

Syrupus è duabus radicibus.

Recipe rad. petroſelini, & fœniculi, añ. m̃. i. bulliant in octo libr. aquæ, ad quatuor vſque, colato, adde ſacchari clarificati, libr. ii. percoque ad ſyrupi concrementum.

Is tametſi communiter paretur: præſtat tamen pro ſyrupo de duabus radicibus, acetatum compoſitum intelligere, at ſine aceto, quoniam ex quinque vreticis, duas tantum accipit. Cordus ex rad. petroſelini, & fœniculi, ſingul. vnc. iij. aquæ quantum ſufficit, ſacchari clarificati libr. ij. coquit arte. alij rectius fœniculi ſingul. vnc. iiij. aquæ libr. v. ſacchari libr. ij.

Syrupus è quinque radicibus. simplex et compositus

Recipe rad. apij, fœniculi, petroſelini, aſparagi, ruſci, añ. vnc. ii. coque in libr. vi. aquæ fontis, ad tertiæ partis conſumptionem: expreſſum percoquitur, cum ſacchari, libr. iii. addendo ad finem, aceti, vnc. viij: alij addunt decocto, ſeminis apij, fœniculi, petroſelini, ſing. vnc. i. & in libr. x. aquæ coquunt ad dimidias, expreſſum percoquunt, cum mellis, potius quàm ſacchari, libr. iiii.

Ad eadem efficax, proximus viribus ſyrupo bizantino. Cordus ex quinque rad. an. vnc. iiij. in aqua excoctis, & ſacchari, libr. iiij. componit.

Syrupus bizantinus, alijs dinarij, cum aceto, & ſine.

Recipe ſucci intybi, & apij, an. libr. ii. ſucci lupuli, & bugloſſi hortenſis, ſiue ſylueſtris, an. libr. i. feruefiant ſimul, & purgentur, eiuſdem ſucci clarificati, libr. iiii. igni lento coque in ſyrupum, cum ſacchari, libr. ii. & med. & hic eſt ſine aceto, de quo abſolute intelligitur. interdum acetum menſura ſuccorum purorum dimidia incoquitur, interdum roſ. vnc. ii. glycyrrhizæ, vnc. med. ſpicæ nardi, drach. ii. ſeminis aniſi, fœniculi, apii, añ. drach. iii. ſuccis incoquuntur, & vi mirus euadit. quum igitur hæc omnia comprehenderit, bizantinus cum aceto nuncupetur: alijs compoſitus. Præpoſitus imponit roſ. vnc. i. glycyrrhizæ vnc. ii. ſeminis apii, añ. drach. ij. Fuchſ. legit nardi drach. ii. & med.

Ad icterum, & febres putridas, bilioſas, ac phlegmaticas, ſolutu contumaces.

Syrupus acetatus è ſuccis herbarum.

Recipe ſuccorum ſyrupi bizantini, partes tres, ſacchari, partes duas, aceti, partem vnam. Monachi legendum contendunt, ſyrupi bizantini, ſine ſpeciebus cocti, partes tres, aceti, partem vnam, quaſi idem non ſint eius ſucci, id enim exiguam parit difficultatem, & ſi in minimis quibuſque elephantes conſtituant. Eſt enim bizantinus, niſi quod in hoc minus: additur aceti.

Syrupus acetatus de ſuccis herbarum aromaticus.

Recipe ſuccorum apii, fœniculi, intybi, lupuli, coctorum, & purgatorũ, an. lib. ii. ſucci bugloſſi, libr. ii. & med. roſ. vnc. i. ſpicæ nardi, drach. iii. glycyrrhizæ, vnc. i.

vnc.i. ſeminum apii, fœniculi, aniſi, rhabarbari, eupatorii, abſinthii, cuſcutæ, an. drach. v. ſacchari, libr. ii. & med. aceti, libr. ii. cōdiantur galliæ aromaticæ, drac. ii. Monachi legunt ſuccorum purgatorum, an. libr. i. & med.

Obſtructiones aperit, ob id febres putridas, & complexas, & morbos alios oſtructioni ſuccedentes ſanat.

Syrupus acetatus diarhodon.

RECipe ſucci intybi, apii, an. libr. ii. & med. rad. apii, fœniculi, intybi, an. vnc. ii. roſ. vnc. i. glycyrrhizæ, vnc. med. ſpicæ nardi, drach. ii. & med. ſeminis apii, fœniculi, aniſi, an. drach. vii. cum aquæ, libr. vi. coque ad duarum partium conſumptionem, cum libr. ii. aceti, & libr. iii. ſacchari, fiat ſyrupus. Datur ab vnc. i. ad tres.

Ad febres complexas, & eas quæ formam corporis corrumpunt, obſtructiones hepatis, & lienis, idem aperit.

Syrupus acetatus laxatiuus, & refrigeratorius.

RECipe pruna paſſa, myxa, an. centum, tamarindorum, libr. med. myrobalanorum citrearum, vnc. quatuor, ſucci roſ. recentis, vnc. iii. mannæ, pulpæ caſiæ, an. vnc. iii. & med. ſacchari, libr. quatuor, ſucci punicorum acidorum, libr. i. & med. percoque igne lento, cum ſcammonii, drach. vi. panno tenui illigatis, & ſæpe confricatis.

Tres acetatos ſyrupos purgatorios ab hoc diuerſos, tradidit Auicenna 5. can. tract. 6.

Syrupus è pomis ſimplex.

RECipe ſucci pomorum dulcium, & acidorum, an. libr. v. coque ad dimidii conſumptionem, deinde biduo reſidere permitte, donec clareſcant, tunc colentur, & cum libr. iii. ſacchari, fiat ſyrupus quidam huic ſucco nondum per reſidentiam purgato, immergunt ſericum crudum, ex chermes tinctum, vt dictum eſt capite proprio, donec is rubeſcat, & vtriuſque facultatem receperit, isque eſt præſtantior. ex ſolo malorum montanorum ſucco parat Auicenna.

Cor imbecillum roborat, ob id ſyncopem, & cordis tremorem ſanat.

Syrupus è pomis compoſitus.

RECipe rad. & florum bugloſſi vtriuſque, polypodii, fumariæ, an. vnc. i. foliorum ſenæ, chamæpithyos, chamædryos, ſtœchados, an. drach. vii. ſchœnanthi, ellebori nigri, an. drach. iii. eupatorii, vnc. med. bulliant in libr. iiii. aquę, iuxta artem, ad dimidii conſumptionem, poſt adde adianthi nigri, epithymi, an. vnc. i. iterum bulliant vnico feruore, & colentur, poſt adde ſucci pomorum dul. vnc. viii. ſacchari clarificati, libr. ii. coque arte.

Cephalalgiæ chronicæ ex melancholia, quartanæ, ictero nigro, & omni melancholicæ ægritudini, & lienis obſtructioni.

Syrupus è pyris, fit vt è pomis ſimplex.

Ventriculum roborat, & cibum in eo continet, ex varia pyrorum facultate, varias etiam vires ſortitus. ex Auicenna, fit ex decocto pyrorum immaturorum.

Syrupus è perſicis, fit vt ſuperior.

Intemperiem calidam ventriculi, & inde natam ſitim compeſcit, oriſque fœtorem.

Syrupus è cotoneis fit vt ſyrupus è pyris, & idem pollet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Syrupus acidus ex cotoneis.

Recipe succi clari cotoneorum acidorum partes x. aceti, partem i. & med. sacchari partes duas.

Stomachum roborat, & naturam calore dissolutam, ob id vomitum cohibet, sitim tollit.

Syrupus acidus ex pomis, fit vt superior.

Cor, & ventriculum roborat, sitim sedat.

Syrupus acidus è pomis secundus.

Recipe succi malorum acidorum, granatorum acidorum, vuarum labruscæ, an. libr. i. aquæ rosꝭ. aquæ cui infusi sint tamarindi, & pruna, an. lib. i. & med. succi intybi cocti, & despumati, & aceti, añ. libr. ij. sachari, libr. viii. conditur quibusdam caphura.

Ad tertianas exquisitas, & ardentes æstiuas, sitim, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam. Datur cum aqua frigida, vel anguriæ.

Labrusca: ex Dioscoride, lib. 5. cap. 1. duorum generum est, alterius vua non maturescit, sed floretenus œnanthen nominatam producit: altera ad frugem peruenit, nigra, & astringens: eodem quoque libro, cap. 3. œnanthe vocatur vitis syluestris fructus, quum floret: sine rore colligendus est, & expandendus in sole, ne quid restet humoris, & flos ad excutiendum siccior apparetur, tunc denso cribello cernatur, vt grana non transeant, sed flos solus decidat, collectaque, substrato lieno in vmbra siccetur, fictili recondatur. laudatißima in Syria, & Cilicia, & Phœnice, nec minus è vulgata nostra labrusca, cuius fructus vua syluestris dicitur. quo circa vtriusque labruscæ florem, tam eius quæ in vuas euadit, quàm quæ infrugifera est, florem, non iniuria accipi posse, nemini dubium. quum autē Plinium sugillat Matthiolus, quod lib. 12. cap. 28. œnanthen vitis labruscæ vuam, non florem esse censeat, maxime cæcutire deprehenditur, qui se non modo munitū, sed etiam Plinianis spolijs ornatum pollicetur, qui eternas huic tenebras afferre sibi persuasit. Nempe Dioscorides quoque, alterius tantum efflorescentis vuam appellat, idest quæ in vuam exurgeret, nisi euanesceret. propterea subijcit Plinius, colligitur cum flore, quum optime olet, vbi quum se ignorare fateatur, quomodo quis vuam cum flore colligere poßit, ideo mendum suspicatur Matthiolus: debuerat id saltem Plinianis manibus concedere, vt à Diosco. desciscere non videatur, & florem labruscæ, per œnanthē intellexisse, facilè con iectari. Est & œnanthe, quibusdā philipendula, à tuberosis radiculis, quasi ex filo pendentibus, folijs siaphili ni, floribus candidis, in pratis, asperisque, & saxosis, Ticini, ac Serui frequenter collecta. hæc vrinæ suppresse, atque eius stillicidio mirificè succurrit, qua causa, & si omnibus œnanthe Dioscoridis notis, lib. 3. non planè consentiat, eius loco non iniuria suscipietur.

Oenathe.

Pro Plinio aduersus Matthiolum.

Philipendula.

Syrupus cotoneorum simplex, & cum aromatibus off. Myua cydonicorum .s. & cum aroma. vel Hydromalum.

Recipe succi cotoneorum acidorum, lib. xij. vini antiqui præstantissimi, lib. v. coque igne prunarum lento ad tertias, semper despumādo, postea cola, & residere permitte, donec clarescat, tunc adde mellis electi, spumati, libr. iii. rursus ferueant, auferaturque eius spuma, donec iustam coctionem adeptus sit, eritque simplex, ventriculum roborans, & cibum in eo continens: quidam vt par est, ex saccharo parant. iucundius sanè Mesꝭ. legit succi libr. centum, vini quadraginta qua quidem seruata proportione longè absunt à semita Cordus ac Dessennius.

Si vero cum aromatibus efficere libeat. Accipe succi cydoniorum acidorū libr. xx. vini antiqui boni lib. x. coque igne lento semper despumādo, ad tertias colatum residendo clarescat, claro adduntur melli boni despumati libr. vi. iterum coq; despu. aromatizetur speciebus alephanginis in sindone ligatis, & sæpe expreßis, quæ sunt. cinnam. electi, cardamomi minoris, an. drach. iij. caryophyll. galliæ moschatæ, croci, an. drach. ij. zingiberis masticbes, ligni aloes, macis, an. drach. i. & med. moschi drach. i. aliàs scrup. i. fiat arte. alij more Auicennæ lib. 5. tract. 6. galliam, & moschum, per se atterunt, & post cocturam syrupo admiscent, nec iniuria, idem enim est typus ex Auicennæ traditione & si euariet. Est & cydonites Dioscoridis, lib. 5. cap. 28. Est & hydromalum duplex ex Paulo, lib. 7. cap. 15. vt Myrepso, atque alijs multiplex scriptura è quorum typo quum myua. prodierit vel Hydromelum vel syrupus vocari potest.

Spes alephanginę.

Ventriculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ventriculum, hepar, & reliqua viscera roborat, appetitũ excitat, coctionem iuuat, vomitum, & lieteriã sedat.

Oxysacchar ex cotoneis Actuarij.

Recipe succi cotoneorum, libr. i. aceti selibram, saccharis, libr. ii. coquito donec ad consistentiam, vsque, iusto cohalitu densescant.

Corpus refrigerat, roborat stomachum, & appetentiam inuitat, iecur, & cor exhilarat, in Aestate.

Syrupus acidus è succis fructuum.

Recipe succi granatorum acidodulcium, & acidorum, an. partes tres, percoque igne lento, ad tertiæ partis consumptionem, cola, residere permitte, donec clarescat: clari succi, libr. vii. percoque ad iustam crassitiem, cum sacchari clarificati, & purgati, aliàs iulep, libr. v. aut si Aestas est, insola, donec aquosa eius substantia consumatur.

Refrigerat, ob id sitim sedat, ardorem bilis, & febrium, aut phlegmones, aut intemperaturæ calidæ cordis, hepatis, ventriculi, extinguit.

Syrupus granatorum dulcium.

Recipe succi granat. dulcium, libr. v. sacchari albissimi, libr. iii. coque arte.

Sitim, tussim, pleuritidem iuuat, præstantior euadit, si succo maceretur sericum crudum, ex chermes recenter tinctum. idest 3i grani tinctorio seu

Syrupus granatorum acidorum, fit vt prior.

Febres biliosas, & quæ ex pituitosis flammam multam inuehunt, iuuat.

Hi syrupi, diuersis quum medeantur affectibus, seorsum confici deberent, verum tam acida, quàm dulcia, indifferenter miscent seplasiarij, & male. Paulus lib. 7. cap. 15. ex melle parat.

Syrupus acidus ex manna.

Recipe mannæ vnc. iii. in succi intybi cocti, & purgati, libr. i. macerentnr in vase lapideo, deinde semel feruefiant, manibus fricentur, colentur, post cum aquæ ros. succi granatorum acidodulcium, an. libr. i. succi vuarum agrestium, succi citriorum, an. libr. med. sacchari, libr. iii. percoquitur.

Febri æstuanti cum syncope confert, ac siti inexpletæ, tussi siccæ, ventriculi, & hepatis inflammationem sedat.

Syrupus è corticibus citrij.

Recipe corticum citrij recentium, libr. i. in aquæ fontis, libr. v. ad duarum libr. consumptionem, & cum sacchari, libr. i. percoquitur in syrupum, condiendum moschi gr. quatuor, quod si huic decocto sericum ex chermes tinctum maceraueris, præstantior euadet: alij cort. recentium quantitatem iustam propè excoquunt, extractos proiiciunt, & fit delectabile. idest libr. corticum, pro singula sacchari non dissoluti libra: quidam ex aqua sola, & saccharo coquunt, ad iustã crassitiem, alij cortices recentes in saccharum syrupizatum, propè excoctum, iniiciũt, ne ex multa coctione minus gratus reddatur. Auicenna syrupum delectabilem vocat, ex corticibus citrij in aqua decoctis ad tertias, ex melle confectum. quidam Arici coctum eo

Stomachum firmat, & oris gratiam commendat. // 3i. legunt cort. cotoneorum lb. i. addentes mos

Syrupus ex succo citrij acido, alias de acetositate citrij.

Recipe succi citriorum acidi, libr. xii. in vase vitreato coque, igne prunarum lento, ad tertiæ partis consumptionem, cola, reside re permitte, donec clarescat: clari succi, libr. vii. percoque ad iustã crassitiem, cũ sacchari clarificati, & purgati, aliàs iulep, libr. v. aut si æstas est in sola, donec aquosa eius substãtia cõsumat.

Aestum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Aestum, ac feruorem *bilis flauæ* compescit, ideo causum, & pestilentes mitigat, sitim extinguit.

Rarus est in officinis legitimus, quum ex succo limoniorum maturorum, isto certè non multo inferior, vel aurentiorum conditorum syrupi, eius loco venditentur: porrò quum quis probè conficere voluerit, per filtrũ, vel lintheum destillet succum acidum citriorum, sine vi vlla, aut expreßione, alioqui coagulatur quum refrixerit syrupus, & (vt aiunt) candescit. ne verò mucescat, tantisper coque, donec sacchari clarificati aqua absorbeatur, ad diuturniorem tutelam.

Syrupus è limonijs.

Recipe succi acidi limoniorum maturorum, filtro destillati, libr. vi. sacchari albissimi, libr. ii. coquantur arte, eodem modo fit ex succo aurentiorum. alii capiunt succi libr. vii. sacchari libr. v.

Vehementius infrigidat, & penetrat, quàm syrupus ex succo citrii acido, putredini resistit interaneorũ vermes enecat, crudos incidit humores, & caloris febrilis vehementiam obtundit.

Syrupus ex omphacio, alijs de agresta.

Recipe omphacii defæcati, & cocti ad tertias, libr. v. sacchari clarificati, libr. iii. & med. coquito arte, modo syrupi ex succo citrii. aliis ex omphacii libr. vii. sacchari libr. v. & iustius.

Ventriculum etiam prægnantium roborat, ne aliarum partium excrementa facilè recipiat, ideo vomitum, & alui profluuium biliosum, vel choleram sistit, propterea biliosas febres, sitim vehementer extinguit, venenis aduersatur.

Aliter suum parat Auicenna 5. can. Tract. 6. prædictas illi dotes tribuens, videlicet ex omphacio ad dimidias cocto, cui per noctem addantur caryophyll. drach. ij. rursus coquendo, donec ab eo auferatur odor, & incrassetur: quod si edulcorare vis, cum sacchàro percoquatur. Est & syrupus ex vua Auicennæ, ab hoc valde diuersus. Est & omphacomelites Dioscoridis lib. 5. ad ternas omphacij partes, mellis singulis adiectis, vt ex Paulo lib. 7. cap. 15. atque Aetio, Tetrab. 2. serm. 1. cap. 134.

Iulepum, vel syrupus ex acerbis vuis Actuarij fit. ex omphacij libr. i. sacchari, libr. ij.

Pollet aduersus flauam bilem, & iecinoris calorem, stomachum roborat, sitim lenit, vomitionem leuat, & deiectum firmat ventrem, opitulatur febri, quam sanguinis putrilago excitarit.

Syrupus ex succo myrtillorum.

Recipe succi myrtill. depurati, libr. vii. sacchari clarificati, libr. v. coque arte.

Ventriculum, & viscera roborat, ob id fluorem alui antiquum sistit, & menses etiam: ex Auicenna lib. 5. Trac. 6. & tussim mitigat. more syrupi ex succo citrii parandus quum sit. hinc Cordus quum vbique penè fallatur ad letheum reuocandus est.

Syrupus myrtinus compositus.

Recipe myrtillorum, drach. xx. santali albi, rhois, balaustiorum, oxyacanthæ, an. drach. xxx. mespilorum drach. centum, succi granatorum, succi pomorũ agrestium, an. libr. ii. omnia in dictis succis coquãtur, fiat syrup. cum sacch. libr. v.

Cordus ita dictat: nobis paratu difficilis videtur, propterea succos addimus, typum seruantes syrupi ex succis herbarum, aut de mentha maioris, quod si ex aqua parare quispiam malit, coquat in aquæ, libr. viij. ad dimidij consumptionem, addat postea succos, & saccharum: alij diuersimode, vt Fuch. rosas & santal. rubr. addente dosi præter myrtos dimidia alij ex vulgatorum codicum lectione construunt. Arnaldus ex aqua pluuia, vel rosarum.

Sistit ventris fluorem, etiam inueteratum, & omne sanguinis profluuium.

Syrup. ex succo boraginis, & buglossi, fiunt, vt ex

Succo myrtillorum: at succus boraginis prius est alb. ouorum clarificandus, alioqui plus satis mucaginosus fieret syrupus: alij syrupum ex succo citrij imitantur.

Cor ipsum roborant, eiusque tremorem, ac syncopem sanant, manicos, & melancholicos iuuant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Syrupus ex buglosso.

A syrupo saporis non distat, nisi quod pro libr. tribus, quatuorúe succi pomorum, libr. i. & med. accipit: pro vncijs quatuor senæ, drach. quatuor.

Syrupus saporis, aliàs sabor regis.

Recipe succi buglossi vtriusque, an. libr. ii. succi pomorum dul. redolentium, libr. iij. foliorum senæ, vnc. quatuor, croci, drach. ii. sacchari albi, libr. iij. sena teratur, & maceretur in succis, horis vigintiquatuor, deinde ferueat bis, crocus autem in panno raro ligetur, sicque paretur syrupus. Datur ad vnc. ii. aut tres, cum aqua buglossi, vel sero lactis.

Maniacis, melancholicis, potissimum ex bile flaua adusta, mirum in modum prodest.

Alius est apud Mesuem in cephalalgia melancholica valentior, ad quartanas, & splenicos efficax.

Syrupus è succo oxalidis, aliàs acetosæ.

Recipe succi oxalidis depurati, libr. iij. sacchari clarificati, libr. ii. coque arte.

Febribus biliosis, & pestilẽtibus saluber est, cordis, & ventriculi, flãmeum calorem extinguit, ipsaq; roborat.

Syrupus ex succo cucurbitæ.

Recipe cucurbitam magnam, pinsita farina inuolue, sub clibano coque: eius expressi succi, libr. v. cum sacchari. libr. iij. percoque.

Febres ardentes, biliosasque, gutturis asperitatem, pleuritim emendat, isque & si neglectus iaceat, vsu tamen est saluberrimus.

Syrupus ad catharrum.

Recipe zezipha myxa, an. centum, violarum, mannæ, an. vnc. i. glycyrrhizæ, florum buglossi, an. vnc. i. & med. seminis maluæ, cotoneorum, an. drach. vi. sacchari, libr. ii. succi mali granati dulcis, libr. i. fiat syrupus.

Contra catharrum calidum, coryzam, pleuritidem, tussim.

Syrupus ex cannis.

Recipe succi granat. dul. libr. iii. succi pomorum dul. & aquæ cannarum sacchari, & penidiarum, an. libr. i. & med.

Ad tussim, pleuritidem, sitim vtile.

Quidam pro malis sceniticis Mes. mora ex quibus Diamoron fit, intelligunt. Syluius libr. ij. succi granatorum accipit. Præpositus quatuor, vt etiam Auicenna lib. 5. Tract. 6. alter autem reliquorum, libr. med. diminute. Auicenna verò singul. libr. i. vocat enim syrupum tussi conferentem, post syrupos è papauere.

Syrupus è succo violarum.

Recipe sacchari clarificati adhuc tepentis, libr. quatuor, adde succi violarum libr. ii. lento igne ad consistentiam coquito, & emergentem spumam coquendo, continue auferto; ex quo, & si color aliquantulum depereat, cum spuma repositus, cito corrumpitur. alii syrupi è succo rosf. typum imitantur. Sunt qui ex succi libr. iii. sacchari clarefacti, libr. ii. coquunt despum. ad iusta crassitiem:

Iosacchar Actuary.

Pectoris vitiis ob lentorem quem habet, auxiliatur, & quàm maxime bilis acrimoniam obtundit.

Syrupus violaceus ex infusione.

Fit vt syrupus ex infusione rosf. hodie, vt syrupus rosf. solutiuus, iteratis violarum recentium macerationibus, isque absolute per violaceum intelligitur.

Febribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Febribus acutis,cordis,ac hepatis feruori, gutturi exasperato, tussi aridæ, pleuriti, succurrit, aluum emollit, sitimque extinguit.

Syrupus violaceus compositus.

REcipe violarum,vnc.ij.seminum çotonei,& maluarum,an.vnc.i.alias drach. v.uel vi.zezipha,myxa,an.nu.xx.cum succi, vel aquæ cucurbitæ,libr. vi. coque ad tertiam partem,& cum sacchari, libr. i. & med.fiat syrupus arte.

Pleuritidi,tussi à causa calida mirificè prodest,bilis feruorem retundit,capite de pleuriti,pondere, & quibusdam aliis euariat Mes.

Syrupus ex infus. ros.

REcipe infusi rosarū, libr. v.sacch.clarificati,libr.quatuor,coquantur lēto igne.

Cor,hepar,ventriculum relaxata roborat,calorem excedentem mitigat, & febrium acumen, sitim extingūt, putredinem inhibet, venenis resistit, ideo tempore pestilenti maxime competit.

Infusum rosarum.

REcipe foliorum ros.recentium,libr.vi.impone vrceo angusti oris,& infunde illis aquæ calidæ,libr.xv. aut quantum sufficit, ut madeant, macerentur horis octo,aut duodecim,obstructo fictilis orificio, deinde leuiter exprime,& infusum abiectis rosis excola,iterum inde recentium rosarum tantundem, infuso, excolato,& calefacto,infunde,ore vasis obstructo,ac loco calēte dimisso,horis octo aut xii.postea rursus excola, & colatum infunde aliis recentibus rosis,& tertio dimitte. si uerò idem infusum nouies repetatur,fiet efficax adeo,ut tenues,aqueosq; humores bileq; per infernas partes, mitissime exigere possit, syrupo etiam ex eo præparato,quod si aquæ loco, ex rore quo hora ante lucana asperguntur rosæ, vel saltē super cauliū foliis deciduo pararetur infusum,ceu multis iā annis effici cōsueuit,à diligēti pharmacopola,Io.Petro Conrado,nobilior,& vi mirus euaderet.

Rhodophar macum, alijs syrupus ros. solutiuus.

REcipe infusionis rosarū nouies peractæ,libr. vi.sacchari clarificati,libr. quatuor coque ut supra.

Sunt qui addunt succi ros.libr.i.alij rosas terunt, postea infundunt. Sunt qui & scammonium præparatum inijciant, verum hoc nemo faciat inscijs medicis. Hodie capiunt ros.recentium,libr. quinquaginta quinque, horis octo macerant,in libr. ducentis aquæ subferuidæ, in fictili vitreato, arcti osculi obserato, post facilem expreßionem,rursus aquam calefaciunt,eidem ros.libr. quinquaginta infundunt, exprimuntque, tempore & modo seruatis,at rosarum libris quinque interim demptis,nouies vsque: tandem percolant,clarescere permittunt,addunt sacchari clarefacti libr. quinquaginta. at ex Romano instituto, Illustrißimus, & maxime Reuerēdus Cardinalis, Petrus Franciscus Ferrerius, singularis integritatis,eximiæ modestiæ,innatæ,summæq; bonitatis patriæ nostræ splendor, ac gloria, in sua, suorumq; gratiam,miro sanè præsidio,ad vnamquanque syrupi,libr.rhabarbari,vnc.i.infundi mandat. ex melle pariter fit, mel ros. solutiuū. Auic.capit succi ros.libr.iij. mell.opti.libr.quatuor scamonij cocti,vnc.i.fitq; syrupus ros. purgatorius cōpositus. Est & alius ex Myrepso.

Datur ad vnc.quatuor in æstiuis ardoribus, post mensem sextum remißis est viribus.

Infusum violarum, florum persici, florum papaueris erratici.

Et fumariæ,infusi ros.imaginem sectantur: & syrupi ex his, syrupum ex infus. ros.

Syrupus ex rosis siccis.

REcipe infusi ros.siccarum, sacchari clarefacti, an.libr.ii.paretur arte.

Diarrhæç, dyssenteriæ, omnique fluxus noxæ resistit, irrepentes in arcem cerebri vapores sedat.

Syrupus ex succo ros.

REcipe succi ros.libr.iij.sacchari,libr.quatuor, cum aqua fontis clarefiat, pareturq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

returque arte syrupus, quibusdam coquitur cum libr. ii. sacchari.

Ventrem facilè soluit, acutis, & peracutis conuenit febribus.

Tam aptè ex rosis distinguuntur syrupi, vt nemo etiam volens, aberrare possit, indicto omnibus proprio nomine: quum per simplicem syrupum ros. quid acciperent, sæpius dubitarent pharmacopæi.

Syrupus ex succo intybi, vulgo de s. end.

RECipe succi intybi depurati, libr. viii. sacchari albi, libr. v. & med. fiat syrupus arte. Suardus ineptè admodum, maiore sacchari copia amplectitur.

Hepatis, bilisque feruores maxime retundit, ideo passim excurrit, & se met sponte commendat.

Sic fiant syrupi ex succo cichorij, eupatorij, betonicæ, & similium, tam calidorum, quàm frigidorum.

Syrupus ex intybo, aliàs de endiuia magistralis.

RECipe foliorum intybi, lychenis, adianthi nigri, an. m̄. iij. adianthi albi, m̄. ii. rad. cichorij satiui, aquæ intybi, an. libr. i. bulliant arte, in libr. xiiij. aquæ, aliis xviii. ad duarum partium consumptionem, colatis, adde sacchari clarefacti, libr. vi. percoquatur in syrupum. Nos aquam intybi addimus, coctione penè peracta, & potius succum.

Hepatis intemperiem calidam mitigat, eius obstructiones tollit, ob id febribus inde natis confert.

LYchen: officinis hepatica, ex Dioscoride libr. 4. cap. 43. saxis est familiaris, aliquibus bryon appellatur, asperginosis saxis adhæret, vt muscus, vmbrosis plerunque locis, puteisque passim innascitur, veluti foraminibus peruia, cauliculos proferens nonnunquam, vnde pusilla quædam acetabula capitulis stellatis exeunt, & præcipuè mense Iulio. hanc Brasauolus hepaticæ nomen consecutam arbitratur, ob peruersam Serapionis interpretationem, quum authore Dioscoride ictericis succurrere tradidit, & per os exhiberi, quod illinendo dixerat Dioscorides, idque errandi ansam Pandectario tribuisse, quum ex Galeno, & Dioscoride ad omnes ægritudines hepatis valere fatetur: quum tamen vt ex Leoniceno, à quo prædicta mutuatus est Brasauolus, nunquam apud Græcum authorem, celebremúe Arabem legatur, lychenem herbam hepati vtilem esse: quibus quum obstet Galenus 9. de composi. pharmac. secundum loc. cap. primo, ex aqua mulsa ictericis propinans, tam spectati viri, non adeo petulanter ad huiusmodi vocem abolendam, se se diffundere debuerant: quum alij à iecinorum fibris similitudine, hepaticæ nomen adeptam coniectentur. Cardanus tamen, vir alioqui in omnibus disciplinis extollendus, in libello de malo medendi vsu, nescio quibus argumentis, pro hepatica male accipi credit.* (Brasauoli ac Leoniceni lapsus. Cardani error.)

Syrupus ex intybo Mes.

RECipe intybi satiui vtriusque, an. m̄. i. quatuor seminum frig. maiorum, recentium, aceti albi, an. vnc. ii. sacchari albi, libr. i. cum aqua hordei formetur syrupus, aromatizetur cum santalorum citrearum, & albarum, ac antispodii, an. drach. i. ad vsus.

Hepatis intemperiei simplicis, & compositæ, febrientibus, & obstructis cōueniens, bilē per vrinas deducit.

Syrupus ex intybo Gentilis.

RECipe succi intybi, & lychenis, igne depuratorum, an. libr. iii. rosſ. violarum, lentis palustris, florum nympheæ, tricomanes, an. unc. med. adianthi, hordei mundi, quatuor seminum frig. maiorum, an. vnc. i. fiat syrupus cum sacchari quantitate sufficienti, aromatizetur santalorum albarum, & citrearum, oxyacanthæ, ac seminū cotoneorū, cui si ligni aloes, cinnamomi, cort. citrii, an. scru. i. immittātur, cor magis roborat, verum magis refrigerat. flores nympheæ deseruit Præpositus.

Meatus ab infarctu potentius liberat, febribus simplicibus, atque complexis, cordi, ac iecinori, calida intemperie laborantibus, mirificè auxiliatur.

L*Ens palustris, vel lenticularia, aut lens aquæ, ex Dioscoride lib. 4. cap. 76. inuenitur in aqua nonfluente, muscus lenticulæ similis, refrigeratoriæ naturæ: in fossis nostræ vrbis, & stagnantibus aquis passim innatat.*

Syrupus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Syrupus ex intybo compositus.

Recipe intybi satiui vtriusque, lychenis, eupatorii, boraginis, buglossi, melissæ, lactucæ, an. m̃. i. quatuor seminũ frig. maiorum, an. vnc. i. santalorum alb. & rubr. florum cordialium, an. drach. iii. coquantur arte in sufficienti aqua, colentur, colato adde succi intybi purificati, libr. v. uini granatorum, vnc. iii. sacchari albi, libr. quatuor, fiat syrupus arte: alii ineptius astruunt, idem prope est cum syrupo cordiali, & pro eo vsurpari potest, aliis santal. alb. & rubr. singul. drach. i. succi intybi, libr. i.

Hepati, cordi, nutritoriis membris incalescentibus subuenit, omnem caloris intemperiem retundit, deobstruit, imbecilla membra, & calore nimio laxa firmat, biliosos, torridosq́; humores exęquat, pestilentibus febribus mirificè commodat.

Tot sunt intybacei syrupi, sua tamen seorsum nomenclatura distincti, vt nullus sit dubitandi locus, qui olim in peruulgatis luminaribus cadere videbatur, quum per syrupum ex intybo compositum, vel (vt aiebant) magistralem, vel ex intybo Mes. vel Gentilis, modo hunc, modo illum, suo marte capesserent, sæpe etiam hac de re cum medicis eodem in dubio versantibus, decertarent, nunc verò suis nominibus contenti, vnumquenque distinguere: atque ordinare non erubescent.

Syrupus è cichorio Gulielmi.

Recipe foliorum cichorii m̃. i. foliorum boraginis, lactucarum, florum violarum, intybi satiui, buglossi, oxalidis, baptiseculæ, an. m̃. med. coque in libr. iii. aquæ, ad tertiæ partis consumptionem, cola, post adde sacchari, libr. ii. his igne dissolutis, iterum cola, & igni admoue, imponendo rhabarbari electi, lintheo raro ligati, drach. ii. uel vnc. ii. si addere solutioni intenditur, præsertim ad singulam syrupi libram, dum efferuescunt, nodulum sæpe exprime, & tantisper coque, donec syrupi formam nanciscatur: potest etiam absque rhabarbaro componi.

Cor, & nutritiua roborat, eorum feruorem compescit, humores per intestina, & vesicam subducit, venenosos immutat, pestilentibus febribus, & potissimum pesti ipsi sæuienti resistit, somnum conciliat, appetentiam inuitat.

Baptisecula: alijs battisescera, quibusdam cyanus, alijs fior campese: nostris gallinctta, multis iam seculis triuialis, inter frumentaceas segetes, Maio, & Iunio mense, ad contexendas rusticarum puellarum coronas expetita, cœruleo colore decorata, intybaceo generi ascribitur: atque ex Gulielmo, planta est in triticeis segetibus frequentißima, flore cœruleo, semine agrestis scariolæ, verum non albo, neque nigro, quã scariolam agrestem putat, ridiculo quodam scribendi modo, quandoquidem simile esse, idem non facit, caule enim est anguloso, angustis, & longiusculis folijs, calyce rosarũ squareso, multis cœruleis barbulis, radice oblonga, dura, in capillamenta quædam dissecta. huius autem facultates, nullus antiquiorum scriptis mandauit, vt capite de intybo dissertum est. si cui verò huiusmodi syrupus arrideat, vel hæc, vel intybus erratica imponi poterit, authore sibi ipsi non constante.

Syrupus ex cichorio Nicoli.

Recipe end. domesticæ, & siluestris, cichorii, taraxacon, an. m̃. ii. cicerbitæ, hepaticæ, scariolæ, lactucæ, fumiterræ, lupul. an. m̃. i. hordei non excorticati, alchechengi, an. vnc. i. liquiriciæ, capill. v. cetherac, pollithrici, adianthi, cuscutæ an. drach. vi. rad. fœniculi, apii, asparagi, an. unc. ii. ferueant in aqua sufficienti, colentur, & cum saccharo albo fiat syrupus, ad cuius unicam libr. incoquantur rhabarbari electi, unc. med. spicæ scrup. quatuor, pano lineo raro ligatis, & in coquendo sæpe expressis, ad iustam syrupi consistentiam: alii pro qualibet libra, rhabarbari vnc. ii. infundunt. Datur ad drach. iii. cum emuls. quatuor seminũ frig. maiorum.

Præpositus pro cicerbita, cucurbitam, pro lupulis, lupinos, atque alchechengi, an. vnc. quatuor scribit, & ad vnamquanque libr. syrupi, rhabarbari vnc. quatuor.

Multo potentiorem superiore commenti sunt, cum cæcis ducibus cæcutientes patres nostri, quasi tota ratio simplicium multitudine constet, quasi numerosa simplicia indigesta etiam harmonia coeuntia, ad nouæ rei admirationem, ceu noui generis bestiæ, aut diuerso confusa genere satyri, nec non centhauri, in theatrum nos reuocare videantur, atque in profunda ignorantiæ caligine, cum hisce nostri temporis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

poris practicis, obtenebrare. hi siquidem quo maiore implicati sunt inscitia, tanto difficilius peritorum dictis aquiescunt, effrenata magis libidine, insana ædepol vecordia, illos derident, non ex veritate, sed ex opinione, prauè, & peruersè dijudicant. Quandoquidem vt capite de intybo ad satietatem dissertum est. Endiuia vulgi, idem est quod intybus satiua: Endiuia syluestris, idem quod intybus erratica, quæ & cichorium syluestre dicitur: cichorium autem, est intybus satiua altera, quæ vulgo hortense cichorium vocatur. Est deinde taraxacon, quod ex Serapione, atque Auicenna, non aliud est, quàm cichoriam syluestre, idque capite de endiuia, & si quidam huius loco hieracium accipiant: addit scariolam, verborum Serapionis immemor, idem quum sit quod endiuia domestica, vt loquitur, pro qua angustifoliam capiunt nonnulli: cur itaque in dorso spinosam, ab hac differre faciat Cordus, non habet. quid ergò sibi, alijsque caput obtundit Nicolus simplicium ignarus, qua ingenij capacitate, qua varietate, vel eadem bis repetēda, vel tot nomina, tot plantas æquiuoco deceptus, tam stultè sibi ipsi persuasit, & stulticiam suam nostri temporis Medicis, qui literati, ac studijs doctrinisque dediti apparent, tam pueriliter impartitus est: vt non sit officina, non medicus, qui execrabilem nimis abusum non prosequatur, qui hoc in errore non consenuerit, qui intyborum species non ementiatur, lactucarum syluestrium species quasdam, ignotæ facultatis plantas, pro his non vsurpet. additur præterea capillus veneris, pollitrichum, adianthum, tanquam tria hæc distinctæ sint plantæ, vt nomine, ita & re: quum tamen idem sint, vt cap. de adiantho. In vsum ergo irrepsit huiusmodi syrupus, & quidem diuturnum: conceditur: quæ pollicetur experimento præstat: vtinam tam salubriter, quàm inscite. non repudiandus igitur, non abolendus, crimen est, & vitium: quum hoc fallaci, & periculoso experimento falsi, quod non est esse, aliudq; & sanè diuersum, alterius vicem suggerens, idem præstare, nescio qua temeritate promittere, atque inuulgare audeamus. quum rhabarbarum ipsum sit, à quo pollicita exequi videtur: proinde obliterandus est, & quæ tā mala insitio hactenus coaluit, prorsus abscindenda, penitus depopulanda: vt enim res est præclara discendo, ita nec admodum laboriosa didiscendo: & si nostros medicos qui potentum limina ante lucem visitant, qui in honore apud mortalium multos esse videntur, ignorantiam fateri veritatis nouercam, non parum suppudeat, quantum vero vim habeat, quod consuetum est, leges indicant ex Aristotele 2. Metaph. melius tamen languentibus consultum erit, vt huius loco, intybaceum nostrum syrupum substituant, virtutis mirandæ, ad omnia valentiorem, qui & si ex diuersi generis stirpibus statuatur, id non ab re sit ex Galeno 6. de composi. med. secundum locos cap. 3. quod si pauciora satisfacere dixerint, nec tam longa, operosaque compositione opus esse, non sine industria, atque arte, concinnatum deprehendent. longa planaque coctura, vna per partium, viciniam & contactum fermentatione.

Cordi lapsus.

Syrupus intybaceus noster.

Recipe intybi satiui vtriusque, intybi erratici, chondrillæ, sonchi, hieracii, comarum absinthii pontici, an. m̄. ii. lychenis, lentis palustris, lactucæ, eupatorij, scolopendrij, lupulorum, fumariæ, florum buglossi, vtriusque nympheæ, violarum, an. m̄. i. laccæ veræ, granorum vesicariæ, oxyacanthæ, passarum maiorum, myxarum, ficuum pinguium, an. vnc. i. dictamni, bipinellæ, scordii, adianthi vtriusq; tricomanes, cuscutæ, an. m̄. i. & med. tragacāthæ, drach. vi. rad. apij, fœniculi, asparagi, glycyrrhizæ, rasæ, an. vnc. ii. seminis pæoniæ mundi, olusatri, seminis citrij, & oxalidis, an. drach. ii. ferueant arte, in aqua decoctum hordei, rad. graminis, boraginis, buglossi, melissæ, cardui b. seminis caulium, & portulacæ q. s. vel quod præstiterit, in harum duplicis balnei liquore stillaticio, vel saltem in alio pari portione, ad tertiæ partis consumptionem, expresso, & colato, adde succi intybi purificati, libr. ii. succi malorum aurentiorum, & limoniorum, an. libr. med. post saccharo sufficienti excoquantur in syrupum, qui aromatizetur santal. citrearum, cort. citrii, caphuræ, & ligni aloes, an. drach. ii.

Fit & cum rhabarbaro ante addita aromata, inter coquendum, ad quamlibet huius libram, immißis rhabarbari optimi, craßiusculum triti, vnc. ij. cort. citrij, santalorum citrearum, caphuræ, ligni aloes, an. scrup. med. lintheo raro ligatis, & sæpe dum vna efferuescunt, valenter expreßis, ad syrupi densiorem consistentiā, in repositione nodulo, & quidem deuincto, intus relicto. dupliciter itaque paretur, cum rhabarbaro, & sine.

Pestilentibus febribus, ac pulicario morbo, & pesti ipsi inualescenti statim auxiliatur, morbillos, omneque id genus ad cutim irrumpens potenter extrudit, dispnææ, & deglutiendi difficultati hinc oborienti, tussiculosis, & phtoe incipienti saluberrimus, omnium febrium feruorem compescit, cor ab omni noxia tuetur, ideo eius tremorem, & syncopem sanat, venenis resistit, eius, atque hepatis, ac nutritiuorum meatus ab infarctu liberat, ob id cibi appetitum inuitat, ictericis, & cacheticis opitulatur, membra omnia firmat, ideo dyssenteriæ etiam hepaticæ succurrit, ductis alio riuulis, profluuium auertens in alios exitus euocatum, vrinæ suppressæ mirificè succurrit, vesicam purgat, aluum etiam subducit, cum rhabarbaro, & moribundos pueros vermium causa ad vitam reuocat, eos enim stupefacit, atque educit.

Chondrilla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Condrilla: quam aliqui cichorion, alij serim appellant, ex Dioscoride lib. 2. cap. 125. caulem, flores, &
folia habet cichorio similia, verum tenuior tota est, &c. Aliud habetur chondrillæ genus, folium se-
rens oblōgum, circumrosum, humi sparsum, caulem succo madentem lacteo, radice tenui, rotunda, leui,
vegeta, flauescente, primum genus in cuius ramusculis gummi mastiches simile inuenitur, flore in quibusdam
cæruleo, in alijs candido, rarum est, & si Patauij cacialepre vocari audiuerim, quæque à Matthiolo pingi-
tur non infrequens sit. Secundum tanta est cum agresti cichorio similitudine, vt non raro legentes in campis
fallat, folijs tamen est magis incisis, & terræ hærentibus, caule pedali, amaro tota sapore, radice rotunda, ru-
sticanis acetarijs promiscue admiscetur, quamuis amarior sit, & è lactis vbertate in radice potissimum, lata-
iola aliquibus vocata, in cultis locis, scrobium aggeribus, & secus vias copiosa, vulgo cichoriastro. Cādraliam
omnem ingustabilem esse, & in radice succum lacteum, crassumque habere scribit Theoph. 7. de histor. plant.
cap. 11. Gal. 2. de aliment. lactuce similem tradit.

Sonchus: vulgo cicerbita, aut rostrum porcinum, siue crispinum, ex Dioscoride libr. 2. cap. 123. triplex
est: quidam syluestrior, & spinis magis horrens, alter teneritate quadam mollescens, cibis expetitus, angu
loso caule, inani, interdum, rubente, folijs in ambitu per interualla dissectis, flore in lanugine vanescente,
in hortorum macerijs, vineisque copiosum. Alter sonchus tenerior, arboris instar, latis constans folijs: cau-
lem in ramos exeuntem folia distinguunt. Duo prima in vinetis vberrima, ruribus viridarijs familiaria, in
acetaria nonnunquam accipiuntur, quum præsertim nouo germine teneriores frondescunt. à liquore quo fra-
ctus caulis eius emanat lacteo, lactucella etiam vocata. Tertium arborescens non multis est cognitum, alij in
candidum, & nigrum, alij edendo, alij non edendo, esse dixerunt. eadem rei diuisione, & significatione.

Hieracium: quibusdā dens leonis, folio sinuatim per lacinias denticulato, plebi nostræ mirasole: ex Diosc.
lib. 3. cap. 61. duplex est: magnū, & paruū, Hetruscis cazzalepre vtraq; in agrorū semitis, & passim
vbique in campestribus exuberant: soncho, & cichorio, vsque adeo similia, vt alterum quibusdam son-
chites vocetur, vixque ante lutei floris irruptionem distingui, atque ab his secerni valeant. quo ad eius cir-
cunferentiā, & extremā partē, in qua caules, & flores sunt, attinet. at statim incisa radix, lacteo succo turget,
tam insigni equidem amarore, vt nullis acetarijs indi consueuerit, cuius delineatio quum Dioscoridis scriptu-
ræ apertissime respondeat. Fuchsius tamen intybo syluestri latifoliæ accommodat, Plinius lib. 20. cap. 7. inter
lactucarum syluestrium genera recenset.

Lens, vel lenticula, semen notissimum: ex Dioscoride lib. 2. cap. 119. aluum cum cortice cocta sistit, vim
habet astringendi, qua ex causa aluum cohibet, si detracto antea cortice discoquatur, accurate, primaq;
aqua inter coquendum effundatur: quippe primum id decoctum ventrem resoluit. Matthiolus huic ma
xime opponi Galenum asseuerat, quum primo de aliment. facult. ita scriptum reliquerit. Lentium cortex mul-
tum astringit, quasi carnea substantia parum constipet, crassi succi, ac terrei: quo circa si quis in aqua ipsas co
xerit, & deinde aquam sale, aut garo, aut cum ipsis oleo condiens sumpserit, potus his aluum deijciet: at ex his
decoctis lentibus, ad eum modum quem retulimus, lens apparata, facultatem habet succo contrariam, &c.
hac igitur in re quantum hebescat, alioqui præclarus stirpium expensor Matthiolus, inter hos dissidium con-
iectans, hinc luce clarius colligi potest, quod & si Dioscorides asseruerit lentem cum cortice coctam aluum si-
stere, vt etiam Plinius lib. 22. cap. vltimo, non tamen eo detracto soluere absolutè, sed prima aqua effusa, in
qua uis subductoria ex meditulio remansit, ventrem etiam supprimere. quasi dicat, lentem cum cortice, & sine
constipare quidem, verum delibratam etiam supprimere, prima coctionis aqua effusa. quæ solutionis vestigio
lentium medullæ inhærenti imbuta est, nec magis cum eo, quàm sine cortice, soluere dictauit. id igitur quum
subticuerit, quamuis innuat Galenus, decorticatam astringendi vehementiam amittere, non ob id inter eos vel
paruū inest litigium, vt nescio quo spiritu ductus Matthiolus, hos scrupos iniecerit, nodum in scirpo quæritet,
his rixis vberem fructum legentibus parturiat. Cæterum quo iure in prouocantibus ad circunferentiam de-
coctis, lentes delibratas imponi iubeant Arabici, nondum innotuit, quandoquidem earum decoctum, quod
primum est, ablatis etiam corticibus, aluum potius moueret, eoque pacto à periferia diuerterent: si verò his
admiscentur, quia vrinam, aluumque detinentes, ea dote reliqua ad extimas partes deferantur, potius suis ve
stitæ corticibus decoquendæ essent, quales in his nos semper imponi iussimus, quod si corticem refugiunt, vt ca
lidum, ac siccum in primo, authore Aben Mes. quum ex his quæ supprimit frigida, terreaque sit, quæ citat ca-
lida, ex Galeno aduersus Hippocratis scripturam 5. in 6. de morbis vulgar. commento 33. excorticata tem-
perata appellari potest.

Nō est inter Diosc. & Gal. cō trouersia, aduersus Mathiolū.

Mala: quæ & poma aurentia, fulgoris auri æmula, ideo aurea etiam nuncupata, quibusdam arantia,
quod in eum inclinent colorē, qui vulgo ranzo dicitur, aut verius ab Arantia oppido Achaiæ, vt ex
Hermolao 5. sui corollarij cap. 422. & si Matthiolus arantia quasi aurantia, vna expuncta litera,
ab aureo colore nomen accepisse existimet: nobis citroni, quasi citrina, vel a citro cuius sunt species, cortice
amaro, colore in initio viridi, postea in luteum languescente, maturo autem croceato, succo acido, vel dulci,
aut acido dulci, notissima sunt: nec minus his limonia, cortice è croceo candicante, succo admodum acido, vt
quæ lumiæ, alijs Adami poma, vel cedriata vocantur, herbaceo virentia colore, & prægrandia instar melo-
num, vel orbiculata, aut oblonga facie turgentia, vel ouali specie turbinata, tam insigni fructuum varietate,
forma,

forma, colore, sapore, arbores horum feraces, tam diuersas sibi sortita sunt appellationes, vt quanquam congeneres, & inter se similes sint, distingui nisi magna difficultate queant: gustus igitur consulendus, vt cap. de pomis: floribus sunt fragrantißimis, vt aqua ex his summe redolens elicita.

Syrupus mundificans.

RECipe succi lupulorum, intybi, singul. libr ii. succi fumariæ, oxalidis, sing. libr. i. & med. santal. omnium, ligni aloes, an. drach. ii. sacchari albi, clarefacti, libr. x. fiat syrupus arte.

In heterogeneis humoribus, syncopalibusque febribus, nobis mirificus.

Syrupus ex lupulis, etiam cum aceto passarum, aliàs passulato.

RECipe succi lupulorum, libr. ij. succi fumariæ, libr. i. purificentur, & cum libr. iij. sacchari, fiat syrupus: his si addantur aceti ex passis, vnc. viij. & ad consistentiam coquatur, erit syrupus de lup. cum aceto ex passis.

Refrigerat, & collectionum impetus lenit, bilem regio morbo laborantibus detrahit, pituitam in aqua intercute exigit per aluum.

Acetum ex paßis.

RECipe aceti non acerrimi, libr. ii. passarum, unc. xvi. ferueant simul ad tertię partis aceti consumptionem, colentur, fiatque valida passarum expressio, iterum postea tundantur, rursusq; exprimantur: tunc acetum ad vsus seruandum: alij passas aceto eas cooperiente infundunt, horis vigintiquatuor, postea aliquantisper feruefaciunt, colo transmittunt, acetum exprimunt.

Acetum rosaceum.

RECipe aceti acerrimi, libr. i. ros. recentium exunguatarum, vnc. viiij. uel siccarum, unc. i. tusas, & lintheolo deligatas demergito, & post tres menses defęcatum acetum recondito: si more uini rhodites Dioscoridis, libr. 5. parare libeat: prior tamen modus aceto per mensem insolato, rosis postea eiectis vsitatior est, eodem propè modo parari possunt ex floribus rosmarini, saluiæ, & similium, & aceti scillitici typum imitantur.

Syrupus e Zeziphis, officinis de iuiubis.

RECipe zezipha sexaginta, alias centum, uiolarum, seminis maluæ, an. drach. v. aliàs vnc. v. adianthi, glycyrrhizæ, hordei mundi, an. vnc. i. seminis cotoneorum, papaueris, melonis, lactucæ, tragacanthæ, an. drach. iij. coque cum aquæ fontanæ libr. vi. aliàs iiii. & sacchari libr. ii. in syrupum. Raucitati, tussi, pleuritidi, confert.

Manardi mentem non acceperunt Franciscani patres illum redarguentes, quod aquæ libr. centum sumendas esse iudicauerit, quum enim scribat legendum esse numero centum, se iuiubas intelligere facilè ostendit, hinc Fratres illi Venerandi, ignorantiæ suæ notas, ac vestigia, multis in locis relinquere voluere. Quidam semina maluæ, cotoneorum & tragacanthum, nodulo ligata, clarificato syrupo immitunt. Monachi falsò Manardũ accusant.

Syrupus è glycyrrhiza, aliàs de liquiritia.

RECipe glycyrrhizæ, unc. ii. adianthi, unc. i. hyssopi siccæ, vnc. med. horis vigintiquatuor macera aquæ libr. iiii. coque ad dimidias, expressum perco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

que cum mellis, ſacchari, peni diorum, añ. unc. viii. aquæ roſ. unc. vi. fiat ſyrupus. ſunt qui non iniuria ſuccum accipiant, vt cap. de ſuccis medicatis. Præpoſitus legit drach. v.

Tuſſim antiquam iuuat, thoracem, & pulmonem expurgat.

Syrupus adianthinus, aliàs de capillo vener.

Recipe glycyrrhizæ, vnc. ii. adianthi, vnc. v. tempera aquę fontis libr. iiii. horis vigintiquatuor coque, ad dimidias, expreſſum percoque cum mellis clarificati, penidiorum, aquæ adianthi, añ. vnc. viii. ad formam ſyrupi. ſunt qui penidia relinquant, ex ſaccharo parantes.

Ad thoracis affectus calidos, & viſcerum obſtructiones.

Syrupus hyſſopi.

Recipe hyſſopi mediocriter ſicci, rad. apii, fœniculi, petroſelini, glycyrrhizæ, añ. drach. x. hordei mundi, vnc. med. ſeminis maluæ, & cotoneorum, tragacanthæ, an. drach. iii. adianthi, drach. vi. zezipha, myxa, an. xxx. vuarum paſſarum purgatarum, vnc. i. & med. ficus ſiccas, dactylos pingues, an. x. decoque in ſufficienti aqua, & cum penidiarum albarum, libr. ii. fiat ſyrupus. Præpoſitus paſſarum vnc. ii. & med. legit. aquæ libr. viii. ad quinque abſumptionem capiunt, & petroſelinum remouent quidam.

Aſthma, tuſſim, dolorem thoracis, & hypocundriorum iuuat.

Syrupus praſsij.

Recipe praſſii, vnc. ii. hyſſopi, adianthi, an. drach. vi. glycyrrhizæ, vnc. i. calaminthes, aniſi, rad. apii, fœniculi, an. drach. v. iridis, ſeminis maluæ, & fœnugræci, an. drach. iii. ſeminis lini, & cotoneorum, an. drach. ii. vuarum paſſarum purgatarum, vnc. v. ficus paſſas, quindecim, coque in aqua ſufficienti, poſt cum mellis, & penidiarum, an. libr. ii. fiat ſyrupus.

Thoracem, & pulmones expurgat pituita craſſa, lenta, putri, & ab ea aſthmati, antiquæ tuſſi prodeſt, quales affectus ſenibus, & natura frigidis ſunt frequentes.

Glycyrrhizam omiſit Præpoſitus, nec legitur in quibuſdam Mes. exemplaribus: Syluius, ac Cordus, ſubſtituerunt, leguntque capillorum ven. hyſſopi, an. drach. vi. alij verò, an. vnc. i. Cordus autem manchus, paſſarum, vnc. ij. tantum enumerat. Præpoſitus penidiorum, libr. i. nunc in aquæ libr. x. ad dimidium vſque excoquunt.

Syrupus ex teſtudinibus.

Recipe tres teſtudines ætatis mediæ viuentes, laua aqua ſubferuenti, deinde in aqua fontis percoque, ad tabularum ſeparationem, quibus abiectis carnes à ſordibus mundato, mortario diligenter contere, ac iterum eadem aqua cum infraſcriptis coque: accipe ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſeminis papaueris albi, lactucæ, portulacæ, & maluarum, ſeminum cucurbitæ, cucumeris, melonis, anguriæ, ſeminis cydoniorum, & goſſipii, an. drach. vi. paſſarum dulcium exacinatarum, myxorum, zeziphorum, oxyacanthæ, an. vnc. med. antiſpodii, drach. iii. roſ. uiolarum, hordei, adianthi, florum boraginis, bugloſſi, an. m̃. ii. bulliant ad tertiæ partis conſumptionem, poſt cola, & cum libr. quatuor ſacchari, fiat ſyrupus.

Phtiſicis, hecticis, empycis, & diutino morbo extenuatis, atque marceſcentibus, confeſtim ſuccurrit, tuſſiculoſis, ac diſpnoicis ſummo eſt remedio.

Teſtudines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

TEstudines: ex Plinio, lib. 32. cap. 4. aliæ terrestres, marinæ, lutariæ, quæ in dulci aqua viuunt, quæ ex tertio sunt genere, in cœno, & paludibus vitam degentes, latitudinem in dorso pectori similem, nec conuexo incurua calyce, ingrata visu, ab Indico mari tantæ magnitudinis testudines emitti narrat, lib. 9. cap. 10. vt singularum superficie habitabiles casas integant, atque inter insulas rubri præcipuè maris, his nauigant cymbis. Trogloditas cornigeras habere, &c. nobis notissima quadrupeda sunt, & duum generum, quædam enim nemorales, aliæ marinæ vocitantur, albo cortice, & nigris quibusdam signis vermiculatæ, at hæ ex mari non sunt, sed ex maritimis nemoribus, & sabulosis, quum vere maritimæ pedibus constet ad ambulandum ineptis, in modum alarum ad natandum idoneis, at ex nostris nemoribus, atque aquis, nigræ producuntur. quo autem iudicio, vel potius dementia, fluuiales cancros, testudines etiam dici scribat Amathus, cap. de cancro, cæci ipsi dijudicent, & si in hecticis, & lenta febre laborantibus, summopere commendentur, nam sic ranæ, & cochleæ, inter cancrorum genera reponerentur.

Syrupus ex succo scabiosæ.

REcipe succi scabiosæ purificati, libr. i. aquæ decoct. hordei, adianthi, an. quantum sufficit, sacchari, libr. ii. prædictis solue, hisque infunde pulueris coralliorum rubrorum, lintheo raro ligatæ, drach. iii. fiat syrupus.

Tussiculosis, pleureticis, empycis, thoracis abscessu laborantibus subuenit.

SCabiosa veteribus indicta, in pratis, & campestribus, affatim abundans, folio erucæ carnoso, hirsuto, caule tenui, rotundo, cubitalis altitudinis, floribus è cœruleo rubescentibus, & ex cæsio albicantibus, speciosis, & diuturnis, globo pimpinellæ æmulo, at foliolis quibusdam eius ambitum exornantibus, amariuscula, Maio, & Iunio, ad Octobrim usque florescit, scabiei, salsis humoribus, omnibusque cutaneis affectibus inserto vnguentis succo, vel etiam epoto, miro esse remedio creditur, Vrbani Pontificis carminibus, eo profectò indignis illustrata, thoracis excrementa repurgare, eius abscessus disrumpere, & carbunculis illita trium horarum spatio illos aperire, atq; abolere existimatur. hanc verò non psoram Aetij, Syluij experimento credimus esse stœbem: vel phleon, ex Theophrasto, Dioscoride, Plinio, facilè inuicem colatam discernent, quin etiam ex Gale. 1. de antidot. cap. 3. herba quædam fruticosa, calida, & acris valde, parum redolens scribitur, quam modo colymbadem, alijs stœbem appellant, ad præseruandum vina aptissimam. Est & pseudoscabiosa, legitimæ adeo persimilis, & ijsdem locis agnascens, vt primo intuitu peritissimos etiam herbarios fallat, verũ crassior tota est, nec amarescit, non adeo hirsuta, globum quoque fert squarosum, & baptiseculæ æmulum, & si crassius, hinc scabiosæ multas species ostendit Fuchsius, at si mihi quando natare vix didici, tutius dicam pedibus ingredi, & contractis velis iuxta litora potius nauigare, quam procul ab oris vbi stupidi nescioqui, naufragium passi sunt, agitari, arduam in Gal. controuersiam iminenti, nauiculæ tempestatem, ac scopulum, facili transigam cursu, non Matthiolum imitabor, rixas, litesque anhelantem, vbi verò digladiandum sit, media in arena procumbentem. Nempe cataphractus hic, quasique inuictus Eques vel armis omnibus spoliatus, vel pedes, plumbeis pilulis, imani eo sclopo priuatus, cuius boatu omnibus metum incutiebat, Cœlum solumque perterrefacere videbatur, huiusmodi nodum sedulo elusit, quum stœbem ex Dioscoride astrictoriam, ex Galeno 8. simpl. mordacitatis omnino expertem annotauerit, nec locum illi subterfugisse crediderim, 1. de antid. 3. vbi stœbem calidam, & acrem valde, parumper redolentem, incolis colymbadem, tanquam innatantem, & quæ insulis fluitantibus prouenit, ex Theophrasto, 4. de histor. plant. cap. 11. si illa phleon sit, quibusdam vocata, vt ex Plinio elici videtur, lib. 21. cap. 11. vt etiã 22. cap. 11. vt certò sibi alijsque persuadet Matthiolus, quanquam stœbem in fruticum genere, nomine à phleo distinguere videatur, Theophrastus primo de histor. plant. cap. 16. quæque ea sit, mibi, vt simpliciarijs quibusque haud dubie incompertum, quumque miro eruditionis prouentu, plerisq; locis mira ac illustria ingenia exoriãtur, res est in apertam planitiem, nullo patrocinio communita, nullis fulcris stabilita, periculis quibusque exposita, nisi ascripticium Galeno fateantur. vti annuere suis ad nos literis quandoque visus est, summi ingenij, consumatæque doctrinæ, Bartholomæus Baylletus, Eporediensis Medicus. Nõ cõstat Galenus.

Syrupus ex scolopendrio.

REcipe scolopendrii, phillitidis, intybi satiui vtriusque, lychenis, absinthii, añ. m̃. med. cuscutæ, drach. i. quatuor seminum frig. maiorum, florum buglossi, boraginis, añ. m̃. i. adianthi, rad. fœniculi, petroselini, rusci, añ. m̃. med. saccharo fiat syrupus arte, hoc puluere aromatizetur. Accipe folii, spicæ nardi, laccæ, cas. aromaticæ, añ. drach. ii. ligentur panno lineo, ferueant in syrupo, ad vsus.

Lienosis febricitantibus, non signiter opitulatur.

PHyllitis: falsò scolopendria, vt eo in capite manifestum, vsque adeo Dioscoridis in delineanda phyllitide notis respondet, vt vulgarem linguam ceruinam proculdubio repræsentet, quæ sanè & phrigitis quibusdam vocatur, quod ad turriū radices nascatur, quibusdam acaulos, quasi nullo vnquam prolato caule foliosus enim cespes est, potiusquam planta, contra hyemis gelicidia contumax: alijs syluestris rumex, ab eius similitudine. hanc tamen Leonicenus, Manardus, Ruellius, Fuchsius, hæmionitim existimant. ideo in aciem reuocandi sunt, vt luculenter appareat, vtra istorum sit. Matthiolus phyllitim esse talibus contendit, quod frequentius in humectis, opacisque locis propagetur, folijs rumicis æmulis, magis virentibus, maioribus, longioribus, rectis, anteriore parte læuibus, à tergo autem pensiles quasi vermiculos præseferentibus: præterea gustu acerba quum sit, caule, flore, & semine careat, ideo falli prædictos authores: quoniam & si hæmionitis, caule, flore, & semine pariter vidua sit, est tamen folio dracunculi, hederaceo sanè ex Dioscoride, quamuis Lunæ modo incuruo, radicibus cohæret multis, tenuibus, non facilè in phyllitide compertis, non eminentijs per interualla signatis, linguæ ceruinæ instar, non in petrosis tantum enasci dicta, vt hæmionitis: & quamuis huius phyllitidis plures sit videre plantas, contra Dioscoridis sententiam, quinquaginta folijs, queis ille sex, aut septem assignauit: attamen extracto è terra linguæ ceruinæ cespite, foliorum multitudinem, à numerosis radicibus, non ab vna tantum prouenire, sed à quamplurimis se simul tangentibus, vt vna ab altera diduci valeat. hæc tela, hæc Matthioli arma, papyracea inquam, quibus se opponit, non ignem, non incudem sustinentia. Quippè hemionitis in petrosis nasci traditur, nec in his duntaxat, vt adijcit Matthiolus, sed in petrosis simpliciter, quibus vt plurimum familiaris existit, nec ob id aufertur, quin vmbrosis, atque humentibus locis exiliat, qualia montuosa altera ex parte esse consueuere, (hæc autem verba conticuit Latinè, vt præcedentia quædam,) non secus atque in Perguli Ticinensis leporario fonticulo, iuxta illius parietes, magna copia à nobis sæpe annotata est, veluti quoque in radice Crepacoriani montis, ad læuam Saxeræ fluminis, apud opacas quasdam scatebras, legitima hæmionitis, nullis prorsus reclamantibus indicijs, diligenter inspecta est. quū præsertim non minore admiratione tracti, quàm aliàs, id etiam meminissemus, vbi cum Ticinensi herbario eua garemur, tunc quoque propinquos huiusmodi cespites, alios tergo exiles veluti vermiculos ostendentes, alios vtpotè minus adultos, nihil in auexa parte continere, quosdam Lunæ crescentis modo falcatos, alios folijs rigentibus, atque in altum tendentibus, cuius rei rationem ita reddidit, sibi sæpius exploratum, iuniorem linguam ceruinam, vno anno absque lirata appendice à tergo visam, sequeuti autem cum ea, quandoque verò vix pululantem, in posteriori parte pensilibus veluti vermiculis lituratam: vt hinc quandoque coniecerim, his vtrisque à Dioscoride visis, ea in re tantum differre ideo vnam phyllitim, alteram hemionitim appellasse, reliquis omnibus at paruo quidem intra se discrimine, vtraque enim caule, semine, & flore carere scribitur, vtraque gustu acerba, multis, & tenuibus radicibus, præsertim iam vegeta, cuius folia nunc recta, sæpe etiā curua, palam conspiciuntur, in vetustiori præsertim, vtraque folio rumicis: & quamuis hemionitis dracunculi folijs comparetur, quæ quidem hederacea esse scribit Matthiolus, vt hinc diuersa esse contendat, quàm sit sibi apertè contrarius, ni forte suis met scriptis fidem non esse adhibendam putet, manifestè innotescit. Quippè cap. de dracunculo maiori, vt etiam in commento, fatetur maiorem dracunculum folio rumicis esse: quum igitur Dioscorides folio dracunculi simpliciter comparauerit, cur potius hederaceum, quàm rumici simile deducat, non habet. præterea Ruellius 2. de natura stirpium, cap. 96. foliorum suspicionem excussit, vt cap. de aro dictum est: quod si vulgaris linguæ ceruinæ indicia, ad phyllitim, magis quàm ad hemionitim accedere protulisset, vt flagitio, ita laude dignus existimaretur. lingua itaque ceruina, hemionitidis succedaneum fiat, quum præsertim diutissimo experimento ad lienis affectus comprobata sit; nec ideo huic nostræ opinioni obstiterit Matthiolus Latinè loquens, quod veram hemionitim propè romanum amphitheatrum nasci scripserit, atque à publici Patauini horti Præfecto sibi transmissam effigiem, eleganti pictura figurasse, ea enim liturata visitur, quam notam, vt neque in phyllitide, nusquam silentio præterijsset Dioscorides. Cæterum vt Matthioli diligentia, aut verius non ferenda negligentia, seu maius immolesta voluntas reprimatur, quum in hemionitidis commento, suum olim in Plinium recognouisset errorem, & si vulgari idiomate alteram tantum ramis hyssopi attigisset, ex lib. 15. cap. 5. commento capitis de Teucrio, ne morbosam animi petulantiam dissimularet, impudico nimis, nimisque lubrico lapsu, veretur ne Plinius aberrauerit, scribens. asplenon, sunt qui hemionion vocent, quoniam quod sciat asplenum nusquam hemionion appellari asseruerit Dioscorides, quæ est igitur Matthioli memoria, perquem subita hæc obliuio retegetur, quum cap. de aspleno, hemionitim præcedente talia in Dioscoride legerit. Asplenum: aliqui scolopendrion vocant, alij splenion, alij hemionion. Quare minime mirandum est, si quandoque bonus dormitauerit Matthiolus, & si turpe sit oculatissimo viro præsertim in re tam perspicua, aciem defuisse.

Hemionitis.

Matthioli opinio cõ probata.

Plinii tutela.

Matthioli lapsus.

Syrupus Nymphеæ, Barbaris de Nenuphare.

REcipe florum nymphеæ, vnc. ii. tussilaginis, psyllij integri, oxalidis, rad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

fœniculi, ann. vnc. i. quatuor ſeminum frigidum maiorum, an. vnc. med. quatuor ſeminum frig. minorum, ann. drach. ii. ferueant in aqua hordei ſufficienti, cui addantur ſacchari, libr. i. aceti albi, & vini granati ann. vnc. ii. aromatizetur ſantalorum citrearum, antiſpodii, ann. drach. i. ſpicæ nardi, ſcrup. med. alijs drach. med.

Refrigerat, ob id hepatis intemperiei calidæ, atque in tertianis, & ardentibus competit.

TVſsilago Latinis, βήχιον Græcè, vel chameleuce, ex Myrepſo, officinis farfara, ſiue vngula caballina, ex Dioſcoride libro 3. capite 107. folia fert maiuſcula quàm hedera, ſex, aut ſeptem, à radice, &c. radix tenuis eſt, non ſuperuacua. quum enim illi vſum tribuat, vel negatiua legenda eſt, vel id verbum in textu delendum, res quoque à Matthiolo animaduerſa, & ſi Italicæ loquens, ſe aliter, ac perperam ſenſiſſe fortaſsis ignorauerit: in humentibus, amænisque locis, non raro ſcaturit: apud nos in nymphææ ſpecie quibuſdam poſita, & ideo ſuo vocabulo nenuphar terreſtris vocitata. Duo eius genera ſcribit Plinius, lib. 26. cap. 6. at ſine caule, & floribus, id quod & ſi non ſit, his tamen fugaciſsimis creditur, vt enatis vigor, & longiſsima mora, ſit biduum, quod poſtridie pene contabeſcat, fronde ſola vireſcens iccirco. eorum tam ſubitam iacturam non animaduertentes illuſi ſine caule, & flore, naſci memoriæ prodidere. Flores Februario vidimus tametſi Aprili quoque colligantur: ab hoc enim tempore marceſcunt, folia, & radix, vltra Aeſtatem durant. nos cum flore ad menſem, in horto noſtro obſeruauimus, præter aliorum opinionem. chameleuce autem de qua Dioſcorides libro 4. ex Plinio libro 24. capite 25. folijs eſt laricis. Anguillarius autem neſcio vnde folijs populcis expiſcatus ſit.

Syrupus lychenis, officinis de hepatica.

RecipeLychenis, lentis paluſtris, an. m̃. i. florum cucurbitæ, violarum, roſ. ſingul. vnc. i. ſchœnanthi, drach. i. ſacchari, libr. i. irroretur vini granat. vnc. quatuor, aromatizetur ſantalorum citrearum, & antiſpodii, ann. drach. i. Idem pollet quod prior.

Syrupus ex portulaca.

Recipe ſeminum portulacæ tritorum, lib. i. horis vigintiquatuor macera, in ſucci intybi, cocti, & purgati, libr. iiii. igne lento coque ad dimidias, & tunc cum ſacchari libr. ii. percoque in ſyrupum. additur interdum aceti, libr. i. vel ſucci granat. acidorum, lib. i. & med.

Refrigerat, ob id ſitim, febrim, ardorem ventriculi, & hepatis intemperiem calidam corrigit.

Oxyſacchar Myrepſi.

Recipe ſacchari albi, libr. i. ſucci malorum punicorum, acidorum, vnc. viij. aceti, vnc iiii. coque lento igne ad ſyrupi conſiſtentiam.

Digerit bilem phlegmati mixtam, ventrem, & præcordia grauantia, & quibus tertianæ duplices, atque erraticæ, & quæ duplis quartanis ſimiles exoriuntur, ex his etiam ſuccedentem vomitum, & nauſeam ſæpe continuit.

Vſitatiſsimum eſt, quanquam ex Actuario capiat aceti, libr. i. ſacchari, libr. ij. tantum, vino granatorum non admixto. Eſt & aliud oxyſaccharum Rhazes, in peſtem, lib. de Peſtilentia, cap. 5.

Oxyſacchar compoſitum.

Recipe adianthi, phyllitidis, ſcolopendrij, tricomanes, lichenis, violarum, rad. fœniculi, ruſci, aſparagi, graminis, ann. libr. i. hæc vino granat. acidorum triduo macerato, quarto die aliquantulum ferueant, cum forti expreſſione percolato, poſtremo addito ſaccharo ſufficienti, ad iuſtam craſſitiem coquito.

Diuturnis febribus ex ſanguine, iecinoris calori, & lienis obſtructioni prodeſt, corporisq; calorem mulcet.

Eſt & oxyſacchar è radicibus Actuarij, quo quũ præſtantior ſit acetatus compoſitus, ideo prætermittitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Syrupus è papauere simplex.

Recipe capitum papaueris albi, & nigri, an. drach. lx. coque in libr. quatuor aquæ pluuiæ, ad duarum libr. consumptionem aliis ad libr. i. & med. & tunc coquantur cum sacchari albi, & penidiarum, an. unc. quatuor, aliis an. unc. vi. ubi potissimum diu asseruetur.

Ad catharrum, & tussim causam insomnii, ad vomitum sanguineum, addi potest ex Auicenna, 5. can. tract. 6. acaciæ, croci, myrrhæ, balaustiarum, hypocisthidos, an. drach. i.

Terminus coctionis in recentibus præsertim capitibus, ex quibus potißimum parari debent, nimium longus videtur, quum sufficiat donec flaccescant, vt in Diacodio fit, ideo ad vnius libræ, vel sesquilibræ consumptionem in iulepi formam aliquibus paratur.

Syrupus è papauere compositus.

Recipe papaueris albi, & rubri, aliis nigri, añ. drach. l. aliàs xxx. adianthi, drach. xv. glycyrrhizæ, drach. v. zezipha, xxx. seminis lactucæ. unc. v. seminis maluæ & cotoneorum, añ. drach. vi. coque in libr. iiii. uel quinque aquæ, ad dimidii consumptionem, colatum cum sacchari, penidiorum, an. unc. viii. in syrupum percoque.

Ad tussim siccam, phtisim, catharrum insomniæ causam, competunt, etiam huiusmodi syrup. ventris lubricitati, & dyssenteriæ, post totius corporis euacuationem, aut quia somno conciliato, materias coquunt, qua defluxus firmant; aut quia calidam siccamque intestinorum discrasiam, ab acris materiæ destillatione obtundunt.

Aqua mulsa: siue melicratum.

Recipe mellis optimi, libr. i. aquæ fontanæ, libr. viii. in uase lapideo, uel uitreato, igne lento coque, & continenter despumato, deinde panno denso cola, quod si mox per se bibendum est, aquosius fiat: idest ex unc. i. mellis atque interdum dimidia, pro libra una aquæ.

Larga enim coctione crassatum, vt iulepus, diu quidem seruatur, sed in partes remotas ægre penetrat, in bilemque ob multam dulcedinem facilè vertitur, & ob id sitim auget, nisi largiore aqua mixta dissoluatur, & insipidum aquæ modo videatur: alias quoque facultates coctio varia illi acquirit, quia parum coctum inflat magis, aluum subducit, minus nutrit: largius verò coctum inflationes dissipat, magis nutrit, minus deijcit. Cruda vtuntur hij, quibus alui deiectionem moliri, aut vomitionem ciere libeat, quemadmodum & in his qui venenatum aliquod hauserunt, ex oleo prabetur, octuplæ aquæ portioni mel admiscent Græci ferè omnes, coquunt, donec spumare desinant, egestam spumam cominus auferentes. Dioscorides quem Auice. imitatur, lib. 5. tract. 6. duas aquæ partes ad vnã mellis admiscent quibusdam hydromelli vocatur, quod iam paratum, repositumque est, nec desunt qui inter hydromellitis genera enumerent, quod à melle elutis aqua fauis confici soleat, & apomelli nominent. hoc tamen meracius fieri conuenit, aliqui etiam decoquunt, quod in ægrotantibus improbatur, propter ceram, quam plurimam obtinet: addunt mulsæ nonnulli aromata, zingiber, crocum, cinnamomum, macim, & similia: alij galliam moschatam, lignum aloes, & huiusmodi. Fit etiam ex mellis parte vna, aquæ fontanæ partibus octo, fermenti in his dissoluti vnc. i. alias vnc. iij. in singulis libris aquæ mellitæ, vase ligneo excipe, relicto trium digitorum spatio vacuo, in quod dum musti modo feruebit, recipiatur: vbi feruere desierit, obturato vase modo vini doliorum, tertio post mense fit potabile: huic quoque immitti possunt aromata panno lineo ligata: vel ex lupulorum floribus, & vini purgamento, Medonem, Lituanis, ac Polonis, familiarem parabimus: & si aliter Zitum, idest Ceruisiam, aut Curmi, birram vocatam, diuersimodè conficiant.

Apomelli. Medo. Zitum. Curmi.

Magnarum est virium ex maiorum nostrorum sententia, siquidem sitim sedat, imbecillis, & animo exilibus, & iis qui immodico sudore digeruntur, exhibetur: affectus frigidos præsertim cerebri, & neruorum, & iuncturarum iuuat, loco vini potum, tussientibus, pulmonariis auxiliatur, tussim humidam, puris & pituitæ crassæ, & lentæ, expectorationem promouet, lauat, terget, & purgat intestina, viscera, meatus vrinarios, ob id colicis prodest, & aluum subducit, calculum in viis vrinæ gigni prohibet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Vinum mulsum, aliàs melicratum conditum, græcis οινομέλι.

Recipe uini antiqui boni, libr. x. mellis electi, spumati, libr. ii. fac ut in aqua mulsa, addendo cinnamomi electi, drach. v. spicæ nardi, drach. i. caryophyllorum, zingiberis, ligni, aloes, macis an. unc. med. cardamomi, drach. ii. alias iii. croci, drach. i. & med. tere negligenter, cola panno raro, aromatiza moschi, scrup. i. aliàs drach. iii. Clarificare quid sit.

Intemperiem frigidam ventriculi, hepatis sanat, flatus in eis, & hypocundriis dissipat, oris odorem, cutis colorem commendat.

Vinis huiusmodi conditis petroselino, vel betonica, & sarxiphago, spica nardi, aut rutæ, piperisque exiguo adiectis, vtitur Galenus, 5. de tuenda sa. cap. 5. Hodie non ad frigidos affectus, sed ad gustus gratiam, magna aromatum miscella, in Natalis Christiani festis, ex nigris condita, Hippocratica vina appellantur, ex albo stellaria, quasi Hippocrate inuentore digna, vel saporis præstantia, stellis, & numinibus grata. sunt & variæ vinorum conditur æ ex Actuario, alijsque facticia, Græcis propomata.

Peruicaces quidam Grammatici, atque græcarum literarum ignarus quidam Medicus mecum contendere ausi sunt, mulsum per se, vinum melle conditum significare, ex Martiali, ac Plinio lib. 22. cap. 24. idemque quod οινομέλι, *quod Latini interpretes quidam mulsum exposuere, perperam tamen, quum græca dictio, vinũ mulsum, & adiectæ rei conditur am designet, vt aquam mulsam, hydromel, quin etiam Vlpianus ait, vini appellatione, mulsum non contineri, ænomelli contineri, idque distingui Galenus 2. ad Glauc. cap. 8. quum sinus vino solo, aliquando vino mulso abluit Syluius etiam cap. de agarico vinum mulsum appellat.*

Oxymel, *siue acetum mulsum, ex Galeno 4. de tuend. sa. cap. 6.*

Recipe aceti partem unam, mellis duplum, aquæ quadruplum, ad tertiam partem, vel etiam quartam coque, spuma interim detracta: vel melli super carbones spumato, aceti tantum conijcies, vnde gustanti nec acidum nimis, nec dulce videatur, ac denuo super pruna coques, quoad vnitæ amborum qualitates sint, nec appareat gustanti acetum adhuc crudum, hinc ab igne deponatur, quumque vti voles, aquam ei miscebis, ita nimirum temperans vt vinum, sed quum una omnibus mensura non placeat, quia hi acetosius, illi mellitius magis amant, pro cuiusque gustu misceantur: si verò vnicum vt in officinis parandum sit, diutiusque seruandum, ex Mes. fieri consueuit? cum mellis partibus duabus, aceti parte vna, aquæ quatuor, exigua sanè aquæ qnantitate, quum ex Galeno, ad libr. i. mellis, sint aquæ quatuor, nec tam facilè pernitiem sentit, ut indiscrete ex Syluio: si verò valentius vis, misce tantum aceti, quantum mellis, aquæ duplo aucto, vel minuto aceto, vt in syrupo acetato dictum est. imbecillius tamen parandum est, cui medicus acetum addere occasione vrgente possit. id syrupum acetosum Galenus vocat Auicenna, libro quinto, tracta. 6. Aetius ex Galeno, Tetrabiblo tertio sermone primo, capite 24. melli despumato dimidia mensura, acetum affundit coquit, ne gustantibus aceti acor appareat: ad eos vero qui aceti multitudinem auersantur, ita parat: ex aceti parte una, mellis despumati duabus, aquæ quatuor: fortius fit tantum aceti, quantum mellis conijciendo, absque aqua apparando, & quamuis à uertice ad calcem Galenum luculenter exponat, melli tamen spumato aquam addit. potest in Principum gratiam, vino simillimum albo, gustu iucundissimũ, hoc pacto confici.

Accipe aquæ, libr. x. mellis albi, libr. ii. leni igne spumam auferto. vt sit clarius, aceti albi, libr. iij. incoque, coctum vbi est, iñ singulas libras iniice, ad odoris, & saporis gratiam, cinnamomi vulgaris, drach. ii. post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

alb. ouorum aqua frigida concussis, donec spumam emittant, ijs adhuc feruenti syrupo aspersis, quum nigricant amotis, multa repetitione sordes eius cogatur, quæ panno lineo dum parumper refrixit, colata omnis secernatur, idque in omnibus quæ clarificari postulant asseruetur, vno albi ouo, ad singulam sacchari, mellis'ue libram, & si aliter clarescant, purgentur'ue succi, atque alia, vel residente fæce, panneo'ue colo, raro, denso'ue, variis, scopis.

Clarificare quid sit.

Oxymel fit ex aqua, aceto, & melle, aqua verò miscetur, vt longa coctione, causa inflationis in oxymellite resoluatur, vt etiam promptius despumetur, vt denique medicamenti huius facultas quædam tertia, horum neutri tanta consurgit, certissima, & efficacissima, ad tenuandum, incidendum, resoluendum humorem crassum, lentum ventriculi, hepatis, præsertim iuncturarum, & in febribus diuturnis, quarum materiam incidit, & coquit. reliqua ex Hippocrate, & Galeno prosequere 3. de vict. rat. in acutis, in lib. de succ. bonit. ac vitio cap. 12. octauo meth. med. cap. 4.

Dioscorides lib. 5. cap. 12. ex aceti heminis quinque, salis marini pondo, mellis minis decem, aquæ sextarijs quinque, suum parat oxymel. hodie mellis partes duas, aquæ quatuor, simul coquunt, spuma detracta, addunt aceti partem vnam, sæpe nulla seruata mensura omnia confundunt. Mesuem perperam reddit Cordus.

Oxymel de radicibus, siue compositum.

RECipe cort. rad. apij, fœniculi, mundatorum, & incisorum, an̄. vnc. ii. seminis apii, fœniculi, anisi, an. vnc. i. macerentur omnia 24. horis, in vase lapideo, aceti libr. x. aquæ libr. xij. syluio xx. coque ad tertiæ partis consumpt. colato adde mellis dimidium, lento igne percoque. nunc fit hoc modo.

RECipe rad. apij, fœniculi, an. vnc. iiij. rad. petroselini, rusci, asparagi, seminis apii, fœniculi, anisi, singul. vnc. i. coque in libr. sex aquæ, vel q. s. colato adde aceti acerrimi, lib. i. mellis despumati, libr. ii. coquito arte.

Incidit, tenuat, terget, ob id obstructiones hepatis, ventriculi, lienis aperit, febres diuturnas à bile crassa, aut pituita iuuat.

Alia est eiusdem componendi ratio ex Actuario: capit mellis, libr. v. & quinquaginta, aceti lib. xv. anisi, libr. i. croci, sextantem, rad. apij sextantem, radicum fœniculi, libr. i.

Oxymel phlegmagogum.

RECipe oxymel prædictum, cui inter coquendum medullæ seminis cnici, lib. i. panno lineo raro ligata immerge, & identidem confricetur: potentius vacuabit, si turpeti, vnc. iii. cum zingiberis, vnc. i. & med. nodulo prædicto addatur.

Oxymel nondum excoctum accipiendum est, quo medulla cnici immergi posit, cui vt etiam turpeto pondus addidimus, & si quibusdam in exemplaribus non legatur, quin & dimidium zingiberis, ad turpetum, experimento id suppeditante.

Oxymel melanogogum.

RECipe thymi, calaminthes, agarici, buglossi hortensis, & erratici, glycyrrhizæ, an̄. vnc. i. polypodii, vnc. iii. chamædryos, chamæpityos, stœchados, spinæ albæ, an. drach. v. vuarum passarum purgatarum, libr. med. macera horis vigintiquatuor aceti albi, succi buglossi, an. libr. ii. & med. aquæ, libr. ii. coque igne lento ad dimidias, cola, cum mellis, libr. iii. percoque, inter coquendum autem, epythymi, vnc. i. ellebori nigri, drach. quatuor & med. nodulo ligata, mersaque sæpe confricetur, alii ellebori, vnc. ii. imponunt, & vehementior fit. anisi, drach. v. addit Præpositus, & cum mellis, lib. ii. effingit.

Est & oxymel nominatum contra melancholicos: aliis aceti mulsi purgantis mixtura, ex Actuario.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Oxymel ex calaminthe.

RECipe rad. apij, fœniculi, intybi, an. vnc. i. schœnanthi, caryophyll. lygustici, zingiberis, galangæ, an. drach. ii. seminis apij, fœniculi, anisi, an. drach. vi. calaminthes vulgaris, & montanæ, spicæ, asari, cas. aromaticæ, dauci, mastiches, petroselini, an. vnc. med. coque in aceti, libr. vi. & aquæ libr. vi. ad duarum partium consumptionem, adde mellis despumati, libr. v. Datur ab vnc. i. ad ii.

Calefacit, incidit, terget humores crassos, lentos, putres, ob id intemperiem frigidam ventriculi, & hepatis corrigit, scyrrhum lienis, & aliorum viscerum dissipat, febres diuturnas iuuat.

Oxymel ex lygustico.

RECipe rad. apij, fœniculi, petroselini, calaminthes, dauci, an. vnc. i. zingiberis seminis lygustici, apij, fœniculi, anisi, cari, eupatorij, asari, absinthij, ann. vnc. med. caryoph. galangæ, an. drach. iii. spicæ nardi, drach. ii. coque in aceti libr. x. ad dimidias, & cum mellis, libr. v. percoque. Fœniculum reliquit Præpositus.

Ad pituitam crassam, lentam, putrem, obstructiones hepatis, & splenis aperiendas, vrinam mouendam.

Varia oxymellitis genera prosequere ex Myrepso. Est & oxymel Iuliani, ex Paulo lib. 7. cap. 5. valde purgatorium, vt ex Alexandro lib. 12. cap. primo.

Acetum scillinum, alias squilliticum.

RECipe scillæ laminas repurgatas, & concisas, acu lignea, filo sic traiice, vt segmenta se mutuo non contingant, suspende in vmbra dies quadraginta siccãdas, ex ipsis libr. i. in optimi aceti, libr. viii. mergatur vase vitreato, stricti orificij diligenter obturato, octo dies.

Dioscoridi, & Actuario, sub Sole madeat, Mes. quadraginta diebus insolat. Paulus, ac Auicenna, sexaginta. post eum numerum dierum, scilla ex aceto expressa proijcitur, ipsum verò acetum defæcatum transfunditur, & reponitur. quidam scillæ libram, in aceti sextarios sex demittunt. Auicenna ad heminam scillæ, aceti libr. xviij. superdat. Alij ex Paulo, atque Actuario, tunicis quidem exuunt, sed viridem in acetum pari vtriusque mensura, & senis mensibus macerari patiuntur, atque hoc modo maiorem incidendi vim acquirit. Si verò accelerate cogeris, sepelli vas in calido cinere, vel sabulo, non repente, sed paulatim, vt horarum spatio intercedente. Myrepsus scillam integram fermento oblinit, & in cinere calido bene assat, quicunque scillam elixantes, illam postea conterunt, illius proculdubio vires resoluunt, quemadmodum per istud ipsum ex aceto faciunt, pharmacum quidem validum admodum conficiunt, verum neruis non innoxium ex Gal. in documento Epileptici. Datur ieiunis quotidie paulatim, donec ad sescunciam perueniatur: ex Actuario per singulos dies ieiuno sorbendum, inter initia modice, processu copiosius, paulatim modo crescente, ad vsque cyathum, quanquam non desunt, qui cyathos duos, & eo amplius exhibeant. Omnia à Dioscoride transumpta.

Humorum lenticias incidit, gingiuas humore prægnantes astringit, labantesq; collutum firmat, dentes mobiles sistit, fœtentem animam, & graues stomachi halitus emendat, fauciũ callos sorbitu durat, & vocem expedit, sic vt clarior, nitidiorque sonus edatur, prodest affectis stomacho, cibos ægre coquentibus, item comitialibus, melancholicis, vertiginosis, mente captis, vuluarum strangulationibus, lienis incremento laborantibus, vitiis coxendicum, recolligendis corporibus, & imbecillitati recreandæ, & iacturæ virium resarciundæ conuenit. Secũdam utique valitudinem, viuidumque colorem præstat, oculorum aciem exacuit, tarditatem aurium instillationeq; purgat, generatim ad omnia perquam laudatur, nisi intestinorum sentiatur exulceratio, sed vsu multo emaciat: alia ex Galeno prosequere, tertio de remediis paratu facilibus, vt etiam de vino scillino, de quo Dioscorides quoque lib. 5. cap. 16.

Oxymel scilliticum.

RECipe aceti scillitici, libr. ii. mellis despumati, libr. iii. coq; despumando, vt in oxymellite dictum est.

Humores crassos, lentos, auulsu contumaces separat, ob id confert ventriculi, & aliorum viscerum affectibus hos humores sequentibus, ructum acidum sanat, & vesicæ mollificationem, seu vrinæ incontinentiam.

Oxymel scilliticum compositum.

Fit vt oxymel compositum de radicibus: sed pro aceto communi, accipit scilliticum. Fit & oxymel scillinum ex Paulo lib. 7. cap. 11. at longa nimis compositione. Est & syrupus accetatus scilliticus Auicennæ lib. 5. tract.

5. Tract. 6. vbi Alexandrum adumbrare videtur, lib. 7. cap. 15. vt etiam Paulus pauculis euarians.

Oxymel scilliticum Democriti.

RECipe origani, hyssopi sicci, thymi, lygustici, cardamo. stœchados, an. drach. v. coque in libr. tribus aquæ, ad duarum libr. consumptionem, cum mellis libr. ii. mellis passarum, libr. med. succi bryoniæ, unc. v. aceti scillitici, libr. i. & med. semper despumando.

Epilepsiam, vertiginem, cephalalgiam, hemicraniam, cerebri, & pulmonis obstructionem, ab infarctu impactis, valenter sanat.

Syrupus de mentha.

RECipe succi menthæ, libr. i. succi granat. dulcium, & acidorum, ad dimidias cocti, libr. ii. mellis, vel sacchari, libr. quatuor. Fuch. cum Monachis legit libr. i.

Vomiturientes, nauseabundos, singultientes, & cœliacos adiuuat. ex Auicenna lib. 5. Tract. 6. idem enim est.

Syrupus de mentha maior.

RECipe succi cotoneorum dulcium, & acidorum, succi granatorum dulcium, acidorum, & acidodulciũ, an. libr. i. & med. in quibus horas uigintiquatuor macera, menthæ passæ, libr. i. aliis libr. i. & med. rosarum, unc. ii. coque igne lento ad dimidias, cum mellis, uel sacchari, libr. ii. aromatizetur galliæ moschatæ, saltem drach. ii. Præpositus succorum, libr. i. accipit. at nisi horum fiat augumentum, menthæ libr. i. magis competit, quum uerò gallia & iucundum, & præstantiorem reddat, non ammoueatur, ut sentit Dessennius. Maior hic solus in usu est, cum saccharo potissimum, quia iucundior.

Vẽtriculum frigidum magisquàm superior corroborat, ob id nauseam, vomitũ, singultum, & fluorẽ alui sedat.

Syrupus de calaminthe.

RECipe calaminthes utriusque, an. unc. ii. lygustici, dauci, schœnãthi, an. drac. v. uuarum passarum purgatarum, libr. med. coque in aquæ libr. vi. ad mediæ partis consumptionem, & cum mellis, libr. ii. fiat syrupus.

Asthma, tussim antiquam, intemperiem viscerum frigidam, & splenicos, & senes iuuat.

Syrupus ex calaminthe alter.

RECipe succi calaminthes, & uini odori, añ. libr. quatuor, succi malorum granatorum acidorum, cum sua pulpa interiori, libr. v. coque ad dimidias, biduo, permitte, ut crassum subsideat, & clarum percoquatur in syrupum, cum sacchari, libr. quatuor, aromatizetur drach. ii. galliæ aromaticæ, in uase uitreo bene obstructo, insola dies quadraginta.

Singultum, & vomitum à bile flaua, crassa, aut pituita sedat.

Syrupus absinthij.

RECipe absinthii, libr. med. ros. unc. ii. spicæ nardi, drach. iii. uini albi antiqui, boni odori, succi cotoneorũ, an. libr. ii. & med. prædicta in his macera horis uigintiquatuor, coque igne lento ad dimidias, cum mellis, aut sacchari libr. ii. fiat.

Efficax, & multa experientia probatus, ventriculum, & hepar roborat, ob id appetentiam excitat, retentricem vim firmat, amborum dolorem sedat, & aliorum viscerum mollificationem iuuat.

Præpositus vini, & succi cotoneorum libr. i. & med. tantum accipit in compositio. Dessennius perexiguam vini quantitatem castigat, & decem vini libras necessarias esse deprehendit, sed si quis æquales portiones succi cydoniorum substituat, valentius astringere: ac si viginti libræ accipiendæ sint, qua admodum aperta labe, nulla ratione excusari posse mihi persuadeo, quum vini, ac succi portio ex Mes. nostris pharmacopœis semper integre satisfecerit. Dessẽnius arguitur.

Fit simplex ex absinthij, drach. centum, in tribus aquæ libr. ad tertiam partem excoctis, manibus fricata colentur & cum mellis, ac vini, an. libr. i. fit syrupus.

Syrupus ex absinthio Actuarij.

RECIPE seminis absinthii, drach. xx. seminis cuscutæ, florum uiolarum, glycyrrhizæ, an. drach. x. adianthi, radicis iunci odorati, marubij, seminis fœniculi, anisi, an. drach. v. spicæ indicæ, foliorum eupatorij, corticis, cas. aromaticæ, costi indici, seminis apii, folii indici, menthæ fluuiatilis, an. scrup. viii. omnia in unum redacta, & contusa, in aquæ multum calentis libr. viii. macerato, quod ubi diē noctemque sic relictum immanserit, molli coquito igne, dum ex toto dimidium supersit, ac tunc sordibus expurgatis, iterato species, easq; cum aquæ, libr. vi. ad lentum ignem tantisper coquito, dum libræ duæ supersint, quumq; subegeris purgato, & priori repurgato iuri commisceto, & ad ignem reducens, cum tribus sacchari libris, ad consistentiam coquito. potionis modus ex ipso unc.

Pollet aduersus iecinoris, & stomachi imbecillitatem, & incandescentem inflammationem, lienis crassitiem extenuat, prodest contra regium morbum calore procreatum, & colicos spiritus causa caloris excitatos, obstructos, infarctos, expedit, flatus discutit, humoresque per vrinam pellit.

Est & syrupus absinthij Auicennæ lib. 5. Tract. 6. ab his diuersus, vt alius atque alius, pluribus suum absinthite componit Myrepsus, & si initium acceperit ab Actuario.

Syrupus de eupatorio.

RECIPE rad. apii, fœniculi, intybi, an. unc. ii. glycyrrhizæ, schœnanthi, cuscutę, absinthii, ros. an. drach. vi. adianthi, spinæ albæ, & arabicæ, florum, aut rad. buglossi, seminis fęniculi, anisi, eupatorii, an. drach. v. rhabarbari, masticheſ, an. drac. iii. spicæ nardi, asari, folii, an. drach. ii. coque in aquæ libr. viii. ad tertiæ partis consumptionem, & cum sacchari libr. iiii. & succi apii, & intybi q. s. fiat syrupus, idest proportione succorum, ad saccharum seruata, ut in syrupo fumariæ maiori, uidelicet succorum, an. libr. ii. Verum est uniuersali decreto, normam hanc non esse ponendam: quum præsertim in syrupo bizantino, ad succi libr. iiii. sacchari libr. ii. & med. tantum accipiat. Quo fit ut edocendi sint tabernarii, ubi decoctū succis permiscetur, ut hic, sacchari, & succorum parem mensuram esse debere: ubi autē soli insint succi: ad horū singulā librā, sacchari, unc. xviii. pōderosioris stateræ sufficere

Ventriculum, & hepar roborat, obstructiones aperit, calore digerit, ob hæc incipienti hydropi, hypocundriorum dolori, febribus antiquis, ventriculi, & hepatis formam corrumpentibus confert, flatus dissipat, intemperiem frigidam expugnat.

SPINA Aegyptia: quibusdam Arabica, suchaa Arabicè, ex Dioscoride lib. 3. cap. 13. natura albæ spinæ similis est, in asperis prouenit. his in regionibus desideratur, Aegypto nimirum, & Asiæ familiaris, eius defectum supplere potest spina alba, bedeguar vocitata, bis scilicet indita: quæ tamen quū paucis adhuc in propatulo sit, vt ibidem annotauimus, eius loco secundam simphitum quadantenus substituentes, quid hic in vtriusque, vel alterius sedem subrogari debeat, nondum concinnè supponitur. at Galenus in libello de substitutis in præfatione, Aegyptiæ spinæ semine Lysimachiæ loco vtitur, eodem effectu. Lysimachia igitur pro vtrisque suggeri perbelle poterit. hæc verò herbarijs quibusdam corneola, alijs salicaria dicitur: duum videlicet generum, alterum flore luteo, caule iunceo, longo, nodoso, folijs salignis, vt plurimum ternis, gustu valde astringentibus, in pratis humidis, iuxta alucorum margines, pluribus in locis conspicua. alterum flore purpureo, adhuc ignotum, legitimum videlicet: quum planta illa fruticosa, officinis vulgaris, lysimachia vocata, folia tenuia emittens, caule geniculis quibusdam intercepto, quadrato, bicubitali, quam rei herbariæ omnino imperiti, olim pro centhaurio maiori ostenderunt, in aquosis locis, flore purpureo ornata, nullam omnino præseferat astrictionem, ideoque Dioscoridis scriptis refragetur, lib. 4. cap. 3. quanquam inter obiecta Manardi in Leonicenum, lib. 12. Epist. 6. dum omnes animo rationes comprehendere videtur, tergiuersatus, nihil astringentis facultatis meminerit, cuius præstantiæ causa, tot illi dotes impartitus est Dioscorides. Cæterum Ruellius lysimachiam putat, plantam infectoribus familiarissimam, ab Isatidis, seu Glasti colore, vulgo gualdo, viridem inducens, nostris vianessa, alijs braglia, siue cereta, hunc impudentis mendacij accusat Matthiolus, quoniam caule, & folijs est lini, non salicis, flore croceo, semine vt in genista thecis incluso, in pratis copioso, nulla astrictione, propterea nostro seculo desiderari: tam & si duplicem lysimachiam depingere videatur Ruellius, quum genuinam primam scripserit, & pellibossa vocatam, nullis dissentientibus notis: alteram verò à rusticis, in pestilenti lue apud Cœnomanos expertam, sibique adductam: vt hoc sit delictum, hæc plena laudis accusatio, & si contra, atque oporteat. folijs non sit salignis, minoribus enim est, at non vsque adeo repugnantibus,

Lysimachia.

Isatis.

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quod autem flore sit croceo, quid tum, quod semine sit thecis occluso, fieri posse non negat Dioscor. quod in pratis exuberet, illa verò in aquosis, & palustribus, rigua etiam prata sunt, quod verò non astringat, tantum abest à veritate vt turpe, nephasq; sit de huiusmodi re decertare, Matthiolum videlicet obiurgare, diligentissime inquam in Galeni libris versatum, presertim 6. de composi. pharmac. secundum locos, vbi nucum externum corticem detrahit, qualis sit earum succus, & quod ægre elui possit ipsarum astringendi vis, pariter huiusce plantæ astrictionem facillime demonstrans, inficiendis in colorem viridem pannis, similiter in profundum per omnem lanarum substantiã penetrans, vt fortissimis extersorijs ægre elui queat. Huc accedit stipticitas quædam, vix curioso mansu omnibus satis perspecta, vt quo ad hæc non sit recusanda spinæ albæ, atque Aegyptiæ loco. præterea quum Matthioli lapsus cerasorum pedicula imitentur, seque tam excellenti ingenio præditum putet, vt non ora, sedes, locus, insula, litus, in quibus diuagatus, omnes omnium terrarum plantas non indagarit, ideo legitimam lysimachiam hoc tempore delitescere scriptis mandauit. Latinè autem se illam accepisse à Catone quodam medico fatetur, tametsi luteo flore primam à nobis descriptam, milliesque collegerimus, non solum in riguis pratis qua itur Palestrum, verum quoq; apud eius aquæ ductum, simul ac iuxta Fonteium, Montisferacis perpulchrum oppidulum, gustu valde astrictoriam, flosculis præsertim in cacumine aggestis, atque inter fœnum apud nos copiosis. ne verò intentatum aliquod relinquat, vnicam esse lysimachiam, non duplicem, in Ruellium inijcit: latinus autem mitescit, & hac forte ratione, mutato dialecta, seriem reliquit, vna quum sit flore luteo, altera purpureo ex Dioscoride, geminam ideo monstrante: harum igitur vtrauis accipiatur, vel scilicet lysimachia, aut planta ista infectoribus expetita, siue spina alba Aegyptiæ loco, vel harum inopia symphitum alterum: vt abundè appareat, Matthiol. quem præsens ætas adeo suspicit, succedaneum non iudicasse, qui autem cnicum syluestrem alteram, plebi carduum benedictum subrogant, ne pro tritico, lolium metant, vtriusque dotesq; conferentes dijudicent. Valeat igitur Brasauoli opinio, pro his polypodium, & sabina reponens, diuersarum sanè virium, quum præter deobstructionem, imbecillis morbi diuturnitate membris, robur addentia liberantibus ab infarctu meritò miscenda sint. An verò spina hæc Aegyptia, eadem sit planta, è qua prodit acacia, nonnihil in se continet dubij. Aetius, atque Oribasius, idem esse testantur, nisi quod acacia etiam alibi, quàm in Aegypto nascitur. Matthiolus contra: nulla aliorum mentione facta, hac causa in Ruellium multifariam insurgit, primo sanè quod easdem plantas diuersis capitibus iterare non consueuit Dioscorides, nec herbas arboribus miscere, huiusq; rei diuersitatem, ab eodem capite de acacia facilè intelligi, nec Ruellium animaduertisse, Dioscoridem hoc loco, stirpem spinæ albæ in vniuersum edocere, non eam ex qua paratur acacia, mirumq; ei videtur quod Plinianæ historiæ studiosissimus, id ab eo non didicerit, alteram ab altera separante: quum lib. 24. cap. 12. talia protulerit. spinæ Arabicæ laudes in odorum loco diximus superius, & ipsa spissat, stringitq; destillationes omnes, &c. verbis à Dioscoride cap. proprio depromptis, mox ibidem aperte rem ipsam enucleat, Arabicam alteram subdens spinam, hoc modo. Est & acaciæ spina, fit in Aegypto, alba, nigraque arbore, item viridi, &c. satis superq; compertum habens, Arabicam spinam longe ab ea acaciæ differre: præterea quum Galenus 6. simpl. hæc suis inseruerit scriptis. spina Aegyptia, quam Arabicam vocant, similis autem est spinæ albæ nostrati, verum facultate ualidius astringente, pariter & desiccante, &c. ex quibus palam elicitur, spinam Aegyptiam non facultate solum, vt vult Ruellius, sed aspectu, spinæ albæ æmulam esse. hæ sunt Matthioli rationes, quæ non modo opinione tacita vestrorum animorum, sed etiam perspicua admiratione declarari videntur, prima enim fronte demonstratiuæ sunt, vt omnes eius farinæ consueuerunt, quæ tamen si ad viuum resecentur, nullo pondere sæpe explodendæ, à veritate, & ratione desciscere, facile deprehenduntur: quoniam & si lib. 3. Dioscorides, de facultatibus arboris acaciæ meminerit, quas primo lib. cap. de acacia prætermiserat, num verisimile fuit, quum de his spinis in tertio sermonem haberet, ne quid intactum relinqueretur de eiusdem radicis dotibus nonnihil inserere, nec ea repetitio vocanda est, quum nihil afferat, quod primo libro de acacia insinuat: sic enim de arboribus quibus viscum innascitur, disputat lib. primo, de ipso autem visco, lib. 3. hinc mirum subit, quomodo ex acaciæ capite, tam apertam diuersitatem commonstret, quum potius contrarium appareat, nec suam tueri, aut roborare sententiam possit. Nempe nisi eandem plantam in primo, atq; tertio, existimasset, ne quispiã æquiuoco falleretur, quum acaciam ex spina Aegyptia nasci tradat, quod in dubium ponerentur, huius ne, an illius esset, id profectò declarare suum fuisset: at quia idem opinatus est, non huius folia, non truncum, nec reliqua ad id requisita exposuit, tanquam de ea, dissertum iam satis esset cap. de acacia. Quo ad secundum, & si inter congeneres herbarum spinas, non inter aculeatas arbores insita videatur, an ita nescius est, adeo ne insignis interpres, in Dioscoride iam diu versatissimus, qui rem exploratam habere non potuerit, qui ignoret Pedacium quandoque de oleribus, nunc de arboribus, seminibus, aut gummi interloqui, præsertim lib. 1. vbi de balsamo, agolocho, hoc gummi, alio arboris ligno, inter olera enumerat, varia permiscens aromata, vt etiam lib. 5. inter metallica cinnabarim & indicum proprijs Matthioli verbis eo in commentario: vt nisi quispiam cũ eo cæcutiat, vel eadẽ erroris caligine adumbrari patiatur, tam ridicula in medium proferre nunquam audeat: si quis autem edoceat Plinium pro Ruellio stare, præterea talia scriptum reliquisse 3. de natura stirpium, cap. 13. Plinius de Arabica spina, & acaciæ, vt differentium, seorsum tractauit, nonne quasi incredibile quoddam dicere putabitur. Euge num in cachinnos soluetur, risum ne mouebit. siquidem Plinius lib. 13. cap. 11. de spina Aegyptia scribens, inquit:

nec

Ruellius à Matthioli dente vendicatur.

Brasauol. increpat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

nec minus ſpina celebratur in eadem gente, duntaxat nigra, &c. ſemen in ſiliquis quo coria perficiuntur gallæ vice, lib. tandem 24. cap. 12. inquit ſpinæ Arabicæ laudes in odorum loco diximus, &c. quum igitur in odorum loco, vt puta lib. 13. de ea ſe locutum fateatur, eandem etiam iſto in loco intellexiſſe aſſeratur oportet, quumq; ibi de ſpina acaciæ intelligat, de eadem quoque lib. 24. locutum fuiſſe, neceſſe eſt: & quamuis inferat. Eſt & acaciæ ſpina, non ob id aliud intellexiſſe conſiderandum fuerit vnquam, quam quod acaciam ex nigra, & alba Aegypti arbore, ſolummodo fieri ſcripſerat, lib. 13. hic autem, vt etiam ex viridi, & in Galatia, ex tenerrima, ſpinoſioreque arbore parari quoque inſtrueret: quum etiam ex Theophraſto 4. de hiſt. plant. cap. 5. alijs locis ſpina candida naſcatur, ramis ternis, ex aqua regulos, atque bacculos faciunt, ſuccoſa, humoris lactei, fungoſaq; Herculacea appellata: vbi tempeſtiuus, & copioſior ſermo poſtulabat, ibidem quoq; omnes plantas recenſuit, ex quibus fit, & optima ſanè paratur, quum lib. 13. rem ſub nube cõtineat, vt quod eius ſemine coria perficiuntur gallæ vice. Quo ad Galeni authoritatem, ita dicendum crediderim: ſpinam Aegyptiam ab eo dici ſpinæ albæ ſimilem, non quidem abſolutè, ſed hac voce noſtrati adiecta: propterea ſua ſpina alba requirenda eſſet, hoc eſt ſua in regione proueniens, forte alterius plantæ, ex qua acacia aſpectu non diſſimilis, vel ſubijciendum: Galeno ignotam extitiſſe Aegyptiam ſpinam, ideoq; talem ſe opinatum fuiſſe, quum ex Dioſcoride natura albæ ſpinæ ſimilis, ideſt facultatibus ſcribatur: quod ſi communem vtriusque effigiem putaſſet, quo altera ab alterius ſimilitudine ſecerni poſſet, pluriuocum ſimul euitans, id nuſquam ſilentio inuoluiſſet: dici etiam poteſt, Galeni textus corruptela, vbi legi debuiſſet, ſimilis autem eſt ſpinæ albæ noſtrati facultate, verum validius aſtringente, &c. verbum illud verum, interdictionem, & dictionem intercidiſſe: ſpina ergo Aegyptia, vel Arabica dicta, eadem eſt, ex qua acacia: cuius loco ſi cuipiam moroſulo nimis, prædicta fortaſſe non arriſerint, cortex radicis oxyacanthæ communis, non minore efficacia, indi poterit: membra ſtipticitate firmans, amarore deobſtruens. prædictis itaque mordicus Matthioli dens obſtupeſcat, quum Syluium manifeſte aberraſſe, latinè loquens, cap. de acacia, tã belle concionatur. ſiquidẽ non Dioſco. non Galeno, herba eſt è carduorum genere, verum eadem planta, atque arbor: & ſi ex his diuerſa eſſe nulla ratione colligãt Syluius at poſtquam Iſatidis mentio incidit, Indicum etiam vocata: non ignorandum duplicem reperiri, ſatiuam videlicet, folio arnogloſſi, & pinguiore, caule bicubito, atque vlteriore, hæc verò magno emolumento adhuc virẽs, truſatilibus molis preſſa, herbaceo liquore excluſo, in maſſas effingitur tinctoribus vſitatiſſimas, ad pannos cæruleo colore imbuendos: alia ſylueſtris figuræ reſpondet, nullo infectoribus vſui. Cur Claſtũ primũ ſibi incoquitũ aſſerat Anguillarius, ac ſi vulgatũ Dioſcoridis menti non reſpondeat vix coniectari poſſum.

Syluii in Matthiolũ tutela. Sylui' hallucinatur. Iſatis.

Syrupus fumariæ maior.

RECipe myrobalanorum cepularum, & citrearum, an. drach. xxx. florum uiolarum, bugloſſi, uel boraginis, abſinthij, cuſcutæ, an. unc. i. glycyrrhizæ, roſ. unc. med. epithymi, polipodii, an. drach. vii. pruna centum, vuarum paſſarum purgatarum, libr. med. tamarindorũ, caſ. extractæ, an. unc. j. coq; arte, in libr. x. aquæ, ad librarum ſeptem conſumptionem, & cum ſucci fumariæ cocti, & purgati, & ſacchari, an. libr. iii. fiat ſyrupus.

Ventriculum, & hepar roborat, obſtructiones aperit, cutis morbos præcipue ab humore ſalſo, vel vſto natos, vt pſoram, lepram, impetiginem curat, ideo in Gallica lue vſitatisſimus.

Præpoſitus præter authoris mentem, omnia myrobalanorum genera accipit: præterea prunorum libr. med. Myrepſus etiam euariat. Fuch. habet cepul. an. numero xx. caſ. fiſtulæ ſing. vnc. ij.

Syrupus fumariæ minor.

RECipe myrobalanorũ citrearum, unc. ii. uiolarũ, cuſcutæ, abſinthij, an. unc. i. coque cum libr. vii. aquæ, ad partem tertiam, expreſſum cum ſucci fumariæ cocti, & purgati, & ſacchari, an. libr. ii. percoque: quidam ſcammonij, unc. med. panno lineo raro ligatam, in eo ſuſpendunt, Datur ab unc. i. ad duas. Præpoſitus ſacchari, libr. ij. & med. accipit. Myrepſus quoque diuertit.

Hepatis obſtructionem aperit, ob id icterum ſanat, pituitam ſalſam, & bilem vſtam vacuat, præſertim ſcammonii facultate aſſumpta, proinde pſoram, lepram, pruritum, & alia cutis vitia inde orta ſanat, & corporis colorem floridum reddit.

Syrupus de epithymo.

RECipe epithymi, drach. xx. myrobalanorum citrearum, & indarum, an. drach. xv. cuſcutæ, fumariæ, an. drach. x. thymi, calaminthes, ſtœchados, bugloſſi, glycyrrhizæ, polipodij, agarici, myrobal. empellicarum, & bellericarum, an. drach.

vi. ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

vi.rosarum,seminis fœniculi,anisi,an.drach.ii.& med.pruna xx.vuarum passarum purgatarum,unc.iiii.tamarindorum,unc.ii.& med.coque in x.libris aquæ, ad tres libras,ut dictum est in syrupo fumariæ: adde sacchari,libr.iiij.sapæ,libr.ii: fiat syrupus.Præpositus legit cuscutæ,fumariæ,an.drach.viii.Fuch.capit aquæ libr. viii.

Atram bilem,& alios humores vstos vacuat,ob id morbos ex his nascentes elephantiam,cancrũ,vlcera maligna,fistulosa,psoram,lepram, acoras præcauet, curatque, propterea in Hispana scabie efficax.

Syrupus de thymo.

RECipe comarum thymi,unc.ii.calaminthes,menthæ siccæ,an.drach.v. seminis apij,fœniculi,anisi,dauci,an.unc. med.vuarum passarum purgatarum,unc.iiij. & med.cum mellis,libr.ii.fiat syrupus,aromatizetur drach.ii. galliæ. Præpositus passarum drach. iiii. habet.

Calefacit,incidit,ob id omnẽ frigidam intẽperiẽ thoracis,pulmonis,ventriculi,hepatis,& aliarũ partiũ iuuat.

Syrupus ex stœchade,aliàs de sticados, etiam cum aromatibus,aliàs compositus.

RECipe florum stœchados,drach.xxx.thymi, calaminthes, origani,an. drach. x.anisi,pyrethri,an.drach.vii.piperis longi,drach.iii.zingiberis,drac.ii.vuarum passarum purgatarum,unc.iiij. coque in libr.x.aquæ, ad dimidias, expressum percoque cum mellis,libr.v.aut sacchari,si uis delicatius,& hucusq; uocatur syrupus de stœchade tantum. at cum aromatibus dicitur: ubi his condiatur,cinnamomi,calami aromatici,spicæ nardi,croci,zingiberis,piperis nigri,& lõgi,an. drac.i. & med.ligatis in pannum rarum , & appensis in syrupum.

Datur vnc.i.cum aqua, cui incocta sint spica, & rosmarinus : quidam in aquæ libr. viij. ad quinque vsque incoquunt : spicam prætermisere Præpositus , ac Cordus , qui etiam variat in prioris compositione , pyrethri ibidem oblitus. Fuch.aquæ libr.viij. incoquit.

Iuuat omnes affectus frigidos cerebri,neruorum,vt paralysim, epilepsiam, spasmum cynicum, tremorem.

Syrupus de arthemisia primus.

RECipe florum arthemisiæ,m̃.i.& med.calaminthes,folij satureiæ,origani,thymi,tamarisci,stœchados,an.m̃.i.florũ chamæmeli,& meliloti,sampsuci,rosmarini,an.unc.i.unguiũ odoratorũ,calami aromatici, an. drach. iii.spicæ celticæ, prassii,rubiæ,seseleos,an.drach.i.asari,schœnanthi,anisi,fœniculi,ameos,apij,an. drach.vi.chamedryos,parthenij,betonicæ,abrotani,an.m̃.med.post horum debitam coctionem,ex melle fiat syrupus. Præpositus legit seseleos,sing.unc.i.

Menses cit, vterinis, frigidisque omnibus morbis saluberrimus.

Syrupus ex arthemisia secundus.

RECipe arthemisiæ,pulegii,calaminthes,origani,menthastri, melissæ,dictamni,persicariæ,sabinæ,amaraci,chamedryos,hyperici, chamæpithyos, comarum cum floribus parthenii,centhauri minoris, rutæ, betonicæ, buglossi,quinque rad.saxifragæ.enulæ,cyperi,rubiæ,iridis,& pæoniæ,an.m̃.i.baccarum iuniperi,seminis lygustici,petroselini,apii,anisi,nigellæ,fructus balsami,costi,asari,pyrethri casiæ aromaticæ,cardamomi,calami aromatici, phu, an.unc.med. conquassentur, ac in aqua pluuia per diem infundantur,coquantur deinde,ad aquæ dimidii consumptionem , tunc tepida fricentur omnia , colato adde mellis, vel sacchari q. s. aromatizetur cinnamomi,& nardi,an.unc med. Si verò humor sit viscidus,adde acetum acerrimum,uel scilliticum,in aquæ libr. viii. macerant omnia,coquunt ad libr iiii.addunt sacchari,uel mellis, libr. iii.

Frigidis omnibus affectibus,præsertim vteri medetur, nec à situ proprio dimoueri patitur, flatus, dolores, ac frigora resoluit,neruos corroborat,poros aperit,sanguinem corrigit,menstruis imperat, prouocat enim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Plures sunt ex arthemisia syrupi: hic tamen efficacior est, ideo vsu communis, quum alij indigesti, confusi, erronea cõstructione distorti, indistincti, inuicem discrepent. nec aliud quàm simpliciũ menses cientiũ aceruus.

Syrupus ex parthenio, officinis de matricaria.

Recipe parthenii, seminis balsami, calami aromatici, seseleos, cas. aromaticæ, an. unc. med. anisi, fœniculi, melisse, cari, pulegii, origani, calaminthes, rosmarini, serpylli, an. m. i. ligni aloes, doronici, cinnamomi, an. drach. ii. seminis uiticis, cuscutæ, an. unc. i. & med. cort. rad. mandragoræ, hyosciami, an. unc. med. coque arte, & ex melle syrupum effinge.

Vteri cruciatibus efficacissimum, frigidos, & penè lethales finit dolores.

Chamæmelum: officinis camomilla, Græcis ἀνθέμις, ex Dioscoride lib. 3. cap. 131. trium est generum, flore tantum distantium, ex omnibus his generibus, ad calculos efficacißima, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est: hanc propriè herantemon vocant, quam consolidam regalem existimat Fuchsius. Matthiolus autem huiusmodi consolidam, cumini syluestris speciem, & si nihil in eum iniyciat: ea cui leucathemo nomẽ est, itẽ quæ crysanthemon dicitur, vehementius vrinã cient secũda in ordine, candidis in orbem folijs, & iuxta semitas, ac segetes, sæpe adeo luxuriat, vt procul intuentibus soli chamæmeli flores ostendantur, qui in fine veris legi cõsueuere, quorum sanè vnicus est in officinis vsus: & si herba, & radix, viribus etiam excellant: quumque hæc vbique præsto sit, nimirum si alijs relictis speciebus, non dispari facultate, hanc potius amplectantur seplasiæ.

Parthenium: de quo Dioscorid. lib. 3. cap. 132. aliqui amaracum vocant, vulgatißima creditur herba, matricaria vocata, vulgo crespola, nec immerito: folijs enim est coriandri tenuibus, campestris præsertim solo squalenti à nobis sæpe annotata, etiã exclusis quæ in infima sunt coriandri parte, flore intus luteo, candidis foliolis circunsepto, odoris subuirosi, amari saporis, quorũ testimonio ne vel tantillũ differt, quãquã hortensis terræ fertilitate, folijs sit paulo grandioribus. hinc igitur male sibi consuluit Fuchsius, cum his secundã arthemisiæ speciem opinantibus, quum flore sit paruo, tenui, candido, arthemisia, at matricaria flore sit arthemisiæ decuplo maiore, intus melino, per ambitum candido, folijsq́; , nec nõ caule, odore, ac sapore, plurimum à prima arthemisia differat, credendum sanè fuerit, si tantum distare arthemisiæ species putasset Dioscorides, tam sicco pede illas nusquam præterijsset, vt nec amarorem, qui in matricaria conspicuè elucescit: quum verò in ancipiti esset Brasauolus, verum ne id esset nondum assecutus, rem ipsam sub dubio commisit, si tenuioribus, aut latioribus coriandri folijs comparetur: idque etiam cap. de helxine, vbi reuera potius vocatum brusciaculum, alijs cotula fœtida, parthenium esse imaginatur: quum folijs coriandri tenuibus comparatur. deniq; addit, quicquid tamen sit, suum aliter cogitandi iudicium vnicuique liberum relinquimus: quo fit vt iniquè, peracuto Matthioli dente carpatur, quum asserit eos, Brasauolumq; decipi, qui parthenium esse cotulam fœtidam sibi persuasere, quod hæc folijs sit fœniculaceis, nõ coriandrinis, à Ruellio prædictum, nec tanti amaroris quantus in matricaria requiritur. ad cuius argumenta responderet Brasauolus, vnà cum Fuchsio, tenuibus coriandri foliolis comparari posse, ideo folio fœniculi proximiore esse: quumque amarum simpliciter sit parthenium, sitq́; itidem amara cotula fœtida nuncupata: quo ad hæc vix habet, quod iusta contentione rodat, sed veluti inconstantis sententiam reprehendit: quum verò addit Fuchsius, ex recentioribus neminem, matricariæ tribuisse vim, bilis, & pituitæ, per inferna purgatoriam, id quod parthenio Dioscoridis ascribitur, ideo matricariam parthenium haud esse, probet, oportet, cotulam eadem purgandi pollerẽ facultate, sit, non sit, sub dubio relinquit Hermolaus: cotula autem chamæmelo adeo æmula est, vt rusticos illam legentes sæpenumero fallãt, eique non raro permixta inter segetes, iuxta semitas, hortorum sepes, plebi nostræ fœnocchiazzo dicitur. Sunt & qui parthenij speciem asserant attanasiam, alijs tanacetum, minus parthenium vocantes, vt cap. de arthemisia: quidam etiam croceos caryophyllos nuncupatos, atque ex Hispania translatos, ideo Hispanos cognomine, Fuchsio Tagetes Indica, caule rubescente, bracchiato, pluribus ramulis minutim scissis, floribus in apice elegantißimis, & crocati fulgoris, odoris tã fœtidi, vt ab omnibus iã tũ despiciãtur, in his speciebus enumerãt.

> Fuchsii opinio reiecta.
>
> Cotula fœtida.
>
> Pro Brasauolo, aduersus Matthiolum
>
> Attanasia.
>
> Tagetes Indica.

Persicaria. quibusdam hydropiper Dioscoridis, vulgo nostro sebiazo, à recentibus in duas species digeritur, in non lituratam, & alteram cui folia insunt pullo colore signata, quasi oculi pupillam præseferentia, apud stagnantes, aut leniter fluentes aquas copiosißima, flore subpurpureo, spicato caule, geniculato, duroque, alis concauo, ex quibus sanè, vt ex Galeno 8. simpl. à locis in quibus nascitur, & à similitudine quæ illi cum piperis acrimonia est, legitimum sanè hydropiper iudicaretur: folia tamen oblonga, menthæ dißimilia, hac tantum nota dißidere permittunt, quod forte mendum subsit Dioscoridi: ideo sunt qui Crategonum existimauerint: eius tamen loco non segniter indi potest, & si Amathus, in vniuersum hydropiperis descriptioni respondere asserat: Verum quam aperte fallatur Ruellius, ac cum eo Tagautius, præteritæ ætatis eupatorium hydropiper constituentes, latius explosit Matthiolus, quàm quod hic quicquam supersit addendum. Vnum tamen non præteribo, omnes penè hydropiperis non maculati plantas, semine turgere foliaceo inuolucro obdu-

> Cratego-num.
>
> Ruellii, ac Tagautii lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

*cto, lentium modo depresso, at è rotundo in acutum terminare, nullius prorsus acredinis, hic verò non macu-
lata acerrimi gustus apponenda. Est hæc rubicundior, & magis geniculata.*

Syrupus de betonica.

Recipe betonicæ, m̄.i. ruthæ, chelidoniæ, fragrariæ, euphragiæ, lygustici, pu-
legii, chamædryos, rosmarini, origani, foliorum lauri, saluiæ, hyssopi, glycyr-
rhizæ, rubiæ, caryophyllatæ, an. m̄. med. seminis anisi, anethi, petroselini, lactucæ,
ros. florum boraginis, an. unc. med. fiat ex his decoctum & sacchari sufficienti
formetur syrupus.

Hemicranicis, cephalalgicis, ex pituita potissimum succurrit, caput firmat, omnemque frigidum affectum ab
eo exorientem destruit, neruorum doloribus opitulatur, deobstruit, menses etiam prouocat.

*Fragraria: fructus suauitate commendata, gustus Maio præsertim mense arridentis, biliosis, æstuanti-
busq; ventriculis, & siticulosis, non leuis commodi: notior est, quàm quod indicari debeat, ab omnibus
ferè viridarijs expetita, & in asperis vbiq; proueniens: ob Plinij verba, lib. 25. cap. 9. vbi quinquefo-
lium fragra gignere dictat, à recentioribus sub pentaphylli specie reponitur: verum quia planta hæc nobis fra
gra producens, tribus est tantum folijs prædita, ideo Brasauolus se multos pentaphylli cespites obseruasse in-
quit, & tormentillam ipsam globum quendam ferre, in quo semina sunt, quam fragram Plinij arbitratus est,
quoniam & nihil est fragra trifolij, quàm globus in quo semina conduntur, nec ideo fragram in illa specie trifo
lij esse denegat, quin & hanc in montibus Veronensibus, quinq; ex vno cauliculo proferentem folia annotasse
ideo nimirum si Plinius Veronensis dixerit. Quinquefolium nulli ignotum, quum etiam fragra gignendo com
mendetur, eius tamen radices contemplatus, videlicet rubras non esse, at tormentillæ radicem rubram quum
effoditur, at paulum nigrescere, incipereque, & desinere cum vite, adeo tandem concludere nobis videtur,
Tormentill. Tormentillā esse Plinianum pentaphyllon: & si Hermolaus, quarto sui corollarij, quod verum esse poßit, non
intelligat. Matthiolus tamen cap. de pentaphyllo, quo iure disceptet, qua inductione Brasauoli consilium im-
probet, qua fide eius opinionem decernat, in forum vocandus est. scribit enim huius extitisse sententiæ Brasa-
uolum, vt fragrariam scilicet cui quinque vnico pediculo insunt folia, & quæ fragra gignit cibis grata, in Ve-
Matthiolū conuincit Brasauol°. ronensibus montibus obseruatam, Plinij pentaphyllon existimauerit: quum omnium iudicio longè aliter sense-
rit, hunc quoque velut subsanat, quod Plinium Veronensem putauerit, Suetonio Tranquillo Nouocomensem
scribente: de cuius natali solo, quum tot dubia, tantæ celeberrimis etiam viris offerantur difficultates, vix cer
ti, vel constituti quicquam habeatur: potius tamen Verona oriundus creditur, Alexandri Benedicti viuis pe-
nè argumentis, in Pliniani codicis præfatione: præterea ex Andreæ Tiraquelli de Nobilitate libro, cap. 31.
Pliniorum familia Comi in Templo diui Probini, vbi & marmoreum sepulchrum, Plinij est Valeriani, multo
quàm ille fuit recentioris: in eandem cadit sententiam Volaterranus, libr. 18. Anthropologiæ, videlicet con-
stante fama Veronensem esse Plinium secundum. Insuper Matthiolus, pentaphyllon Plinij in cuius summis
cauliculis capitula spectantur, fragris non dissimilia, in quarta specie reponit, quibusdam Diapensia, alijs San
Diapēsia. Sānicula. nicula appellata, tum in caulium cacumine, tum in ramusculis, gemmulas, & fructus è viridi candicantes, fra
gris natura consimiles gerens: hanc vero non esse sanniculam illam, quæ etiamnum quinis exoritur folijs, ra-
dice alba, & magna, naturæ industria laciniata, miro nodorum connexu implicita. Quandoquidem triuialis
sannicula, & quæ chyrurgis in solidaginum genere ponitur, & si folijs sit quinquefariam diuisis, non rubras
radices, nec effatu dignas expromit, nec fragra fert, licet capitulis quibusdam, ac coliculis prædita herbacei
coloris spectetur: hoc igitur, suoque modo, sibi Plinianum pentaphyllum effingit, nec pollicita explet cap. de
symphito, verum aridus, atque ieiunus, non radicis, non quod cum vite finiat, nedum qua parte Plinio respon-
deat, in medium adduxit, illudi fortasse veritus: at his prætermißis, fragraria nostra, & quidem campestris,
vtilior est hortensi. Denique quia magni interest, vt fastidia varietate, ac veritate propulsemus, simul ac quæ
multis repugnantibus agimus, ac perficimus, non mediocribus consilijs expendamus, quanquam in quosdam
delyros, in quorundam ineptias, vix paululum excurram, me tamen suppudet, regales medicos de literis, ac
disciplinis non postremum locū obtinentes, sub cōmuni scriptorum sorte annotare. Siquidem Ioannes Bruyeri-
nus Campeius, lib. & cap. 11. de re cibaria, inquit. intelligendum est quinquefolij fructum fragis simile esse,
non aūt uera esse fraga, & ob similitudinem fructum illum fragum dixisse. quum pentaphyllum fragra ferendo
commendat Plinius: propterea & si Hermolaus ferre semen pentaphyllum asseruerit, Ruellius, ac Collenu-
Io. Bruyerini varii lapsus. tius, fructum exponere: quo igitur aspectu, quo aditu, quo congressu, in medium prodeat, qua ædepol effusa
caligine, qua hebetudine, quàm indistinctè, fructu fragrariæ non absimili pentaphyllum tradiderit, nulla pe-
nè cogitatione consequi possum: ceu quum pisces Merlucios vocatos, antiquitati ignotos putat, lib. 10. cap.
11. hi verò aselli proprie sint, de quibus Plinius, lib. 8. cap. 17. Galenus 3. de aliment. facult. atque alibi sæpe:
præterea ni potius modus, quàm copia dicendo quærenda sit, cap. & lib. 6. inquit: panem friatum placere me-
dicis, qui morbum gallicum cibi abstinentia propulsare tentant. ijsdem floribus, eadem propè corona donandus
qua lib. 5. cap. 10. vulgare decoctum pectorale, aut vix dißimile, errore maximo, & turpißimo medicorum,*

ptisanam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ptisanam vocari concionatur: nempe nisi in ginæceo, textrinaúe alti sint, nesciuerim profectò, quibus nam medicis negocium facessat, quibus inquam vanissima hæc delyramenta peculiaria existimauerit vnquã, omnibus enim in syphili biscoctum familiarissimum est. Eia igitur, qui Dioscoridem plurima, & indistincte, neminemque præter eum hactenus recte scripsisse, de re cibaria gloriatur: ne illum laude, ne gloria fraudemus, qui non modo eorum medicorum qui nunc sunt authoritatem, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superare videtur Cornelium Celsum, Latinum videlicet Hippocratem interpellat, ambitionis studio latè, ac liberè exilit, non vt res patitur corrigit, aut leuiter inflectit, sed asperrime commouetur, quoniam lib. 2. cap. 17. inter domesticas quadrupedes, suillam leuissimam dictauerit, Galenus autem 3. de aliment. facult. capite 2. omnium ciborum suum carnem potentissimè nutrire; Paulus etiam lib. 1. cap. 84. inter animalia pedibus fidentia, suillam magis, quam alij cibi alimentum præstare. id quod Aetius, Tetrabiblo 1. serm. 2. cap. 260. omnibus edulijs optime alere: vt igitur probitas defendatur, malignitas opprimatur, quantum literis, studio, doctrina, consequi possum: quid aliud voluit Celsus? quàm suillam coctu facilem, vt difficilem bubulam. quum enim pisces ex media materia grauissimos, ceu quoque grauissimam bubulam protulit, non vt maximæ alimoniæ, sed coctu grauem intelligit. propterea suillam humano temperamento respondentem, & omnium primam, veluti Auerroes quoque sentit, 4. Collect. cap. 32. ex Auicenna, qui tamen à Christianæ fidei sectatoribus aprinam magis commendari, & leuiorem suilla, fortis nutrimenti, & plurimi, & velocis cocturæ: per id verbum leuiorem, facilem coctionem postea declarans, quum non multo post subdat: porcellorum autem caro parum nutrit, ob facilem resolutionem, ac humiditatis vehementiam, id quod Galenus inquit, vt etiam 4. de vict. ratione in a. commento 102. merito igitur porcelli alimentum nobis præbent, tanto magis suibus excrementosiorem quanto ipsis sunt humidiores, merito etiam minus nutriunt, nam alimentum humidius vt distribuitur, ita quoque discutitur celerius: propterea id voluit inferre Cornelius, bubulas carnes alimentum corpori suggerere, at dissipatu difficiliorem, quod totius substantiæ crassitie suillam superant, & si suillæ tanto bubulas lentore antecedant: quum Celsus non per leue, aut graue, multum, paucumúe intellexerit: sed per valentissimum, ac firmius. quum verò in eundem animaduertit, quod inter ea quæ boni succi sunt, vrticam maluã, cochleas, cucumim, cucurbitã, omnemq; venationẽ enumerauerit, quum schola medicorum longe aliter sentiat, Celsus non ita, sed medicos inter ea quæ bonos, malosúe succos procreant, præter omnem venationem, quam boni succi constituit: at cucumim inter ea quæ mali succi, cap. subsequenti, cochleas autem ritè præparatas, alimentum corpori dare non contemnendum, scribit Galenus cucurbitam culpa vacare, nisi corrumpatur, quin vbi saxatiles pisces improbi succi esse ait. Celsus cap. 17. prius scripserat, leuiorem piscem inter saxa editum, quàm in arena, leuiorem in arena, quàm in limo, leuiorem qui in alto, quàm qui in vado vixit: quinimo quicquid boni succi est, non protinus, stomacho conuenire, nec quicquid stomacho conuenit, protinus boni succi, ac aluum mouere panem fermentatum asseruit: hinc nimirum si non fermentatum stomacho aptum tradiderit: quo ad vinum in potu infirmorum, de quo in vniuersum, generatimque sententiam tulisse dictat Bruyerinus: idque absurdum esse ignorare neminem, ita scribit Celsus, libro, & cap. 2. siquid bibendum, aqua. &c. Denique, satisque sit, tum ex toto à cibo, à vino, ab omni motu corporis abstinere, quum vehementes notæ terruerunt. Debuerat itaque Bruyerinus Galenum imitatus 6. aphor. 34. in tanti medici libro sermonem inueniens, à veritate prorsus alienum, non sine ratione dubitare, & primum quidem sibi ipsi diffidere, quasi neque manifesta noscenti, deinde suspicari, ne quid falsum fuerit interiectum non potius opinione famæ, quam aliqua certa ratione duci, quum multa sint moderatore indigentia. Cæterum non mihi cuncta complectendi cupido incessit, nec omnium lapsus detegere, multa enim prætereo consulto, quæ vos coniectura accipietis, quibus inquam par oratio inueniri non potest, quum præter pensum in eum, sequella quadam rerum inuitante diuerterim.

Cornelius defenditur.

*C**Aryophyllata**: à caryophylli odore, quem manifestum eius radices spirant, tale sibi nomẽ vendicauit, secus campestres vias, iuxta septa copiosissima, sesquicubito caule, internodijs quibusdam, ternis è pediculo folijs, articulatim exeuntibus, binisque minoribus, ramulis è medio alarum flore in cacumine luteo, radice pluribus caudiculis fibrata, caryophyllum olentibus, quibusdam sana munda, vel benedicta vocatur, & antiquiores præterijt, tametsi Pandectarius, fatue inquam lagopum induxerit, si eius capitis notæ cum hac conferantur: id quod apposite sanè annotarunt Brasauolus, ac Matthiolus, vt quod propius ad Geum, vel Gethim Plinij lib. 26. cap. 7. accedere videatur, quod radices nigras, & bene olentes reddat: & quamuis caryophylli non reminiscatur, hunc illi ignotum extitisse, flore intellecto hoc nomine vulgo celebrato, ob cuius odoris suauitatem, caryophyllatam dictam existimat: vel quia in eum inclinare videtur. nobis tamen cum caryophyllo aromate, quid communius habere visa est, Amathus in montibus longe à sepibus, ac vijs, illam nasci asseuerat, eadem vt puto stulticia. qua pulmonariam in montibus, & sitientibus proprie nascentem, folio vulgaris boraginis, maculis candicantibus, in collibus Crepacorianis, Salucifoliæ & Montisferacis vbique à nobis collecta iuxta fontes, & aquosa nasci, ideo potamogeton esse, tam ridicule afferre non dubitauit id quod in stagnantibus aquis apud nos interdum vidimus est: alteram tamen ab hac diuersam deducit pulmonariam Ruellius, consiliginem vt putat, secundo de natura stirpium, capite 134.*

Lagopus.

Geum.

Pulmonaria.

Potamogeton.

Amathi error.

Syrupus cariophyllatæ, aliàs digestiuus.

Recipe seminis fœniculi, petroselini, dauci, anisi, saluiæ, origani, lauendulæ, herbæ paralysis, betonicæ, seseleos, stœchados, caryophyllatæ, abrotani, iuniperi, an. m̃. i. zingiberis, pyrethri, costi, nigellæ, piperis nigri, & longi, ocimi cum foliis, & flore, ruthæ siccæ, sampsuci, aristolochiæ rotundæ, baccarum lauri, synapis, gentianæ, an. drach. ii. tere, coque, & ex melle sufficienti syrupum parato, huic addi potest abrotanum minus delicatulis, aut si opus est acetum scilliticum.

Paralysi potissimum, omnibusque frigidis affectibus efficacissimum.

Herba paralysis, idest ad effectum ita nominatum saluberrima, hortensis sanè, & vulgo nostro Sancti Petri (& si alij id nomen crithmo ascribant) plebi fœnochio marino, alijs baciglia, de qua Dioscorides, lib. 2. cui forte accreuit vox πλατυτεροίς *vel Sancti Ioannis herba nuncupata, cum olusculis vsus quotidiani, odorata, amariuscula, gustu acris, folijs saluiæ, non incanis, aut asperis, quibusdam mentha, vel saluia romana, caule cubitali, aureis floribus, tanaceti instar corymbaceis: propterea Arabis non fuerit, vt cap. de nasturcio, in morem piperitidis prorepit, pertritæ inquam cognitionis, & si variæ regionum nomenclaturæ, infidæ sanè, diuersis vocibus nec prorsus, refragandum, nec planè astipulandum demonstrent: propterea non est primula veris officinarum, de qua cap. de verbasco, nec calendula, plebi fior d'ogni mese, siue cordona, quibusdam solisequa, siue sponsa solis, floribus speciosis, croceis, odoris non ingrati, qua dote coronamentis inseritur, semine scorpionis, caudæ æmulo. Caltha Plinij, ex Fuchsio, lib. 21. cap. 6. nullis maioris heliotropij indicijs respondet: quod vulgo herba cancri dicitur, aridis campestribus præsertim iuxta Castrum nouum familiare, fœtidum, quasi que bombycinum odorem eructans: cuius tamen non meminere Dioscorides ac Matthiolus: nec est chrysanthemum, vt credit Amathus, & si aliam dari calendulam, folijs laciniatis, ideo Dioscoridis scripturæ respondentibus asseruerit, non inscius chrysanthemum, folia gerere pluribus incisuris diuisa, vt falso illi inuxit Matthiolus, ceu quum in chrysanthemi capite non* κάλθα, *sed* χαλκάς, *legendum, præter Amathi opinionem: ipse autem in vtrisque commentarijs chalta interpretatur. Sunt & qui margaritas, quæ Belides Plinij existimantur lib. 26. cap. 5. quas in consolidarum specie enumerant recentiores, vel minorem, vel mediam vocantes, ne iniuria vulnerariæ enim herbæ sunt vel ingesto succo, tam internis, quàm externis vulneribus, ad podagras ischiadas, paralysim, ad strumas commendatis, herbæ paralysis cognomentum assecutas velint: syluestris autem passim circa campestres vias, flore constat albo, aliquatenus rubente, quinquagenis ternis, interdum etiam quinquagenis quinis barbulis circinato, folio pingui, in terra iacente, in rotundum oblongo, leuissime serrato, quanquam autem in syluestribus rarioribus sit barbulis, hortensibus autem magis arrideat, multiplici sanè, & barbularum stipatu densiore, flore viuacis purpuræ, vel ex rubro candicantæ: præterea Plinius, lib. 21. cap. 8. bellio luteum esse florem tradiderit, non ad ambitum, sed ad discum, mediumúe floris, quod sanè luteum est respexisse dici potest, & ob id quidam legunt, luteum bellio subaudientes semen. Maior autem bellis procerior assurgit, folio non admodum diuerso, altioribus duntaxat crenaturis laciniato, cauliculis tenuibus, surculosis, cubitum altis flore priori non dissimili, maiore, paucioribus tantum barbulis, & in vniuersum candidis medium luteum in orbem concinne cingentibus.*

Crithmũ. Calẽdula Caltha: Helitropium. Chrysanthemum. Amathus ĩprobatur Pro Amathopugna ĩ Matthiolum. Belides.

Syrupus ebulinus, aliàs pro splene noster.

Recipe cort. rad. capparum, cort. salicis, rad. asari, bryoniæ, iridis, acori, rubiæ, an. vnc. i. gentianæ, cyclamini, polypodii, singul. unc. ii. & med. rad. ebulorum, dracunculi, scillæ, ellebori nigri, an. vnc. i. & med. tamarisci, adianthi, centhaurii minoris, scolopendrii, rosmarini, an. m̃. iii. scabiosæ, bipinellæ, betonicæ, eupatorii, fumariæ, epithymi, senæ, chamædryos, an. m̃. quatuor, laccæ veræ, seminis viticis, fraxini, intybi, plantaginis, portulacæ, & genistæ, an. vnc. med. aceti acerrimi, & aquæ decies chalybeatæ, partes æquas, ad quatuor digitorum eminentiam coque, ad tertias exprime, & colo transfunde, post saccharo sufficienti syrupum forma: aliis libr. v. vel paulo vltra inter coctionem adde succi iridis, & acinorum ebuli, sing. vnc. vi. ammoniaci aceto scillino

liquati,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

liquati, vnc. iii. aromatiza croci, & pul. coralliorum, an. drach. ii.

Scyrrho lienis, flatibus, doloribus, in omni interno abſceſſu admirabilis, experimento noſtro iam ſeptennio confirmatus, validisſimè deobſtruit, præparat, & ſoluit, ad vnc. quatuor, febres antiquas eradicatu difficiles, quartanas mirum in modum liberat, calculoſis auxilio eſt, & vrinam etiam mouet, ſplenio Pauli oxymelle valentius.

Syrupus de aiuga, off. de iua.

RECipe aiugæ, hoc eſt chamæpythios, m̃. ii. ſaluiæ, roſmarini, polii, origani, calaminthes, menthaſtri, pulegii, hyſſopi, thymi, rutæ ſatiuæ, & ſylueſtris, betonicæ ſerpylli, an. m̃. i. rad. acori, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, peucedani, phu, bryoniæ, gentianæ, dictamni, an. vnc. med. quinque rad. an. vnc. i. ſtœchados, ſeminis aniſi, fœniculi, lyguſtici, ameos, cari, ſeſeleos, an. drach. iii. pyrethri, vnc. i. & med. paſſarum, vnc. ii. coque, poſtea ex melle ſyrupum præpara, aromatiza cinnamomo, nuce moſchata, cubebis.

Paralyticis, apopleticis, omnique cerebri, ac neruorum frigiditati, ac ex his dolori, mirum in modum opitulatur.

SErpillum: ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 37. duorum generum eſt, hortenſe odore ſampſucum imitatur, atque in coronas addi ſolet, cui à ſerpendo nomen inditum eſt, quoniã ſi qua eius particula terram attingat, inibi radices demittet, ſylueſtre zigis appellatum, non ſerpit, ſed in altitudinẽ increſcit, notiſsima herba eſt: vulgo Serpollino, paſsim in ſuburbijs, campeſtribusq́; frequentiſsima, quibus in locis quũ ſerpere conſpicuè appareat, verum humana opera ad ſpecioſiorem, & mitiorem habitum tranſlatum, ſerpere deſinat, hinc Dioſcoridi Plinium, atq; experimentum opponi dictauit Braſauolus, tametſi Fuchſius ſenſibus ipſis repugnans, ſylueſtre rectum attolli aſſerat, hos vt conciliet, qui euerſam medicinam ſua ſuſtinet ceruice Matthiolus, Dioſcoridis textum inuerſum opinatur, quaſi aliter ſenſiſſe voluerit, idemq́ue cum Plinio: at in latinis commentarijs tergiuerſatus, ſerie mutata, intacta lite, non concordiæ rationem exigit, non nouæ opinionis mutationem explicat, non fugæ occaſionem exprimit: attamen ſi Serapionis textus fidem aliquam facit, ſi apertiſsima ſeries, qua à ſerpendo dictum enucleauit Dioſcorides, non unicam clauſulã, at vniuerſum caput reſtituere opus eſſet, eandem verò controuerſiam quum aliter dirimere non poſſet Braſauolus, ideo hæc quibuſdam errandi anſam dediſſe ſcribit, & re infecta deliteſcit. hæc autem altercatio, & ſi pharmacopœis negocium non faceſcat, eamq́ue ob cauſam, extremis vt dicitur labijs attingenda, aut verius ſilentio inuoluenda videatur, hoc tamen fruemur ſolatio, illis tam inſignem notam inuremus, vt ſi non firma pace Græcum, Latinumq́ue authorem recreabimus, ſaltem noſtri iudicij exempla proponemus. primo itaque hoc ſatiuum ſerpyllum, radicibus quidem ſerpit, ſed ramulis ad palmi altitudinem erectum, hortorum delitijs, & humorum copia ſpecioſius virens, ſolo cultu à ſylueſtri ſponte nato differre, & ſi validioribus ramis humi non repat, authoritate confirmamus, experimento probamus, ſiquidem Theophraſtus, 1. de cauſis plant. cap. 4. ſerpillum è germinibus ſuis radices quàm primum demittere, non ſecus ac hederam, de coronario, atque hortenſi intelligens, teſtatus eſt, idq́ue etiam obareſcere, niſi purgetur, 3. de hiſtor. plant. cap. 24. præterea 6. de hiſt. plant. cap. 7. ſerpylli etiam ſylueſtre genus eſſe, quod deferentes ex montibus ſerunt: at paucis ab hinc lineis, ſerpyllo peculiarem germinum auctionem, quippè quum in quantumuis longitudinis procedere valeat, nactum ſcilicet adminiculum, aut iuxta ſepes aliquas ſatum: nimirum igitur ſi cum Theophraſto eadem protulerit Dioſcorides, vt quamuis per ſe rigentibus ramis ſtare videatur, excultum hac ſola varietate ruſtico diſsimile, ramulorum infirmitate proſerpente, ſi idem biennio, aut triennio, progerminare nulla adhibita cura, nullaq́ue ſectione derelinquatur, noſtro experimento non minus campeſtri proſerpit, nec aliud eſt ab eo in viridaria tranſlatum, re iam quadriennio à nobis obſeruata, quod autem ſit ſylueſtre zigis à Dioſcoride appellatum, in altum ſe ſe extendens, aliud profectò ab his crediderim, & ſpeciem quandam rutæ foliolis æmulam, eodem tamen odore inſignitam, ſatureiæ inſtar erectam, in Montisferacis collibus, à nobis ſæpe exploratam alij hyſſopum vulgarem opinantur. Vidimus nos ſerpyllum candicans, & hirſutum.

Fuchſii lapſus.

Braſauoli ac Mathioli inſcitia.

Syrupus iridis, alias de lilio.

RECipe radicum helenii, iridis, carniũ dactilorũ, ſucci glycyrrhizæ, an. vnc. i. hyſſopi, calaminthes, adianthi, añ. m̃. i. ſucci caulium, gallitrici, añ. drach.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ii. mucaginis ſeminis lini, & fœnugræci, an. unc. med. praſſij, rad. graminis, an drach. iii. coque, & melle ſufficienti ſyrupum effinge.

Aſthmaticis, tuſſiculoſis, empycis potiſſimum opitulatur, craſſas ſuccos extenuat, glutinoſos terget, viſcidos incidit, & ad excretionem optime promouet.

Droſaton ex Iride Myrepſi, ab hoc valde euariat.

GAllitricum, vel centrumgalli, alijs alectorolophus, vulgo noſtro bozomo; alijs ſclarea quòd eius ſemen oculis inditum claritatem reddat, quibuſdam matriſaluia: diuiditur in hortenſe, & ſylueſtre, ruralibus noſtris ſcarleza vocitatum. & ſi alij id nomen ſaticio indiderint, quod quidem Ruellius, ac Fuchſius, Horminum Dioſcoridis ſibi perſuaſere, ex quo lib. 3. cap. 123. duplex quum ſit, alterum alteri conuenire. in hos talibus inſurgit Matthiolus, quod vtraque gallitrici ſpecies, bicubita frequenter attollitur, folijs praſſio multo grandioribus, ſiliquis, & calyculis ſurſum ſpectantibus, ſemine vtriſque rotundo, in his recluſo, non alteri oblongo, ceu Dioſcoridis Hormino tribuitur, ideo maxime falli. Huc accedere inſignem odoris fragrantiam, ſatiui potiſſimum, quam nunquam præterijſſet Dioſcorides, ſiquidem ita opinatus eſſet, quo fit vt ab eo depictos Horminos, hac tempeſtate ignorari contendat, id quod & ſi veriſimile ſit, infirmis tamē vtitur rationibus Matthiolus, dum omnia tela in eos vndique eſſe intenta exiſtimat. Quandoquidem campeſtre gallitricum, florem ſummis in caulibus ſaluiæ ſimilem gerit, è cæruleo in purpureum ad aquilini noſtri effigiem, quæ res à Dioſcoridis ſententia non abhorret, cap. de ſaluia, vix cubitum tranſcendit, ſterilibus quibuſdam locis, & ſi in Burgiculi noſtri pratis, vbi nihil eo frequentius altius excreſcat, flexili coma ad terram inclinat, thecisq; eſt inferne pendentibus, vt quamuis hic locus ſit ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus, iuſtè, integreq; non ſolum mores, ſed vt vultum, ac Matthioli authoritatem oſtendens. vix tamen auſim afferre, quo nomine calyculos ſurſum ſpectare tradiderit ni forte per ridentia prata nunquā ſpatiatus ſit, ſatiuū quoq; biſſecto flore, ſub rotundo ſemine & in longum decliui, thecis inferne pendentibus, hoc eſt non erectis incluſo: folijs eſt praſſio ſimilibus, maioribus tamen, at ea magnitudine Anazarbæo non repugnant, quo minus praſſio ſimilia vocentur, vt neque proceritas caulium terræ vbertate, & regionum varietate augeri, minuiue ſolita. quo ad grauitatem odoris, alijsque, id tandem explicabo, non ſatis concinne Hormini lineis reſpondere. In noſtris tamen campeſtribus quadrangula herba frequēs viſitur ſemicubitalis praſſij folijs paulo longioribus ſaluiæ floſculis ad radicē inclinantibus, ſeminibus tamē anguloſis, candidis loculo inæquali digeſtis, à multis pro hormino accepta, & ſolo ſemine differens. Anguillarius in Patauino horto omnino proprium habere protulit. Nos ad Bugellanā portam, qua eius aquæ ductus in colliculis, & iuxta conuallem, qua itur ad D. Sebaſtianū ſemine fuſco, potiusquam nigrum, at oblongo non inodoro creberrimum legitimumq; collegimus. circumſerratis folijs, nec Matthiolicis omnino ſimilibus, at quum græcarum vocum inſcitia Plinium reprehendit, Hermolai gloriam, vt alibi penè vbique defraudat, re hac prius annotata, 3. ſui corollarij, cap. 544. & 575. fatali ferè vt ait Plinij errore: præterea talia leguntur, in eius codice, Philippo Pincio Mantuano excuſſo, lib. 22. cap. vlti. Orminum ſylueſtri vt diximus cymino ſimile eſt, cæterum dodrantali altitudine, nec foliorum porri reminiſcatur, vt neq; alibi de ormino ſcribens: ideſt lib. 18. cap. 7. ideo in quibuſdam codicibus recentibus, ſcilicet aſcripticiū dici poſſet, vbi legitur Horminū ſemine, vt diximus cumino ſimile eſt cætero porro, nec harum vocum πρασίου, aut πρασου, proximitate deceptus, in quibus & ſi in ſtachij lapſitauerit, prius ab Hermolao annotatum eſt, non deſunt exiſtimantes centrum galli, Tuſſilaginem alteram Plinij, lib. 26. cap. 6. Cæterum quum Hormini Dioſcoridis meminiſſe Galenum, in libris ſimpl. non reperit, grauiſſima iactura temporis, rationem per ignauiam prætermittit Matthiolus, phorbium enim eſt.

Horminū

Ruellii, ac Fuchſii, in Matthiolū defenſio.

Matthioli inſcitia.

Syrupus ex bipinella.

REcipe bipinellæ, ſymphiti maioris, minoris, & medii, hyſſopi recentis, trichomanes, ſcolopendrii, intybi ſatiui, tuſſilaginis, adianthi albi, an. m̄. i. adianthi nigri, m̄. iii. violarum drach. ii. florum, aliàs foliorum nympheæ, quatuor ſeminum frig. maiorum, glycyrrhizæ mundæ, an. vnc. i. ſacchari candi, penidiarum, medullæ ſeminis goſſipij, ſeminis cotoneorum, ſeminis lactucæ, portulacæ, papaueris albi, myrtill. ſucci glycyrrhizæ, boli armeni, an. vnc. med. gummi arabici, tragacanthæ, amyli, roſ. rubr. antiſpodii, ſanguinis draconis, an. drach. iii. ſeminis altheæ, maluæ, paſſarum mundatarum, pinorum, ficuum, an. vnc. ii. hordei mundi, libr. i. cum aqua pluuia percoque arte, & ſaccharo ſufficienti ſyrupum forma.

Phtiſi potiſſimum, & calidis, acribusque catharris, ſtrenue auxiliatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Syrupus ex myxis, off. de sebeste.

R Ecipe myxorum, anisi, cumini, glycyrrhizæ, seminis lactucæ, cucumeris, melonis, maluarum, añ. vnc.ii. rubiæ, vnc.med. fœnugræci, prassij, stœchados, añ. drach.iii. seminis apij, petroselini, ameos, dauci, fœniculi, mei, rad. tribuli marini, añ. vnc. ii. sanguinis hericij præparati, scordii, añ. drach. v. lapidis spongiæ, & iudaici, cort. auelanarũ, añ. drach. vi. coque in libr.ij. aquæ, ad libr.i. colato adde aceti scillitici, vnc.ii. & med. sacchari, libr. ii. & med. lento igne coque.

Dolori renum, & vesicæ calculi causa potissimum succurrit, illum enim comminuit & suppressam vrinam nõ segniter prouocat, atque guttatim stillantem restituit.

H Ericius: siue Erinaceus, aut echinos, ex Dioscoride lib.2.cap.1. duplex est: marinus, & terrestris: primus Thyrrhenici, ac Adriatici pelagi acolis notißimus: & si eius plura sint genera, ex Arist. 4. de animal. cap.5. Terrestris autem duplex est, solo, videlicet rostro dißimilis, vel canino, vel suillo, vnde alter porcini, alter verò canini nomen adeptus est, edendo ineptus: porcinus autem perpinguis potißimũ, in mensas venit: animal est spinis horridum, castaneæ aculeato, & in orbem circumuoluto operimento simile, sè se dum metuit in globum conuoluens: nocte è specubus vt plurimum emergit, in sepibus, dumosis, & vineis, per Autumnum præcipuè diuersatur: huiusque speciei plures, non modo quo tempore Seraualis castri Præfectus, venationi per noctes vacabat, Hyeronimus frater noster, verum quoque in vineto meo, sex vna nocte comperijt, apud Templum Diuo Augustino dicatum, vindemiarum tempore, quum ianuis vrbis ob gallorum incursiones repente occlusis, in tugurio pernoctaret, & canis latratu his animalibus occurrisset, fures potius adesse opinatus: eorum sanguis hircini more præparatur, corium, iecur, ad vsus medicos vtilißimè reconduntur, vt eorum quoq; caro exsiccata, de qua Galenus, 11. simpl. vino tamen dulci, ac calente quinquies, quinque horarum spatio ablui consueuit, postea in furno siccari.

Syrupus de psyllio.

R Ecipe antispodii, seminum portulacæ, cotoneorum, & papaueris albi, añ. drach.ii. mucaginis, psyllij, drach.v. succi plantaginis cocti, & spumati, cancrorum fluuiatilium arte lotorum, añ. drach.xxx. coque in libr. iii. aquæ, ad lib.i. & cum libr.i. sacchari, fiat.

Phtisicis, ac emaciatis, hecticis saluberrimus est.

C Ancer: animal est aquaticum, vel ipsis (vt aiunt) puerulis cognitißimum, idque vernaculo idiomate gambaro appellatum medici, atque omnes medicinam facientes, tuto hactenus sibi persuasere, eoque ad rabientes, hecticos, atque vbicunq; cancer fluuiatile scriberetur, semper vulgatum istud animal accipientes, vsi sunt: nuper tamen emersit Matthiolus, ne quenquam sua laude defraudẽ: qui sublata lampade, hos omnes conspicuo in errore versari deprehendit. quod καρκίνος *Græcè, triuialem cancrum non designet, qui ijsdem* ἰςακὸς*, vt etiam gammaros appellatur, verum rotundi corporis non caudatum, hetruscis granchio: Venetis vbi pelasgicorum multitudo ingens visitur, vbi crustam exuerint, mollechie, & macinette: idque ex Arist. apertißimè demonstrari, 4. de hist. animal. cap.2. quum inquit. Cancris ex crustaceis solis cauda deest, & corpus rotundum est, quum locustis, squillisque, longum sit. Astacos autem ex Oppiano gammarus magnus ille marinus propriè appelletur, qui Tyrrenici accolis Leo vocatur, Venetis astase, græca adhuc seruata voce. hunc autem gammarum vocare Gazam Aristotelis interpretem, à vulgarium similitudine, magnitudine dempta. at Matthioli iudicio, astacos propriè maximus est maritimus, est gammarus, qui paßim gambaro dicitur, coctusq; ruberrimus euadit qua ratione scribebat Martialis. Concolor in nostra gammare lance rubes. quã rem optimè edoctus Galenus non inscius, carcinos, vulgo granchij, à gambaris non parum differre, ita scriptum reliquit, 3. de aliment. facult. cap.34. Astaci, paguri, cancri, locustæ, carides gammari, & id genus alia, tenui testa includuntur, ex quibus palam ipsa innotescit diuersitas. gammaros autem sola corporis mole diuersos, tam fluuatiles, quam pelasgicos, eodem nomine significari. hinc constare medicorum omnium lapsus, qui ex cane rabidis, marasmo correptis, gammaros cancrorum loco propinant, de quibus Dioscoridem, ac Gal. intellexisse certum est, non autem de vsu communibus. Hæc est nunc primum se se efferens, non quo reuirescat nuper enata opinio, in qua noui Imperatoris instar, insigni hac laurea hoc amplißimo honore, cæteris omnibus antelatus, non subita quadam procella peruerti, non aliqua repentina vi, ac tempestate percuti, sed omnino inuulneratus, inuiolatusque, triumphare sibi persuadet. Veruntamen ex nouæ legis consuetudine, quæ non prius admitti consueuit, non accipi, non probari, nisi antea diligentißimè excussa, & selectorum hominum mutuo consensu promulgata, hæc ideo nobis primum trutinanda proponimus, tardiusque credenda. quin hac in re iocandi offertur occasio, & cancri cum vulpe fabella, satis opportunè subolere videtur: ceu pari modo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Matthioli dicta vera quidem videri posse, at credulitate vacare, iure merito decernamus: vel vt Herculi adversus hydram, aut Cancrum Sophistas, Iolai auxilium implorandum. Quandoquidem Aristoteles in quarto genere crustaceorum cancrum inserit, quorum sanè plura haberi genera, vt etiam infra genus multiplex esse scripsit, nec facilè enumerandum quo fit vt cancrorum genera innumera quum sint, soli autem speciei proprius credatur caudæ defectus, generi communis is quoque ascriberetur: at ni fallimur, sub carcino omnes tã gammari dicti, quàm qui caudati non sunt, contineri possent: & si proximum à primo genus vocauerit Arist. quumq; hoc vtatur sermone. Quartum cancer, quorum sanè plura habentur genera, dehinc secunda linea rursus subijciat: Cancrorum etiam genus multiplex est, &c. aut verbosior censeretur, quod iniquum est, vel hoc pacto conijci posset: quum philosopho haud incompertum esset, cancrorum genus quoddam non caudatum, id ab alijs secernendi gratia, cancrorum genera repetijsse, idq; eius series non cursim perlecta facillimè indicat: omnibus enim cancris communem fecisset caudæ defectum, verum solis cancris ex crustaceis caudam deesse intulit: quasi dicat soli cancrorum generi, idest carcinis granchijs vocatis tantum caudam deficere, his Maias, & paguros .i. granceolos, & granciporos vulgi cõplexus (quæ quidẽ vulgari idiomate propè finem, sub gambaro perperam comprehendit Matthiolus) alia caudata quum sint. sicq; huius textus structura nostra Minerua redigeretur, vel vnicum esset cancrorum genus, solum quum sit cauda viduum. Huc accedit tertium genus, vt minutioribus tributum: & fluuialibus, qui quum in cancrorum genere reponantur, nec alij vulgaribus minutiores in fluuijs, riuulisq; quibusq; reperiantur: ac profectò soli hi fluuiales merito dici poßint, quod in his ingens vbi vis scateat copia, granchiorum autem vt ita dicam, nisi in Hetruria; parua, vel nulla, præterquã in hostijs pelasgicis vel hinde excurrentibus, anadromos vocant Græci, tanquam mari familiares magis, & si Galenus, in eo de succorum bon. & vitio, cap. 9. scribat cancrum ex vtrisque aquis victum capere, ideo necessum videretur per cancros fluuiales, nostrates omnino intelligere: præterea si vitandi istius impetus potestas adempta nobis non est, & si ex Arist. Dioscoride, Galeno, alijsq; Græcis, non tamen ex Arabibus fortasse concluderet, ex interprete, quorũ medicamenta cancros fluuiales accipiunt. quippè Auic. lib. 5. tract. 6. in secundo medicamine, quod fugitiuum forte appellat, in hunc modum dictat. Accipe cancros fluuiales, pedes, ac caudas abscinde, granchios haudquaquã intelligens, quos sanè in fluuijs expiscari oporteret, nec caudã incidere. quanquam fluuialium nomine penè indigni nobis videantur: nam marini ex Diosco. eadem possunt, verum inefficacius omnia præstant. Aegineta etiam marinorum cinerem nimia siccitate donatum, his quidem non conuenire, sed ijs qui magis siccari desiderant, asseruit: maritimi igitur ablegandi sunt, nostrates celeberrimo, quotidianoque experimento, nunquam illusos reddidere, nunquam nos nostra spe frustrati sunt. quæ autem ex Oppiano, atque Martiali comminiscitur Matthiolus, apertißimè indicant retrogradum incedere oportere, quum ante cognouerim ego met, apud istum ingenij signa, atq, ornamenta, nunc autem contraria distrahi, atque amoueri. Quandoquidem si Astacos ex Oppiano, pelagium cancrum sola vastitate vernaculis dißimilem significat, quid inde? quo testimonio magnis ambagibus parta, amittit paruo interuallo, quam inijt probationem? qua Gammarus sit fluuialis cancer, poetæ inquam, Chrysippi more, pro carminum concentu nomina euariantis, nouas voces effingentis, & sola affinitate. iuncta pro ijsdem transferentis quin & prouerbio, ex Arist. 1. Metaphys. multa mentiũtur Poetæ. quo etiam vera sentiente, non ob id Græcis authoribus idem
Matthioli opiões re probãtur. esse, idem intelligi, aut asserendum est, vel suspicandum: at at Matthioli ingenium admirabile, magnum iudicium, singularem probitatem instituit, miranda depromit argumenta, qualia hæc sunt. Martialis inquit gãmarum coctum rubescere, noster autem cancer excoctus rubet, ergo gammarus vulgatus est cancer: dignißima certe conclusio, ac si cancer illi legitimus, excoctus non rubescat. nos .n. cauda carentes cancros, vel assos, vel elixos, rubicundos comedimus. denique quum in portu esse confidit, in fluctus se confert, ventorum impetus vix propulsare potest, præsertim quum infert, Galenum non ignorasse communem cancrum, qui gambaro dicitur, à cancro granchio appellatum differre, ideo scripsisse. astaci, paguri, &c. quæ maior est huiusmodi inscitia: hinc enim colligi potest, cancrum, & gammarum, diuersa esse, non alterum significare il granchio, alterum il gambaro: quin potius offuscat se sè de industria more sepiarum, astacum, & gammarum, diuersos pronuncians, idem quos protulit, in capitis initio. Quare eorum cancrorum in testis se abdentium more, pariter delitescat, nec vsquam prorepat Matthiolus, ne tam ad laudem adipiscendam, quàm ad vitandam vituperationem natus, tyrãnicis præceptis tanquam legibus, parere minus eruditos impellat. tametsi mutata prorsus in latina sua interpretatione, non paruam huiusce recessus suspicionem adducant, non minus admirationis, quam dubij in medium afferant, quod scilicet insalutato lectore, quasi Martialis in Italica non meminerit, quasi non asseruerit gammarum significare il gambaro, ipso mutabilior Protheo, alia atque alia nulla prorsus firmitate inculcare non vereatur, nec ideo à priori opinione recesisse confessus, hoc saltem latibulo se excusauerit: quæ est igitur hæc innumeris in locis taciturnitas, hic ne est veræ laudis exitus, hic splendoris fructus, hæc stabilitatis ornamenta, quibus sanè immortalitatis amore flagramus, quo nos posteritas alat, æternitas ostentet, memoria seculorum omnium, si derelicta semel excussa serie, nec falli Matthioli more, nec aliter sensisse olim, nos ipsos accusando, excusemus: quum itaque ex Aristotelicis verbis, quod parum est veluti cancri, facie verò astacis simile, Matthioli iudicio fluuialem gammarum proprio carere nomine apud Græcos declaretur, mirum sanè existimari posset, verum his etiam conceßis, exquirendum, indifferenter ne per

cancrum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cancrum, gammarus explere poßit, quem mutuato à Romanis vocabulo, Galenũ ita appellasse comminiscitur, quid enim vltro egebimus teste? quum suo se iugulet gladio, quid lib. 6. in Dioscoridem, commento capitis 37. aliud Græcis animal esse censet καρκίνον, alud vero ἀστακόν, & καμμαρίδα, atque hos hallucinari, qui à cane rabido demorsis, gammaros cancrorum fluuiatilium loco potui exhibent, quum postea cap. 39. eiusdem libri, ex Aetio, scribat, prosunt & gammari, & cancri. sicque per fluuialem cancrum, horum quodcunque genus in fluuijs repertum, accipi posset. at quum triuiales nostri, vbique locorum, in torrentibus, riuulis, fluminibus, magis exuberent: ideo fluuialium nomine digniores, proinde ad vsus medicos maxime commendandos iudicamus. Cæterum quum cancros iure albo coctos, & comestos, absorpto insuper iusculo, phtisicis, ac contabescentibus exhibuisset Aetius, vt maximo honore dignus, incredibilem suam prudentiam ex scientiarum auiaro indicaret Amathus, inquit. intelligendum esse ius album ab Aetio acceptum, simplicem aquam, aliter male consuluisse, quod ius album componatur ex porro, anetho, & cepis, ac alijs similibus, quæ procul dubio phtisicis, ac hecticis, magis obessent, quàm prodessent: quàm igitur admiranda sit expositio, videant age, quod in iure albo, idest in aqua duntaxat excoquendi sunt cancri, apud Aetium. nouum sanè scribendi genus, & maxime vsitatum, præterea quod Aetius phtoe affectis, ac tabescentibus, is ad hecticos vertit, quasi idem omnino sint, quod si arbitretur, quum in marcescentibus cor iusto frigidius sit, in hecticis contra, huius ratione ius album noxium dici posset, præsertim ex cepis, vt inquit, paratum, quum tamen ex Galeno, 3. de aliment. facult. 4. de tuenda sanit. atque alibi paßim, in methodi libris, ceparum nusquam meminerit, tabescentibus itaque ad penetrationem, ac incisionem, innoxios putauerim cancros, ex aqua, & oleo, exiguo porri, ac anethi adiectis, quod si ex Galeno 12. meth. med. cap. 6. ius album videri ex oleo, & aqua, adduxisset, ob addita verba porro, & anetho, iniectis, quum iam suillum cerebrum ex iure albo legitime elixum, proposuisset, in munere interpretandi nescio quid commune habuisse videretur. sic præparantur quum instaurantia antidota ingrediuntur, euulsis chelis, ac extremitatibus, aqua frigida, sale, ac cinere, ter loti, vt eorum abolito odore, aqua hordei, vel sero lactis percoqui ad vsus poßint. Cancros fluuiales rabientium gratia venari solebat Aeschrion empyricus, quando Sol in Leone transiisset, non nisi Luna decima octaua, à quo quidem instituto non videtur abesse Galenus, 11. simpl. eodem capite. recentes medici lapillos in gãmarorum capite, quos oculos vocant, repertos, in puluere bibendos offerunt, ad purgandos arenulis renes. Denique vt riuis clausis, fragmenta colligantur, ne immunda aure nos carpant eruditi, ne rubiginosa, cariosaque ingenia, à quibus errata libentius reprehendi consueuerunt, quàm castigata laudari, ne minus quàm antea prædictorum rationem desiderent, ne ex falsitatis periculo erepti, ad horum iudicium reseruemur, quum tanta contentione, tantis copijs acta, multi accusare poßint, defendat nemo; vt paucis multa eloquar, & breuibus omnia complectar, firmo veritatis præsidio innixus, non negauerim carcini, & cancrorum genera, cauda carere, & si multa extorserim in contrariam probationem, nec adhuc scrupus, litigia quàm desint: attamen id vnum, id tandem animaduerto, cancrorum defectum gammaros supplere posse, nec ijs minus valere, propterea non vsque adeo cespitare, alterum pro altero vsurpantes. Quum & Plinius lib. 9. cap. 31. talia scripserit. Cancrorum genera carabi, astaci, paguri, maiæ, heracleotici, leones, & alia ignobiliora: Carabi cauda à cæteris cancris distant.

Amathi lapsus.

Ius albũ.

Finis Radij Quarti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI *VERCELLENSIS* MEDICI,



Radius Quintus, Decocta, Infusa, Insessus, Irrigationes, Gargarizatus, recenset.



Ecoctum: alijs apozemata, idest feruefactum: paratur ex stirpium partibus, præcipuè radicibus, folijs, surculis, floribus, fructibus, aqua simplici excoctis, vel latice, quopiamúe humore, vt oleo, aceto, sero, &c. in quibus facultatem ferè omnem deponunt, absoluta potißimum coctione expreßis, magis, & minus, vt parum, vel multum, aut mediocriter, & coquuntur, & exprimuntur, triduo, aut quatriduo, siue adiecto mediocri melle, vix duabus septimanis seruantur, ideo non multa quantitate componantur, ne prius perniciem sentiant, quàm totum à languente absumi poßit.

Infusum: alias infusio, nunc etiam dilutum: liquor est prædictis non dißimilis, in quo calefacto cineribus calidis, vel sole, aliquid stato tempore citra elixationem maceratur: vel tritum, vel pulueratum, aut etiam integrum, vt plurimum horis duodenis, nonnunquam etiam per integrum diem, vt promptius, & valentius tenuiores partes in se colligat: quum coctio etiam crassas ad se alliciat, id quod quum futurum est, sæpe transacto macerationis tempore, vel leui coctione, aut vnico feruore absoluitur: quod si diutius ferueat, lintheo præsertim non obductum, decoctum est, non infusum: idque minori pondere propinandum, quum dilutum imbecillius sit, minusque poßit, pari videlicet seruato purgantium pondere: quod si absque expreßione coletur, segnius quidem est, verum tenuius, atque iucundius, at cum ea, vel multa, vel parua, tanto valentius. Cæterum si quando legere contingat: infundantur in s. q. aquæ vel cuiusuis liquoris, vt in Electario Hamec, duobus digitis emineant, idque vt in 2. Diasatyrio: at infuso rhabarbari, agarici, & similium, tanta sufficiet copia, qua infusa probè madeant, quæ omnia diligentis artificis industria fiant: quod si infusum decoctionem præcedit, omnia simul infundenda sunt: at si efferuescant, nulla præcedente infusione, ars est obseruanda. quum verò lib. 3. iuxta finem, Dessennius scribat. in agarico infundendo plerosque peccare, dum per rarum, pilosum, siue setaceum pannum, bene fortiter comprimendo exprimunt, ita vt sæpe ipsius agarici portiunculæ aliquot, vnà transmittantur, quæ quàm vehementes torsiones & punctiones, intolerabilesque dolores inducant: nesciuerim quo pacto etiam non infuso, non præparato, optimo agarico, tam stolide has noxas compererit, quum efficax sit contra tormina, ex Dioscoride nec nisi in pollinem infundi consueuerit, pro varia liquorum dote vis in se trahitur, augetur, mutatur, aut retunditur.

Dessennii grauis error.

Decoctum adianthi, off. de capillo veneris.

Recipe adianthi, vnc i. & med. fumariæ, unc. i. lupul. viol. siccarum, an. drach. viij. pruna, xl. zezipha, xx. coque in libr. iii. aquæ, lento igne, ad duarum librarum consumptionem, tunc adde succi cas. unc. iii. tamarindorum, vnc. ii. mannæ, unc. i. rhabarbari boni, drach. iii. frica manibus, & cola. Datur mane, interdum loco aquæ, coquuntur hæc in seri lactis caprini, libr. iiii.

Sanguinē a mixtis ipsis putribus materiis purgat, clarumq́ue reddit, ardoremq́ne ipsius, ac bilis flauę cōpescit.

Decoctum fructuum, alias aqua.

Recipe pruna xxxx. zezipha, myxa, an. xxx. tamarindorum, unc. ii. coque ut supra. adde succi casiæ, unc. iii. mannæ, unc. i. fiat ut dictum est. Præpositus, atq; aliȷ

alij plures, mannam prætermittunt, quidam cum eo legunt, tamarind. unc. iii. alij decoctum parant ex floribus, & fructibus, hoc pacto.

Recip. pruna, myxa, zezipha, an. x. tamarind. unc. med. florum uiolarum, drach. ii. addimus nos florum cordialium sing. drach. ii.

Sanguinis, & bilis flauæ feruorem reprimit, sanguinem clarificat, bilem clementer educit.

Decoctum fumariæ.

Recipe succi intybi satiui, & erratici, lupul. buglossi, an. unc. iiii. succi fumariæ, unc. i. & med. his coctis, & purgatis. adde myrobal. citrearum, & indarum, an. drach. ii. passarum purgatarum, tritarum, unc. i. tamarindorum, unc. iii. his si admisceatur saccharum clarefactum, redigetur in syrupum.

Sanguinem bile flaua, & adustis humoribus purgat, mundumq́; reddit, hepatis obstructionem aperit, ac inde natum icterum sanat.

Decoctum thymi.

Recipe thymi, cuscutæ, hyssopi, cepularum, empellicarum, an. unc. i. passarum purgatarum, drach. xx. turpeti, unc. med. stœchados, polypodij, an. drach. v. eupatorij, absinthij, anisi, an. drach. iii. rad. apij, fœniculi, an. drach. vii. coque omnia in libr. tribus aquæ, cola, adde colato, turpeti, agarici, an. drach. i. zingiberis, drach. med. per noctem macerari sine, postridie cola, & vtere.

Phlegmagogum est, ob id senibus, & aliter pituitosis salubre: ventriculum firmat, coctionem iuuat, flatus à visceribus, & hypocundriis dissoluit.

Decoctum epithymi.

Recipe myrobal. indarum, stœchados, epithymi, passarum mundatarum, foliorum senæ, an. vnc. i. cepularũ, fumariæ, turpeti, an. unc. med. polypodij, drach. vi. eupatorii, drach. v. omnia præter epithymum, coquantur in aquæ casei, libr. iii. ad libr. i. tunc adde epithymum, & semel feruefac, cola, in eo frica ellebori nigri, drach. i. agarci, drach. med. salis indi, drach. i. & med. vtere.

Atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis, vt cancro, elephantiasi, morbo gallico, & cęteris cõfert.

Ex Rhaze 9. ad Almans. cap. de melancholia, ab Auicenna, lib. 3. d. 2. Fen 15. cap. 7. alia sunt epithymi decocta, verum hoc imbecilliora, ideo prætermittuntur.

Decoctum ex stœchade.

Recipe stœchados, origani, turpeti, an. unc. med. seminis apii, fœniculi, eupatorij, an. drach. iii. schœnanthi, hyssopi, an. drach. ii. passarum enucleatarum, unc. i. coque, & utere.

Confert pituitosis affectibus, vt quotidianis febribus, neruorum, & iuncturarũ dolori, & frigidæ intemperiei.

Decoctum eupatorij.

Recipe eupatorij, absinthii, asari, spicæ, adianthi, cyperi, rhabarbari, fumariæ, spinæ albæ, & ægiptiæ, añ. unc. med. cepularũ, indarum, passarum purgatarũ, an. unc. i. coque, & utere. paucioribus explicat Auicenna 5. can. Tract. 9.

Hepatis, & lienis obstructionem, & inde nascentes dolores, & febres compositas iuuat.

Decoctum myrobalanorum.

Recipe myrobal. citrearum, cepularum, indarum, fumariæ, passarum purgatarum, an. unc. i. tamarindorum, unc. i. & med. pruna xxx. decoquantur in tribus libr. aquæ, ad libr. i. huius libræ dimidio, vel circiter, adde pulpæ caſ. unc. ii. quum imbecillum uoles medicamentum, quum autẽ ualentius, pulpæ casiæ, unc. i. turpeti, agarici, an. drach. med. præstantius fiet, si cum aqua casei coquatur.

Bilem vtranque, & pituitam purgant.

Decoctum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Decoctum laccæ primum.

Recipe ficuum flauarum, drach. vii. lentium, & laccæ, an. drach. iii. tragacāthæ, seminum fœniculi, an. drach. ii. coque in aquæ, libr. v. ad duarū partium consumptionem, cola, & potandum præbe. nobis inferioris aquæ typus seruatur.

Decoctum laccæ secundum.

Recipe laccæ præparatæ, drach. v. lentium, aliàs excorticatarum, drach. vii. tragacanthæ, drach. iii. coquantur in libr. v. aquæ, vsque quo remaneat quarta libræ vnius, & propinetur. nobis satius videtur in aquæ, libr. iii. usq; ad libr. i. excoquere, idque duplici haustu offerre.

Variolas, morbillos extrudunt, ad cutim in pestilentibus febribus dirigunt, ideo putri, atq; extraneo calore à partibus cordis fugato, eius palpitationē, & ab eo syncopē vetat. Rhazes in libello de pestilentia cap. 7. ita parat.

Recipe rosarum tritarum, lenticularum purgatarum, fœniculi, apij, an. sextulas tres, caricas x. vuarum passarum albarum exacinatarum, tragacanthæ, laccæ purgatæ, elotæque, sextulas ii. aquæ, libr. ii. coquito ad libr. i. vbi percolaueris propinato semilibram, cum xilococcis duobus, & dimidio croci, bis, vel etiam ter, ut necessitas postulat.

Decoctum laccæ nostrum.

Recipe laccæ uerae, uel grani tinctorii, seminis citrii, & melissæ, an. drach. iii. ficus pingues, nu. xii. seminis fœniculi, lētium non excorticatarum, an. m̄. iiii. rad. quinquefolii, & buglossi, sing. unc. i. pimpinellæ, m̄. ii. tragacanthæ, drach. iii. coque in aquæ libr. vi. ad tertias.

Decoctum commune.

Recipe hordei mundi, unc. iiii. pruna, xii. glycyrrhizæ, anisi, fœniculi, tamarindorum, an. vnc. med. bulliant in tribus libr. aquæ, lento igne, ad libr. ii. post adde florum boraginis, & buglossi, an. m̄. i. exprime, & vtere. Quidam fœniculi, & anisi loco, passarum & uiolarum legunt, cætera similia.

Decoctum aperiens.

Recipe cort. quinque rad. & rad. intybi, ac buglossi, glycyrrhizæ, an. vnc. med. adianthi, comarū absinthii, florū violarū, an. m̄. i. seminis apii, fœniculi, spicę, eupatorii, an. drac. ii. mastiches drach. i. passarū enucleatarū m̄. iiii. bulliāt ut supra.

Obturantes infarctus emēdat, excremēta extenuat, vrinā cit, ideo tertianas spurias, febresq; diuturnas psanat.

Est & duplex decoctum Rhazes Auicenna descriptum 5. can. Tract. 9. non imparis facultatis.

Decoctum pectorale primum, aliàs aqua ad asthma.

Recipe ficuum pinguium, dactyllorum, an. drach. xx. passarū, seminis apii, fœniculi, an. drach. vi. adianthi, hyssopi, glycyrrhizæ, prassii, an. m̄. iii. coque arte.

Decoctum pectorale secundum, officinis magistrale.

Recipe ficuum, dactylorum, passarum, myxorum, an. xxx. adianthi, hissopi, hordei, glycyrrhizæ, an. m̄. iii. addunt communiter alii zezipha, & iridis radicem.

Tussiculosis auxiliantur, solentq; thoracicis syrupis permisceri: vteruis paretur, non refert. parū. n. differunt.

Decoctum carminatiuum.

Recipe seminis anisi, fœniculi, dauci, cari, ameos, cumini, polipodii, an. vnc. i. coque arte.

flatus.

Flatus omnes diſcutit, ob id colicos leuat, clyſteribus hoc diſſolutis, his quoque fotu adminiculatur.

Decoctum aſtringens, aliàs aqua aſtrictiua magiſtralis.

REcipe cort. granatorum, balauſtiorum, myrtillorũ, nucũ cupreſſi, gallarum, calyculorum glandium, rhu, acaciæ, acinorum vuarum, ſorborum ſuccorum, meſpilorum, immaturorum, ſiccorum, equiſeti, verbaſci, aliis etiam poligoni, partes æquas, coque arte in liquore ſtillaticio plantaginis, vel organo vitreo deſtilla, aut balneo mariæ. his ſi addatur ſtercus aſininum recens, bolus armenius, & terra lemnia, partibus exæquatis, erit aqua ad omnẽ hæmoroſagiã, alias ad omnẽ fluxũ.

Aſtringit efficacisſime, ideo ad fluxum ſanguinis narium, omnesq́ue alios mirandum.

CVpreſſus: vel cypariſſus, Diti ſacra, funeribus indicandis ante ædium veſtibula poni ſolita, ruſticæ, & vrbanæ plebi notiſſima, fronde ſemper vireſcente, erecta eſt arbor, & procera, vnica tamen in horto Sororum Annunciationis, ob id eius pilulæ nuceſúe nobis ſunt frequentes. Nempe ter in anno harum feraciſſima eſt, Ianuario, Maio, Septembri, ſemine tam puſillo, viſui etiam impotente, miraculo naturæ, tam minuto ſemine, dehiſcentibus conis, ſiue galbulis, euolante magis, quàm decidente, ingentem adeo arborem procreari. liquidam reſinam fundunt cupreſſi, larignæ ſimilem, guſtu feruidam, ad eadem pollentem, ex Dioſcoride lib. 1. cap. 77. & ſi paulo infra, tantis viribus non potiri deduxerit. laudantur nuces perfectæ, recentes, ſemine etiam in hiatibus plenæ.

GLans: fructum omnium glandiferarum arborum comprehendit, ideſt quercus, & roboris, æſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, caſtanearum, quæ & Sardianæ glandes appellantur, & ſi qui ſint ſimiles: quin & Iureconſulti titulo de glande legenda, omnes arborum fructus ea appellatione complexi ſunt. quum verò ita ſcribat Dioſcorides, lib. 1. cap. 121. Quercus omnis aſtrictoriam vim habet, præſertim liber qui cortici & ligno intercidit, quin etiam tunica glandis putamini ſubiecta, idem eſt, ac ſi dixiſſet arbor omnis glandifera aſtringit, quandoquidem plura eſſe quercuum genera deſignauit, quum omnem quercum aſtrictoriam ſcripſit: quumq́ue glandis ſimpliciter paulo infra meminerit, non iligneam, aut querneam adijciens, vt in calce, ideo per glandem omnem glandiferarum arborum fructum comprehendere videtur: idq́ue ex Galeno, in lib. de bonit. ac vitio ſuccorum, cap. 4. 2. de aliment. facult. 38. & alibi quoq; ſligneæ, glandes viribus quernas antecellunt. hodie tamen per glandem, querna communiter intelligitur. hic eius calydalus vulgo cupula, ideſt qua glans ſemicluſa, per pediculum ramis annectitur, accipienda eſt, ſtrenuè conſtipans, & quamuis multa alia gignat quercus, vt ex Theophraſto 3. de hiſt. plant. cap. 8. & 9. varia roboris genera apertiſſime diſtinguens, vt ilicẽ, & quaternos eius fructus, cap. 16. vt etiam 9. de hiſt. plant. cap. 8. atq; ex Plinio lib. 16. cap. 8. ſui cuique partui vis propria non deeſt. quumq́ue ſuberis cortex, vulgo natta, de quo lib. & cap. vltimè citato Plinius, cerdonibus familiaris, ad crepidas coriaceis ſoleis intermedius, hæmoroſagiam omnem, & potiſſimum menſes cohibeat, propterea & ſi res ſit cuique obuia, eius tamen vim ſilentio non diſſimulandam duxi. Cupula. Suber.

SOrba: fructus vulgares, ex Dioſc. lib. 1. cap. 136. colorem luteum referentia, priuſquam matureſcant, diſſecta, & Sole ſiccata manduntur, vt aluum ſiſtant: ex Theophraſto, mas eſt, & fœmina 3. de hiſt. plant. cap. 12. vna ſterilis eſt. nobis alia cdomita, alia ſylueſtris, aſtringentior, immatura potiſſimum, alia etiam rotunda, guſtui magis arridens, dulcior, & ſapidior, alia oblonga, & velut oui figura, vel pyrorum in morem, minus grata, os magis exaſperans, & corrugans, vbi itaque ad ſiſtendum eligantur ante maturitatem decerpenda ſunt. quum probe matura copioſè ingeſta, aluum ſubducant. quum verò aperto errore Scrapionem accuſat Matthiolus, quod ſorbi titulo omnia transferat, quæ de vtroq; meſpilorum genere tradidit Dioſcorides, facilè deprehẽditur non ſua, verũ interpretis cauſa factum eſſe, ideo in Serapione taxãdo, nimis auidũ videri. Pro Serapione in Mathiolũ

EQuiſetum: officinis cauda equina, ex Dioſc. lib. 4. cap. 38. duplex eſt, altera longior, aſprella vulgo dicta, aſpera ſanè, & ad tergenda vaſa vſitatiſſima, qua etiam materiarij fabri eorum operum ſcabritiem eruderant, & expoliunt: altera breuior, huic negocio minus apta, folijs quaſi capillamentis, quæ inuerſo cacuminæ caudæ equinæ effigiem repreſentant, vnde huic nomen vulgatius, prius tamen breui, nudoq́; aſparago, & ſcapo, mox procèdente tempore, certis per interualla ſpatijs, iuncea coma. eius itaque tenerum germen, quum primum emergit, patella confrixum, valde aſtrictorium eſt, ſecus aquoſa loca frequentiſſima, altera propè aquas, ac in pratis abundat, funiſecis odioſa caucon Plinij ſiue anabaſis creditur.

POlygonum: vel ſanguinaria, quibuſdam centumnodia, nomen equiſeto tributum, ex Auerroe 5. Collect. vulgo corregiola, ex Dioſc. lib. & cap. 4. in marem, ac fœminam diſtinguitur, mas in campeſtribus, communibus vijs, ædificiorum areis, copioſiſſime vbique ſcatet, ac quotidie pedibus conculcatur, ideo cognitiſſimus: qui quoniam per terram vt gramen cauliculis repat, proſerpinaca apuleio, alijs ſcorpinacea dicitur. Fœmina paucis admodum perpecta eſt, quæ quum mare minus efficax ſit, ideo ad vſus medicos parum expetitur.

Decoctum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Decoctum capitale.

Recipe betonicæ, stœchados, rosmarini, chamædryos, chamæpithyos, sampsuci, rad. pæoniæ, lauri, saluiæ, origani, florũ chamæmeli, partes æquas coque.

Caput, & neruos, ad frigidum præcipue lapsos roborant: addunt quidam agaricum, & nucem myristicam.

Infusum aquæ casei.

Recipe rosarum recentium, completarum, vnc. ii. rhabarbari boni, drach. ii. gr. vi. spicę nardi, drach. i. & med. rhabarbari, & rosæ, parum terantur, & macerentur per noctem, in seri lactis præsertim caprini, libr. ii. cola, propina. penuria ros. recentium, fit interdum ex siccis.

Bilem flauam clementer educendo, sanguinem purgat.

Infusum senæ.

Recipe senæ orientalis, vnc. i. zingiberis, drach. med. florum boraginis, buglossi, ros. citriorum, vel limoniorum, aut aurentiorum, sing. drach. i. polypodij, drach. ii. passarum purgatarum, unc. med. myxa x. in libra aquæ feruentissima macerentur, post decem horas exprimantur.

Infusum ex succis herbarum.

Recipe succorum intybi, lupulorum, buglossi, purgatorum, an. unc. viij. in quibus macera cort. myrobalanorum citrearum, unc. i. rhabarbari boni, drach. iii. tamarindorum, succi casiæ, an. unc. iij. fiat vt supra. Idem potest quod infusum aquæ casei.

Hieræ infusum primum.

Recipe hieræ, & aloes, an. drach. v. macera decocto eupatorij prædicto, ad libr. i. in vase vitreo, in sola dies duodecim, aut plures: da singulis matutinis unc. i. plus, minus, uti opus erit.

Ventriculum, & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam assiduis, & hemicraneæ confert, & febribus antiquis.

Aliud secundum.

Recipe hieræ, & aloes, an. drach. v. macera libr. i. decocti epithymi antescripti, vtere vt priore.

Purgat humorem crassum, & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis salubre.

Infusum hieræ phlegmagogum, in aquæ decocti thymi, libr. ij. vt supra.

DE INSESSVBVS.

Insessus, vel insessio, quibusdam semicupium, Græcis ἐγκάθισμα, *ex ijsdem fit quibus decoctum, è cuius formula balnea nonnũquã, vel cruribus, brachijs, vel vniuerso corpori adhiberi consueuere: insessus verò languẽtibus viribus, ex morborũ diuersitate, varie quoq; paratur. vsus, tẽpore, capite operto, ne ijs oppleatur.*

Insessus vterinus.

Recipe arthemisiæ, parthenij, betonicæ, aristolochiæ utriusque, calaminthes, origani, pulegij, chamæmeli, schœnanhti, spicæ nardi, florum sambuci, & liliorum, partes æquas, coque in aqua, ad tertias, pro insessu.

Insessus arthriticus.

Recipe sampsuci, stœchados, betonicæ, rosmarini, saluię, hyperici, chamædryos,

camepithyos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

camæpithyos, foliorum lauri, origani, florum chamæmeli, ſerpylli, acori, altheæ, fœnugræci, ſing. quantum ſufficit, coque ut ſupra.

IRRIGATIONES, GARGARIZATVS.

IRrigatio: Græcis ἐμβροχή, ideſt, deſtillatio, pluuiæ inſtar in caput potiſsimum, ad ſomnum concilian- dum, & dolores finiendos, dum tepet adhuc, eodem quo ſuperiora modo coquuntur, ſimplicibus ex morbo varijs.

Irrigatio Somnifera.

REcipe foliorum lactucæ, saluiæ, uiolarum, roſ. anethi, an. m̄. iii. cort. radicum mandragoræ, drach. vi. florum nympheæ, & cucurbitæ, an. m̄. ii. ſeminum papaueris albi, drach. ii. ſeminum lactucæ, portulacæ, cucurbitæ, an. unc. med. coque ad dimidij conſumptionem.

GArgarizatus: alijs gargariſma, liquidum eſt medicamentum, ſpirituoſe in faucibus agitandum, at nō deglutiendum, in ſynanche potiſsimum, gulæ, & capitis affectibus vſitatum, ex liquoribus ſtyllaticijs, vel decoctis, ſyrupis, alijſque diuerſimodè paratus, vt infra.

Gargarizatus communis.

REcipe diacarydii, diamori, ſing. unc. i. & med. vini granat. aceti roſ. ſing. unc. i. aquæ roſ. unc. ii. aquæ plantaginis, unc. iiii. miſce.

Quidam obſeruant, vt ad ſuccos medicatos, vel ſyrupos, triplum liquorum adijciatur.

Refrigerat, repellit quamcunque fluxionem, anginis initijs ideo comodat

Finis Radij Quinti.

APOLLINIS

APOLLINIS
FRANCISCI ALEXANDRI
VERCELLENSIS
MEDICI,

Radius sextus, Linctus, Errina, Apophlegmatismata, Vomitoria, Dentifricia exponit.



LINCTVS: *siue illinctus, aut linctorium, Græcis* ἔλιγμα, καὶ ἐκλειγ-
μα *siue* ἐκλητος, *Barbaris loch: medicamentum est thoracicum, vel pulmo-
nicum, lingendo, vel lambendo, tandiu in ore retentum, vel linguæ subditum,
quoad paulatim eliquescat, tabescatúe, in spiritus meatum decidens potius,
quàm deuoretur, ex dulcibus, tergentibus, ac etiam glutinosis, interdum ama-
ris, & acribus conflatum, vel per se parcius coctum, quàm liquido, vel solido
electario conueniat, vel idoneo humore dilutum, eiusdem sunt consistentiæ, sto-
machica medicamenta, & quæ oris vlceribus adhibentur: sunt & formulæ medi
camentorum ex melle cocto, coactoque hypoglotia, siue arteriaca vocant.*

Linctus ex papauere, alijs diapapauer.

Recipe papaueris albi, drach. xxv. amygdal. dulcium, delibratarũ, nucleorum pini, gummi arabici, tragacanthæ, succi glycyrrhizæ, an. drach. x. amyli, seminum lactucæ, & portulacæ, ac cydoniorum, an. vnc. med. croci, drac. i. penidiorum unc. iiii. syrupi papauerini, ex albo, & nigro semine, lactuca, & violis facti q. s. nũc fit cum syrupo papauerino, non cum isto hic obiter descripto, nec segnior. his verò si addatur quatuor seminũ frig. maiorum, & seminis maluæ, an. drach. i. & med. erit diapapauer, ideo consulto prætermittitur, quũ pro eo possit sine errore vsurpari, & si alii pondera immutent, sitque antidotus è papauere Myrepsi, ab hoc ualde diuersus, vt ecligma è capitibus papauerum, paucioribus constans.

Iuuat tussim, & gutturis asperitatem, à catharro calido, tenui, salso, quem sputum liquidum indicat: eum enim coquit, & crassat, confert peruigilio, febribus ardentibus, dolenti thoraci, & pleuritidi.

Alius noster, officinis ex inuentione nostra.

Recipe seminis papaueris, drach. x. glycyrrhizæ, drach. vii. myxa xx. seminum psylij, & cotoneorũ, an. drach. v. coque in libr. iii. aquæ, ad dimidii consumptionem, colatum percoque cum sapæ, & penidiorum, an. unc. iiii. ad iustam crassitiem, deinde misce tragacanthæ, gummi arabici, an. drach. v. papaueris albi, seminum melonis, anguriæ, cucumeris, an drach. ii.

Idem pollet quod superior, qui huius loco vsurpari potest.
Est & linctus ex papauere Auicennæ, lib. & Tract. 5.

Diacodion purum ex melle, sapa, saccharo, & compositum.

Recipe decem capita papaueris mediocria, non omnino recentia, neque arida, sed medio habitu, coque in aquæ pluuiæ unc. xx. vel etiam fontana, donec flaccescant. at quia ut plurimũ antequam in totum flaccida facta fuerint, ad tertias coquenda esse dicendum. si verò tardius, aut citius, vbi in totum flaccida fue-
rint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rint facta, superuacuum erit diutius coquere, tunc ipsorum expressio fiat, quod si ex melle parare libeat, dimidia mellis mensura huic succo admiscēda est, coquendo simul lento igne, ad compagem attici mellis: vbi autem adsint vigiliæ, cum tenui catharro, & ex saccharo parandum sit, aut sapa, sit utrius vis dimidia ad succum mensura, quorum coctura sit ad delingibilis pharmaci consistentiam.

Diaodion compositum.

Sic fit: addendo cuiuis istorum, acaciæ, hypocisthidos, croci, myrrhæ, balaustiorum, an. drach. med. alij etiā trochiscorum ramich, drach. ij. adijciunt. Galenus quoque 8. de composi. med. secundum locos, melilotum, & glycyrrhizam addebat, ex quo, vt ex Critone, Hera, Sorano, multipliciter parari potest. verum scopus hic tutior, breuiorque nobis visus est. Est & Diacodyon Nicolai, varijs astringentibus compositum, vsu tamen abolitum, & si ex Actuario excerptum, efficacissimum sanè, propterea huius descriptionem contexam, & proprio parenti reddā, sume capita papaueris, neq; perquā viridia, neq; etiā ariditate exucta, tredecim ros. drach. ij. & med. croci, acaciæ, glycyrrhizæ, sing. drach. i. boliarm. vnc. med. cinna. symphyti, hypocistidos, balaust. sing. drach. i. myrti, dauci, sing. vnc. i. corallij albi, & rubri, rhus culinarij, sanguinis draconis, florum altheæ, sing. drach. ij. seminis portulacæ, drach. med. capita papaueris in cœlesti imbre duos dies macerato, postridie ad tertias coquito, & detersis muscario sordibus, capita proijcito, & aquam additis duabus mellis libr. iterum coquito ad consistentiam, & deposito ab igni vase, species adijcito. Auxilio est cœliacis, dysentericis, lenitati intestinorum, alui profluuio, cum aquæ cœlesti in qua spodium inferbuerit, aut succinum torrefactum, vel cum stillaticio ros. liquore. Fuch. dauci non legit, & drach. pro vnc. & florum altheæ loco, rhois, excipit myrtino melle, quod non displicet. Est & aliud ex refrigerantibus, post pleresarchonticon. Quam multiplicis fuerit vsus apud Aetium, vide Tetrab. 2. serm. 1. cap. 133.

Tussiculosis ex catharro tenui, à capite ad pulmonem defluentis, ob id etiam peruigilibus maxime confert. Compositum etiam acria, biliosa, & sanguinem excernentibus vtile.

Linctus ex casia, officinis ad gutturis intemperiem.

Recipe glycyrrhizæ, drach. xv. passarum maiorum pinguiū, exacinatarū, unc. ii. zezipha, myxa, an. xxv. coque igne lento, in aquæ libr. iiii. vsque ad libr. i. adde casiæ nuper extractæ, vnc. i. colatum, ac seminibus, & membranis purgatum, percoque cum penidiorum, libr. med. sapæ, unc. iiii. ad iustam crassitiem, tunc misce farinæ fabarum, vnc. ii. lambe vt alios. Idem est cum loch ad tussim ex caliditate, ab Auicenna descriptum, lib. & Tract. 5.

Ad gutturis intemperiem calidam, & asperitatem, & inde natam tussim.

Faba: notior est quàm vt declaratione egeat, planta tamen, & compressa apud nos facie, ex Galeno rotunda 1. de aliment. facult. cap. 36. præterea 11. simpl. cap. de dracone marino, esculentis fabis persimilia vocat ea animalia, Græcis onisci, Latinis multipedæ, vel millipedæ, quibusdam aselli, vel porcelliones sub hydrijs nascentes, colore fusco, vbi in globum se contraxerint, quo tunc in rotundissimas pilas conuoluuntur. sola potissimum inter legumina, erecto constat caule, ex Theophrasto 8. de histor. plant. cap. 3. Est & faba Aegiptia, Colocasia etiam vocata, de qua Dioscorides lib. 2. ex Syria affertur, at sine caule, flore, ac semine, quod Syri eius radices auide gustantes, annua effosione, illorum incremento resistunt. Onisci. Porcelliones. Colocasia

Linctus ex pineis nucleis, officinis de pino.

Recipe nucleorum pini, drach. xxx. amygdalarum dul. auellanarum assatarū, gummi arabici, tragacanthæ, glycyrrhizæ, & succi ipsius, amyli, adianthi, rad. iridis, an. vnc. med. carnis dactylorum fuluorum, drach. xxxv. amygdal. amarum, drach. iii. mellis passarum, vel vt dicitur passulati, sacchari albi, butyri recentis, an. vnc. med. aliàs, drach. iii. mellis quantum sufficit, aliis libr. i. & vnc. i. & med. sume velut lambendo, vnc. i.

Tussim antiquam, sputum glutinosum, asthma, spirandi difficultatem; & partium spiritualium angustiā iuuat.

Cordus legit amygdal. amar. vnc. iij. omisitque succum glycyrrhizæ, etiam Fuch. ab hoc recedit Auicenna 5. can. summa 2. Tract. 5. Dessennius cum Monachis, ac Fuch. legit butyri, an. vnc. quatuor, verum hac copia facilius rancore corripitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Linctus ex pulmone vulpis.

Recipe pulmonis vulpini siccati, succi glycyrrhizæ, adianthi, seminis fœniculi, an. drach. iii. confice cum saccharo in aqua soluto. Cordus cum Fuchsio ex vnc. xv. sacchari clarefacti, & aliorum, an. vnc. i. additque anisum, vt Brasauolus, at cum succo myrtino cōfectum, valentius roborat. nostra descriptio ex Mes. praxi cap. de phthisi translata est, atque ex Syluio.

Ad phtisim hodie fit cum melle, quod si saccharum dissoluatur succo, aut aqua tussilaginis, præstabit huius loco puluis pulmonis vulpini, ex saccharo rof. vsurpari etiam consueuit.

Vlpes: animal vafrum, nulli cedens sagacitate, & astu, ruralibus potissimum innotescit, quos nouis insidijs semper illudit, dum eorum gallinas clam suffuratur, pilo primum incano, postea subrutilo, nec raro niuei candoris, mediocris canis magnitudinem exæquat, mores nunquam mutat, & si pilos. quibusdam interdum areolis deciduos, vel corruptos, vnde αλωπεκία, *capitis affectus, quod ea* αλωπηξ *Græcè vocetur, aliorum cauernulas sibi fraudulenter interdum adoptat, suosque fœtore subripit, aues vt mortua venatur, villosa, ac densa cauda, pisces subducit, eadem canis illam insectantis rictu ducta fallit, putidisque crepitibus abigit. eius itaque pulmonem recentem, extracta arteria magna, diligenter mundato, postea reliquas eius arterias ac venas seca, laua sexties hora interposita, vino albo odoro, tepido, lotum vrna impone, siccandum furno temperate calenti, siccatum loco sicco repone, prius absinthio, & nardi spica inuolutum, ad diuturniorem tutelam. Sunt qui aqua ardente lauent, post saccharo aspersum siccent. in oleo coquendam vulpem, bene habitam cape, per vindemias vuis nutritam, & impinguatam: quid enim virium à vulpecula recens nata, & strigosa, expectandum. grandior autem si accipiatur, calore est acriore. Sunt qui ipsas viuas in maximum lebetem iniiciant, vt ex Aetio, Tetrab. 3. serm. 4. in olei apparatu, viscera non eximenda. huius hepar siccū ex oxymell. splenicis propinat Archig. ex Gale. 9. de composi. med. secundum loc.*

Bonus phtisicis: alias conferens hecticis.

Recipe seminis papaueris albi, seminis lini torrefacti, antispodii, croci, amygdal. dul. an. drach. iii. amyli, tragacanthæ, gummi, seminis cotoneorum, & anguriæ, an. drach. vi. seminis nasturcij torrefacti, amygdal. amar. fabarum, an. drach. i. & med. penidiorum, vnc. vij. & med. hæ aqua fontana dissolutæ, coquantur, & cæteris misceantur. Dantur drach. ii. cum hydromellite. quidam torrefacti loco, seminis gossipij legunt.

Phtisicis saluberrimus, atq; hecticis, & aliter consumptis, pure, atque sanie, pulmones purgat, & tussim lenit.

Sunt qui in hectica, à nasturcio, & amygdalis amaris, abstinendum censeant.

Linctu sanus, & expertus.

Recipe cinnamomi, hyssopi sicci, glycyrrhizæ, an. vnc. med. zezipha, myxa, an. xxx. passarum enucleatarum, ficuū siccarum, dactylorum pinguium, an. unc. ii. fœnugræci, drach. v. adianthi, m̄. i. seminum anisi, lini, fœniculi, iridis, calaminthes, an. vnc. med. coque in libr. iiii. aquæ, ad duas, colatum, coque cum penidiorum, libr. ii. ad mellis crassitiem, tunc adde nucleorum pini depellitorum drach. v. amygdalarum mundatarum, glycyrrhizæ, tragacanthæ, gummi arabici, amyli, an. drach. iii. iridis, drach. ii. misce omnia probe, donec album fiat medicamentum.

Cordus legit amyli, vnc. quatuor, & succum glycyrrhizæ. Præpositus seminis lini, drach. v. Datur à drachmis quinque, ad decem, & lambendo sumitur.

Sanū, & expertū inuenimus, ad tussim, raucedinē à frigore, vel pituita crassa, thorace, aut pulmone cōprehēsa.

Ex scilla.

Recipe succi scillę, mellis spumati, partes æquas, coque ad linctus cōcremētū vtere lambendo. Idem ex Gal. 8. de compos. med. secundū locos, vt etiam ex Auicen. lib. & Tract. 5. nec te prætereat Galeni locus in epileptici documento.

Materiam crassam, lentam, coctu difficilem, in partibus respiratoriis expelli facilem strenue reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat.

Linctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Linctus ad asthma.

RECipe scillæ assatæ, unc. med. rad. iridis, drach. ij. hyssopi, prassij, an. drach. i. croci, myrrhæ, an. drach. med. melle excipe.

Ad asthma, & tussim antiquam, humorem enim crassum tenuat.

Cordus diminute legit iridis, drach. i. Præpositus aût superflue drach. iij. Fuch. scillæ assæ drac. ij. & mutile.

Ex radice Bryoniæ, barbaris alphescera, idem pollet, & eodem modo paratur.

Linctus ex amygdalis.

RECipe amygdal. dulcium, & amar. seminis lini torrefacti, nucleorum pini, anisi, tragacanthæ, gummi arabici, succi, & rad. glycyrrhizæ, añ. drach. i. & med. sacchari, penidiorum, añ. drach. iii. excipe mellis, & succi fœniculi, simul coctorum quantum sufficit.

Ad intemperiem multum siccam thoracis, & pulmonis, & tussim.

Linctus ex emulsis amygdalis: aliàs saponea veneta.

RECipe amygdalarum dulcium depellitarum, vnc. iiij. ex his fiat emulsum, in libr. i. & med. aquæ florum violarum: huius accipe, libr. i. sacchari candidissimi, tantundem igne simul colliqua, dehinc asperge amyli recentis, & puri, drach. vi. adde reliquum emulsi, turunda leni igne tantisper agita, donec concrementum acceperint: si vero in placentas parare mauis, prædictis adde sacchari, vnc. iiij. coque. Sunt qui amygdalarum vnc. ii. & amyli, drach. iii. tantum accipiant, nec desunt qui amygdalarum contusarum, vnc. ii. cum vnc. viiii. sacchari clarefacti, setaceo transmittunt, igni admotum, quum incipit coalescere, addunt amyli, vnc. med. sacchari, clarefacti, vnc. iii. morsulos parantes. Quæ ex zingibere fit saponea, sedulo prætermittitur.

Tussi calidæ, faucium asperitati aptissimus, & primatibus delicatus.

Linctus ex allijs.

RECipe alliorum purgatorum, libr. med. coque exquisite in aqua, cui cicer, & hyssopus sicca, ante sint macerata. hæc allia tere, cerne: hanc medullam percoque igne lento, cum mellis, & butyri, an. libr. med. ad mellis consistentiam.

Tussi humidæ, difficulter exeunti bonum,

Ex Auic. lib. & tract. 5. fit ex libr. i. alliorum purgatorum, cum butyri, libr. i. coctorum ad dissolutionem, contritis diligenter, addit mellis, libr. ij. ad concrementum.

Linctus ex semine lini.

RECipe seminis lini torrefacti, aut eius farinæ, vnc. quatuor confice cum melle ad linctus formam.

Tussi præsertim infantium, quacunque ex causa commendatur: aliter fit ex Myrepso hoc modo.

RECipe seminis lini, vnc. ii. hyssopi, vnc. med. tragacanthæ, exagium i. & med. seminis anisi, seminis vrticæ, sing. exagia ii. croci, exagia iiii. anisi, exagium i. rursus legit Fuchsius, quod non probamus.

Linctus pectoralis, alias mixtura.

RECipe conseruæ violarum, & buglossi, añ. vnc. i. manus christi violacei, vnc. ii. diaireos ex saccharo, penidiarũ, tragacanthæ, vnc. iii. diacalaminthes, linctus ex althea, an. vnc. i. cum syrupo viol. formetur. sunt qui his addant linctum ex caulibus, ponderibusque mutatis cum Gordonio, loch de caulibus vocent.

Linctus ex caulibus.

RECipe ſucci caulium, libr. v. coque igne lento, ad libr. ij. eius ſpumam auferendo, adde ſapæ, & mellis, añ. libr. i. ad linctus conſiſtentiam. Quidam ex Gordonio, addunt croci drach. ii.

Phthiſicis, & tuſsiculoſis, non multum febrientibus conuenit.

Linctus ex tuſsilagine, off. de farfara.

RECipe rad. tuſſilaginis, lib. med. probè munda, & laua, coque vſque ad mollitiẽ, contere exquiſite, rurſus coque eadẽ in aqua, in qua prius diſſoluantur, ſacchari, libr. i. & med. adde nucleorũ pini depellitorũ, vnc. i. & med. paſſarũ, vnc. ii. prius tritorũ vaſe lapideo: poſtea inijce croci, caryophyll. an. ſcru. med. ſucci glycyrrhizę, drac i. gr. xv. cinna. macis, an. ſcru. i. Præpoſitus põdere aliquãtulũ variat.

Senibus extuſsientibus, frigidiſque fluxionibus eſt adiumento.

Linctus ex gentiana, alijs electarium.

RECipe adianthi, paſſarũ enucleatarũ, zeziphorũ pulpæ, an. drach. x. rad. iridis, drach. iij. corticis rad. cappar. erui, ſeminis apij, fœniculi, an. drac. ii. amygd. amar. gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, an. drach. v. confice ex melle ſpumato.

Craſſos humores extenuat, & expectorat, valide etiam deobſtruit.

Linctus ex terebinthina, off. de albotin.

RECipe ſeminis lini torrefacti, paſſarum enucleatarum, nucleorum pini, amygdal. dul. & amar. depellitorum, an. libr. med. auellanarum torrefactarum, terebinthinæ, rad. iridis, an. vnc. i. myrrhæ, croci, thuris, an. vnc. med. cõtere omnia ad læuorem, cribro excute, & lacte aſinino excipe, in trochiſcorum forma, ad vmbrã ſicca, poſtea melle ſufficienti linctum para.

Aſthmaticis, tuſsiculoſis ex pure, aut pituita craſſa, lenta, mirum in modum ſuccurrit.

Idem ex Auic. lib. & tract. 5. at bis drachmas legit vnciarum loco, eſt & aliud ſumma 2. tract. 5.

Linctus ex butyro, off. diabutirum.

RECipe mellis ſpumati, butyri, an. vnc. iiij. cumini, aniſi, an. vnc. med. glycyrrhizæ, vnc. i. coque in linctum.

Tuſsiculoſis ex pituita, hypocundrio etiam dolentibus ſatisfacit.

ERrhina: quæ & apophlegmatica .i. per nares, & os purgantia, ex Gal. 5. ſimpl. cap. 2. naſalia vulgo, ut caput purgia appellari conſueuere. dupliciter naribus induntur, vel in pyramidis figuram, pulueribus melle adipe, aut cera compactis: vel liquida attrahuntur, hæcque caput purgia cõmuniter vocant, illa autem errhina: quæ nos vnico vocabulo complectimur, hoc errhinum ſiccum, illud liquidum appellantes. ſiccũ filo alligari ſolet, vt commodius eliciatur: liquidum capite ad poſteriora propenſo, poſt ingentem inſufflatum, cum ſpiritu ipſo, ne ſtatim deorſum ruat, aliquantulum cõtinetur, ore prius aqua oppleto, ne ſcilicet è naribus, per internum meatum ad os corriuet.

Errhinum liquidum vulgare.

RECipe ſucci betarum, vnc. ii. aquæ ſampſuci, vnc. iiij. pul. ſacchari, vnc. med. vel mellis roſ. tantundem, miſce, tepidum per nares attrahe.

Caput expurgat, pituitam, ac mucum eliciendo.

Validius fit addita nardo, ſucco cucumeris agreſtis, vel cyclamini, nigella, myrrha, elleboro etiam albo, nuce myriſtica, moſcho, ceu in multis Auicennæ caput purgijs 5. can. ſumma 2. tract. 1. plura etiam errhina deſcribuntur à Myrepſo.

Errhinum ſiccum commune.

RECipe nigellæ, nucis moſchatæ, cubebarum, caryophyll. an. drach. med. piperis

peris albi, pyrethri, añ. ſcrup.ij. ſampſuci, cyclamini, ſaluiæ, ſing. drach.i. tuſa, & pulueratа, terebinthina, & modica cera excipe, in formam pyramidalem effinge, filo alligatum naribus inde, ualētius fit addendo ellebori albi, drach.i.

Narium obſtructioni, odoratui deperdito, ictericis, epilepticis, omnibus que vetuſtis capitis paſsionibus, atq; oculorum hebetudini ſuccurrit.

Elleborum album, Latini veratrum album vocant, vulgo velaro, ex Dioſco. lib. 4. cap. 133. optimum habetur candidum, friabile, carnoſum, modice extentum, non tamen iunci modo mucronatū, quod frangendo puluerem emittit, & tenuem habet medullam, guſtu non admodum feruens, neque ſaliuam ſubinde ciens, huiuſmodi autem ſtrangulat. primatum Cyrenaicum tenet, Galaticum autem, & Capadocium candidiora, & puluere quodam obſita, celerius ſtrangulatum mouent. olim Hippocrati, & Galeno vſu creberrimum, nunc abolitum, vt pernicioſum, & noſtris corporibus moleſtiſsimum, ob id veluti venenum ſuffocans vitandū cenſuit Meſ. Dioſco. etiā, tam bonū, quàm malum, ſtrangulare quidem, ſed electum, non adeo celeriter edocuit, quin lib. 6. de eo, non ſecus ac veneno pertractat. Quare in robuſtiſsimis tantum, in quibus irrita omnia medicamentorum genera viſa ſunt, vt in inſanientibus potiſsimum, diligentiſsima etiam præparatione propinandū, eo autem tutius nigrum adminiſtrabitur, in excelſorum montium, pratis, locis frigidis, ſimul ac aſperis, caule nonnunquam tricubitali, in Seſsitenſi vale, à nobis quandoque viſum eſt, & decerptum, atque in viridarium noſtrum tranſlatum; eius radices meſsibus colligendæ.

Apophlegmatiſmi, vulgo maſticatoria, vſus varij medicamina, vel trita, in ſacculum coniecta, dentibus præmuntur, & per os diducuntur: vel integra, vel contuſa, ſucco aliquo excipiuntur, & diu in ore retenta, vel maſticata, ſaliuam exciunt, noxioſque humores à capite, quod maxime expurgatur, in os deriuant. quo tunc deorſum nuere oportet, atque attractam materiem expuere.

Apophlegmatiſmus communis.

Recipe pyrethri, ſtaphiſagriæ, cubebarum, an. ſcrup.ii. maſtiches, piperis albi, an. drach. med. paſſarum enucleatarum, drach.ii. contuſis ſingulis fiat ſacculus manducatilis, vel ex melle exceptis, fiant manſiles paſtilli.

Caput, oculos expurgat, ideo dentium doloribus ſuccurrit, obtuſam aciem reſtituit, auditū amiſſum inſtaurat.

Apophlegmatiſmos varios vide ex Nicolao Alexandrino, poſt apomelitis confectiones.

Vomitorium: liquidū eſt medicamentū, tepidū affatim deuorandū potiuſquā bibendū, & ſanè copioſius, quo facilius ſurſum pellatur, quod ſi nō ſuccedat, penna oleo intincta guttur irritādū, vel digitis promouendū.

Vomitorium vſitatum.

Recipe aquæ decoct. hordei, libr.ii. oxymellis .ſ. vnc.i. olei, vnc.i. & med. miſce.

Vomitorium validius.

Recipe aquæ decoct. corticis radicum raphani, ſeminum atriplicis, & anethi, libr.i. oxymell. ſcillitici, vnc.ii. olei, vnc.i. & med. miſce. his ſi addatur elleborum, vel eius fruſta, raphano per noctem immitantur, validiſſimum etiam fiet.

Dentifricia, Græcis ὀδοντότριμματα, *vel odontica, de quibus ex Damocrate Galenus 5. de comp. med. ſecundum loc. cap. vlt. ad candidos, & immobiles dentes reddēdos, expoliendos, extergendos, ad laxas gingiuas comprimendas, ad halitus graueolentiam, diuerſimode etiam ad alia præparantur, vel in tenuiſsimum pollinem affricata, vel liquida ad abluendum, vel craſsiora effecta, & circunlita.*

Dentifricium vulgare.

Recipe cornu ceruini vſti, coralliorum rubrorum, oſſis ſepiæ, maſtiches, an. drach. med. his exquiſitiſſimè pulueratis, dentes, & excarnes gingiuas affricato. his adde ſi placet, roſ. gallarum, balauſtiorum, aluminis rupei, thuris, myrrhæ, partes æquas, & ſcillitico oxymelle excipe, vſu exigente.

Eſt & Dentifricium Gale. in quinti libri calce, cuius vſu, neque dolebunt dentes, neque findentur, neque parulides producentur, neque gingiuæ ſuperflua carne redundabunt, neq; fluxione infeſtabuntur, os odoratum reddens, & ſplendidos dentes. Sunt & plura Dentifricia ex Auic. lib. 5. ſumma 2. tract. 4.

Finis Radij Sexti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Septimus Condita, vel Sacchara, aut Conseruas decernit.



CONDITUM: hoc est sapidum, iucundumue linguæ, melle, aut saccharo dulcoratum, ad diuturniorem tutelam, & gustus gratiam, simulque vt recentibus proximum videatur, varijs modis vsurpatum est: vt quædam integra, melle, aut saccharo excoquantur, ad cuius intima vsque, eadem penetrare scilicet possint, vel acu expuncta, aut in frusta prius secta, & intus purgata: quædam etiam puluerata, in grumos exiguos saccharo coacta, alia absque coctura, eodem permixta. Condiuntur verò plantarum nunc fructus, nunc radices, surculi, atque flores, de quibus ordine dicendum est: condiendi nempe vox recentibus in angustum cogitur.

Chepulæ myrobalani sic condiuntur: recentes, & humidæ si harum est potestas, quotlibet accipiendæ sunt, vel saltem arte, & industria humectatæ, quæ stylo passim compuncto, coquantur ex aqua, igne lento, donec tenerescant, his in asserem missis, aqua exprimantur, deinde, biduo hydromellite mergantur, deinde igne lento clementer coquantur, vase vitreo recondantur, ac melle cui incoctæ fuerint mergantur. Dantur post sex menses.

Arte sic humectantur, infunde his aquam plurimam, in sola dies octo, deinde separatim obrue arena humida, quarto quoq; die nouanda, aqua sæpe superfusa, donec tumefiant, & humectentur: idque vel in dolio, aut alio vase magno fiat, vel in fossa quadam subterranea, magna, et loco humido: idem fit ex Auic. lib. 5. tract. 7.

Stomachum, & ventriculum firmant, appetentiam inuitant, coctionem promouent, rationalem animę partem vegetam reddunt, & sensificam, qua propter visum quoque clariorem, & vsu crebro iuuentutem diu tuentur.

Empellicæ: aqua effusa soli exponendæ, donec tenerescant, & humectentur, tunc expressæ, vt priores, biduo hydromellite macerentur, post igne leni coquantur, coctæ vbi refrixerint, mellis albi quarta parte adiecta, reconduntur: sunt qui præterea condiant aromatibus, cinnamomo, agallocho, cardamomo, croco, moscho, gallia, & similibus.

Ventriculum roborant, eius substantiam, & facultatem contrahendo, & intemperiem humidam corrigendo.

Hæ duæ species, quia sunt amplæ, condiri commodè possunt: vt etiam citreæ, ob id conditæ ad nos asportantur, raro bellericæ, & nigræ, & nisi inconditæ, chepulæ itaque, empellicæ, & citreæ, vel recentes, vel vetustæ, mangonio conditæ, quum è longinquis afferantur, maxima animaduersione prius ad intima vsque excutiendæ sunt, aqua tepida à melligine exutæ, an cariosæ sint, lignoúe, aut verius lapidi, siccitate, et duritie persimiles, quales plurimæ in emporijs visuntur, accurate indagandæ. Tanti .n. fiunt, & sæpe maioris quàm pro merito, ob raritatem, sumptum, & quia à distantibus locis euectæ existimantur. ita nempe communiter fit, ut in hortis nostris collecta, omnium linguæ non sapiant, nec ijsdem bene concoquantur, nisi ab Indis, aut Antipodibus afferantur: quod si non recentes præsertim, sed post humectationem conditæ sint, & dentibus non exquisite cōmansæ deglutiantur, suæ substantiæ duritie, & siccitate, ventriculum potius lædunt, quia difficulter coquuntur, & coctioni aduersantur, magisquàm astrictione roborando prosint. Chepulæ quia ex Aegypto conditæ ad nos afferuntur, quum casiam, aut verius ceratiam siliquam oleant, è quarum melligine illas asseruare consueuerunt Indi, atq; Aegyptij, ideo aqua madefactæ, saccharo rursus condiri à nostratibus consueuere.

Cydonia ampla, nulla putredine vitiata, depellata, intus purgata, in frusta idonea secta, coque in iulepo multū aquoso, postridie in iulepo alio propemodū perfecte cocto, percoque. aromatiza moscho, uase uitreo repone, eo iulepo cui incocta sint superdato. sunt qui ex melle coquūt: alij ex sapa, aut vino ex Auic. lib. 5. tract. 7. alij præterea cōdiunt aromatibus: alij aliter. hodie quadripartita, intus, & foris purgata, saccharo cōdiūtur.

Fluorem alui, vomitumque sistunt, ventriculum roborant, ob id coctionem iuuant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Gelu cotoneorum, vulgo gelatina.

RECipe cotonea quadrifariam secta, cortice, & seminibus purgata, tantisper coque ex aqua, donec tabescant, postea setaceo, vel lintheo raro transmitte, sine compressione, deinde cum saccharo percoque, ad cerati consistentiam pari amborum portione aliis sacchari clarefacti dimidio. si uerò quod restat uiolẽtius transactum, saccharo, uel melle, ad emplastri quasi compagem percoquatur, cydoniatũ uile constituit: primũ uerò res est perlucida, pulcherrima, & gustu gratissima.

Diacydonium vulgare.

Fit vt prius, tam crasso, quam claro simul excreto, cum saccharo vt prius percocto.

Aluum sistit ante epulas sumptum, post verò comprimendo soluit, & vapores caput petere vetat, ideo fluxũ, & vomitum diuersimode compescit.

Diacydonium ex succo cydoniorum, aliis compositum.

RECipe succi cotoneorum, & mellis despumati, añ. libr. iij. aceti puri, libr. ij. coque igne lento semper despumando, ad mellis crassitiem, tunc insperge piperis longi, zingiberis, cinnamomi, añ. vnc. i. caryophyll. ligni aloes, an. vnc. med. moschi, scrup. i. fit interdum sine aromatibus pro uaria utentium necessitate, fit & cum saccharo: alii aliter parant, ut ex Alexandro, Diamelon duplex, lib. 7. cap. 8.

Appetentiam languentem excitat, ventriculum, & hepar roborat, coctionem iuuat, & retentricem.

Non multum variat à Galeni compositione, 6. de tuenda sa. cap. 15. vnde hæc quibusdam additis, vt etiam ponderibus immutatis, transumpta videtur, veluti etiam plures Auicennæ traditiones, 5. can. D. 3. Fen 13. vt alia quoque ex Mes.

Pyra condienda sunt vt cotonea. Cor, & stomachum tuentur.

Poma condita vt supra. Cor firmant, syncopem, & cordis palpitationem sedant.

Poma condita cum aromat. officinis electarium, siue conditum de pomis aromaticum.

RECipe carnium pomorum dulcium, & redolentium, intus & foris purgatorum, & in frusta incisorum, libr. vi. sacchari, libr. v. aquæ rosʃ. libr. ii. ligni aloes, drach. v. santalorum, citrearum, drach. iii. caryophyll. vnc. med. cinnamomi, drach. iii. & med. ambari, drach. ii. moschi, scrup. i. eodem modo condiuntur poma acida, parua, & aromatica.

Cordis, & ventriculi imbecillitatem firmat.

Conditum ex amarinis, vulgo diamarenatum.

RECipe amarinas acidodulces, leuiter excoque aqua simplici, ut cortices cum nucleis remaneant, eidem aquę par saccharum adiicito, liqua, & agita ad electarii concrementum, uasculis repone. sunt qui amarinas saccharo clarefacto condiant, nec desunt qui gelu ex iisdem parent: alii aliter succo amarinarum saccharum clarificantes, eo amarinas excoctas excipientes.

Persica, vt cydonia condiuntur. Ventriculum calidum, & cor firmant, sitim sedant, oris fœtorem emendant.

Conditum ex persicis aromaticum off. electarium.

RECipe persicorum propemodum maturorum, intus, & foris purgatorum, & succi persicorum aliorum, añ. libr. iii. tere persica in medullæ consistentiam, coque cum syrupo, ut in condito ex cydoniis dictum est: ubi coctum erit, superasperge ligni aloes, santalorum citrearum, añ. drach. ii. cinnamomi, cubebe, macis añ. vnc. med. moschi, scrup. med.

Vẽtriculi ardorẽ mitigãdo ipsũ roborat, sitim extinguit, ablatis videlicet aromatibꝰ, tetrũ oris halitũ emẽdat.

Conditum ex fructibus, off. electarium, vel syrupus.

Recipe carnium cydoniorum, pyrorum austerorum, & malorum acidorum, aceti, omphacij, in quo rhu vigintiquatuor horis infusum fuerit, an. libr. i. carnium sorborum immaturorum, unc. v. sacchari, libr. quatuor, coque ad mellis crassitiem, percoctis adde succi oxyacanthæ, vnc. ii. antispodij, seminis, oxalidis, an. vnc. i. vase vitreo repone.

Datur à drach. ij. ad tres, cum frigida, aut succo citrij, & ribes, vel alio eiusdem naturæ.

Stomachum, omniaque intestina roborat; ideo omnem fluorem compescit, eorum intemperiem calidam corrigit, appetentiam inuitat.

Præpositus scribit sacchari, lib. iij. oxyacanthæ, vnc. iij. antispodij, seminis oxalidis, an. vnc. ij. Quidam hoc modo parant. rhu per diem naturalem aceto macerant, saccharũ omphacio dissoluunt, addunt acetum, ac fructuum carnes coquunt ad concrementum, adiungunt succum oxyacanthæ, & pulueres antispodij, ac oxalidis: coctum vbi fuerit recondunt.

Conditum ex prunis.

Recipe carnium prunorum nigrorum, oblongorum, mediorum, subdulcium, elixatorum in aqua, cui portulaca fuerit incocta, libr. ij. sacchari albi libr. i. aquæ violarum libr. ij. coque igne lento ad crassitudinem, reconde uase uitreo.

Ventriculi ardorem, & inde natam sitim extinguit, febres mitigat, aluum soluit.

Conditum ex sorbis.

Recipe carnis sorborum propemodum maturorũ, coctorum in aqua, cui prius rosæ, & cortices granatorum incoctæ fuerint, libr. iiij. mellis aut sacchari, libr. ii. & med. coque ad crassitudinem, & reconde uase. Da vnc. i.

Ventriculum roborat, immodicam purgationem sistit.

Idem ex mespilis, & his similibus fieri potest, ex cornis autem, quibusdam confectio cornalina dicitur, ex eorum liquore, & saccharo coctis, & coagulatis, gratissimi gustus dyssentericis, & mulieribus mensium profusione affectis vtilissima.

Citra, vel Aurentia condita.

Recipe cort. aurantiorum, tum magnorum quam uola manus capere potest, carne purgati, lixiuio claro mergantur dies nouem, mutato ad diem quintũ, post merge aqua clara, donec amaritudine deposita dulcescant, tunc uase mundo aqua fontis plurima coquantur, donec tenerescant, aquosa deinde substantia ab his expressa, in uase lapideo mergantur, vigintiquatuor horis iulepo sufficienti, ex saccharo albo, & aqua tripla constante, post coquantur igne lento ad penidiorum consistentiam, extracti ex hoc iulepo cortices, uase uitreo reponantur, superfuso singulis uicissim uelut incrustandis iulepo ros. ad mediocrem ceu sacchari candefacti crassitiem cocto. sunt qui ambaro, & moscho aromatizant. Datur post mensem.

Ventriculum, corque roborant, coctionem iuuant, oris halitum commendant.

Condita citria, aut cydonia, idem quod superius pollent: duas citriorum condituras deducit etiam Mes. ac Auicenna, lib. 5. Tract. 7. aromata addit, quæ & cotoneis indi possunt, videlicet cardamomi maioris, & minoris an. aur. i. caryophyll. cinnamomi, an. aur. med. moschi sextam, & medium sextæ drachmæ vnius.

Conditum buglossi aromaticum.

Recipe buglossi, menthæ siccæ, florum ros. cort. aut foliorum citrii, an. vnc. iij. ocimi caryophyllati, vnc. i. trium generum cydoniorum, trium generum pomorum, an. vnc. i. & med. serici crudi incisi, nucis moschatæ, zedoariæ, galangæ,

ben.

ben. utriùsque, santali citrei, croci, an. drach.i. & med. ligni aloes, drach.ii. vini & aquæ, an.libr.vi. mellis, libr.viii. aromatizetur moschi, scrup.i. galliæ, drach.ii. quidam legunt croci, an. unc. i. & med.

Efficax, & expertum ad cordis tremorem, stomachi imbecillitatem, deiectam appetentiam, coctionem imbecillam, & formæ corruptionem.

Secacul conditum.

RECipe secacul radices amplas, albas, teneras, à cortice cineritio, & ligno interno purgatas, in frusta pollicaris crassitudinis sectæ, vno caryophyllo humectatæ, & particula zingiberis humectati, vt mox in zingibere condito dicam, farctæ intus, unde lignosa portio exempta est, coquantur in æquali pondere sacchari, & duplo melle: uel melle solo, sed triplo, coctis addatur pondus aromatum iustum, paulo aliter parat Auicenna, lib.5. Tract.7.

Datur ab vnc.i. ad duas: mox etiam à cibo, & ante cibum, vel dormituris largiore etiam mensura.

Renes calefacit, venerem excitat, flatus tamen ventriculi dissipat.

SEcacul: eryngium esse, Syluius, ac alij plerique, peruerse inquam commenti sunt, vt cap. de secacul demonstratum est: eiusque loco eryngij radices vsurparunt, quum cynosorchis, Serapiadis, aut vtriusque satyrij, verius eidem vsui conueniant, & eodem modo condiri possint, & ad venerem proniores reddant.

Radix pastinacæ idem potest quod secacul, & similiter conditur.

Acorus, vt secacul conditur: at quia recens desideratur, arte vt in myrobalanis dictum est, humectari potest. legitima enim intelligenda, ne sumptu non necessario lædantur, ægri myropolijs vsitatam acorum suscipientes, neruorum affectibus confert, quin & singulis eius partibus, duæ secacul boni adduntur.

Zingiberis recentis, si haberi potest, sin minus arte humectati, pars vna, coquitur vt secacul, cum mellis partibus tribus, & sacchari parte vna. Sunt qui zingiberis humectati, & secacul, portionem æqualem simul condiant, fitque delicatius. quidam præterea condiunt aromatibus, alij aliter: humectandum autem zingiber album, purum, recens, aqua affusa primum, deinde arena obrutum, vt in cepulis myrobalanis dictum est, ceu quoque ex Auicenna, hac quippe ratione, gelida biduo macerati fructus radicesque sicciores intumescunt, recentibusque similes redduntur.

Intemperiem ventriculi frigidam, & humidam sanat, & ab ea tardam, & deprauatam coctionem, quæ cibos in acidam cruditatem corrumpit, viscerum lubricitatem corrigit, flatus dissipat, alimenti in hepar, & corpus reliquum distributionem celerat, calidis natura aut morbo, æstiuis potissimum temporibus noxium est.

Condiuntur præter hæc radices iridis, helenij, pæoniæ, lactucarum buglossi, brassicæ, poligonati. Sunt & alia condita, vt nuces myristicæ, cum maci integræ, iuglandes tenellæ, vua, cerasa, amarina, ex quibus vulgare Diamarinatum, oxyacantha, caryophylli, piper in racemis ex India, caro citrij, aurentia integra, limonia parua integra, quæ sæpe pro chepulis conditis venditantur, tametsi vnico duntaxat nucleo præditæ sint, & lignoso: limonia autem multis seminibus. Sunt & alia multa, & flores conditi, conseruas, vel sacchara vocant, vt infra, Auicenna quoque pruna, napos, amygdalas, ligna balsami, & multa condita exponit, lib.5. Tract.7.

Saccharum rosi.

RECipe folia rosi. albarum, uel rubrarum, nondũ perfectarũ, in umbra siccentur, donec ipsorũ humiditas excrementosa resoluatur, teruntur tunc in mortario lapideo, additur sacchari albi triplum, reponuntur uase uitreo, aut uitreato, pergamena operculato, mensibus tribus insolantur, indies sæpe agitantur, soli auferuntur seruantur. Sunt qui rosas omnino imperfectas condiunt, vt valentius astringant. sunt item qui rosas non terunt, sed forcipibus incisas, cum saccharo manibus curiose confricant, post insolant. hodie ex rubris ex unguatis, non siccatis, duplo saccharo conditis, mox reponitur citra insolatum, vase ad summum non repleto, ut feruenti sit locus, nec exiliat. sunt qui succo rosi. rubrarum, ad iustam crassitiem saccharum excipiant, ex Manardo, in placentulas, variisque fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

guris coactos, soli opertos exponant. Myrepsus ex duplo saccharo parat, 40. diebus insolat. Alii ex rosis rubris recentibus, exunguatis, in pila contritis, & in triplum sacchari cocti adhuc calentis proiectis, omnibus mixtis, aliquantulum coquendo, spuma interim detracta calidum reponitur.

Ventriculum, & cor, & reliqua viscera firmat, ipsorumque intemperiem humidam emendat.

CONSERVA VIOLARVM,
siue saccharum violarum.

Fit vt rosarum, nisi quod violæ diuturniori expansione, & insolatu egent: alij contra putant, quod earũ vis facilè resoluitur, ob id multo minus siccandas, vt capite de violis discussum est: eius tamen caudicula, viridiq; pediculo purgandæ sunt. Hodie ex succo, & saccharo, bucellas paramus in tenues defluxiones, vsu, & odore pergratas, vel singulis libr. florum sacchari libr. ij. vel libr. ij. & med. si flores sicciores videantur, ne nimio saccharo violarum virtus hebetetur.

Conserua buglossi, alijs saccharum buglossatum.

Fit vt violarum, Cor ipsum roborat, eiusq; tremorem, & syncopem sanat, violaceum autem bilis incendiũ, sitimque extinguit, aluum subducit.

Multis diabuglossatum, vt etiam diaboraginatum dicitur, ex floribus triuialis boraginis, quæ & manicos, & melancholicos iuuant.

Conserua rosmarini, fit vt rosarum.

Cor, ventriculum, cerebrum roborat, flatus pellit.

Fit & conserua foliorum cichorii recentium; ad partium nutritoriarũ intemperiem calidam, & obstructiones.

Fit quoq; ex floribus saluiæ, quibusdã foliis additis, diasaluiatũ vocãt, ad frigidos affectus cerebri, & neruorũ.

Fit etiam ex floribus genistę, vt floribus capparorum nondum apertis, aceto, & sale seruatis, ad renum, & lienis obstructiones, magno successu, in prima videlicet mensa, nec ingrato sapore.

Seruantur & hoc modo flores fumariæ, lauendulæ, sampsuci, melissophylli, menthæ, nymphææ, herbæ paralysis, cardui benedicti, liliorum conuallium, euphragiæ, sambuci, hyssopi, oxalidis, betonicæ, scabiosæ, quorum exemplo alia quoque recondi possunt, ad singulas sacchari, aut mellis libras, florum vnc. iiij. permixtis quod si florum maior addatur copia, valentior quidem fiet, at ingratior.

Mel ros. foliatum, aliàs cum folijs, vel non colatum, & colatum.

Recipe foliorum ros. ut dictum est in umbra siccatorum, uel nondum explicitarum, partes ii. in mellis despumati partibus sex, coquantur clementer quantum oportet.

Nunc fit ex tritis rosarum folijs recentibus: id vero postea igne liquatum, lintheoq; percolatum, mel colatum vocatur. Auicenna lib. 5. tract. 7. ex rosis exunguatis, confricatis, ac dissolutis, addit mellis spumati pondus confectioni idoneum, insolat diebus 40. mane, & vesperi mouendo, eodem modo parat mel violaceum, ac ros. Sunt qui succi ros. rubrarum, libr. i. accipiunt, cum libr. x. mellis spumati coquunt, addunt ros. exunguatarum libr. iiij. ad succi consumptionem. Aetius Tetrab. 2. serm. 1. cap. 135. parat ex succi ros. partibus tribus, mellis, parte vna.

Mel ros. alterum, quibusdam non colatum.

Recipe succi ros. & mellis, partes æquales, coque. sunt qui foliorum, & succi, añ. partem vnam, & med. mellis partes tres accipiunt.

Coquunt in partibus nutritoriis pituitam, tergentque, coctionem suo modico calore iuuant.

Est & Dioscoridis rhodomel, lib. 5. cap. 24. indeterminato pondere. at rhodomalum Pauli, ex succo cotoneorum fit, vt etiam ex Aetio, Tetrab. & serm. 4. cap. 119. at in rhodostacti. Paulus, lib. 7. cap. 15. succi ros. sextarios duos, mellis sextario incoquit.

Mel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Mel ros. solutiuum.

RECipe infusionis ros. nouies peractæ, mellis despumati parem mensuram, in syrupi consistentiam coque. sunt qui ad cuiusque libr. succi ros. vnc. i. addant, alii accipiunt infusionis ros. libr. x. mellis despumati, libr. v. coquunt ad modum syrup. ros.

Mel ros. solutiuum Alexandri.

RECipe succi ros. unc. xl. mellis, unc. xx. coque ad concrementũ, adiice diacrydij, unc. iiii. masticles, unc. med. uel mellis, & succi ros. an. libr. i. piperis, drac. i. zingiberis, drach. ii. scammonii, unc. i. alios mellis ros. solutiui modos, vide ex Myrepso, tractatu proprio, ex Aegineta lib. 7. cap. 5. Alexander tamen lib. & cap. 7. ut etiam lib. 12. cap. 6. & 8. aliquantulum uariat pondere, & simplicibus, ut etiam Aetius, Tetrab. 1. serm. 3. cap. 74.

Mel violaceum.

RECipe mellis despumati, libr. x. succi uiolarum, libr. i. igni admoueantur, quũ efferuescere incœperint, adde uiolarum, libr. iiii. coque ad succi cõsumptionem, continenter agitato, postea ad usus reconde. uel accipe mellis purissimi despumati, libr. x. violarum, libr. v. ferueant aliquantulũ, postea colo transfusa, ad debitã percoquãtur compagẽ. Idem est modus mellis ros. ultimo ante alterũ scripti.

Absterget, refrigerat, lubricat, vsu in clysteribus frequenti.

Mel myrtinum.

RECipe mellis despumati, libr. ii. succi myrtillorum, libr. i. coque ad succi consumptionem, percola sic fieri potest.

Mel passarum.

RECipe passarum unc. iiii. ex aquæ, libr. i. coque ad aquæ consumptionem, valenter exprime cui expresso, adde mellis despumati duplum, percoque quantum opus est, vase uitreo repone: alij mel non addunt ex Fuchsio.

Mel anacardinum.

RECipe anacardos recentes, tere, in aqua percoque, donec melliginẽ quandam in rubro fuscam remittant, eam aquæ innatantem auferto, & reponito.

Penidiæ, etiam hordeatæ.

RECipe sacchari albi, libr. ii. infunde aquæ fontis, libr. ii. uel hordei, si hordeatas maceis, quales diaphœnico immiscentur, coque, & coquendo asperge amyli, unc. i. ad duriusculum concrementum, & quoad fila inter digitos ducat, & manus non inquinet, affundendo paulatim oleum amygdalarum dul. tunc subige in marmore, eodem oleo illito: uel si saccharum prædensum est, ad eius quanlibet, libr. mellis, unc. i. adiice, deinde in clauo longo, curuo, tanquam funem aliquem nunc trahe, nunc rumpe, nunc duplica, quoad omnino albescat, ut sit diutius tractabilis, forcipibus diuide earum modum uide ex Albucasi.

Manus christi, etiam cum margaritis, alias perlata.

RECipe sacchari clarefacti, libr. i. aquæ, aut succi ros. violarum, buglossi, libr. med. coque ad iustam crassitiem: vel adde pul. margaritarum, vnc. med. aliis, vnc. i. super marmore aqua ros. & saccharo asperso, effingantur orbiculi, qui nomen aquæ retineant, aut violarum, uel buglossi præscriptæ, his coralliorum rurbr.

drach

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

drach.med.santal.scrup.med. addi possunt. vt pharmaca, uel deorum manus dicta ex Gal. 6. de comp. med. secundum locos, cap. 3. tale nomen fortasse nacta sunt.

In ardentibus sitim sedant, & cor tuentur.

Saccharea placenta: alijs maza panis, siue marci panis, vt marciaton vnguentum, à Marci cognomento.

Recipe amygdalarum dulcium, delibratarum, libr. med. arte contusis, adde sacchari puluerati, libr. i. diu inuicem subige, asperge aqua ros. aut violarum vt aptius coeant, extensis crustam superdato ex saccharo, in quo parum tragacanthi dissolutum sit, & ex oui albo clarefacto, vt vitri modo perluceat: sæpe ex seminibus communibus, pineis, pistaceis, caporum, perdicum, aut phasianorum pulpa, eadem arte parari potest, vt quæ pasta regalis vulgo dicitur, ex regiis Messelectariis transumpta.

Semina condita, siue confecta, vt etiam cortices.

Amigdalarum dulcium, cucurbitæ, melonis, coriandri, pistaciorum, pineorum, anisi, fœniculi, seminis sancti (granellam vocant) papaueris, prunorum, & cerasorum, Barbaris machaleb, quod tamen aliud est Serapioni. aliaque non pauca, vt aurantiorum cortices, minutatim secti, cinnamomi, &c. quæ si magna sint semina, videlicet interdum depellata, si parua, qualia tulit natura, saccharo ad syrupi consistentiam cocto, his manu subinde motis, succussis, confricatis, paulatim cochleari affuso incrustantur, & ceu tectorio quodam, & ductili tunicarum facilitate, modo corticis crassitie, modo cutis tenuitate vestiuntur, succussa continuo pelui, minora scilicet, manibusque versata, postremo saccharo paulo crudiore, vt leues & polita sint facie.

Finis Radij Septimi.

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Octauus, Collyria, Pulueres, Odoramēta, Suffitus, Pessus, Fomenta, Sacculos, explicat.



COLLYRIA: idest ocularia medicamenta, quædam liquida sunt, priuatim hac voce nuncupata: quædam arida, Barbaris Sief vel pastilorum more, aut pyramidarum instar compacta, quæ trita, & in cote læuigata, in tenuißimum puluerem profluenti latice, aut liquore aliquo permixta, & dissoluta: vel eodem in lintheo raro macerata, oculis instillantur: de his Paulus, libr. 7. cap. 16.

Collyrium citrinum.

Recipe cadmiæ vstæ, in lacte muliebri extinctæ, & lotæ, vnc. i. cerussæ lotæ, vnc. ii. croci, vnc. med. opii, drach. i. tragacanthi, drach. ii. aquæ pluuiæ quantum sufficit, vtere cum albo oui.

Oculorum doloribus vehementissimis, vlceribusque conuenit.

Cadmia: quibusdam climia, ex Dioscoride lib. 5. cap. 40. optima est Cypria, botrytis nomine, densa, modice grauis, & in leuitatem magis inclinans, racemosa facie, colore spodij, quæ fracta cinerulenta est, & æruginosa: proxima habetur foris cœrulea, intus candidior, internatis venarum discursibus, onychite lapidi aßimilis, cuiusmodi sunt quæ à veteribus metallis effodiuntur: quædam etiam placodes, idest crustosa dicitur: segmentis quibusdam, perinde quasi Zonis cincta, ob quod etiam Zonitim appellauere: alia Ostracitis nominatur, gracilis ex Marcello, valida, magna ex parte nigra, sed quæ testaceam faciem habet, terram amplexa est, improbatur candida, oculorum medicamentis botrytis nomine, & onychitis vtiles, reliqua ad emplastra, & farinas, quæ cicatricibus inducendis insparguntur: ad eadem Cypria prodest, ex Macedonia verò, Thracia & Hispania delatæ, improbantur, lauatur in mortario, trita, affusa subinde aqua, dum sordidum nihil emergat, dehinc coacta in pastillos redigitur. ex Galeno etiam 9. simpl. accuratè declaratur, vt ex Plinio lib. 34. cap. 10. eius enim plura sunt genera, quin & facticia est, & foßilis, ea verò Tutia est Alexandrina, quia curua & caua calaminaris vocata, idque ab his qui botrytim, tam apud Perzenum, in Tridentino agro, quàm apud Sbusium in Tirolensi comitatu, in partibus æditioribus domorũ, in quibus fornaces extructæ sunt collegere, è cuius genere vulgarem tutiam esse asseuerant: quamuis alij pompholigem commenti sint, vt capite proprio: quæ tamen lanarum penniculis simillima est, ac vsque adeo leuis, vt facilè volitet: nec mirum videatur, si legitimum cadmiæ cognomen, in pompholigem transierit, quum etiam Dioscoridis seculo, spodij vicem medicis suppeditaret, hanc superare ex oleæ syluestris foliorum cinere, scribit Albucasis. cadmia, ut etiã pompholix, per initia emplastris miscetur: Cauendum à cadmiæ quodam genere Aldebergi, qui operariorum pedes aquis madidos, atque manus exedit, pulmones, & oculos lædit. Est & alia, è qua æs tingitur in orichalcũ.

Cerussa parant Rhodij, in dolijs sarmento componentes, acetum suffundunt, & supra sarmenta plumbeas massas collocant, deinde dolia operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant, post certum tempus aperientes, inueniunt è maßis plumbeam cerussam. hæc quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignis incendium, efficitur sandaracha: vel vt infra, id autem incendio facto, ex casu didicerunt homines: eaque multo meliorem vsum præstat, quàm quæ in metallis per se nata foditur: hæc eadem & myropolijs, & pictoribus vsitatißima, quot modis paretur Dioscor. authore, lib. 5. cap. 53. facillime comprehenditur, ex Hispania candidiß. vehitur, fucis muliebribus aptißima. Lauatur cadmiæ modo: ex ea fit vt supra Sandix: idest vulgare minium, idem quod cerussa vsta, non autem sandaracha foßilis, sed facticia, in ferream patinam posita, agitataque iuxta ignem, tantisper donec rubescat, splendeatque in alba emplastra, postremo mittitur

cerussa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cerussa, sic enim colorem conseruat, magisque albescit: in nigra autem principio, cocta nempe largius nigrescit. Minium autem in fine admiscetur.

Collyrium rosaceum.

REcipe foliorum ros. rubrarum, drach. xv. croci, gummi arabici, an. vnc. i. opij, spicæ indę, an. drach. ii. aquæ pluuiæ quantum sufficit.

Oculorum doloribus prodest.

Tria rosacea collyria describuntur ab Auicenna 5. can. summa 2. Tract. 1. à præscripto non longe abest Aetius, Tetrab. 2. serm. 3. cap. 108. est & album diarhodon Pauli lib. 7.

Collyrium album s. & cum opio.

REcipe cerussæ lotæ, drach. x. sarcocollæ crassæ, drach. iii. tragacanthi, drach. i. fiant ex his formæ lentium similes, cum aquæ ros. si cum opio parare libeat, adde opij, drach. med. Aliud est è Rhazi pondere diuersum.

Vlceribus oculorum, inualescenti ophtalmiæ, aquæ ros. albo oui, & lacte muliebri solutum.

Est & collyrium album Galeni 5. de compo. med. secundum loc. cap. 7. vt etiam ex Aetio, Tetrab. 2. serm. 3. cap. 98. longe diuersum, at cap. 104. proprius accedit: album Galeni sic fit.

REcipe cadmiæ lotæ, drach xvi. cerussæ, drach. vi. amyli, gummi, tragacāthæ, an. drach. iiii. excipe aqua pluuia: si opus est, adde opij, drach. ii. vsus est cum ouo.

Ad epiphoras, & affectiones inscribitur, tripherum est, & delicatum.

Collyrium thuris.

REcipe ammoniaci, sarcocollæ, an. drach. v. thuris, drach. x. croci, drach. ii. cum mucagine fœnugræci formetur.

Oculorum tumoribus, doloribus, vlceribusque.

Alias sarcocollæ an. drach. med. legebatur, pondere diminuto, ob S, quod semis medicis significare videbatur, vt Arithmeticis ℥ præterea Mes. cap. de oculorū vulneribus, ex Zaccharia referens, an. drach. v. legit.

Est & pharmacum ex thure, accommodatum ad fluxiones, & chemoses, ex Galeno 4. de composi. med. secundum loc. cap. 7. hoc modo.

REcipe cadmiæ, thuris, an. drach. xx. cerussæ, drach. xl. gummi opij, an. drach. vi. aqua pluuiali excipito. Galenus autem sic præparat.

REcipe cadmiæ, pompholigis, thuris, an. drach. x. cætera similia: admouet cū ouo. Aetius, Tetrab. 2. serm. 3. cap. 106. addit terræ asteris, drach. vi. legitque thuris, an. drach. viii. Est & collyrium è thure, Dialibanu dictum, ex Paulo lib. 7.

Collyrium plumbi.

REcipe plumbi vsti, stibii, pompholigis lotæ, æris vsti, gummi arabici, tragacanthæ, an. vnc. i. opii, drach. med. tere, cerniculo transmitte, asperge aqua pluuia, & forma.

PLumbum: notißimum est, triplexque ex coloris varietate, & si Plinio lib. 34. cap. 17. duplex tantum sit differt à stanno ex nigro, & argentario composito. eorum natura vide ex Alberto lib. 4. cap. 4. & 5. sic vritur ex Diosc. lib. 5. cap. 48. superquam tenuißimas plumbi laminas fictili nouo inditas sulphur inspargito, additisq; aliјs rursus laminis, intericecto semper sulphure, vsque dum vas expleueris succendito flagrante autem plumbo, ferrea rude versato, donec perfectè redigatur in cinerem, nihilque è plumbo non vstum hæserit, tum demum obstructis naribus eximito: alioquin halitus plumbi noxius sentitur. Sunt & aliј vstionis modi, quos ibidem ediscere potes. lauatur vt cadmia, & reconditur. at prius ex Dios. eodem libro, capite præcedente, in mortarium plumbeum aqua inијcienda, pistillo plumbeo agitanda, donec nigrescat aqua, & limi modo crassescat, aut lutulenta reddatur, lintheo, deinde colatum exprime, & exsiccatum repone. vel lintheo deinde colato, aquam superfundens, quo facilius quicquid est resolutum incerni poßit. hoc iterum facito. vsq; dum satis tibi habuisse videatur. Sunt & aliј ex eo modi. Scoria plumbi, est spuma illa, quæ superne expuitur, quum in fornace percolatur, non autem plumbago, à liquato plumbo quasi excrementum recedens molibdena

Plūbago.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Græcis de qua Plinius lib. 34. cap. 16. hæc autem vt lythargyrum excoquitur, sed eo vsque dum non modo digitos non inquinet, verum etiam ex igneo colore in rufum, & vehementer floridum elanguescat. at plumbum vstum in media coctione adiungitur: quo pacto plumbi venam expirare: vide à Georgio Agricola 7. de re metallica eius natura ex Alberto lib. & cap. 4.

STibium: vel stimi, officinis, vulgoque antimonium, ex Diosc. lib. 5. cap. 49. optimum, quod splendidum est, modoque nitedularum emicat, confractum, crustosum, nihil terræ, aut sordidi habens, friabile, quod stibi appellarũt: alij platyophtalmon. Duo eius genera, mas, & fœmina, magis probata, horridior est mas, scabriorque, & minus ponderosus, minusq; radians, & arenosior. Fœmina contra nitet, friabilis, fissurisque non globis dehiscens, ex Germanicis, Gallicisque fodinis affertur: nec deest Venetijs adulterinum, eo prius tuso, & in massas concreto. Mulieres natiuo decore non contentæ, ad fucum, & amoris illecebras abutuntur. Hic in Brasauolum tela iacit Matthiolus, quia dixerit in hoc à plumbo differre, quod antimonium teritur, & non funditur, plumbum funditur, & non teritur. quamuis antimonium perinde ac plumbum colliquescat, eius rei periculo sæpius facto, in sui olei ex stibio præparatione. Hæc Matthiolus sanè singulari eruditionis genere, & veteri argumentorum ratione, quibus plurimum excellit. propterea nisi quis ictus depelleret, & horum vulnerum medelam probe cognosceret, vt sæpissime animaduersum est, iam millies defatigaretur. quanquam præscriptis adiecerit Brasauolus, tamen arte quadam antimonium fundi potest, sed non facilè vt plumbum. En ergo quali cum homine causæ dicantur, quamque repudiandæ sint eius simultates, quũ eos dixisse velit, quod non dixerint, vt à quibus sapientiam didicit, sapientior credatur. cum quo libuerit metallo in vasculo fusorio permixtum, etiam si ferrum sit, siue chalybs, celerius eliquandi materiam præbet. sic torretur, pinsita farina circunlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculetur crusta, exemptumque restinguatur mulieris lacte, quæ marem peperit, aut vetere vino. vritur carbonibus succensis efflatum, quoad igni deflagret, si enim paulo magis concrematur, plumbi quoddam genus fit. lauatur vt cadmia, & æs. Sunt qui vt plumbi scoriam, recrementum scilicet eluant. Est & antimonium, Myrepso pyrethrũ, vt aduertit Fuchsius. quo pacto stibium excoquatur, vide ex Georgio Agricola 9. de re metallica. quo autem paretur ex Senensi lib. 5. vt gr. tribus subductoriam vomitoriamque facultatem asciscat in pestem diutinas febres asthma, epilepsiam conuulsionem lethargum, paralysim, colicos mirificè adeo, vnoque ore certatim vsque prædicant, vt nimio exemplorum cumulo grauatus oblatam occasionem explere, vix possim. quum vtrauis parte præter antiquorum opinionem, Dioscoridis vmbra purgatorium proponit ex capite de cucumere agresti, quum inquit. quod si in animo sit deiectionem moliri, adiecto salis duplo & stibij, quòd colorare sufficiat ex aqua erui magnitudine catapotia, dato nam sic vomitui resistit, suaque grauitate ne elacterium enatet. Quis enim crediderit hic addi, vt valentissimo vim soluendo addat, seu potius infrenet, vel sibi opponatur Dioscorides ibidem deprauatus stibij hoc in capite nulla in Serapione memoria præterea abundè liquet stibij puluerati, gr. etiam sex & octo, ab audaci quodam bis exhibita grauitatem, & stomachi subuersionem peperisse, nec vltra, quod si præcipitati instar ignea vi, addita præsertim chrisocola deleteria (alijs etiam nitro) eodem effectu oppressa natura sursum, ac deorsum maxima vi cum venenato medicamine humorum congeriem excernere dicatur, vt neque illa hydrargiro facultas, stibio hæc quoque tribuenda nõ est, sed astrictoria & omnino dissimilis ex vniuersa Græcorum, atque Arabum schola hæc paucula, maxima animi intentione, veritatis inquirendæ gratia, aspersi, vt maxima cura multiplici fraudi opponatur, vt vocat iuris prudẽtissimus, peritissimus, integerrimus, atque incorruptissimus, Tulius Albonensius Illustrissimi omnium virtutum speculi, atque exemplaris Cardinalis Borrhomæi censuũ præses simulq; Illustrissimus Comes Octauianus Languscus herbariam, ac sublimatoriam, quod mirum est in tanto homine diligentissime excolens Matthioli dicta, multi apud eos momenti habenda quidem esse, & si penè inuiti dissentire compellamur, quum infirmis rationibus aliena gloria magnificum niti cognoscimus. Quandoquidem nobis assistentibus latericia quadam, strue composita ignitis carbonibus capaci auri fabri vasculo, cui stibij puluerati libr. i. inerat, suppositis ferrea virga horis x. continuo versata, tandem fumum eructare desiit ad selibram, & semidrachmam quasi cineris producta. Quare semidrachma detracta perendie stibij crudi vnc. i. chrysocolæ argentariorum semunciam addi iussi fictili ardentissimis carbonibus supposito, paulo post colliquescere cœpit, ferreæq; spathulæ tactu adhærere, tunc per interualla experiri volui num rubesceret, id quòd multum cunctatus quum nunquam assequerer, sed lucidi nigroris gutulas tabellasque sub porphyrio vase ab igne deposito ne contentum vreretur dimidiam partem coegi, reliquum igni rursus admoui, vt vlteriori coctura, ruborem sibi conciliaret, at statim in grumos cohaluit deiectumq; est, iamq; bis terúe à nobis præparati, grana primũ quatuor mox quina senaúe cũ sacchari ros. drach. ij. mastiches, scru. i. sepius obtuli quinquies, octiesúe subduxit per vomitũ semel, vixq; bis nulla omnino noxa, nullis vel exiguis torminibus, quod mirum sanè mihi visum est, quũ alioqui ex rubro, non parua incõmoda sæpe contingant.

Brasauol° à Matthioli nota vẽdicatur.

POmpholix: officinis Tutia, impropriè, nomine à Mauritanis accepto, quum ex Dioscoride lib. 5. cap. 41. specie sola, non genere à spodio distat, pinguis est, & candida, vsque adeo leuis, vt in auras euolare possit. huius duo genera, vnum ad æris colorem vergens, subpingue, alterum magnopere candidum, summamque leuitatem nactum: candida fit pompholix, quoties in perficiundo ære, fabri præstantiorem facere volentes, detritam cadmiam cumulatius insparserint, nanque tenuissima fauilla, quæ effertur, in pompholigem coit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

coit. Cæterum pompholix non ex æris modo materia, & fabrili industria factitatur, sed ex cadmia quoque ad gignendam ipsam follibus eximie perflatis. huius faciendi ratione, ex Diosc. requirito, pluribus modis adu teratur, quod facilè cognitu fuerit: quippè nihil in his probandis inuenietur, eorum quæ antedicta sunt. Mat thiolus vt capite de cadmia tactum est, communem tutiam pompholigem haud esse, non vulgaribus sanè argu mentis demonstrat, quanquam non huius modo, verum quoque præteritæ ætatis medicamentarijs; simulq; Ma nardus, ac Brasauolus, in communi errore versantes, tutiam officinarũ pro pompholige semper habuerint, quæ tamen leuissima est farina. Tutia autem in lapidis duritiem contracta. Quare huic astricti, memoria bene- ficij sempiterna deberemus, si pompholigis succedaneum indicasset, ita enim stupidi effecti, quum re satis op- portuna vterentur, tutiam haud esse pomphiligem audientes, multo magis nutant, & vacillant, nondum vera à fodinis afferri cœpta, propterea quum ex cadmiæ fauilla, in glomusculos vellerum similes, summis fornacum caminis adhæreat pompholix ipsa, vt etiam ex Galeno 9. simpl. tanquam eiusdem speciei, & naturæ, altera al terius defectum sufficere poterit. Denique id vnum silentio non prætereundum duxi, plurimam videlicet re- periri tutiam facticiam, non vt ex Alberto lib. 5. cap. 8. sed criminosam, ex cinere sarmentorum vitium, sti- bio, alijsque, in massas oblongas arcuatas, quam rudem tutiam appellitant, postea hac industria finientes, eius- dem polline modica aqua irrorato, postis conuexo igneo vapore calefacto, quo globulos contrahat, & cũ alia quauis cadmia comparata, effigie, colore, & frangendi contumacia, secerni haud valeat. idque nobis dunta- xat aperuit pharmacopola quidam, vniceque innumera, & penè incredibilia huiusmodi figmenta indicauit, quæ ascribere ex Galeni præcepto, vitium est, ne à sceleratis adiscantur, ingenij tamen sui mẽtiendi, atque illu dendi vim, versutiæ plenam testata sunt. ita enim mei nominis studiosus subiunxit: quum certò sciam te adeo virtutis, ac veritatis amore flagrare, vt non modo Euclidis Geometræ Megarensis exemplo, Athenas conuo- lare, & Socratem visere, sed etiam totum orbem perlustrare, rei medicæ desiderio tractus, non recusares. ideo hæc Dij immortales, vt animi nostri puritatem agnoscant, nunquam enim talia venumdedi, neque alios edocui à multis etiam expetita. quippè quum tibi, collegisque tuis officinam nostram quotannis visitantibus, vrbis, & decreti vestri præclara consuetudine, hæc mea figmenta, alijs Venetijs tamen empta compararentur, doli in- scij, probatiora hæc, eligibilioraque commendarunt, summis laudibus me, vt scis, extulerunt quod omnibus me lius mercatus essem, nec tu ipse nisi occulata fide hæc eadẽ perspexisses, amicitiæ pignori vix fideres, vix talia patrari posse, tamque aptè fucari credidisses, quamuis fallacia alia aliam trudat, aliudq; ex alio mangonium: quum præsertim Lusitani omnium generum mercimoniorum verissime corruptela credantur, & si Damianus istius rei culpam in Tabernarios, propolas, & institores reijciat: alij in Maumetanos, quod rem sanctam, sa- craque Dijs facere sibi pollicentur, quoties alienæ fidei mercatores illudant, atque defraudent, vnde latissima ad errores fenestra relinquitur. nec ideo desunt legitima, nullo adulterio excepta, paucis admodum explora- ta. vt tandem omnia penè ficticia nostris in officinis passim circumferantur. Hæc veridica me hercle extitisse cognoui, vt nisi Deus Opt. Max. huic morbo medelam ferat, mendacijs ita demum obruemur, vt ad Trya- rios redijsse, & summo exitio conflagrare medicinalia fateamur. Denique ex Georgio Agricola 6. metallico- rum cauendum summopere à pompholige nigra Aldebergi, in Missena, quæ ad ossa vsq; exedit, vlcerans.

Manardi ac Brasauoli laps.

AEs vstum: Arabibus calcecumenos, ex Diosc. lib. 5. cap. 13. probatur rubrum, & quod contritu colo- re cinnabarim imitetur, nigrum verò, plusquam deceat exustum est: fit autem è clauis solutarum na- uium, fictili crudo compositis, subsperso sulphure, cum sale pari, omnibus vicissim inspersis fictili cir- cunlito, singulari creta spiramento, fornacibus inditur donec figlinum percoquatur: alij aliter parant. prin- cipem locum tenet in Memphitide combustum, proximum in Cypro. nostrum nimia vstione nigricat, ideo ine- ptum, quem errorem emendabit diligentia, vt nauium clauorum nostro æuo defectum, æs ipsum vetustum. La uatur vt cadmia, mutata ter die aqua, donec nulla prorsus sordes emergat, non protinus ab initio ad coquen- dum inijcitur, sed vbi emplastrum semicoctum fuerit. finis coquendi est, quum color ipsius nisi admodum exi- guum indatur superet, & emplastrum rufum efficiat.

Collyrium rubrum.

R. Ecipe lapidis hæmatites, chalcitidis ustæ, an. drach. iii. æris vsti, drach. ii. myr rhæ, croci, an. drach. i. piperis longi, drach. med. aspergantur vino, & fiat. Rhazes chalcitidis loco cerussam habet, nec piper.

Oculorum scabiem, & caliginem, ex humorum frigidorum crassitie, hypopius sanat.

Collyrium viride.

RECipe æruginis æris, drach. iii. chalcitidis ustæ, drach. vi. sandarachæ, nitri, al- çyonij, an. drach. i. salis ammoniaci, drach. med. gummi ammoniaci, succo ru tæ soluti, drach. ii. omnia ex hoc consperge, & collyrium compone. pro chalciti atramentum sutorium, legitur quibusdam.

Scabiei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Scabiei oculorum, ac pterygiæ, frigidisque eorum morbis præstantissimum.

Aerugo æris: vt rubigo, seu ferri ferrugo, officinis viride æris, Arabibus ziniar, ex Diosc. lib. 5. cap. 45. fit his modis. in cadum, aut aliud consimile vas, acetum quàm acerrimum infunditur, superponitur inde inuersum æneum vas, præsertim concameratum, sin minus planum, sitque obstructum, nullumq; habeat spiramentum, exempto quo doliolum obturaueris operculo, decimum post diem insidens ærugo deraditur. rasilis ideo vocata, aut æris lamina in cadis super acetum, ita suspenditur, ne ipsum attingat, & totidem post dies raditur, aut massula æris, aut lamina vna, pluresúe, vinaceis non recentibus, sed iam acescentibus conduntur, & simili modo versantur, pluribus alijs modis paratur: aliqui tamen adulterant, nec fraudis expers est in Tabernis repertum, id quod quomodo deprehendatur, vt quod sponte in Cyprijs metallis gignatur, atque è specu quodam emanet, ediscendum, ex Diosco. nam & fossilis Græcis ιος σκώληξ dicitur: ærugo itaque, & æris flos, diuersa sunt, vt eo in capite discussum est. Aerugo viridibus emplastris post coctionem inijcitur, in melinis quum semicocta est, cætera latius ex Paulo lib. 7.

Alcyonium: officinis spuma maris, quinque est generum, ex Diosc. lib. 5. cap. 83. vnum spissum, acerbi saporis, tetri odoris, spongiosa facie, ponderosum, & piscem olens, quod plurimum in litoribus inuenitur: Alterum pinulæ oculorum, aut spongie simile fistulosum, & leue, odorem algæ referens: Tertium vermiculi forma, & odore, magis purpureum, quod Milesium quidam vocant. Quartum succidis velleribus non dissimile, multis inanitatibus hians, leue. Quintum figura fungi, sine odore, asperum, parte interna quodammodo pumicosum, foris leue, acre, quod plurimum in Propontide, iuxta insulam Besbicon appellatam gignitur, patrio nomine spumam maris vocant, ad nos prima species nonnunquam affertur: horum verò facultates vide ex Galeno 11. simpl. sic crematur alcyonium, cum sale in crudum fictile mittitur, oblinitur vasis spiraculum luto, ita fornaci mandatur, & quum figlinum percoctum fuerit, extrahitur, ad vsus reconditur, lauatur vt cadmia.

Sal ammoniacus: officinis armoniacus, ex Diosc. lib. 5. cap. 75. peculiariter laudatur, si modo findi facilè possit, & in recta segmenta deduci, in Aphrica squalentibus admodum, atque arenosis locis, potissimum iuxta Ammonis oraculum defoditur, in frustula oblonga, extra nigra, intus albentia, aluminis scissili similitudine, parum lucida, saporis ingrati, & intensæ salsedinis, ex Germania huic similis vt plurimum affertur, facticius tamen: hocque ammoniaci vice vtuntur, vel salgemmeo, vel communi albissimo, loto, & siccato: alter autem quo vtuntur Chymistæ, auri fabri, & ærarij, ad vsus medicos non recipitur. legitimum à facticio dignoscitur, crustis oblongis, lapidi speculari similibus, quod in igne crepitat, & exilit, quod subditiciū nō facit.

Collyrium calcathi.

Recipe æris vsti, chalcanthi, an. drach. med. æruginis æris, drach. ii. salis ammoniaci, nitri, arsenici, sublimati, an. drach. i. contere per hebdomadem vnam, linque, deinde collyrium forma.

Vngulæ fistulis, ceratoidis velo, adnatisq; oculorum membranis, omniq; frigido affectui salubre.

Chalcanthum neutro genere, vel chalcanthus masculino, & fœminino, ex Galeno, 4. de composi. med. secundum locos, vel atramentum sutorium, falsò colcotar, officinis vitreolum, quoniam vitri modo pellucet: ex Diosc. lib. 5. cap. 44. genere quidem vnum, & idem est, molle, & concretum, sed in specie tres differentias habet, vnum stillaticium, alterum concreticium, tertium coctile, & in Hispania fieri solet, sed inutile, & inualidissimum esse constat. Optimum creditur cœruleum, graue, concretum, translucens, cuiusmodi stillaticium est, ab alijs lonchiton nominatum, proximum concreticium, coctile verò ad infectus, & denigrationes, aptius cæteris esse compertum est, ad medicinæ vsum inualidius esse experimēta docent, in Italia duum est generum, natiuum scilicet, per se se in terræ visceribus concretum, coppa rosa vocatum, omnium valentissimum, præsertim ad acerrimum illud oleum eliciendum. id verò chalcitim esse putat Cardanus, vt capite proprio deductum est, & si nullis omnino notis illi respondeat: præterea atramentum esse melanteriam, & ex vitreoli genere, res ipsas vocum deformitate implicās asserit, quòd metallicum atramentum, cinerei, nigriq; coloris cum Fuchsio, æquius vocasset: Amathus autem melanteriam sæpe in se continere aliquid argenti. Est & facticium, multiplex sanè, locorum diuersitate maiorem, vel minorem vim sortitum, quorum Romanum cognomento, colore & si remissius, præstantius tamen est: proximum huic locum obtinet Cyprium. Germanicum autem, & si facie coloratius oculis magis ablandiatur, tam ad educendam ex eo aquam fortem, quàm ad pannos inficiendos, tam in re medica, quàm ad alios quosvis vsus, segnius, atque imbecillius est. præparatur chalcanthum aqua ros. irroratum, ad imbibitionem, postea siccatum, aqua rursus aspersum, terna vt prius repetitione. Vritur vt chalcitis, cuius in capite quum accuratissime chalcanthum perstrinxerimus, eadem hic rursus inculcare superuacaneum nobis videtur, in media coctione emplastris inditur, coctum verò vehementiorem eius colorem efficit, & si alia ei non resistant, nigrum quatuor modis confici potest, ex Georgio Agricola, libro 12.

Coppa rosa.

Cardanus fallitur.

Collyrium

Collyrium ex fellibus.

RECipe fellis gruis, lucii, hirci, accipitris, aquilæ, & perdicis, omnium siccorum, an. drach. ii. euphorbij, colocynthidos, sagapeni, in tenuissimum pollinem redactorum, an. drach. i. succo fœniculi excipe.

Cæcitati ex humorum crassitiæ, cum neruorum opticorum obstructione, & ceratoidis duritie, senio'ue, mirandum: contra suffusiones incipientes, & oculorum caligines, & palpebrarum ac genarum pituitosas scabrities, multo efficacius.

FEl: hoc est ipsissima bilis flaua, & purgamentum pessimi sanguinis, humorum calidissimum, cuiusq; natura, intensis, & remissis viribus differens: quo liquidius, & magis in pallorem deuergit, eo minus calidum, illo qui spissus est, & coloratus: in cisti, aut vesicula quadam, sub ima hepatis parte sedem habet frequentius, quibusdam in cauda, in intestinis, in ventriculo, quibusdam adeo exiguum, & obscurum, vt nec deprehendi, nec colligi facilè possit. vt ex Aristotele 1. de animalibus cap. 15. ex Diosc. lib. 2. cap. 70. Fel omne curatur hoc modo. recens præligato ore folliculi, lino, tandiu demissum in feruentem aquam, dum quis spatium trium stadiorum percursaret, mox exemptum, siccatur vmbroso loco, aspergine mnon redolente, sed quod ad oculorum medicamenta adijci solet, ligatum lino, in vitreum vas, quod mel habeat, immittitur, circumuoluto ad os vasis lini principio, & operto vase reconditur. Fel canis piscis, tam lethiferum esse scribit Matthiolus, vt lentis quantitate propinatum, septenis diebus interficiat. id verum haud esse in brutis, canibus præsertim, experti sunt Curiales quidam Sabaudienses, dum Nicææ hospitarentur.

Matthiol' exploditur.

GRues: quæ et Palamedis aues, quum soliuagæ non sint, seu pascentes, seu volantes, ducem sequuntur ex Plinio lib. 10. cap. 23. & in agmine extremo, per acies qui acclament, dispositos habent: volantes itaq; ordine quodam Y. faciunt, excubias nocte diuidunt, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligentiam coarguat, capite subter alam cōdito dormiunt, alternis pedibus insistentes, notissimæ sunt.

LVcius: locorum diuersitate, diuersis nominibus insignitus, piscis est voracissimus, minutorum prædo, in fluuijs, riuisque, frequentius inhabitans, à piscinis enim arcetur, ne aliorum nece sterilescant: quibusdam lupus vocatur, qui tamen stercorum, ac latrinarum auidissimus est sectator, quum lucius in puriori aqua libentius degat: quidam accipenserem falsò vocant, vt ex Plinio lib. 9. cap. 17. quumque Saboth Maurorum lingua scribatur, propè incerto cognomine. alijs alia ad libitum statuentibus, quod sibi velint nondum assecuti, coniectura propius accedimus. eius mandibulæ magno successu ad terendas arenulas vsurpantur.

ACcipitrum genera ex Plinio, duodecim scribuntur: ex auiditate, generibus intra se distinctis, quod alij non nisi ex terra rapiunt auem: alij non nisi circa arbores volitantem, alij sedentem in sublimi, aliqui volantem in aperto: ab accipiendis malo modo auibus, nomen accipitris inditum est, eius verò quo nobiles ad aucupium delectantur, quum infrequens sit, nec nisi difficulter haberi possit, eorum inopia, gallorum gallinaceorum audacium, strenue, & sæpe dimicantium, fel accipi poterit, siue eo præstantius miluinum impendio acre, idque aquilarum loco, vt ex Galeno 10. simpl.

AQuilarum sex sunt genera, ex Plinio lib. 10. cap. 3. quanquam enim solo aquilæ nomine glorietur nigra, & imperialis, generosissima, ansere multo maior, alis, & cauda potissimum, veriusquam corpore ipso, ac pondere: alijs tamen suus honos non deest. ad nos raro euolant, & si vt Mediolani, è spectaculo seruentur. quum igitur peregrinæ sint, gallorum fel, vt supra, substitui poterit. reliqua de aquilis vide ex Aristo. 9. de natura animalium cap. 32. vt in eo de animalib. lib. & cap. 6. quū tamē Pliniū hallucinatum contendit Matthiolus, quod ossifragon ex aquila marina progenitum scripserit: talia verò eius sint verba lib. & cap. 3. Halieti suum genus non habent, sed ex aduerso aquilarum coitu nascuntur, id quidem quod ex his natum est, in ossifragis genus habet, non ideo ossifragos eosdem esse indicat, vt nec genus aquilæ, quam barbatam vocant. Thusci verò ossifragam, sed ex illegitimo istarū partu, spurium quoddam genus prodire, è quo vultures, &c. qui quum ab ossifragis non producantur, de his igitur non intelligit. præterea ex diuerso aquilarum semine, hebetis visus animal specie diuersum, gigni quid prohibet.

Plinii tutela in Matthiolum.

Ossifragō

PErdix: de qua Pli. lib. 10. cap. 33. auis inter ganeas vsitatissima, plena fraudis, & fallaciæ, quum insistere venatorem aduertit, vt à pullis auertat suis, tandiu illudit, quandiu soboli fugiendi signum tribuat, & potestatem, quam vbi euasisse sensit, tunc se & ipsa subtrahit. Sunt qui vulgari sanè cognomento illusi, non sine magno errore, coturnices has vocitent, & à primatum mensis hac fortasse de causa abducendas censeant, ex Auicennæ sententia, vt relicta illis maiori copia, tanquam medicorum palato dignissimæ, cum his maximam ineat suauitatem. siquidem & si coturnicem qualeam vocari scribat Manardus, lib. 5. Epist. prima, quin & legitimas coturnices, qualeas vocatas, lib. 6. Epist. 2. hasq; à maioribus nostris improbatas, non modo quia verno æstiuoq; statu strigosæ, ac siccæ, ad atrā potius bilem, quā bonum sanguinem gignendum idoneæ, Autumno, et Hyeme, pinguedine nimia oleosæ, vt linguæ gratiores, ita vētriculo, & cōcoctioni ineptissimæ, exigui nutrimenti, nauseamque, & fastidium pariunt, & quibusdam etiam in Aquilonari, extremam perniciem attulerint, vt à fide dignis assertum est, quæ omnia videntur Auicennæ sententiæ astipulari. ab his tamen longe dissentit opinio nostra, nec coturnices qualeas esse aliquo pacto crediderim vnquam. quod hæ frequentius in planitie,

Coturnix

Qualea.

Manardi opinio refellitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

planitiæ, cultisque locis versari, & milio, panicoue, tam satiuo, quàm syluestri, panistrella vocato, vesci consueuerint, alijsq; frugũ generibus, quàm elleboro in montanis. præterea quũ Galenus 6. in 6. de morbis vulg. cõmento 35. nec non in Doride, Bæotia, Thessalia, omnibusq; finitimis regionibus, multos ex coturnicum esu musculorum distentionibus correptos, quoniam veratro scilicet illę vescantur, idem & Athenis quibusdam accidisse, qui coturnicibus largiter nimis se se impleuerant, asseruerit. Auicenna autem non tantum ellebori ingesti causa, malos quidem effectus prouenire, at genio earum carnium innato, præter id quod in qualeis nostris maxime reluctatur experimentum, ex horum continua, quotidiana, copiosissima ingurgitatione, frequentissimoque esu nihil vnquam tale accidit: & si difficilis sint coctionis, eaque ratione cruditates aceruare possint, ad artus facilè decumbentes, ijs credere coniecturis æquum esse putauerim, & tanto iustius, qua nobis non parua montanarum perdicum suppeditatur copia, corporis mole, cantu, & coloris varietate, rostro, pedibusque rubris infra variegatis lineis, reliquo cinereo, carnisque duritiæ, à communibus dissimilium has profectò, ni me meum fallat iudicium, legitimas esse Coturnices, quas quidem intellexerint Galenus, ac Auicenna pro certo asseuerare ausus fuerim. hæ siquidem non modo elleboro, verum quoque aconitis, in horto nostro domesticæ, siue napello vescuntur, quo eodem turdos quoque victitare dictat Auicenna lib. & cap. secundo, in fine. cuius ratione conuulsionem, arthritim, simul ac summam perniciem inferre possent, id quod cum clarissimo euentu compertum habuerim, ijs vescentibus non raro accidisse, id etiam magis me mouet, vt montanas has perdices, coturnices proprie vocari contenderim, & si Plinius aliter sentire fortasse videatur, libro 10. capite 23. paruam auem vocitans, & ad qualeam alludens, Sunt qui rusticam perdicem rostrulam falsò appellent, vulgo gallinazza, magnitudine ab Aristotelis gallinagine differentem. at postquam napelli mentio incidit, non superuacaneum fore duximus, si vel seuero iudicio peritissimorum hominum furorem extinguentes, illorum contradictiones patefaciamus & defunctos, qui se tueri non possunt, pio sanè animo, ab eorum iurgijs vendicemus. Nempe & si hac patientia nostra, qua sæpe abutitur Matthiolus, non impetuose, non maligne, & tela depellam, & vulneribus mederi soleam, eo minus quo possim offendam, quanquam immodestius quandoque in tam celebrem virum me agere agnoscam, efferuescenti sanguini paululum concedat rogo: Quis tamen eo insolentius obloqui potest? si in Amathum apologia, turpiloquium in Guillandinum consideretur. id itaque non ignoret, qua nolim ianua sæpe me ingredi in causam, & si illum nulla contumelia, nullo ambitu coner attingere. ut autẽ multis incommodis veritas debilitata, nostro præsidio recreetur, non possumus cum eo congredientes, orationi nostræ eripere contentionem, causæ verò crimen, & petulantiam. Quandoquidem in Italicis suis commentarijs, Leoniceno inurit, quod in Coronopi tractatu, aconitum Græcorum, ac Auicennæ napellum, idem proculdubio existimauerit, eadem verò Latinè ad vnguem, in Fuchsium reijcit, suppresso Leoniceni nomine. vt quo astu ab his recedat, ad alios accedat, huius mutationis, ac varietatis, & consilium, & rationem requiramus, quum præsertim napellum Auicennæ, nullam cum aconitis cuiusque generis cognationem habere, audacius forte, quàm verius, in Fuchsium obruit, quoniam de licoctono, ac pardalianche, distinctim, & seorsum scripserit, & multo ante de napello. præterea quum ab aconiti delineationibus longe dissideat, ideo eius improbandam opinionem. Verum tamen & si huiusmodi luctum, tot controuersiis implicatam, tam morsosa solicitudine ad hominum perniciem, potiusquam vsum expetitam, silentio libenter dissimularem, nondum transacto decennio, dum in areola egregiæ ædis Diuæ Mariæ Cretensis dicatæ, deambularem, atque Venerandus quidam canonicus Vercellensis, rei herbariæ non ignarus, certo sciret me summo herbarum visendarum studio, illhuc concessisse, in propinquo quodam recessu, bicubitalem quandam stirpem reperiri asseruit, folijs nigrescentibus: ellebori imaginem quadantenus referentibus, at longioribus, frequentibusque lacinijs, flore tamen albicante, galiopsis æmulo, semine pusillo, exiguo, nigro, rugoso in acutum terminante, angulosis siliquulis incluso, radice pluribus capillaribus radiculis intertexta. vnũ profectò aconiti lycoctoni genus: secundũ verò Hugonis Solerij, geminis radicibus, vna ex altera appendicis modo nascente, napi modo turbinatis, quod eius radices quandam cum napo inire videantur similitudinem, napellum nuncupatus est, de quo infra. quumque nulla sit napelli pictura apud Auicennam nullus Græcus, vel Arabs, eius historiam describat & si plantam à Matthiolo descriptam veluti & testicularem in arduo Sessitensi monte effodi iusserim, in brutis expertus, nihil mortiferum inueni, in homine (absit) malo enim alijs cedere, at quo nam pacto asseuerare possumus, hoc potius, quàm illud, esse Auicennæ napellum. nec sciuerim hercle quo in tribunali, quo iudice, defensionem hanc accepturus sit Matthiolus ob capitum diuersitatẽ. siquidem non ignorat inconstantem Auicennam, lib. 2. eadem de re sæpe differere, & si hunc quasi eximiæ eruditionis immerito extollat, nec homicidam cum Fuchsio appellet, quum pro Arabe, scutum, ac gladium induat, ac si napellum per os haud assumendum tradiderit, verum confectionem quandã, perexiguũ napelli pondus accipientem, eamq; adeo correctam, vt nullam omnino possit inferre noxam, vel napellũ Mosis intelligat, plantã napello bezearticam, vel murem napello victitantem, at ne singula Matthioli argumenta per me corruant, & discrepantur, ne ei detrectari, profusius videar, & quasi dulcedine quadã gloriæ cõmoueri, quum res omnibus facilè perspecta esse possit, non possum nõ admirari, susceptas pro Auic. partes, cui alibi sæpe, vt in capite de citrio, horrificum quoddam, & nepharium omni imbutum odio bellum intulit, in causa tam turpi, in medium prodijsse. siquidem quum napelli dotes, ac effectus, recitat Auicenna, inquit. est venenum præsentaneum,

Napellus Matthiol[9] variat.

Cynoco-ctonon.

Auicenna stabilis.

Fuchsius à Matthioli calumnia liberatur.

potanti illud semidrachmæ pondere ad summum, & si meo sanè iudicio, minor etiam quantitas interficiat, ac si aliqua eius exigua portio non interficiat, nec sit venenum tota substantia, eius verò theriaca, est mus napelli. En ergo si vel antidotum ex napello confectum, vel parua eius miscella ebibita, lepræ remedio esse dicenda sint. propterea suam quæso agnoscat inscitiam Matthiolus, non in Fuchsium irruat, non illum hic accuset, non suo tantum tribuat ingenio, vel Bellunensi illum suo modo tutanti, quum Arabicis typis rectè scriptũ nusquam viderit Auicennam, vt turbulentißimos, tam varios Arabes, in tantis tenebris erroris, & inscitiæ, quasi clarißima lumina pellucere supponat. siquidem capite de squilla, eorum errorem accusat Auicenna, qui squillam napellum esse existimarunt, ex indicio quodam in ea reperto, quasi aliquam, vel leuem cum squilla inire similitudinem quibusdam videatur. quamuis Dioscorides in tertio aconito, radices in modum squillæ marinæ, cyrrorum nigrescant. at quis Auicennæ modo dictaret? quod si antidotum ex napello paratum, exigua eius copia non nocere asserit Matthiolus, quid tum: prosit enim oportet, nec ea solum ratione accipi credendum, vt non obsit. ceu quum lethalia alexipharmacis miscentur ex Galeno 3. simpl. cap. 23. quod si napellum Moysis intelligat, quis scit? re enim prorsus indistinctam recedit. at quid ad hæc, napellum Moysis, modo herbam secum agnascentem, modo murem in radice napelli victitantem protulit, vt quæ maior sit hac garrulitas, quæ sæuior carnificina, latere sanè poßit neminem. at mirum satis quod Matthiolus, qui authorũ scripta accuratißimè cribrare, expendere, ac pensitare consueuit, tam perdite, adeo turpiter, Auicennæ amo-

Anthoro. re irretitus, & caligauerit, & deceptus sit. vt quum anthoro, & anthora, Montis regalis confinibus familiare, è Genua ad nos afferri solitum, vnum certe aconiti lycoctoni genus à medicis in vsus suos conuersum, scriptulo, aut semidrachmæ pondere, sursum, ac deorsum largißimè expurgans, rusticanis ideo corporibus familiare, nescio quo pacto inuoluit, capite de elleboro, siue hoc, lapariæ aut vulpariæ nomine appelletur, quum alia sit anthoro, alijs herba della thoro, napellus quibusdam, platano hæc folijs est non dißimilibus, minoribus tamen, nigrioribus, maioribus sanè incisuris, caule cubitali, radicibus geminis, eiusdem craßitiei foris è fusco flauescentibus, intus albis, vti alia Vgonis Solerij delineationibus apposite respondens, persæpe in montibus Crepacorianis effossa, vt supra: nec quia atris fermeq; capillaribus radiculis vestiantur, ideo vel ellebori

Solerius ĩ Mathiolũ effertur. genera fuerint vnquam, vel hac in parte Solerium arguere potest Matthiolus: vtriq; geminas vt par est radices constituentem. quæ quidem quantopere inter se distent, gregari quiq; simpliciarij animaduertant, ceu quũ ea aconitorum genera caule filicis simili, cubito longiore, & radicibus adeo tenuibus, vt squillarum marinarũ cirris eas comparauerit Diosco. cap. de elleboro representat. secundi aũt tertijq; aconiti effigiem, propriæ scripturæ dißimilem reddit. præterea primi aconiti generis esse, radices illas Romæ in Aurelio ponte venales, & quarũ est vsus in Neapolitano agro, testatũ reliquit Matthiolus. ficticiam deinde pingit radicẽ, et nescio vnde aconitũ primi generis sibi fabricat, à nemine vel Romano, vel Neapolitano, vt neq; ab alio hactenus visam. Quo circa quũ mendacẽ veteri prouerbio, memorẽ esse oporteat, conuictus ne testimonia siue halopantas adducet in clariß. Gesnerum, in studiosum Guillandinũ, facie adeo pertusa, adeo sugillata, rursus ne insurget, ranunculi speciẽ inter aconitum tertium enumerans. Deniq; vt ad sui napelli pictã imaginẽ descendamus, qua equidẽ cõiectura, quo æstro geminum id appinxit napelli genus, forte ne ab Auic. extraxit, vterq; aconitum tã intus, quàm extra, lethiferum dictante, nec cynococtonon tripliciter cum pædacio partiente, sed reliqua duo in napellis fortasse implicante. si .n. non inuidiose, non impudenter, mentiri audet Matthiolus sciat velim me non ex charta studiosis impositurum, non vanas, nõ mendaces, falsasq; imagines appicturum. Quandoquidẽ iã sexennio, napellum retinum vulgi in horto seruamus, omni penè ex parte secundo suo aconito aßimilem, pluricaulẽ tamen, bicubita, folijs ranunculo maioribus, nigrescentibus, profundioribusq; lacinijs, floribus mirandis in longum apicem per interualla digestis, è virescente galericulo, in oblongum vasculum, cãdidum, aquilegiæ flosculo quadantenus æmulis, duobus neruulis ad imum vsq; in contractus caudiculas intus terminantibus, atq; in triplex corniculũ, in queis angulosa semina, primũ alba, per maturitatem nigra, Augusto, ac Septembri, radiculis, cæposoque capite ad elleborum accedentibus, quarum succum ac puluerẽ carnibus admixta, quum feli, canique edenda præbuerim, nichilum læsi sunt. hanc cum alijs præclaris stirpibus animaduertit Aloy-

Aloisii Anguilarii la° sius Anguillarius tunc, à nobis prandio exceptus, eius enim est excellentis humanitatis, & officij gratiæ, vt si quid etiam ab extremis Indis, ab vltimis Garamantis, in Patauino horto asseruauerit, se mihi libenter impartiturum pollicitus sit, certoque scio promissorum fidem non violaturum: suam enim de aconitis sententiam corã exposuit eorumque qui Doronicum Pardalianchem credunt.

Glaucium: barbaris Sief Memithe.

GLaucium: de quo Dioscorides, lib. 3. cap. 83. & Memithe Serapionis, idem sunt, collato vtriusq; textu. estq; succus herbæ, quæ ad Hierapolim Syriæ nascitur, folijs ferè corniculati papaueris, pinguioribus tamen, in terram sparsis, odoris tetri, gustus amari, tota croceo succo madens, folia in olla fictili semifrigidis clibanis calefaciunt indigenæ, vsque dum flauescant, deinde contusis succum exprimunt, cuius est vsus ad oculorum medicamenta. quum autem ex Serapione, vel eius interpretis lapsu, chelidonium minus Memith expositum sit, qui ante hesperũ tenebras sibi peperere, chelidonij radicibus tusis, & expreßis, vt etiam vulgaris plantæ, perfecto amor vocatæ, succum parauere legitimum Glaucium opinantes. id autem Venetias afferri cæpit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cœpit Dioſco. et Serapione lectioni maxime conſentaneum, nec ideo eorũ in tabernis, quũ nõ deſit adulterinum prius quidem admittendum, niſi authorum conditionibus probè reſpondeat, eius verò defectui, licet ſpecie diuerſus, ſatisfacere ſaltem poterit, ſuccus perfecti amoris, radicum experientia compertus oculis ſalutaris, & ſi eius plantam aquilegiæ loco depingere videantur Fuchſius, ac Matthiolus, videlicet folijs chelidonij maioris, mollioribus, ac paulo magis orbiculatis, caule cubitali, proceriore, floribus in cacumine purpureis, ex caudis quibuſdam, velut muliebres loculi pẽdentibus, quibus deciduis capitula, ac velut cornicula reflexa, nigro ſemine diſſepta ſubnaſcuntur, radice craſſa: quæ quidem omnia proculdubio profecto amore dicto referunt, floris colore excepto. ſiquidem vel cæruleo eleganti, ad purpureum quibuſdam accedente, vel candido colore, in hortis paßim inueniuntur. ſunt qui angelicam putent, quæ tamen cubito altior eſt, geniculato ſtipite, vacuo, & pluribus alarum cauitatibus prædito, folijs oblongis, circumdiſſectis, è viridi nigricantibus, floribus in purpura candidis, in vmbellam compactis, ſemine foliaceo, lentium inſtar depreſſo, radice craſſa raphani modo in plures fibras diuaricata, foris nigricante, intus candida, cum acredine ſuauiter fragrante, nec deeſt ſyluestris quædam inodora. Eſt & archangelica, alijs vrtica iners, alba, & mortua, quoniam folijs vrticæ candidioribus, aut verius lactea macula, in longum aſperſa, lienis longitudinem quadantenus referente, paßim iuxta ſemitas, ac ſepes ruralibus noſtris, ideo herba milza vocata, vel quia eorum experimento, aut ſucco, vel puluere ingeſta, ſiue ex aceto illita, ſpleni præſidio viſa fuerit. hæc mordacitatis omnino expers, nullam ciens pruriginem, caule quadrangulo, è rufo vireſcente, vel nigricante, flore albo, in aliquibus purpureo, aut luteo, ſemine in caulibus per interualla, loculoſque diſſepto, copioſo ac atro, fœtidoque, nec niſi contrita planta, graui odore fragrans, idem certe quod Plinij lamium, libro 21. cap. 15. & 22. cap. 14. & ſi neſcio qui galliopſim commenti ſunt. quæ tamen vrtica fœtida creditur, circa ſepes, ædificiorum areas vbique, flore purpureo, lacteis tranſuerſim percurrentibus maculis, graue olens, ijs eſt intermixta frequenter, Anguillarius aliam ab hac repreſentat, effectu in ſtrumas clarißimo nimirum. quòd hæc etiam non trita grauiter oleat hinc Matthioli iniuriæ aſcribendum, Fuchſius hanc putant ſcrofulariam maiorem, ſiue millemorbiam, alijs momordicam, quæ tamen folijs non vſquequaque vrticam repreſentat, omni enim penitus carent ſcabritiæ, radice præterea ſtrumoſa, magna, alba, quam quidem adeo euidentem notam, nuſquam præteriſſet Dioſcorides, vt quod frequentius in riguis, ſcrobium extremitatibus, lociſque vliginoſis excreſcat, quum, Plinius Glaucinum refrigerare ſcribit, non labitur, vt falsò prodit Senenſis, à Glaucio enim non à Gleucino Dioſcorides librarij vitium redimitur.

Archãgelica. Lamium. Vrtica fœtida. Scrofularia maior. Millemorbia.

Collyrium ophtalmicum, aliàs aqua ad oculos rubentes.

RECipe ſacchari candidi, aloes, añ. drach. v. cadmiæ pp̃. ſcrup. med. caphuræ, gr. ii. vini albi, aquæ roſ. & fœniculi, añ. vnc. ii. & med. miſce, & inſtilla.

Oculorum caligini, lacrymis, rubori, & prurituì commodum.

DE PVLVERIBVS.

PVlueres: Barbaris ſufuf, Myrepſo Drangeæ, alijs Trageæ, à Græca voce τραγήματα, vt etiam epiphoremata, metadorpia, & pemmata, quibuſdam ſpecies, trituræ, aut lomenta, Græcis ξηρία: & ſi Cornarius in ſuis commentarijs, falsò ad eos tantum pulueres, qui vulneribus, vlceribus, & cuti inſperguntur, hãc dictionem detorqueat: diu ſeruari non poſſunt, quia celeriter euanida fatiſcunt, etiam citra ſextum menſem, quantumuis probè occluſa, quare prius craßiuſculum comminuenda ſunt, vſus tempore tenuißime. ſunt qui puluerem vniuerſale ad omnia in farinam læuigata, ſufuf autem odorata tantum comprehendere exiſtiment. non quidem ad celandam iniucunditatem, verum ad humorem vitandum præparantur. Tragemata autem ea vocat Gale. primo de aliment. facult. cap. 34. ea quæ poſt cœnam voluptatis inter bibendum excitandæ gratia manduntur.

Puluis ligni aloes primus.

RECipe ligni aloes, drach. i. galliæ, drach. ii. ſcrup. i. gr. vi. ſacchari albi, vnc. i. & med. potatur drach. iii. cum ſyrupo cotoneorum ſimplici, vel aromatico.

Ventriculum humiditatem immodicam ſiccat, flatus diſſoluit, coctionem iuuat.

Puluis ligni aloes ſecundus.

RECipe ligni aloes, drach. iij. cardamomi, menthæ ſiccæ, ſpicæ, marrubii, cyperi, cort. citrii, maſtiches, aniſi, apij, añ. drach. ii. galliæ, ſchœnanthi, añ. drach. i. ſacchari, pondus omnium. Da ut ſupra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Cor, & ventriculum roborat, oris odorem commendat, coctionem iuuat.

Puluis diarhodon.

RECipe trochiscorum diarhodon, mastiches, an. drach. iij. succini, menthæ siccæ, ligni aloes, an. drach.ii. & med. Da drach. ii. cum vino odorifero.

Intemperiem frigidam ventriculi corrigit, ob id dolorem inde natum leuat.

Puluis aromaticus.

RECipe anisi, vnc.ii. drach.ii. seminis fœniculi, drach.vi. glycyrrhizæ, zingiberis, an. drach. quatuor & med. caryophyll. macis, cinnamomi, galangæ, galliæ moschatæ, ann. drach. iii. aloes, cort. citrii, an. drach.ii. scrup.i. gr.vi. mochi, gr.xviii. sacchari albi pondus omnium, sacchari candidi, dimidium pondus omnium. Dantur drachmæ tres, cum vino generoso.

Ventriculum roborat, coctionem iuuat, flatus dissoluit halitus gratiam commendat. ex Præp osito, galliæ drach.i.& med. legitur.

Puluis impinguans.

RECipe farinæ cicerum infusorum lacte, & siccatorum, rursus infusorum, & siccatorum, tertio deinde coctorum, libr. med. oryzæ frequenter lotæ, vnc. ii. tritici, & hordei excorticatorum, & sæpe lotorum, & siccatorum, sæpe lacte infusorum, & siccatorum, añ. vnc. iii. amygdalarum dulcium, vnc. v. papaueris, panis albi, biscocti, an. vnc. quatuor, sacchari albi, libr. i. Da sorbendas indies mane vnc. iii. coctas cum lacte, aut aqua cicerum, seui vnc. quatuor, immerito addidit Syluius.

Phtisicis atropia laborantibus, marcescentibus ex senio conuenit, experientia enim eos pinguefacit.

ORyza: Barbaris rizi, ex Dioscoride, lib.2. cap.87. frugum generis est, in palustribus, riguisque nascens, in cibaria quotidiana vsque adeo expetitur, vt vulgari huic noticiæ nihil addendum supersit, delibrata enim qualis ad fercula accipienda est.

TRiticum: quod & frumentum, & granum, ob excellentiam vulgo dicitur, ex Dioscoride lib. secundo, cap.77. optimum est recens, & iam perfecte adultum, colorem luteum referens, debinc sequitur, trimestre, nonnullis sitanium vocatum: addimus aliena omni materia vacans, à vitia, alijsque quisquilijs, ac pestibus mundum, fractu contumax, densum, ponderosum, lucidum, maturum, non strigosum. Italicum etiam ex Sophocle, omnibus præfertur, vt ex Plinio, lib. 18. cap.7. Tritici verò plura sunt genera, vt ex Theophrasto, 8. de historia plantarum, cap.4. eius verò nomine hoc seculo, omnia semina quæ in panificium complecti videntur. Galenus autem inter panes, siligineum, postea similaceum, plurimum alimentum præstare asseruit, nec cuiquam propria desunt vocabula. siquidem ex Plinio, lib.18. cap.16. ex secale, quam farraginem vocant, deterrimus, & ad arcendam famem tantum vtilis, fieri panis scribitur. at eodem libro, ab octauo capite ad decimum, ex siligine candidißimus, ac leuißimus fieri panis, secale scilicet, ac siligine distinctis. Segala autem Ticinensibus, vulgo nostro biaua, è qua rurales, & pauperculi, nigrum panem triticeo longe deteriorem formant. hanc siliginem esse, nescio qui non incelebres viri arbitrati sunt. at quum siliginis farina candidißimus panis fieret, vt ex Plinio, lib.18. cap.8. atque Galeno purißimus siligitis, plurimum alimenti præstans, primo de aliment. facult. cap. secundo, & si Columella vitium tritici siliginem dixerit, & Celsus lib. secundo, ex tritico firmißimam fieri siliginem, Pedemontanis Tosella dicitur. ex eaque panis fit candidus. at cuius biduo, triduoúe transacto, gratia exolescit. ex secale autem impurus, niger & alendo imbecillis. hinc secale esse, et farrago Plinij, lib.18. cap.16. facile conijceretur, ex qua deterrimus fit panis, & tantum ad arcendam famem vtilis, nisi amaror obstaret. alij secalē, olyram esse existimarunt. at quum seorsum distinctis capitibus, secalem ab olyra distinxerit, lib. videlicet prædicto, cap.8. dulcem ex ea confici panem ostendens: colore præterea adeo albo, vt quidam ob eius candorem, oryzam putarent, simul ac olyra ex Galeno, lib. prædicto, cap.13. extrinsecus corticem veluti hordeum habeat, è qua decorticata, vt decet tragum

Secale. Farrago. Tosella. Olyra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

gum conficitur. quodque ad colorem naturalem attinet, in hordeis, & olyris, est albus. hinc itaque secale esse non potest, quæ tritici modo in artis facile decutitur. Ruellius per olyram, siliginem vertit, de quibus tamen, vt potè diuersis, verba fecit Plinius, lib. 18. cap. 8. & 10. hanc etiam arincam vocans, non siliginem, lib. 22. cap. 25. diuersitas quoque ex Gal. facilè conuincitur, libro superius citato, cap. 2. quod σελίγνις, *neque Græcum sit, neque aliter ipsum potuerit exprimere. siquidem si idem esse putasset, quum olyra græcum sit, per id facilè protulisset, olyrā hanc zeæ generi ascriptam, orientalibus regionibus præcipuam, Hispanis centenum vocari scribit Amathus, quia ex vno grano centena nascantur, Italis verò segala, quam falso siliginem commenti sunt, apud Plinium tamen, centenum hoc, siue secala, farraginem dici, nigrum omnino, & aspectu triste. nam olyra dubio procul, candidum, ex quo post triticeos panes optimi conficiuntur: sibi igitur oppositus tam belle, tamque dilucide censendus, vt solius Typographi, si quod est vitium, illum possit excusare. non igitur ignorauit olyram colore esse albo, vt in Amathum iaculatur Matthiolus, nec minus secalam ab eo differre, ex Plinio, quum illam nigrum esse asseruit. quum autem Marcello inurit Matthiolus, quod forte crediderit olyram secalem esse, is verò asserat Græciæ magis, & Aegypto, quàm Italiæ peculiarem olyram: in rebus dubijs, & vaga rerum in gentibus appellatione, non est quod huic detractetur.*

Tragum: Siligo. Arinca. Amathi lapsus. Amathi in Mathiolū protectio. Marcellus defēditur.

P*Anum variæ sunt species, ex Galeno, 1. de aliment. facult. cap. 2. vel* ἀυτοπυρους, *vel* συγκομιστος, *vel siligineus, vel similaceus, denique furfuraceus, siligineum tamen semilaceo præfert, qua fortasse ratione Plinius, lib. 18. cap 8. è siligine laudatissimum panem, pistrinorumque opera laudatissimum præcellere, in Italia scriptum reliquit, vt eodem lib. & cap. siliginem proprium tritici delitias esse: simila verò farina alba, & flos, seu delitiæ farinæ triticeæ, è qua similago, ex tritico præstantissima scribitur, hodie itaque ad hos dirimendos scrupos, siligineum panem, & triticeum appellabimus, diuersos sanè candore, suauitate, coctionis facilitate, alijsque dotibus, quibus longe magis triticeus excellit, ex simila scilicet, potiusquam ex communi farina, qui plurimum est fermentatus, at non ea abundantia, qua panis acescat, & pulcherrime subactus, quique in furno igne moderato fuerit assatus, in panes mediocris magnitudinis, non ex recenti admodum farina, ex molari lapide acquisiticium quendam calorem adhuc præseferente, non ex vetusta, situ, carie, vel puluere, vel malo odore obducta, non superflue molita, ne furfuraceum panem faciat. vt denique omnis in suo genere panis, perfectus sit quinis Auicennæ qualitatibus, 2. canone: vt sit mundus, salitus, confectus, fermentatus, bene coactus, quas omnes adamussim ita complectitur, panis triticeus, in Vercellensi nostra ciuitate nulla angaria venalis, vt hac saltem panis prærogatiua, omnia totius hæmispherij loca, omnium candore, gustu, atque alijs excellat. Vino autem, aquarum præstantia, atque omnibus edulijs, nulli sit secunda vt non iniuria quis existimet, Cererem, Bacchum, nymphasque, ibi natales habuisse, tam amœna, tam nobilis, tantis, tam grauibus, atque doctissimis, speciosissimis viris, mulieribusque emunita, vt quod nulli vrbi vnquam delatum, iure merito his reliquas excellens, Apollinea ab arguto Poeta appellata sit: ibi mirandi amphiteatri maximæ inquam molis fundamenta, ad castri noui submœnia visuntur, quum olim totius lyguriæ caput, septem milliaria muris circuiret. ibi & vetus sapientiæ nomen, ob clarissimam Philosophorum Academiam: cur autem panes non saliti plus ponderent, quàm saliti, &c. vide ex Arist. 14. Problematum. Cæterum si biscoctum parare animo insideat, postridie in assulas multas panis secandus, clibano rursus excoquendus, & quidem igne remisso, ne ardentior occurrens superficiem externam circumurat: alij saccharum, vel alia pro varijs scopis, dum pinsitur, adijciunt, vt mastichem etiam, quo modo paratū, vocauere Tortellas de seni, nos vero biscoctum. quod si ex mastiche effingere mauis. Accipe floris farinæ triticeæ, libr. i. pinsito cum aqua fontis, ad cuius quanlibet vnciam mastiche, drach. i. præmacerata fuerit, in placentulas coge, & furno percoque, rursus contritas, eodem mastiches infuso, in pastillos redige, iterum percoque.*

Simila. Vercellensis ciuitatis laus. Biscoctū. Tortellæ de Seni.

Puluis baccarum myrti.

RECipe baccarum myrthi, & granorum mali punici acidorum, tostorum, an. drach. xx. cumini, aceto horis vigintiquatuor infusi, & siccati, coriandri, sicci, similiter infusi, & arefacti, torrefactorum: succi lotos, ceratiorum, rhois, glandium, an. drach. x. acaciæ, hipocisthidos, an. drach. v. confice. & da.

Ad ventriculi, & aliorum viscerum imbecillitatem.

L*Otos: quæ & Celtis, Arabibus Sadar, vt eius fructus nabuch: ex Serapione, ab Arabijs nescio quibus, vel agrifolium, vel laurus syluestris vocatur. Matthiolus in Ruellium inuehitur, quod existimauerit lotum eam esse plantam, quæ Italis agrifolio dicitur, nulla inuicem nota correspondente, quin potius illi valde reclamante. Ruellius tamen hunc in modum dictat. recentiores certe acrifolium, pro faba, siue quod idem est, loto arbore accipiunt: acrifolium tamen Macrobius inter infaustas arbores enumerat: contra lotum fœlicem esse tradit, quare aliud acrifolium, à loto putauit, &c. primum igitur aliorum sententiam refert, qua neque probata, quum ex Theophrasto ilicis folio incisuris crebrioribus annota-*

uerit, in capitis fronte: agrifolium autem fronde sit perpetua, folijs in ambitu valde aculeatis, humilis verius quàm procera, cortice viridi, è quo viscum nonnullis conficitur, quam quidem Theophrasti agriam, siue ariam, suspicati sunt minimasque glande duroque ligno, hinc manifesto argumento deprehenditur, nimia cauillandi cupiditate, Matthiolum talia inuexisse. Syluius pro loto, mespilum immaturum vertit, & pro sauich, polentam: quæ quidem cuius nam rei fieret, non exponitur: tametsi sauich, succum alias significauerit, vt apud Auicennam, cap. de sadar. hæc igitur tam accurate interpretatur, vt tandem nihil commune habeat. Quandoquidem polenta plurifariam parabatur ex Plinio, lib. 18. cap. 7. at ex Galeno, 1. de aliment. facult. cap. 11. ex recenti hordeo mediocriter frixo, laudatißima fit polenta.

Ruellii pugna ī Matthiolum. Sylui⁹ notatur. Sauich.

Lotos itaque: cuius plura sunt genera folio, caule, flore, fructuque descripta, ex Theophrasto, 7. de histor. plant. vltimo ex Dioscoride, lib. 1. cap. 134. arbor est vastæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem, dulcem, cibis gratam, stomacho facilem. ex Plinio, lib. 13. cap. 16. vt etiam ex Theophrasto, 4. de histor. plantarum, accuratius declaratur, relicta vrbana, syluestrique, & Aegiptia lotus: de quibus lib. 4. Dioscorides. Manardus lib. 9. Epist. 3. scribit fuisse & ipsam loton, quandoque Italiæ familiarem: idque ex Plinio, nunc adeo raram, vt ferè pro miraculo ab aduenis spectaretur ea, quæ propè Templum Diuo Antonio dicatum, Hermolao viuente videbatur. Matthiolus in Goritiensi agro, Tridentinis bagolarum, Veronensibus perlarum esse, tam euidentibus notis delineat, vt eius opinio maxime probanda videatur: idemq; esse sibi ipsi proculdubio constet, ceu cap. de oxyacantha, nonnihil tactum est, at quum Dioscorides asphaltiti trifolio loti arboris folia reddat, æqualia sanè, nec vlla cum iliceis similitudine, cur ita reddidit Matthiolus, ex Theophrasto folijs per ambitum serratis alioqui ilicis viderentur, ac si ilex folijs non sit serratis hæc ne sensui aduersantur sibi ne adamußim respondēt: propterea ita vertitur, incisuras folium habet, ac ilicis esse videatur: quum verò paruis cerasis similes, oblongo satis pediculo illorum more pendentes, probè maturos, ex rubro nigrefactos sectetur. Plinius autem, ac Theophrastus, magnitudine fabæ, colore croci, dum est maturum, densum in ramis myrti modo, idem ne sint, medicinæ candidati dijudicent: nos enim præterijt, quanquam Bruyerinus, 11. de re cibaria, alysiam vulgo, geminamque suis tractibus ostendat. eius itaque loco oxyacanthæ succum imponemus, siccatumque puluerabimus, vel cæteris eo susceptis, fiet solidum quoddam. at postquam agrifolij mentio incidit, quem Paliurum existimant rei herbariæ scriptores, quum eius tam variæ sint effigies, variantibus in eius delineatione authoribus: si Agatoclis de quo Athenæus lib. 14. cap. 20. Theophrasti, Dioscoridis, Plinij, ac Plutarchi monumenta inuicem conferantur: hinc qualis sit Dioscoridis palyurus, breuibus ab eo transcursus, ob tritam Græcis in regionibus noticiam, oxyacantha officinarum creditur Matthiolus Theophrasti paliurum, lib. & cap. 4. de histor. plant. de quo Plinius, lib. 13. cap. 27. agrifolio vulgari non dißimilem putat: quod folijs in circuitu echinatis, loto grandioribus, fructu cedri, rotundo, rubro, nucleum intus habente, iucundo, & gustu non insuaui. Anguillarius agrestibus zeziphis in Veronensium agrorum, sepimenta comparauit: at quum punici nucleo perperam non mandendo comparetur, Theophrasti corruptelam, ex Plinio ita restituit. non editur cum nucleo, nulla acinorum punici mentione, eam verò. de qua 3. de histor. plant. cap. 17. rhamnum tertiam Dioscoridis existimat, Græcis, Italisque locis dilutis & aridis familiarem, maximeque aculeatum fruticem, zeziphorum agrestium folijs, latioribus tamen, rotundioribus ad pediculum nigrioribus ramis pluribus, quinum ferè cubitorum altitudine, geminis coniugatim aculeis, recto, atque vnco, fructu lato, candido, tenui folliculari specie verticillo simili, siliquæ, terna quaternaúe semina insunt, lenticia ac pinguedine seminis lini, quum tamen Plinius de paliuri facultatibus differens lib. 4. easdem cum Dioscoride videtur reddidisse, hac equidem ex causa, quū Amathus ex præcitatis locis, paliurum idem cum Diosco. asseuerat. Matthiolus contra, illum falso putasse inquit, Diosco. paliurū, & eam de qua Theophrastus, 3. de hist. plant. cap. 17. & Galenus 8. s. agrifolium esse. at quàm cito cadunt, pereuntque turbulentæ eius furiæ, quàm facile ignitæ eius faces extinguuntur, ac euanescunt. quum ex libro, & cap. 4. Theophrasti, talia adduxerit Amathus. quæ igitur est Matthioli existimatio, quæ accusatio, etiam, atq; etiam reprobanda: nam quæ ad hæc sequuntur, facile labascunt, quum Amatho obstare credit, quoniam frutex sit, non arbor, & semen in siliquis proferat, quæ bacciferæ agrifolio non contingit. equidem Theophrastum antea adduxerat Amathus, describentem 3. de hist. plant. cap. 17. paliurum fruticem in siliquis semen ferentem, eademq; ex Plinio reddi, lib. 13. cap. 19. vnde igitur tam impie deducit paliuri differentias Amatho incognitas, tenebrosam suis inuolucris vertiginem vbique circumfundens. Quandoquidem suis in commentarijs asserit Dioscorideam paliurum, prorsus dißidere ab ea quam diuersis generibus protulit Theophrastus. præterea & Iosephum Salandiū, in Græcia vidisse, Dioscoridis paliurum, semine fuliginoso, pingui, nulla siliquarum mentione habita. at quum fructus, ac semina, & è couerso, nonnunquam confundantur, ac Theoph. paliurum fructu diuerso asserat, ab eo scilicet fructu. de quo lib. 3. semen legitur. quum huic aliquantulum faueat Theophrastus, alteri plurimum Plinius, lib. 24. cap. 13. Dioscoridis paliuri omnes facultates ad vnguem reddens, quis non hæsitaret, nec consisteret: vtcunque sit, ex his vnum esse potest, & si rara sint arborum semina, quæ vasculis non occludantur, quod nudum vt piper proueniat. nempe ex Theophrasto, primo de histor. plantarum 18. arborum nulla semine est nudo. Quare in tam varia stirpe, vnicuique liberum cogitandi iudicium relinquimus.

Agrifoliū Paliurus.

Pro Amatho arguitur Matthiolus.

Ceratia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

CEratia: aut ceratonia, vel siliquæ, quibusdam xilocaracta, alijs carobe, vel carobole, fructus satis proceræ arboris, in latum potiusquam longum ramosæ, fraxineis spectatur frondibus, latioribus tamen, folijs durioribus, rarioribus, magisque orbiculatis corticis colore è cinereo in cæruleum, saxosis, asperisque locis contentæ, in Neapolitano regno, & tota via Appia creberrimæ. Ienuæ etiam mulis in cibum offeruntur eius siliquæ, & inde ad nos transeunt, suis maritimis adeo familiares, vt apud nos in adagium transierit, carobolas mulorum, & asinorum lygurum auenam esse: quum primum ex arbore leguntur, prorsus ingratæ sunt, & gustu horrificæ, at siccæ dulces, & gratæ euadunt. ex earum expressa melligine, myrobalanorũ genera condire assueuerunt Indi. Est & siliqua nomine appellata speciali, de qua Theophrastus, 8. de histor. plant. cap. 3. cui si ligna longa affixeris ascendet, & frugifera fiet, alioqui vitiosa, atque eruginosa redditur. hanc vulgus noster phasiolos turchicos appellat, tanquam peregrinos, inde in Italiam aduectos: & si hortensem smilacem Dioscoridis, lib. 3. cap. 139. & dolichos Pauli, ac Gale. 1. de aliment. facult. adamussim adeo referat, vt Manardi, aliorumque sententia maxime sit reprobanda, qui eruialam, ijsdem ochron, vulgo nostro erbeglia, quasi pisorum genus quoddam plebi erbeglione, quæ quidem nullius pedamenti adminiculo, abunde in agris vbique fructificat, & si in viridarijs sustententur, idem esse putant, at suis capreolis ita nunquam vicinis septis circumuoluẽtur, minusque adeo adolescent, vt topiarias scenas representent, non versicolore semine, non renum figura: quæ tamen omnia Turcicis phaseolis ad vnguem respondent. hi enim iuxta septa conseri soliti sequacibus viticulis se se implicant, vt ad summum vsque breui erigantur, & topiario opere æstuosos radios inhibeant. hæc verò vsque adeo infimæ plebeculæ innotescere non dubitauerim, vt perfrictæ frontis nemo, aduersam posthac tueri sententiam audeat, & à probatorum hominum testimonio, nec non à veritate desciscere. phasioli autem, vel phaseoli vulgares sunt, eius etiam viridibus corniculis, suis granis alliato excoctis, vel omphacio in cibaria expetitis, triuiale autem erbiglione, Latinis pisum, sub ochri nomine, ex Galeno, ac Aegineta, complectitur. quæ verò erbeglia communiter dicitur, eruiala est, vt præscripsimus. at qua mente phaseolum, siue phasiolum, eruialam magnam credat Amathus, quum eruiala à piso, ac phaseolo distinguatur ex Plinio, lib. 18. cap. 7. ~~vt etiam~~ ex Theophrasto, 8. de histor. plant. cap. 3. quum eruialam illam dolichum putat, qui Galeni ætate phasiolus, vel lobus appellabatur, ~~&~~ Theophrasto dolichum, siue siliqua, idem sanè cum hortensi smilace, nisi eas ad saturitatem vsque comederit, vix poterit adeo tumultuosa somnia facere, quum autem pisi siliquas non edi contendit Matthiolus, in insubria nunquam versatus est, vbi iure pingui excoctæ, quæ præsertim politiori sunt facie, tanquam sapidiores, non quidem omnino mandi, at dentibus corradi consueuere, & si deglubita vt plurimum in mensas veniat, quod si rei vulgatissimæ fidem adhibere nolit. Matthiolus gustum experiatur. Huc accedit Ioannes Bruyerinus, lib. 7. de re cibaria, cap. 2. inquit enim: viridia cum siliquis cocta, non infimam authoritatem obtinent, in mensis elegantioribus.

Siliqua.
Smilax hortensis.
Dolichi.
Eruiala.
Ochron.
Manardi lapsus.
Phasioli.
Pisum.
Amathus cœcutit.
Matthiolus notatur.

Puluis capitalis calidus.

RECipe pulegij, calaminthes, cort. citrii, sampsuci, stœchados, betonicæ, caryophyllorum, gummi iuniperi, ann. drach. ii. fiat puluis vertici capitis inspergendus.

Catharro ex capitis obstructione, & frigiditate prodest.

Puluis capitalis temperatus.

REcipe ros. rubrarum, balaustiarum, mastiches, singul. drach. ii. macis, olibani, myrtorum, sing. drach. i. nucum cupressi, stœchados, añ. drach. i. & med. fiat puluis tenuissimus, commissuræ coronali aspergendus: aliis santalorum, & labruscæ, singul. drach. i. adduntur.

Caput roborat, & fluorem omnem ex eo continet.

Puluis capitalis chyrurgicus.

REcipe pul. aristolochiæ, iridis, panacis, mannæ, thuris, farinæ erui, singul. partes æquas. hic capitis vulneribus inspargitur, estque Galeni, lib. & cap. 6. meth. med. Sunt & codices quidam, qui squamam æris æqua portione legunt, ut Paulus, libro 7. at panacem prætermittit. Myrepsus etiam ponderibus variat: alii aliter parant. plura cephalica vide ex Aetio, Tetrabiblo quarto, sermone secundo, capite 35.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Puluis ocularis.

RECipe seseleos, euphragiæ, fœniculi, cubebarum, an. drach. med. cardamomi maioris, macis, añ. drach. i. cinnamomi, cumini, añ. drach. ii. foliorum rosmarini, seminis anisi, an. vnc. med. fiat puluis tenuissimus, cuius drachma accipiatur ex uino.

Frigidis oculorum morbis succurrit, sunt & oculares pulueres Myrepso, oculis inspergendi.

Puluis stomachicus, off. tragea confortans stomachum.

RECipe cinnamomi præstantioris, vnc. i. coriandrorum pp. vnc. ii. seminis melissæ, vnc. med. sacchari albi, vnc. iiii. misce in tenuissimum pollinem. Datur chocleario uno à cibo, & potu omni.

Ventriculum, & cor roborat, vsu iucundissimo, præsertim nostro more confectum.

Puluis pro stomacho, siue ducis.

RECipe cinnamomi electi, vnc. i. & med. zingiberis, piperis, glycyrrhizæ, an. vnc. med. piperis longi, caryophyllorum, galangæ, macis, cardamomi vtriusque, nucis moschatæ, an. drach. i. nardi, drach. med. misce in exactissimam farinam: ad huius sesquidrachmam addendo hyeme, sacchari, vnc. i. æstate, ad drach. i. sacchari, vnc. i.

Ventriculi potissimum, hypocundriorum, & intestinorum flatus dissipat, eaque roborat.

Puluis astrictiuus maior.

RECipe boliarmeni, terræ sigillatæ, seminis portulacæ, myrtill. acaciæ, pilorum leporis vstorum, seminum plantaginis, chartæ vstæ, singul. vnc. i. fuliginis furni, gypsi, sing. vnc. quatuor, sanguinis draconis, thuris, aloes, an. drach. ii. tragacanthi, gummi arabici, solidaginis maioris, sing. drach. i. in puluerẽ redige.

Brasauol. notatur. *Hic non est silentio dissimulandus Brasauoli lapsus, suo seni respondentis, hunc puluerem per os sumi nihil prohibere, quum gypsi strangulantis vnc. iiij. præter fuliginem, ab interna assumptione vetent.*

Puluis astrictiuus minor.

RECipe boli armeni, libr. i. myrtillorum, libr. med. sanguinis draconis, unc. iiii. thuris, mastiches, an. unc. i. ros. rubrarum, balaustiarum, an. unc. ii. tere.

Puluis pro exitu ani, alijs intestini.

RECipe mastiches, thuris, nucum cupressi, stibii, malicorii, glandium, balaustiarum, an. drach. ii. in pululillum redacta asperge.

Ani procidentiæ vtilis. aliis morbo sancti Fiacri.

Puluis, siue dactylus ad prægnantes.

RECipe mastiches, thuris, an. drach. med. lacrimæ draconis, myrtill. boli armeni, grani tinctorii, an. scrup. med. tere, ex huius drachma dactylum ossis loco reple, uino madefacito, & papyro inuolutum, sub calidis cineribus calefac. Da aborsum timentibus.

Puluis pro puerperis, off. post partum.

RECipe cas. aromaticæ, cinnamomi, adianthi, an. drach. ii. seminis anisi, iulorum nucum, seminis citrii, an. vnc. med. rad. phu, drach. i. & med. puluerata præbe ex vino. aliis aliter.

Puerperarum dolores lenit, menses cit, vterinis omnium cruciatibus vtilissimum.

Puluis cordialis primus.

Recipe quinque lapidum pretiosorum, an. drach. med. coralliorum amborum an. drach. ii. officuli cordis ceruini, antispodii, foliorum auri, & argenti, succini, an. scrup. ii. alias drach. ii. croci, ligni aloes, an. drach. i. cinnamo. drach. iii. addit Præpositus cristalli, ambari, an. drac. med. alii foliorũ aurĩ loco, limaturã legũt.

Corroborat, spiritus illuminat, saltus, & mœsticiam fugat.

Puluis cordialis communis.

Recipe quinque lapidum pretiosorum, rasuræ cornu cerui, seminis oxalidis, an. drach. ii. margarit. terræ sigillatæ, an. drach. i. coralliorum vtriusque, rasuræ eburis, an. drach. i. & med. foliorum auri, & argenti, an. nu. xx. omnia sub porphyrite, exquisitissime ad læuorem contere.

Cordis, cerebri, & ventriculi noxis, maximo est præsidio, syncopim leuat, cordis tremoré, tristiciamq; pellit.

Ecquid prophana horum puluerum carnificina, à morte ad vitam incautos restituet, fallet quidem, & argento mulctabit, quamuis emptio merci conueniat, ideo paruo æstimentur huiusmodi pulueres in tabernis, nec à pretio nomen mutuentur, ideò inutiles, ac spernendi, quod vitra præsegminum prætiosorum loco accipiant, & noxa expectanda, formidandaúe sit: propterea qui vetustatem retinent, ab his desistant, ni ex veritate, occultum in proximo dolum exerceant.

Puluis cordialis secundus, alijs pro uermibus.

Recipe quinque lapidum pretiosorum, an. drach. i. ramenti cornu ceruini, seminis sancti, dictamni, myrrhæ, tormentillæ, seminis caulium, oxalidis, coriandri p̃p. seminis portulacæ, an. unc. med. seminis lygustici, drach. x. rhabarbari optimi, drach. i. & med. foliorum auri, nu. xl. fiat puluis, vel addito melle electariũ: vel saccharo in offas cogatur. nos pæoniæ, unc. med. interdum addimus. ex Brasauolo Fuchsio, aliisque variat.

Vermes enecat, corq; adeo roborat, vt non immerito cardiaci nomen adipiscatur.

Puluis ad eos qui se in somno permingunt, vel ad vrinæ incontinentiam, aliàs ad mingentes in lecto.

Recipe membranæ internæ uentriculi gallorum, aut caporum, p̃p. unc. med. cineris er icij, drach. iii. seminis eupatorii, unc. i. tere. Da drac. i. eunti dormitum cum uino, uel iure. plura uide ex Aetio, Tetrab. & serm. 3. cap. 25.

Puluis ad ardorem vrinæ, officinis tragea.

Recipe quatuor seminum frig. maiorum, seminis portulacæ, maluæ, papaueris albi, an. drach. i. tragacanthi, gummi arab. uiolarum, amyli, antispodii, boli armeni, an. drach. vi. sacchari ad pondus omnium.

Puluis ad lapillum in renibus, officinis in vesica.

Recipe lithospermatis, saxifragæ, adianthi, cinnamomi, seminis anisi, an. drac. med. glycyrrhizæ, drac. i. & med. lapidis lyncurij, & lapidis iudaici, an. scrup. i. seminis asparagi, & melonis, an. drach. i. capiat cũ uino albo generoso. nos etiã anonidis radicẽ pulueratã, miro successu addimus, ac plura interdum, ut ex Fuch.

Est & duplex puluis nephriticus ex Alexandro, lib. 9.

Puluis ad gonorrhæam, aliàs ad fluxum spermatis.

Recipe mẽthæ siccæ, drach. iii. seminis uiticis, rad. iridis, an. drach. ii. seminis rutæ, drach. i. seminis lactucæ, drach. ii. & med. sacchari ad pondus omnium. hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ius pulueris cape cochlear med. ex vino albo, horis ii. ante cibum. addimus nos ramentorum eburis, coralliorum, boliarmeni, seminis rosarum, an. drach. ii.

Puluis pro epilepticis.

RECipe coriandri pp. drach. ii. seminis pæoniæ, & portulacæ, an. drach. i. ungularum asini ustarum, unc. med. misce. Da cochlear i. ex aqua rutæ.

Vngularum asini cinis, ex Diosc. lib. 2. cap. 37. per dies multos binis cochlearis potus, proditur comitialibus adiuuare. vritur vt cornu ceruinum.

Puluis senæ præp. s. scammonio.

REcipe foliorum senæ, unc. i. & med. zingiberis, macis, an. drach. iii. cinnamo. tartari, an. drach. i. & med. aliàs drach. med. tere, Da drach. ii. uel iii. & ultra, parum enim subducit.

Puluis senæ præp. cum scammonio.

REcipe foliorum senæ, unc. iii. tartari, salis indi, an. unc. med. macis, drach. iii. cinnamomi, drach. i. & med. scammonij pp. drach. med. contunde, Da drach. i. uel drach. i. & med.

Atram bilem potissimum, bilem etiam flauam, & phlegma deiicit.

Sunt qui aliter parent ex Brasauolo, in electariorum examine, ob exiguam scammonij quantitatem.

Puluis ad gutturosos, alias pro botio.

REcipe spongiæ marinæ, & pilæ maritimæ vstorum, ossis sepiæ, piperis longi, & nigri, zingiberis, cinnamomi, salisgemmæ, pyrethri, gallarum, echymi rosarum, an. unc. ii. alii addunt cort. auellanarum vstarum, unc. med. punicis, seminis plantaginis, limaturæ acuum pp. cineris cort. ouorum, ellebori albi, & nigri, an. drach. ii. estque valentior: paretur puluis, cribro excutiatur, cap. cochleari. hora somni, non bibendo post: alii ex aqua saluiæ propinant.

SPongia: aliis fungus marinus, ex Diosc. lib. 5. cap. 85. alia mas, tenui fistula, spissa, quarum durior tragos nominatur. Fœmina autem quæ contrarias dotes habet, vruntur vt alcyonium, candidæ cura fiunt, è molissimis per æstus tinctæ, salis spuma quæ petris cohæret, insolantur inuersæ, hoc est parte caua sursum spectante, & qua abscisæ fuerunt deorsum. si verò æstiua serenitate ad Lunam sternantur, perfusæ salis spuma, aut Maris aqua, maximum candorem referent: nobis colore, figura, & magnitudine, distinguuntur: aliquæ enim magis, minusue oblongæ, quædam teretes, aliæ latæ, crassæ, & subtiles, tuberosæ, aut planæ, cauernosæ omnes diuerso quoque vsu, attractum liquorem asseruant, nisi exprimantur: ad irrigandum maxime habiles, ob laxitatem, & raritatem, præstat recens, & quæ etiam num seruat maris odorem: de his Aristoteles 5. de histor. animal. cap. 16.

PIla: seu sphera marina, off. balla, seu palea marina, globulus est rotundus, & velut pilorum bubulorum inuolucrum, in litoribus repertum, pelagi collisione aggestum. siquidem apud harundineta quædam, pilaceas festucas minutissimæ cuiusdam herbulæ secum implicat, simulque aduoluit, & solutu difficilem pilam effingit: quæ quidem tametsi à recentioribus in vsu posita videatur, vt etiã ex Myrepso, in vnguento ad lumbricos: alias expressa est à Galeno 1. de composi. med. secundum locos, per σφαῖραν θαλασίαν, *ex Critone.*

SEpia de qua Dioscorides, lib. 2. cap. 19. ex Arist. 4. de animalibus cap. 1. & 5. de animal. cap. 18. polypis est non absimilis, at hæ ampliori corpore illi pedum multitudine excellunt maritimis piscinis cognitissimæ sunt & ea solertia vt atrum cruorem dum se peti animaduertunt per aquam effundant, atq; ita piscatoribus iter veluti præsepiant, at nec suum atramentum, nec torpedini torpor, nec loligini marcor prosunt, quo minus hominum astum potestatemque fugiant, os habent album in dorso, exterius durum, leue, interius tenerũ, fungosum leniter rude subtilissimis & minutis lineamentis plenum aurifabris expetitum.

Puluis sternutatorius.

REcipe rad. pyrethri, unc. i. castorei, unc. med. ellebori albi & nigri, an. drach. i. sampsuci m. i. fiat puluis naribus insufflandus.

Alius est puluis sternutatorius, ex Myrepso, vbi varios quoque pulueres tradit.

Puluis aliàs species pro epithemate cordis.

RECipe florum cordialium, an. m̃. med. santalorum omnium rosſ. rubrarum, an. drach. ii. doronici, ben albi & rubri, succini officuli, cordis ceruini, an. scrup. iiii. cort. citrii, seminis oxyalidis, ligni aloes, caryophyllorum, an. drach. i. & med. coralliorum utriusque, antispodii, an. drach. med. fragmentorum, quinque lapidũ pretiosorum, an. drach. i. moschi gr. iij. caphuræ, gr. vi. terantur omnia singulatim, deinde misceantur, addit Præpositus margaritarum, drach. med.

Flores cordiales tres sunt, boraginis, buglossi, melissæ. huius loco violam legit Syluius & inconcinne 3. de simpl. ac comp. præpar.

Puluis ad epithema hepatis.

RECipe rosarum, santali albi, santali rubri, absinthij, schœnanthi, antispodii, spicæ indicæ, an. unc. med. puluerata, misce & repone, addit Fuch. eboris vsti. s. intybi, singul. unc. med. uariatque in præscripto ad cor.

EPithema, idest liquida medicamenta ex aromatis potißimum, & stillaticijs liquoribus cordis, iecinori, fronti admota hoc seculo vocari consueuere, quamuis Aegineta ita scriptis mandauerit lib. 7. cap. 18. porro inter malagmata medijs corporis regionibus accommodata epithemata propriè nuncupantur, quæ quidem stomacho, & iecinori admouentur qualiacunque illa fuerint, roborantem ex astringentibus vim postulantia, nunc liquoribus tepefactis sindone, vel laneo panno ex chermes infectis, ijsdem immersis, ac subinde leniter expreßis, admouentur: & si epithemata omnia vocari poßint, quæ non vernaculo lentore, sed externis vincta tænijs cohærescunt.

Epithema commune pro corde.

RECipe puluerum pro epithemate cordis, drach. ii. uini aruisii, unc. i. aceti ros. vnc. med. aquæ rosſ. unc. iiii. boraginis, buglossi, melissæ, an. unc. iii. misce.

Epithema commune pro hepate.

RECipe puluerum pro epithemate hepatis, uel specierum diatrionsantalon, drach. ii. aceti rosſ. unc. i. aquarum intybi satiui utriusq;, lactucæ, absinthii, oxalidis, an. unc. ii. misce.

Oxyrhodinum, vel epithema pro fronte.

RECipe aquæ rosſ. unc. quatuor, aceti albi, unc. ii. olei rosſ. unc. i. misce, & hoc lintheis imbutis fronti admoueatur.

DE ODORAMENTIS.

ODoramenta: hoc est medicamina quæ citra ignis accesſionem, naribus, vel illinuntur, vel adhibentur, cerebrum odore suo alterantia, duplicia sunt: sicca videlicet, tenui lintheo, sericoúe inserta, vel in orbiculum pomum vocatum coacta, vel liquida, vitrea ampulla obserata, eius ore membrana diligenter obstructo, à cubus perforata, naribus ideo & obijcienda, & inspergenda, spiritus nutriunt, ac instaurant, aerem lustrant, purgant, graueolentiã retundunt, eius virus discutiũt, ac fugant, nõ minus ac odorati suffitus.

Odoramentum siccum vulgare.

RECipe nigellæ aceto maceratæ, seminis pæoniæ, an. drach. i. macis, cubebarum, caryophyllorum, an. scrup. i. contusa, & trita serico excipiantur, ad odorandũ. Catharro, epilepticisque vtile.

Odoramentum commune.

RECipe aquæ rosſ. unc. iiii. uini aruisii, aceti rosſ. sing. unc. i. pul. santalorum citrearum, drach. i. & med. caryophyll. integri, nu. ii. clausa, vt dictũ est in ampulla concussa, obiice naribus. his addi possunt moschus, ambarum, caphura, crocus, opium, & reliqua in vsus proprios.

Familiare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Familiare ad reparandos languentium spiritus, ad somnum conciliandum, inhibendum, si castoreum, succus rutæ, & id potentia immisceantur.

Pomum vulgare.

Recipe styracis, vnc.i. caryophyllorum, drach.ii. lasseris odorati, vnc.med. ambari, drach.med. moschi, gr.xv. cum latice ros. & stacte vniantur.

Pomum ex ladano.

Recipe ladani, vnc.i. ligni aloes, styracis, costi, nardi, thuris, galliæ moschatæ, myrrhæ, an. vnc. med. nucis moschatæ, nucis cupressi, gummi, iuniperi, an. drac.i. nigellæ, cinnamomi, caryophyll. an. drach.ii. ambari, scrup.i. moschi, gr.iiii. cum aqua ros. & vino aruisio, ac modica cera, formetur pomum.

Catharrum sistit, cerebrumque roborat, naribus sæpe admotum.

Pomum in pestem.

Recipe styracis, florum buglossi, ligni aloes, caphuræ, an. scrup.ii. caryophyll. trium santalorum, ben albi, & rubri, myrrhæ, calami aromatici, nucis moschatæ, nardi, thuris, gummi, iuniperi, an. scrup.i succini, croci, coralliorum rubrorum, antispodij, an. drach. med. seminis oxalidis, drach.iii. succi portulacæ, & malorum aurentiorum, an. vnc.iiii. nymphææ, coriandri torrefacti, terræ sigillatæ, an. drach. ii. boliarmeni, vnc.med. excipe hæc puluerata syrupo ex corticibus citrij completo q.s. adde ambari, moschi separatim pulueratorum, an. scrup. med. ladani aqua ros. & aceto infusi, vnc.med. terebinthinæ lotæ cum aqua ros. quantum sufficit, ad pomi, siue pilæ figuram inducendam.

Pestilentem auram, & eius luis contagia pellit, cerebrum, corque roborat.

DE SVFFIMENTIS.

Suffimenta, vel suffitus, alijs suffumigia, vel suffumigationes, Græcis θυμιάματα: medicamenta sunt ignitis carbonibus inijcienda, vel in trochiscos coacta, vel puluerata, ad odoris gratiã, ad tetros halitus expurgandos, ad capitis in subiectas partes defluxus, ad infarctus omnes, aurium tinitus, & frigidas quascunque noxas: quæ quidem si ad vterinos affectus parentur, vel quo muliebria ducant, vel quia euagantem vterum stabiliant, diuaricatis cruribus, super infundibulum stragulis circundatum, euaporatorio intus occluso, & muliere pannis diligenter succincta, ne ad caput efferantur vapores, accipienda sunt. si autem patulo ore, auribusúe excipienda sunt, per tubum, fistulamúe, capite perpenso efferantur, vel per sedem perforatam.

Suffitus odoratus.

Recipe lasseris odorati, drach.ii. galliæ moschatæ, cinnamomi, caryoph. sing. drach.i. foliorum lauri, ligni aloes. sing. drach.i. tere singula, stacte excipe in pastillos, viuis carbonibus inspergendos.

Suffitus vterinus.

Recipe lasseris fœtidi, galbani, myrrhæ, castorei, seminis rutæ, sing. drach.i. cinnamomi, vnguis odoratæ, sing. drach.ii. seminis fœniculi, drach.i. & med. crassiusculum puluerata, prunis asperge.

Ori admotus, vteri præfocationem, repente depellit, vuluæ adhibitus, menses prouocat, & eorum dolores paulo post sedat.

Varia suffimenta, vide si libet ex Nicolao Myrepso.

DE PESSIS.

Pessus, Barbaris pessarium, & ineptius nascale, pro vterino clysteri Græcis μετρεγχύται vocato, vsurpari quibusdam immerito consueuit. siquidem ex Paulo, lib.7. cap.24. ipsorum tres generales sunt differentiæ: vel emollientium, vel astringentium, vel aperientium. fiunt autem ad crassitudinem instar strigmenti, & paulo spißiorem, deinde lana linamento tortili similis duplicata, in medicamentum tincta, ori vuluæ condenda sic est, vt filum prælongum habeat alligatum, quo facilè poßint extrahi, quando visum fuerit: nunc lintheo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

theo, sericoùe tenuißimo obducta, ad digiti formam consuta, genitalibus mulierum partibus induntur, quomodo alias lana concerpta, qua medicamenta continebantur ex Paulo, lib. 3. cap. 60. vel eadem balani forma inijciuntur, vt infra, somni potißimum tempore, ad sex, vel septem horas relicta.

Pessus vterinus vulgaris.

Recipe pulueris pilularum fœtidarum, drach. vi. succi mercurialis quantum sufficit, fiat pessus, & lintheolo illigatus, vtero inseratur.

Menses validissime prouocat, vasa in vterum desinentia aperit.

Pessus varios relaxantes, emollientes, conceptionem adiuuantes, vide ex Myrepso.

Metrenchita vulgaris.

Recipe succi, vel decocti arthemisiæ unc. iii. olei liliorũ, olei seminis lini puri, ac laurini, sing. vnc. i. myrrhæ, drach. i. & med. sagapeni, castorei, an. scrup. i. commixtis omnibus fiat.

Vterinos dolores, durities, obstrutiones, & diuturnos eius affectus persanat.

DE FOMENTIS.

Fomenta, hoc est, vel decocta partibus applicita, illa suo calore fouentia, & flatus dißipantia, vel per halitus digerentia, humectantia, lenientia, atque alia ex vi coctorum præstantia, in vesica excipi, vel spongia, lineoùe filo, aut lanneo panno craßiore imbuto, & expresso, adhibentur, & liquida vocari possunt. Sunt .n. & sicca fomenta, ex Hippocrate 2. de vict. ratione in acutis, nihilum ferè à sacculis euariantia.

Fomentum commune.

Recipe florum chamæmeli, meliloti, anethi, altheæ, an. m̃. ii. seminis lini, fœnugræci, anisi, fœniculi, an. vnc. med. bulliãt in s. aqua ad tertias: addunt alij alia, ad libitum.

Melilotus: siue sertula campana, alijs regia corona, ex Diosc. lib. 3. cap. 39. laudatißima in Attica, & Cyzico, & Chalcedone nata, cuius color vicinus est croco, boni odoris: nascitur et in Campania circa Nolam, colore in luteum languescente, odore infirmo. Nos tria meliloti fastigia prodimus, primum ab radice fruticosum, cubitalem, flagellis exilibus, & coma trifolij minuta, ac lente fimbriata, flosculo melino, odoris eiusdem, cuius & herba, nempe suauis, tereti, ac per ramos diffuso semine. Alterum aspectu cano, croci odore, ac flore, pinguißimus, ac breuißimus folijs, vt etiam ex Plinio, lib. 21. cap. 9. Tertium simile fœnugræco, folio raro, semine in lunata siliqua, flauo, rotundo, infra synapis amplitudinem, flore luteo, odorato, ad Isaachi lectionem ex Serapione alludens: quem tametsi lapsum prædicet Valeriola, lib. 3. enarrat. 5. quod duo meliloti genera ex Diosc. contra veri fidem statuerit: vel eodem errore carpendus est Auicenna, vel Barbaræ interpretationes inquinatores accersendi, & in codices, potiusquam in authores retorquendum: quum præsertim Serapion, hunc in modum dictet. Dioscor. est ex meliloto habens colorem croci, & est ex eo quod aßimilatur fœnugræco: ita fortaßis mente propria intelligens, vel esse ex eo meliloto, speciem fœnugræco aßimilem, Isacho ascriptam, siue illud Dioscoridis fœnugræco æmulum esse: neque enim inficiatur Valeriola, meliloti plantam trifolio similem, proinde cognationem quadam iungi, nec ideo duplicem ex Dioscoride tradidisse: vel quia in vetustioribus Pedacij exemplaribus, ea legeretur particula hodie abolita. nam & Auicenna colorem similem fœnugræco, Dioscoridis testimonio obtulit, quum prius in album, & citrinum, citra eius memoriam secuisset. præterea tam reconditum animi pabulum non videtur, vt Aristophanis lucernam exigat, tã prodigiosis, tã deprauatis Maurorum scriptis, vt neque Cœlum, neque Terram attingere sæpe videantur. Est tamen, quum omnes trahamur (vt Aristotelicis verbis vtar) 1. Metaph. ad scientiæ cupiditatem, dum multa altius rimor, magnus ille officinarum expiator Matthiolus, Italicè loquens, magna oblectatione legentium animos pascens, ac delectans, quippe quod ex Græcis, quum nondum elicuisset, stipites, caules ne, an radices, aut meliloti semina, ad vsus medicos reciperentur, Serapione semina eligente, Latinos magna expectatione illusit, bæotica ænigmata sedulo dissoluit, intacta præterijt, ne forte aliud cornix, aliud noctua loqueretur. Matthioli oscitãtia. *qui enim inuoluta extricare, obscura patefacere, fusca illustrare, incognita prodere creditur, quo fructu accesserit, qua instructione, qua amplificatione, à cogitatione deflexerit, animum obduxerit, ac detraxerit, cur tam facili rei ignoratione obsurdescat, vix vlla inductione fidem mihi adhibuerim, vix apud me reputem, nisi cum Platone in Atlantico, debitam ignorantiæ pœnam scientia, aut verius silentio persoluere velit. si enim prædictas meliloti species ex Roma, Gargano, & Campania allatas, Ticini interdum vidisset, ac olfecisset, secundam præcipue, legitimam melilotum proculdubio referentem, flores saltem vsui esse apud Græcos, coniecisset*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cisset, quum sicci validius, magisq́; quàm planta fragrent, vti ex Theophrasto 7. de caus. plant. cap. 22. Cæterùm quia nobis infrequens sit melilotus, & si in insulæ Vgadæ, Illyriæ, vineis Ditelinæ, uoce obuia sit, nec aliud trifolij genus ibi oriatur. eius inopia trifolium odoratum, plebi tribulo, circa Serui decursus copiosissimum accipi poterit, & si syluestris lotas succedaneum sit ex Gale. attributo. Quandoquidem seplasiis vsitatissima, ad herbariorum quorundam genistelam potius accedit, flore quidem luteo, in vnguiculas volatilium similes terminante, vix trifolij odore, non hortensis, nec lotus vrbana, vt eo inclinat Matthiolus, non syluestris, vt statuit Fuch. 1. de compos. med. in Patauino viridario visitur.

Mathiolo nō subscribitur.

ALthea: Latinis ibiscus, vulgo maluauisco, aut bonauisco, siue bismalua, ex Dioscor. lib. 3. cap. 139. in syluestrium maluarum genere est, cui folia vt cyclamino rotunda, ex Theophrasto 9. de histor. plant. cap. 19. constat ibiscum folio maluæ, maiori tamen, pilosioreque, caule molli, flore melino, fructu maluæ, radice neruosa, albaque, gustu maluæ, caulibus proxima, vulgatissima est, in hortis vbiq́;, locis humectis, pinguibusque gaudens, flore tamen inter ruborem, & purpuram splendente, vel candido, rosæ simili, Iulio, & Augusto potissimum, eius loco quidam Alcæa vtuntur, syluestrium maluarum generi assignata, vni caulis ferè, non maluæ modo fruticosa, & sarmentosa, quibusdam herba Simeonis. de qua capite altheam subsequenti Dioscorides, quum altheæ mucago simpliciter scribitur, ex radice intelligenda: & si folia, ac semina in vsu etiam medico habeantur, vt flores, in Diacodione Actuarij.

Alcæa.
Herba Simeonis.

DE SACCVLIS.

SAcculi: olim arida fomenta, ex floribus, plantis, radicibus, alijsque rudiusculum pulueratis, quadrati frequentius, vel ad membrorum patientium formam figurantur: ex serico videlicet cordi, & capiti admouendi: alij verò ex panno lineo, consuunturque acu transuersim missa, ne scilicet ea ex quibus constat in vnam omnia partem labantur, ac declinent. Solent verò ante admotionem, testa calente superponi, vino, aut aceto irrigata, ac subinde cōtracto calore partibus adhiberi. ad vnc. i. vel vnc. i. & med. pro qualibet sacculo.

Sacculus cordialis.

REcipe florum boraginis, & melissæ, an. unc. med. florum buglossi, santalorum omnium, ben albi, & rubri, boliarmeni, officuli cordis ceruini, an. drac. i. rosf. rubrarum, drach. ii. florum chamæmeli, florum rosmarini, an. drach. i. & med. coralliorum rubr. seminis oxalidis, cort. citrij, an. drach. med. ligni aloes, antispodij, an. scrup. ii. croci, serici crudi, an. gr. x. caphuræ, scrup. med. misce.

Sacculus frigidus pro corde.

REcipe rosarum, flori buglossi, boraginis, an. drach. ii. & med. cort. citrij foliorum myrti, coralliorum amborum, coriandri p̄p. santalorum omnium, ann. drach. i. & med. caphuræ, scrup. ij. misce.

Sacculus calidus pro corde, alijs temperatus.

REcipe santalorum alborum, rosf. coralliorū amborum, antispodij, caphuræ, foliorum myrti, florum boraginis, ann. drach. i. ben albi, & rubri, cort. citrij, nucis moschatæ, serici torrefacti, spicæ, officuli cordis ceruini, grani tinctorij, foliorum lauri, caryophyllorum, ligni aloes, rosmarini, cubebarum, melissæ, an. scru. i. moschi, gr. iiij. ambari, croci, an. gr. iii. conterantur.

Sacculus capitalis.

REcipe florum chamæmeli, stœchados, sampsuci, an. m̄. med. macis, mastiches, cubebarum, nucis moschatæ, cort. citrij, rosf. an. drach. i. coralliorum rubr. scrup. i. salis vsti, scrup. iiii. contunde.

SAl: ex Diosc. lib. 5. cap. 75. fossilis efficacior est, communiter si est candidus, calculis vacans, & perspicuus, densus, æquali compage: in marino sale eligendus est candidus, æqualis, densus, probatissimus in Cypro: fit & salamine Cypri, & Megaris, in Sicilia, & Aphrica, sed inter dicta salis genera lacustris præfertur, sed multo validissimus est Phrygius, nomine Tapæus, aut Tritæus, & Gantæus: de his Gal. 11. simpl. Georgius Agricola 3. fossilium Albertus lib. 5. cap. 2. nos marino vtimur & rubicundiore ex salinis experientia ipsa longe candido præstantiore. Germani, & Pannoni, fossili potius. Vritur fictili diligenter opertus, ne exiliat, conditusq́; prunis, vsq́; dum efferuescat: aliqui fictili subacto polline obliniūt, & carbonibus subijciunt, vsq́; dum eius crusta exuratur. solet & sal communis hoc modo vri, aqua semel abluitur, & siccatur in ollam

ollam coopertam mittitur, subdito igne, moueturq; donec id nõ exiliat: in medio, cocturæ emplastris inijcitur. Cæterum si salis, vel tantulum habet Senensis cucurbita, quid salis florem fortasse morello di sale, pictorum existimat, inodorum, & nullis omnino respondentem lineamentis, salis parãdi rationem, vide ab Agricola 12. de re metallica, ceu artificiosum multiplex lib. 7. & 11. Fuch. 1. de comp. med. cap. 17. florem salis ambiguam vocem ostendit, quòd leuissimam, & candidissimam salis in salinis colecti partem significet, secus ex Diosco. propterea hanc maris florem, pluriuocũ euitans appellitat, & balnearum semen, ex lotione albescens & penè omnis acrimoniæ expers, cap. 20. eiusdem libri perperam sperma ceti ad ambarum trãsferri inquit, quum hoc non sit nisi succinũ quòd cetæ deuorarunt. Quare sperma ceti, siue balenarum semen pingue, virosum, croceum, non aqua, sed oleo diluendum sit halosachnẽ. Dioscoridis quod autem Fuch. in calce florem maris inepte recentioribus, sperma ceti dici concludit quid non implicuerit recognoscite.

Matthioli vana dubitatio.

Sacculus carminatiuus pro stomacho.

RECIPE seminis apii, anisi, seseleos, fœniculi, olusatri, rutæ, an. m̃. med. origani, calaminthes, an. m̃. i. & med. hyssopi, pulegii, stœchados, rutæ siccæ, chamædryos, chamæpithyos, an. m̃. i. absinthii, m̃. ii. calami aromatici, cinnamomi, caryophyll. an. drach. ii. macis, drach. iii. terantur.

Flatus ventriculi, aliarumque partium valenter dissipat.

Sacculus calidus pro stomacho.

RECIPE pulueris menthæ, absinthii, labruscæ, calaminthes, pulegii, an. drac. ii. caryoph. scrup. iiii. nucis moschatæ, mastiches, macis, ros. rubrarum, coriandrorũ præparatorum, an. scrup. ii. galangæ, drach. med. galliæ moschatæ, drach. i. misce.

Stomachum calefacit, nauseam, vomitumque à frigida causa reprimit.

Sacculus ad fluxum ventris.

RECIPE origani, rhois, myrtillorũ, coriandri, chamæmeli, an. m̃. i. & med. balaustiarũ, cort. granatorum, hypocisthidos, seminis ros. an. m̃. i. radicum verbasci, dipsaci, cort. & rad. mori, an. m̃. ii. incide, & tere: vsu ita exigente, coque vino nigro austero, impone sacculo, cui supersedeat.

Intestina roborat, flatus dissipat, ideo tormina sedat, & alui fluorem.

VERBASCŨ: vulgo tapsus barbatus, ex Diosc. lib. 4. cap. 89. differentias summas habet duas. hoc nigrũ, illud albũ, in quo mas, & fœmina intelligitur, cognitissimum est in suburbijs vbiq;, & circa parietes, floribus luteis, auri æmulis. reliqua autem tam syluestria, quàm domestica, quia curæ nõ sunt, ideo quoq; paucis cognita: eiusdem sanè facultatis sunt verbascula duo, alijs phlomides, Ruellio bracchecuculi, herbarijs primulæ veris, vel arthriticæ, hirsutæ, terræ inhærentes, humilesúe, folijs orbiculatis, rugosis, è quorum sinu subtilis exit cauliculus, dodrantem altus, incanus, floribus luteis, in altero odoratis summis labris incisis, ternis, quaternisúe, aut pluribus, in summo vertice, in altero odore destitutis, in album pallescentibus.

Phlomides. Primulæ veris.

DIPSACUS: alijs galedragon, siue labrum veneris, de quo Dioscorides, lib. 3. cap. 11. non est virga pastoris, Arabum, vel potius eorum interpretum pro poligonio accepta, & si nescio qui seplasiarij, à se se perperam huiusmodi cognomentum auspicati sint, vel cum Pandectario millies hallucinati, siquidem & poligonium, & dipsacum, quàm magno errore implicuit: hinc herbarij quidam, maiorem, & minorem virgam pastoris ostendere solent. vulgo itaque carzone appellatur, aculeatarum generis, notissimum, atque vberrimum: diuiditur in satiuum, album vocatum, quo potissimum fullonia ars pannos, & pilea expolit, floccisq; detractis concinnat: & syluestre secus fontes, aquarum scatebras, aquosos limites, & fossas, passim proueniẽs, primo nulla re dissimile, quàm quod echino est ad vsus ineptiore, & qua est concauo alarum sinu, ideo rorem, & imbrem facilè asseruat, etiam ardente Solis æstu, vnde siticulosi nomen traxit. Cæterum quum varius nominatim agatur conflictus, inter Fuchsium, ac Monachos, qui in Mesuem scholia edidere, quum crimina tractentur iudicio dissoluta, nõ est quod alterius defensionẽ suscipiamus, quod nobis in vtrosq; scribentibus metuẽdum, aut omnino dubitandum sit. Quandoquidem cucullati pro virga pastoris, polygonum vbique accipiendum censent, quod assa alrhai, siue bassi alrabagi Mauritanis, virgam pastoris, & polygonum significet. Fuchsius, Serapionis, ac Auicennæ interpretes hallucinatos contendit, quoniam Nicolaus virgam pastoris acantho similem tradit, idem sanè quod dipsacum, quod ab officinis virgæ pastoris loco indendum sit, nec in prædictorum sententiã eundum. Nos ita sentimus: pro virga pastoris in Arabicorum libris polygonum statuendum, in Nicolao dipsacum imponendum, nec temere, vt hi censent vbique, vel hoc, vel illud accipiẽdum.

Monachorũ, Fuchsiiq; error

Finis Radij Octaui.

APOLLI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Nonus, Olea demonstrat.



LEVM multis fit modis, vel expreßione, vel impreßione, quum materiæ aliæ in ipso maceratæ, incoctæ, qualitatem suam, & vires in ipso relinquunt: vel resolutione, quum heterogeneæ in corpore conclusæ, & velut concretæ, vi caloris separantur, opera præcipue Chymistarum: de quibus quantum licet agemus: quod si plura scire exoptas, cum ipsis versare. primum autem dicemus, oleorum quæ per expreßionem fiunt naturam, & facultatem, ac eliciendi modum, postea DEO *dante, etiam de cæteris.*

OLeum simpliciter, ex oliuarum cuiusque generis baccis expressum significat, vt etiam ex Galeno 2. simpl. cap. 7. duplex sanè, vel immaturũ, quod omphacinon, ob id & omotribes, idest acerbum, viride, & crudum appellatur: odoratum, morsus expers, sapore acerbum, vel maturum, quod & commune vocatur. Præstat recens, odoratum, purum quod non mordeat, sapore gratum, intuenti translucidum: tale vnguentorum compositionibus, idoneum intelligitur: quo autem vetustius, & pinguius, eo ad medicamenta aptius, vt ex Diosc. lib. 5. cap. 28. cuius si non sit occasio, in vase decoquitur, ad mellis craßitudinem, vt vetustatem repre sentet. vterque igitur, vel recens, aut vetustum, vel insulsum, vel salsum, & illotum, vel lotum, quæ quidem differentiæ diligenter sunt obseruandæ, quod ex his plurimum varient, atque immutentur composita. siquidem ne quis per ignorantiam error committatur, admonet Galenus 4. de composi. med per gen. cap. 5. his verbis. credunt enim institoribus, vetus oleum dare affirmantibus, ignari quomodo ipsius loco, vendant adipem suillum veterem, ex oleo communi liquatum, temperamentumque, sed membranulis prius diligenter exemptis. at quum olei odor, adipisq; differant, craßitudo quoque ipsius adulterati continua non est, nec similaris, &c. Lauatur hoc modo, vt ex Diosc. lib. 1. cap. 29. vel ad salem tollendum, vel ad candorem conciliandum, aut acredinem, oleaginumque odorem admouenda. Lotio denique omnis, vel ad acumem tollendum, vel ad subductoriam vim reprimendam, vel ad sordiciem purgandam, aut earum facultatem magnificandam. in vase igitur mundo, stricti orificij, & inferius perforati, at lotionis tempore obstructi, oleum infunditur, aqua deinde pura, & feruenti superiecta, frigescere sinitur: tunc valide, diuque concutitur, postea per infernum spiramentum aquæ exitus præbetur, id toties iterato, donec aqua omnis odoris expers emittatur. at per oleum simpliciter, commune intelligendum, reliqua omnia per translationem. oleum ex Platone in Sophista, externis nostri corporis optimum, interioribus peßimum: quapropter Medici, ægrotantibus olei vsum vetant, nec vti permittunt, nisi quàm paucißimo, ad obsoniorum quorundam maleolentiũ offensionem reijciendam. sunt strigmenta balneorum, ex oleo quo se prius ibidem perungebant, cum sudore abrasum vnguẽ. Est & amurca .i. expressæ oliuæ recrementum, de qua Dioscorides lib. 1. cap. 119. oleum siquidem per initia fuerit iniectum resinæ, aut pici liquidæ, emplastrum non spissescit: quare vbi crassa euaserint incocta, rectè indetur. Oliuarum genera fructuum diuersitate, loco, natura, arte, nonnunquam euariant, vt ex Columella, lib. 5. cap. 7. Macrobio 3. Saturnalium cap. 20. Plinio lib. 15. cap. 1. oliuæ commendantur Hispanæ, vt potè maiores, carnosiores, solidiores, osse paruo, ac oblõgo.

Lotionis causa, & modus.

Strigmẽta balneorũ.

Amurca.

Oleum ex amygdalis dulcibus.

REcipe amygdalas dulces, cortice lignoso, & cute membranosa, cultro purgatas, non calente aqua excoctas, vt à pellicula facilius spolientur, quia sic oleũ aquosius reddunt, nisi antea siccari saltem permittantur, non sartagine vehementer calefactas, postea aspero lintheo confrictas, ne oleum vstionem resipiat, plurimum tere, in offas coge, horis circiter quinque loco calido contine, vel in vase

duplici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

duplici hora vna coque, aut sub calente arena, aut cinere, sacculo inuolutas, & pannis aliquandiu foue, postea rursus tere, & sacculo conclusas torculari exprime, uel tritas amygdalas in uase subige, quomodo farina pinsitur, aere calido, pauca calida identidem affusa: hisque modis oleum exprimes largius, torculari quod assere inferno sit cauato, & decliui, versus emissarium, superno autem pro cauitatis magnitudine, & forma, giboso, & undique ceu sigillo quodam, amygdalæ exprimantur æqualiter. nunc myropolarũ incuria, nõ modo non delibrantur, verum rancorem sentientes, cum amaris promiscue conglobatæ, aheno uase potius vruntur, quàm torreantur, hinc ex his oleum nidorosum vstionem resipit.

Asperitatem gutturis, pulmonis, & partium cæterarum etiam externarum lenit, duritiemq; omnem ac siccitatem iuncturarum, & partiũ aliarũ emendat, ob id impinguat, hecticis confert, semen quoq; auget, ardoriq; vuluæ, & vrinæ iniectum commodat.

Ex amygdalis amaris, fit vt præcedens.

Ex Diosco. lib. 1. cap. 33. quem Actuarius. ad vnguem sectatur, sic fit. Semodius ex amaris nucibus repurgatis, siccatisque, in pila lignea pistillo leniter tunditur in offas, aquæ quæ ferbuerit sextarius adÿcitur, et vbi dimidia hora humorem hauserit, vehementius quàm antea tunditur, tabellis mox præmitur, & quod digitis hæsit, concha excipitur, rursusque in id quòd expresseris hæminam aquæ infunde, & spatio vt combibat interposito, idem opus prosequendum. singulas heminas reddunt singuli modÿ. Quidam Metopium vocant, & si aliter fiat ex Dioscoride, lib. 1. cap. 60.

Contra vuluarum durities, strangulatus, cõuersiones, & eorundem locorum inflammationes efficax est, vitiis renum, calculosis, difficili vrinæ, suspiriosis, lienosisq; proficit, dolores capitis, grauitatem auditus, sonos incertos, tinitusq; discutit, maculas, & cutis vitia tollit è facie, & eam erugat, cũ melle ros. radice lilii tanquam cerato permixtum, vel cypria cera, aut cerato rosaceo, oculorum hebetudines emendat, vlcera capitis manantia, & furfures cum vino absterget.

Ex nucibus, fit vt amygdalarum dulcium.

Caryinum vocatur Actuario, è iuglande nuce. Flatus crassos dissipat, tumores discutit, neruis attritis, vel punctis, præsertim cum calce lota confert, scabiem emarginat, eandem vim habet quam balaninum, ex Diosco.

Ex auellanis, eodem modo.

Dolores neruorum, & arthriticos sedat, contra venenum, & morsus serpentum valet.

Ex armeniacis, fit vt prædicta.

Aurium, ani, hæmorrhoidum dolores sedat, tumores prædictarum partium, & vulnerum digerit, linguæ impedimentum corrigit.

Armeniaca, quæ & chrysomela. i. aurea mala quanq; & cotoneo cõpetant vti & citrio, ex Athenæo, lib. 3. cap. 5. à Latinis præcocia dicta, Romæ albricochi ex Diosc. lib. 1. cap. 131. minora sunt persicis, & stomacho vtiliora: cũ alÿs horæis fructibus, mense Iunio maturescunt. eorũ quædã nucleo sunt dulci, quorũ oleũ minus calet, & ad prædicta imbecillius est: quædam amaro, ideo maioris caloris, atq; acredinis. Est & horum indiuidua species per insitionem facta, vulgo albercocco, inter persicum & armeniacum media, subfulua, & carnosa, odoris persici nescio quid gustu repræsentans. cætera latius, cap. de persicis.

Ex persicis, vt præscripta.

Obstructiones aperit aurium, & sedis, ab hæmorrhoidibus dolores, ac tumores sanat, vermes necat.

Balaninum, off. de ben, eadem arte fit.

Repurgat maculas, lentigines, varos, & cicatrices nigras, aluum soluit, stomacho aduersatur, contra auriũ dolorem, sonos, & tinitus auxilio est, cum anserino adipe instillatum. hæc verò Dioscor. atque Actuarius Mes. addit, obstructa liberat, strumas, hepatis & lienis scyrrhum mollit, & digerit, affectibus frigidis neruorum, & iuncturarum, spasmo, arthritidi medetur. Datur à drach. media, ad sesquidrachmam.

Balanus myrepsica Græcè, glans vnguentaria Latinè: vel ex Pli. Galeno, Aetio, alÿsq; myrobalanus, Arabicis ben, quo nomine suffimigatoribus notißima: ex Diosc. lib. 4. cap. 141. fructus est arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarũ nucũ more tritus, humorẽ reddit quo ad pretiosa vnguẽta vtütur. Marcellus ita vertit: quũ exprimuntur quæ inter ea sunt, eodẽ quo amaræ amygdalæ mõ, liquorẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ex se remittunt, vt lib. 1. Dioscorides. nascitur in Aetiopia, Aegypto, Arabia, Petra oppido secus Iudæam. præfertur plena, recens, candida quæ facilè delibratur. à Mes. in magnam, & paruam diuiditur, ciceri similem & malam: magna verò eadem est cum scripta à Diosco. præstantiorque, in hoc tamen discordant, quòd vetustam excellere tradidit Mes. Dioscorides autem recentem, vtpotè suauiorem, & minus stomacho noxiam: ille fortasse, quia magis oleosam veterascentem, nec ideo præstabiliorem dici oportuit. Fructus est in Hispania, ex Amatho in India, (vt dicitur) frequentissimus: maior ad nos sæpius affertur, triangularis quodammodo, superne ventricosior, inferne tenuior, & sessilis nonnunquam, interdum subacutus, quandoq; multãgulus, quæ est naturæ in rebus fingendis varietas, pro sua magnitudine ponderosus, cortice pistacij leui, sed fragiliore, ac subfusco, intus carnosus, oleosus, lenis, ac pinguis, nulli senio, aut rancori subditus: id quod maximo ducitur ab vnguentarijs, ad distemperandos odores, quum præsertim odoris expers sit, qua ratione alios non hebetat. Hic in alto throno residens Matthiolus, incuria Manardum obiurgat, dubitantem in annotationibus simplicium Mes. oleum ne ex interna fructus medulla, vel ex cortice fieri: siquidem se certò scire, tam à Medisis, quàm vnguentarijs, ex nucleo interno elici, non ex præarida, atque admodum exsicca membrana, idque Dioscoridis testimonio, cum lib. 1. tum quarto: cuius oblitus Ferrariensis, in hanc inciderit dubitationem: quod si horum textuum ambiguitas, illi non satisfaciebat, ob Theophrasti, ac Plinij sententiam, quod putaminibus vti vnguentarios tradiderint, id saltem ex Galeno 6. simpl. ediscere potuisse. videlicet vtuntur vnguentarij carnis eius succo: quumque 1. lib. Dioscorides, balaninum oleum eodem quo amygdalinum modo fieri tradiderit, id autem ex interna substantia paretur, apertissimè illud quoque non ex nucleorum cortice parandum innuisse, violatumque Theophrasti textum, à quo Plinius eadem excerpsit. horum, hoc est criminum fundamentum, hæ sedes firmæ, & stabiles, in quibus elinguis Manardus, tanquam truncus, ac stipes, demissis ad mentum superciliјs, impendentibus tot procellis, maximis turbinibus, ac fluctibus, quo vires recreet, non habet, ni quispiã exertas nimium Matthioli cristas obtruncet, gladiosque è manibus eripiat, pro Hermolao, non secus atque Manardo nonnihil decertet: prius enim ex glandis vnguentariæ cortice, recenti potissimum, non omni humore destituto, oleum parabile antiquioribus extitisse quis dubitat? quanquam nimia vetustate tabidos, fortasse pertractauerit Matthiolus: quippè quòd ex testis, pilis, lignisque aridissimis, hac etiam ætate, chymisticis organis olea sublimentur. præterea Celsus, lib. 5. cap. 18. ita scriptum reliquit: glandis vnguentariæ corticem pari nitri portione aceto respersam, in cerati crassitiem deuenire, id quod oleosa corticũ pars per se sola, crassamentum scilicet efficere potest. huc accedit Græcus Theophrasti textus, 3. de histor. plant. cap. 2. hoc modo: τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι, χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κοπτοντες δύωδες τάζεχτι, τονδε καρπῦ ἀυτοῦ ἀχρεῖον. idest cortice autem vtuntur vnguentarij, tundentes eum, odoratam .n. habet hanc partem, fructum verò inutilem. vel hoc pacto. fructus putamine contuso, vnguentarij vti solent, est enim boni odoris, fructus ipse inutilis. En si textus corruptelæ ascribendum, cui Pliniana quoque accedit lectio. quid igitur immemorem appellat? Manardum cui vt etiam Hermolao talia scribenti: Medici nucleos tundunt, affusa paulatim calida aqua, Diosco. ac Galenus, omnium iudicio apertissimè patuerunt, id tandem adyciendum, contumeliosas voces ab irato accusatore emissas, in causa extitisse, quominus meram detexerit veritatem, si vetustiorum missa opinione, hæc tantum adduxisset: nostro hoc seculo, ex huius fructus carne, non autem è putamine oleum parari, quicquid senserint grauissimi illi viri: his enim satisfactum iri omnibus putabamus: at quæ est eius animi grauitas, & iactantia, ex cortice haudquaquam fieri posse prædicat; vanum sanè, & ingenij infirmitatem, leuitatemq; demonstrans: ex Aetio præparatur vt amygdalinum, glande vnguentaria molita. Cæterum quum βάλανου μυρεψικὴν Hispaniæ familiarissimã credat Matthiol. Dioscoridis, Theophrasti, ne dicam Plinij repugnantiam non soluit arbor quum sit satis excelsa folio myrtino.

Mes. lapsus.

Manardi agmen in Mathiolũ

Cicinum, vel ricininum, off. de cherua.

Hoc modo temperatur, ex Dioscoride, lib. 1. cap. 32. à quo omnia suffuratus est Actuarius. maturi ricini qua voles quantitate, torrido sole flaccescunt, & vuarum more instrati, tantisper insolantur, dum vestiens cortex fractus decidat, caro colligitur, & coniecta in pilam diligenter tunditur, postea in lebetem stanno illitum, qui aquam habeat demetitur, subiecto igni feruescunt, & vbi insitum prorsus humorem reddiderint, sublato ab igni vase, innatans oleum concha tollitur, & reconditur, sed in Aegypto vbi largior increbuit vsus, longe secus fieri solet, nam repurgatos ricinos molæ mandant, et accuratè molitos, per sportulam torculo exprimunt. tum quidem ematuruerunt ricini, quum continentibus orbiculis exuuntur.

Ad psoras, & vlcera capitis manantia valet, prodest sedis inflãmationibus, vuluis conuersis, atq; præclusis, itẽ indecoris cicatricibus, aurium doloribus, emplastris aditũ efficaciora reddit, potu aluũ ciet, quæ aquis grauatur, ventris animalia pellit. addit Mes. flatus crassos dissipare, pituitam crassam & lentam tenuare, & incidere, & dolenti ab his ventriculo, tenuibus intestinis, colo conferre, clysteri iniectum, vel illitum hydropem iuuare.

Ricinus Latinis cici, aut croton Græcè, vulgo nostro mirasole, siue cataputia maior, Arabibus cherua, ex Dios. lib. 4. cap. 142. nomẽ accepit à ricini animalis similitudine, plebis ceca uocatur, cui cibi nullus est exitus, nullis discretum membris, colore liuido in globum continue crescens, nec prius à suctu recedens, vbi animaliũ dorso inhæserit, nisi antea disrumpatur, & spõte decidat, in hortis seritur, spectaculi potiusquã quæstus

gratia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

gratia lib.10. Indicarum histor. ficus infernalis vocatur, nimisque ibidem in campis luxuriat. Monachi etiam in Ebora Hispaniæ vrbe, arbores quatuor palmorum crassitie vidisse asseuerant, incolis figura del inferno. Quidam ricinum magnum vocant; & granum regium, paruum verò lathyridem, vulgo herba ratta, & cataputia minor, cuius etiam folijs vtitur populus maximo virium & partium principum incommodo, vt etiam alterius granis deuoratis, ita medicis, ac pharmacopæis negocium vt putat facessens, è sua sibi, non illis medicina detrimento: quod si mirandum quibusdam fortasse videbitur, quoniam pro hermodactylo, ricini huius semen quandoq; substituimus: sciant velim ex cotoneorum pulpa, diatragacanthi puluere, molestam purgationẽ, ac stomachi subuersionem retundi, bileq;, nec non pituita extractis, maximo arthriticis præsidio esse, Diacnico additũ. & si collegis quibusdam nostris, quibus confidentissima est imperitia, nullo pacto arridere possit. ex eius semine oleum ad lucernas vtile paratur. Cæterum non iniuria Brasauolum accusat, Reuerendi Mesuem commentati, quum Serapionis interpretem reprehendit, vbi cheruam cataputiam maiorem exponit, quam alias primum tithymali speciem contenderat, postea lathyrum esse deinceps animaduertit, & ineptius, minor hæc quum sit, vt altera maior. Lathyris. Brasauoli lapsus.

Oleum cnicinum, alias carthami.

Fit vt amygdalinum, ex Diosc. aluum potu purgat, verum inualidius oleo ex grano gnidio, purgato, & tuso, violentissimo sanè. ex Mes. obstructa liberat, tergetque, ob id ictero dolenti à materia frigida, ventriculo, thoraci, pulmoni confert. hisque partibus expurgatis, vocem claram reddit: sunt & alia plura, quæ ex Dioscoride expiscari potes.

Hyoscyaminum, hoc æuo taliter fit.

Accipe recens hyoscyami semen, exsiccatum contere, liquore stillaticio vini irrigato, postea stanneo, aut vitreo vasi immitte, id in calentis aquæ balneum die naturali impone, denique adhuc feruidum sacculis excipe, & torculari exprime, sicque oleum elicietur.

Valentissimum ad desperatos quoscunq; dolores, vbi cætera non iuuerint aurium doloribus cum castoreo, & croco instillandum, dentium verò tepidum hori continendum, genitalium inflammationes omnes aufert, & gonorrhæam, renibus, ac testibus illitum, menses etiam albos supprimit, & pilorum exortum retardat.

Oleum nucis indicæ, & amygdalinum.

Dolori neruorũ confert, thoracẽ, & pulmonem lenit, & inde claram vocem facit, impinguat, & sperma auget.

NVx indica, Arabum munus, ex Serapione fructus est palmæ cuiusdam Indicæ, corticoso operimento, albo, duroque occlusus, dulci, ac suaui quum recens est liquore, nucleo molli, candido, carnoso, quũ inueterauerit, cartilagineo, ex cuius circumsepto cortice, pocula argenteis bracteis exornata, gratissimi vsus parata vidimus. præstant recentes, ex Auicenna damnantur humore exhaustæ, ideo senio confectæ, ac cortice medullam vestiente expoliandæ. hæ nuces Genua, & Venetijs ad nos adductæ, cum omnibus suis inuolucris, melonis magnitudinem æquare nonnunquam videntur, earumq; oleum butyro suauitate præfertur. quin ex Gonzalo Ouiedo, cap. 66. in Indicis nauigationibus, incredibilem toti corpori suauitatem partitur. sunt qui hanc palmam elaten asseuerent, quæ tamen ex Dioscoride, idem est quod palmarum adhuc florescentium inuolucrum, id videlicet capax satis, plurimis inclusis floribus, quæ longo pediculo serie quadam pendentes, aceruatim cohærent, ex quo opportuno tempore dehiscente, prodeunt flores, id verò tegmentum est illud, de quo intelligit Galenus, aliud autem quod germen vocat, idest in plexu illo inclusum, ideo nec Gale. encephalos esse potest: quod & si nux Indica primo cortice crasso, calloso vestiatur, duro, atque tenaci, ex nigro subrubente, intus tamen molli, & capillato inuolucro intertexta, subtus alio orbe iuglandis duritie, rufescente, oui anserini mole nucleum circumplectente, putaminis instar colorato, lactea intus medulla, gustu sapidissima, qua anfractus dulci humore refertus, in recentibus præsertim, nullis tamen elate astipulatur notis, vt inepte satis sibi persuadet Amathus. Nempe huic etiam obstiterit Serapion, quum nucis Indicæ caput, nulla Græci authoris memoria præfixerit, omnibus de elate relatis, cap. de Palma, quumque Galenus 8. simpl. duplicem elaten scripserit, secunda Dioscor. ac Theophrasto respondet, 2. de histor. plant. cap. 8. quum marem primum, super spatham florere asseruit, prima autem encephalos & quæ humilis Græcæ χαμαιρριφεῖς dicta, vulgo cephaglioni, quod ciphilionem vocat Serapio, in bdellio altero, ex palmula quadam, radice bulbosa, multis obuoluta tegmentis horridis, & gustu insuauibus, meditulio tenello, & grato, cuius germiculis, plexibusq; plurimis obseptus, tanquam totius plantæ corculum, iucundissima auiditate Neapoli ac Siciliæ manditur, carduis, tuberibus, atque huiusmodi alijs prælatum hanc quoque palmã Siculã Theophrasti putauerim, & de qua 7. de histor. plant. ideo adducitur à Plinio, lib. 19. cap. 2. & radices palmarum agrestium nominare Ciceronem, lib. 7. in Verrem, quum verò maxime cæcutire Plinium notat Matthiolus, quòd lib. 12. capite vltimo, palmæ adhuc florentis inuolucrum, cum abiete confuderit, vocum germanitate illusus. respondet Stephanus Aquæus, abietem similitudine vocare, quòd & spathen Græci appellare solent. quo fit vt Plinius hanc palmæ partem vocitarit spathen. nos verò melius, quum lib. 16. cap. 26. scribat. Palma sola in spathis habet

Palma elate. Amahtus aberrat. Encephalos. Cephaglioni.

Plinio sub scribitur i Mathiol.

fructum racemis propendentem. Theophrasto scitè respondet. præterea tametsi palmam, siue elaten, siue spathen, medicinæ conferre, &c. tradiderit, lib.23.cap.5. si tibi iocundum, mihi non molestum, non ædepol quo magis Matthiolo persuadeatur, quàm iam persuasum esse confido, quum lib.12. capite præcitato, alijs elaten vocatam, sibi abietem esse dictauerit. en si abietem arborem, & florescentium dactylorum inuolucrum, idem putauit? en si palmam arborem esse existimat? quum verò alijs palmam, alijs spathen vocari subiungat, quid tum, si non propriam, sed aliorum fortasse authorum suo æuo ita appellantium opinionem attulerit, quã postea lib.16. dilucide aperuit. ne igitur puteo inclusus manu alterum sibi tegat oculum, quo acutius videat, ne ita ruat in tenebris à luce distractus, vt Plinio sempiternam noctem offundere sibi persuadeat.

Oleum cerasorum.

Arthritico dolori confert, terget, ac expurgat, ob id calculum à renibus, & vesica expellit, pannos, lentigines, & cætera cutis fœdæ vitia delet.

Cerasus: arbor notißima, ex fructus colore, duritie, gustu, varia quoque sortitur nomina: dulcium .n. quædam ciregiæ vulgo, quædam duracinæ, alijs galfioni, quædam corbinæ, alijs cerasa nigra, alia ex albo, rubroq; mixta spectantur. acidorum autem, quæ & amarina, quæ & maraschæ quædam longioris pediculi visuntur, in quibus austera qualitas dominatur: fructum .n. fert non paris astrictionis in omnibus plantis participem, sed in quibus dulcedo, nonnullis aciditas exuperet. quæ saccharo condiri consueuerunt, vt potè stomacho vtiliora, dulcia enim citißime dilabuntur, illa verò minus siticulosa sunt, imo sitim extinguere, oris insuauitatem emendare, appetitum inuitare videntur. de ceraso Theophrastus, 3. de hist. plant. cap.13. at quibusdam à nostrate ceraso dißidere videtur, primus cerasa Lucullus Romanorum Imperator, qui Mithridatem, ac Tigranem vicit, ex Cerasunte Pontica ciuitate, in Italiam transtulisse dicitur.

Oleum ex nucleis cerasi syluestris, eadem præstat, atque efficacius.

Oleum ex seminibus citrij, & aurentij.

Dolori arthritico, & succedenti tumori confert, lapidem renum, & vesicæ pellit, in pestilentia alexiterium, lumbricos necat, potum, & illitum.

Ex pistaceis, & pineis.

Hepatis, & renum dolores potenter lenit, hepar impinguat, sperma auget, potum, sed stomacho nocet.

Oleum laurinum, vel de baccis lauri.

Recipe baccas lauri maturas, & recentes, tere in pila, coque cum aqua in lebete, post torculari plano, non cauo, exprime in vas subiectum, in quo aquæ supernatans oleum collige, affusa calente aqua, iterum tere, atque exprime, torculari cauato collige oleum, & repone. Diosco. in aqua coquit, verum pinguedinem manibus subactam concha excipit: aliter etiam parat, quo recentius, & viridius colore, amarissimum, & acre, vtilius esse censet. Myrepso compositum hoc modo conficitur, quinque sextarijs maturarum oliuarum pinguium & recentium baccarum lauri sextariũ unum inijcit, atq; sic terit, & exprimit quemadmodũ oleũ.

Laurini componendi ratio ex Actuario.

Recipe olei communis, libr. vij. & med. baccarum lauri maturarum, libr. i. & med. commixtis, & molitis, oleum excernatur, quidam baccas lauri solũ, citra aliam mixtionem moliunt, & ita prelo, vel fisco oleum exprimunt. hoc autem merum est, & syncerum ad nos aduectum vnguento similius est, quàm oleo. ideo Galenus 1. de composi. med. secundum locos, cap.2. siue oleum, siue vnguentum appellare velis, non vetat.

Excalefacit vehementer, & emollit, venarum spiracula aperit, lassitudines discutit, ita vt ii qui scabie scatent, & asperis impetiginibus obsidentur, illiti in balneo persanentur, sed eo conuenit abstinere lichenibus, & psoris, inflammationem minantibus, in calidis quoque temperaturis, & biliosis. siquidem frigidis corporibus, humidis, & pituitosis congruit, item iis quorum articuli algoribus, aut perfrictione affliguntur, ventriculi, coli, hepatis, lienis, renum, vteri affectus frigidos, & dolorem his succedentem sanat, ischiadicis subsidio est, vermes, & pediculos enecat, furfures capitis emendat, alopecias, & ophiases corrigit, eius vsus in lauacro nitri, postea detergere oportet, vino, & melle, & fœnugræci farina, sed cauendum est ne capitis dolorem sentienti, laurinum hoc oleum admoueatur.

Ex baccis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex baccis viridibus terebinthi.

Vulnera glutinat, spasmo, tetano, duritiei neruorum confert, ob hæc multis emplastris miscetur. Dioscor. refrigerat, cap. de Lentiscino, quum tamen reuera calidum sit, ideo Marcellus deprauatam esse lectionem non immerito existimauit, quum in vetustissimis quibusdam Græcis codicibus, verba illa non legantur. sed eius tan tum parandi ratio, ideo Dioscoridem mirari desinat Syluius. Diosco. in Syluiū tutela.

Ex baccis lentisci.

E maturo fructu eodem modo construitur, factis prius spissamentis.

Scabiem iumentorum, canumque sanat, pesfis vtilissimum, acopis, & leprarum medicamentis, sudores cohibet, idque ex Dioscoride, à quo mutuatur Actuarius. ex Mes. stomachum, partes neruosas, iuncturas laxat, & musculos roborat.

Oleum balsami.

Fit eius cortice scarificato, & vulnerato, quem opobalsamum vocant, ex Diosco. lib. 1. cap. 18. idq; verum est, aliter fit surculis huius plantæ in pilatritis, Vere ineunte, & in aqua coctis, torculari expressis, quod inde stillat, oleum balsami vocant. sunt qui huius surculos tritos in oleo veteri, dies quadraginta insolant, in vase duplici coquunt, exprimunt, surculos alios recentes immittunt, secundo, & tertio colant, & recondunt.

Calefacit, humectat, tenuat, mirum in modū digerit, terget, glutinat, aliosq; ab his mirandos præstat effectus.

Horum defectum balsaminis substituimus, de quibus non procul.

Sesaminum.

Recipe semen sesami excorticatum, ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irriga, manibus frica, iterum irriga, donec madefiat, sicca modice assa, sacculo aspero multum, diuque confrica, ut probè excorticetur, à quibus purgatum moliatur in farinam, oleum vt ex amygdalis exprimatur, quòd multorū oleorum est materies: ex eodem semine non excorticato, sed assato, & molito in farinam, oleum quoque extrahitur, ut prius. eius loco oleum commune substituitur, at uel amygdalinum dulce, uel seminis lini succedere potest.

Seminis lini.

Fit vt superius, sed non excorticatur. hodie ab olearijs molitoribus sine aqua paratur. in moletrinis quoque pauca aqua affusa extrahitur, ad vsum lucernarum, Ticini potissimum.

Spasmo, duritiei neruorum, & iuncturarū, hæmorrhoidibus, sedis phlegmonis, & rimis confert, ac dolori pulsatorio. hodie etiam colicis, & vterinis præbetur, pleureticis, & linctum, vel potum succurrit.

Papauerinum, fit vt supradicta.

Impinguat asperam arteriam, lenit, febrium ardorem mitigat, & insomnium.

Ex semine lactucæ idem pollet, & eodem modo fit:

Ex quatuor seminibus maioribus frigidis, separatim vt sesaminum fieri potest. vt ex pluribus alijs, tum seminibus, tum fructuum nucleis: eorum vires à quibus separantur retinentia, quæ à nobis omittuntur.

Fiunt & olea per impressionem, quæ ipsis oleis velut habili cuidam materiæ, aliorum medicamentorū virtutem à sua ipsorum forma proficescentem inserit, quomodo sigillum formam suam materiæ cuipiam, ad eam suscipiendam habili imprimit. hæc autem varijs fiunt modis, quos Deo adiutore tradituri sumus.

Quibusdam seruanda hæc regula videtur: ad quanlibet olei libr. florum, vel rerum aliarum vncijs tribus immissis, & si ad quinque, ac nouem vsque, ex Nicolai tenore, in oleo rosa. imbecilla vi constantia admitti possint, quæ quidem quum debilius etiam fragrent, & facilius difflentur, eiusq; virtus facilè euanescat, ideo minus etiam insolatum, cocturamúe perferunt, vtpotè lilia & violæ, quæ tamen tabernariorum est segnities, & virtutis inimica desidia, dormitantium quidem negligentia, vigilantium verò temeritate fit, vt non ex Græcorum fontibus hauriant, non saltem vel Mes. & eius farinæ præscripta sectentur, verum ab omni virtutis amore alieni, vix semel insolent, non succos addant, non flores, non germina, surculos, fructus, congruo tempore expetant: adeo enim res est in præcipiti, vt ne quis sit, qui istorum insignem nequitiam, frontis inuolutam tegmentis non cernat, non agnoscat: clamem ego vt libet. ausi enim sunt & mecum coram ita agere, vt non modo flagitiorum suorum cum dolore recordentur, verum omni rubore defuncto, adeo suæ ceruicis duri-

tiem consulunt, etiam se consueta nulla vnquam suadela, palam immutaturos confiteantur, quòd magistros, herosque suos imitentur, dicant alij quicquid velint: nullo enim eloquio adduci patiuntur, vt animis imbibitos. iam diu errores reijciant, & si prorsus à ratione desciscant. non igitur per dierum spatium, aut menses, macerari flores, aut semina desinunt, sed coquunt, atque vrunt: quod si saltem coacti, more Gale. 4. de tuend. sa. cap. 8. aquam inijcerent, quo videlicet nec torreantur quæ iniecta sunt, nec oleum vstionem referat, aliquo pacto admitterentur, si propterea in duplici vase excoquerent. præstat tamen illa in balneo calentis aquæ triduo macerare, nouaque prioribus expreßis addere, quater, quinquiesue repetere, & minime hac coctione egebunt. quanquam Propositi, & aliorum imperitia, ad hæc illos adegerit, & si nonnunquam in duplici vase excoquat. fit verò hoc modo, vase altero alteri imposito, floribus, aromatibus, oleis, super supernum con-
Coctio in dupli vase *iectis, in infernum verò aqua fusa, quæ subiectis prunis efferuens, suo calore illa decoquit: quod si aqua, vinum, aliusue liquor suauiter incoquatur, tunc absumpta visuntur, quum guttulæ igni iniectæ non crepitant, neque flammæ resistunt.*

Oleum rosaceum completum.

Recipe oleum commune, vel sesaminum recens, aqua fontana aliquoties laua, in eo foliorum rosarum rubrarum, completarum, quantitatem sufficientem macera, in vase uitreo obtura, diebus septem insola, postea in uase duplici tribus horis coque, expressis folijs, & abiectis, noua immitte, insola iterum dies septem, coque ut prius, tertio idem fac, deinde aquæ infusionis rosarum dictæ in syrupis, quantum est oleum misce, opercula, insola dies quadraginta, post excola, iterum diu insola, utere. aliter quoque paratur magis resoluens, ex succi rof. & aquæ infusionis rosarum prædictæ, añ. parte una, olei loti, & parati vt dictum est, partibus tribus, foliorum rof. contusarum, quantitate sufficienti, hæc omnia in vase uitreo insola, ut dictum est de permutando succo, & aqua infusionis rosarum, idque bis fiat, postremo oleum solum cum succo rosarum, & aqua infusionis earum, in uase uitreo insola dies quadraginta, uel amygdalas dulces purgatas, curiose tritas, folijs rosarum tusis, misce in offas, quas in aere calido, horis 24. serua, tere, & subige continenter in mortario, affusa pauca aqua infusionis rosarum calente, tandem torculari exprime, oleum uase uitreo impositum opercula, & insola. quarto modo cum sesamo excorticato, fit qualiter cum amygdalis.

Roborat, resoluit, commode lenit, & sedat, primum multis vsui est, æstuantem stomachum restinguit, potum soluit aluum, vlcera caua nutrit, ad vteri inflammationes cum melle, & erosiones intestinorum, ex salis momento, clysteribus inditur, dolor dentium eo efficaciter colluitur.

Oleum rosaceum rude, vel non completum.

Fit eodem quo superius, verum ex oleo omphacino, & floribus rosarum nondum apertarum. ex Actuario facilius fit hoc modo, rosarum rubrarum detractis vnguibus, & noctu, diuq; in omphacino oleo decoctarũ sesquilibram, operculato vase diebus quadraginta insolato, quod si ex dehiscentibus rosarum globis paretur, Actuario magis astringit, & ex aceto, phrenitidi præsidio est capiti illitum.

Inflammationes extinguit, roborat, cogit, densat, fluxiones sistit, & materierum per corpus fluxum cohibet, dyssenterias potu insigniter iuuat.

Tres sunt rosacei compositiones apud Dioscoridem, lib. 1. Nicolao autem ita paratur, in libr. ij. olei communis abluti, libr. i. & med. rosarum viridium, aliquantulum contusarum ponatur, in duplici vase, idest in lebete in quo sit aqua feruens, insito vasculo oleo pleno, ad tertias: denique panno lineo puro exceptum, torculari premitur, ad vsus. eodem modo sambucinum, violaceum, myrtinum, excoquit. laborem itaque fugientes pharmacopolæ, dum Nicolai præcepta sectari videntur, non in duplici vase coquunt, sed vrunt: quod si, vt dictum est, ad quintuplum olei, aquam miscerent, coquerent, donec ipsa vanesceret, non ita saltẽ calumniarentur. Myrepsus verò ita parat: ex vnc. iij. rosarum rubrarum, exunguatarum, & olei omphacini sextario italico soli exponit, diebus triginta. rosaceum exactum, ac simplex, quod sit, uide ex Gale. 2. simpl. ultimo, ut ei succedentia 2. de compo. med. per gen. cap. 13.

Oleum chamæmelinum.

Fit ut rosaceum completum. Paulo verò, Aetio, atq; Actuario, ex chamæmeli floribus luteis, sine ambientibus folijs, unc. ij. in libr. i. olei demersis, & uitreo uase lintheolo cooperto, diebus quadraginta sole illustratis. ex Nicolao ad olei vnc. xviij. florum vnc. vi. insolantur, vt supra. Auicenna fœnugræci, ac florum chamæmeli, partes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

li, partes æquas imponit. Pharmacopœi præ auaritia temporis, & laboris, nulla ponderis certitudine parant.

Meliloti.

Viribus est chamæmelini, & eodem modo componitur.

Violaceum fit vt superiora.

Actuarius capit violarum, vnc. iij. olei, libr. ij. Myrepsus sextarium. nobis insolandum videtur, exacte operculato vase ne transpiret, tantum dies decem, violis interea ter mutatis. ex omphacino oleo valentius refrigerat: alij vt rosaceum parant, cum oleo amygdalino.

Refrigerat, incandescentibus inflammationum feruoribus vtile est, ob id phlegmones omnes remittit, ac inde pleuriticos iuuat, asperitatem arteriæ, pulmonis, & thoracis lenit.

Anethinum, fit vt præscripta.

Actuario anethũ viride, noctu, dieq; flauescens, instar vnciæ demergitur, in olei dulcis sesquilibra, & operto vase, quadraginta dies insolatur. Diosco. capit olei, libr. viij. & vnc. viiij. florum anethi, libr. xi. & bessem. ita enim vertit Ruellius, legit Matthiolus, non aduertit Lacuna Segobiensis, nec explicuit Brasauolus. & si florum copia excedat, ideo iustius legerit Syluius, libr. ij. & vnc. viij. vno die insolat, manibus præmit, & recondit, quod si iterum perfundere velis, anethi flores consimiliter madefacito. ex Gale. coquitur, 4. de tuend. sa. cap. 8. vt 12. meth. med. Auicenna ex sicco anethi semine componit, & 20. diebus insolat. Myrepsus inutile esse ad vsum, propter floris amißionem asseruit, ideo priusquam semen solidum fiat, & acre, ex coma anethi viridis adhuc existentis componit. Ruellii, Brasauoli ac Mathioli lapsus.

Vuluarum durities emollit, venarum spiracula laxat, contra horrores febrium circuitu redeuntes, spinæ, & partibus neruosis illitum auxiliatur, calefacit, lassitudines discutit, dolores articularios subleuat, phlegmonas, & scyrrhos digerit, somnum item conciliat, & cephalalgiam mitigat.

Liliorum, vel crinelaion.

Fit vt anethinum, sed ex liliorum floribus, croceo abiecto.

Actuario sic fit foliorum lilij detractis vnguibus imis, vnc. ij. olei, libr. iij. tribus insolantur diebus, deinde prioribus eiectis, noui conijciuntur flores, mox iterum exacto triduo induntur. alijs ter hoc opus obeundum, ex Diosc. susinum, quod alij lilinũ appellant, diuersimode fit. quumq; mille lilia decerptis folijs accipiat, non propriè folia, sed flores ab Actuario intelligendi, quanquã alba folia vocet Paulus, lib. 7. Aetius Tetrab. et ser. 1.

Calefacit, resoluit, ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, vteri, renum, vesicæ, sedat, lenit, & coquit.

Liliorum compositum, siue susinum.

Recipe foliorum lilii candidorum, vnc. viii. mastichæ, calami aromatici, costi, ligni balsami, an. vnc. i. caryophyll. cinnamomi, añ. vnc. med. croci, drach. iii. omnia præter liliorum folia, aqua sufficiente horis 24. macerentur, semel, aut bis ferueant, tunc inijce olei dulcis, vel sesamini, libr. ii. & additis lilij floribus, in vase vitreo insola dies quadraginta, post colatum repone.

Vix euariat Auic. at ex Paulo, lib. 7. perpulchre quidem, verum aliter exprimitur, vt ex Dioscoride, cuius facultates in suum simplex conuertit Actuarius.

Muliebribus vitiis congruit, vlcera capitis manantia, furfures, varos, & feruidas eruptiones illitu emendat, & vitia à frigore contracta sanat. in summa extenuat, bilem per aluum extrahit, vrinam ciet, sed stomacho alienum est, & nauseam parit.

Lilia: alijs liria, quibusdam rosæ Iunonis, ex eius lacte humi sparso, Hercule post suctũ digresso, vt poetica testantur fabulamenta. ex Dioscoride, lib. 3. cap. 97. coronamentis se dedunt. sunt & rubra lilia: in Syria autem, & Psidia Pamphiliæ, efficacißima vnguentis nascuntur: nobis flore sunt candoris eximij, tam accuratè à Plinio depicta, lib. 25. cap. 5. vt nihil addi posse videatur, paßim in hortis Maio, & Iunio florent, eius bulbi, cæpe, aut capita liliorum, quibusdam vocantur.

Irinum.

Recipe rad. iridis libr. i. florum eiusdem, libr. ii. aquæ cui incoctæ sint aliæ iridis, radices quantitatem sufficientem alijs libr. iii. olei dulcis, vel sesamini, q. s. alijs vase vi. in vase duplici coque, radices, floresque nouos immitte, prio-

ribus expressis, & abiectis, vt in oleo rosi. alij vini, libr. i. addunt, macis vnc. iiii. cardamomi, zedoariæ, an. drach. ii.

Terget, tenuat, coquit, resoluit potenter, ob id à frigido dolores aurium, hepatis, splenis, vteri, ariculorum sedat, phlegmonas coquendo suppurat, materias thoracis, & pulmonis coquit, strumas dissipat, & alios tumores duros spasmum emendat, & narium fœtorem.

Est & irinum Aetij, ac Pauli, vix solo helenio dissidens, plus autem ex Actuario variat, ac Nicolao Alexandrino. Fuchsio 2. de comp. med. bis describitur fol. 663. & 690. ex Damasceno.

Sambucinum, fit vt rosaceum.

Lenit cutem, expurgat, neruos roborat, eorumque doloribus confert. Sunt qui ex media, tenellaque sambuci membrana, oleum ad ambusta parent.

Sambucus: aut verius sabucus, si Serenio Quinto creditur, ex Diosco. lib. 4. cap. 155. duplex est. alter arborescens, eodem vulgi nomine, alter humilius herbaceo generi assignandus. Ebulus scilicet, tritissima, & earundem virium, & si aliud sit montanum, aliud syluestre, alterum verò vrbanum, in maiorem proceritatem assurgens, vt etiam in opacis, & iuxta aquas, vmbrosis potissimum locis, ex Theophrasto, 3. de histor. plant. cap. 13. succi acinorum ebuli inopia, ex folijs accipi poterunt. radice interdum vtimur, vt sabuci flore, cortice medio, ac folijs.

Iesminum, vulgo gelsominum, alijs sambacinum.

Fit vt prædicta: alij vnc. iij. florum in libr. i. olei dies quinq; insolant, coquunt, in duplici vase exprimunt, triduo idem opus repetunt.

Narium hæmorosagiam citat frequenter odoratum, doloribus frigidis mirum in modum satisfacit, impetiginem, omnemque cutis asperitatem, & fœditatem curat.

Iesminum: vulgo gelsominum, Arabicè sambach, frutex est omnibus viridarijs celebratissimus, topiario opere multis viticulis pergulas ascendens, sequaci reptatu harundineos cancellos conuestiens, concameratos hortorum sinus, & testudinatas turriculas frequentibus ramulis exornans, ambulacra, hortenses attegias, non illepida opacans venustate, scænas, ac tabernacula è lignis cancellatim fabricata contexens, non sola foliorum mollitie, viriditate, tenuitate, oblongis his, fastigiatis mucronibus, sed & florum suauitate, fragrantia, ac decore commendatus, candido videlicet flore in vmbellis quino, aut septeno, vel pluribus veluti fasciculis, his apertis, alijs hiantibus decoratus. lutea & si rarior, Vercellis tamen visitur, nigro fructu attritu facili & manus cæruleo, colore tingente cærulea nondum, & si triplicis depingatur coloris ex Serapione. horūque albus luteo minus siccet, & calefaciat. hoc autem nomine iesmini, à voce quidē Græca, sed corruptè, quasi violatum significare volentes, sambach Arabicam vocem interpretati sunt. quo factum est, quoniam Diosco. lib. 1. oleum iasminum describit, ideo ex hac ferè viola compositum intelligit Hermolaus, quam scilicet leucoium cæruleam supponit Marcellus, quibus sanè & si non spernendis rationibus notam apertissimè inurat Matthiolus, quod si idem putasset in re plantaria studiosissimus Dioscorides, cui nihil vnquam maiori curæ fuit, quàm solertissima indagine sigillatim simplicium differentias annotare, genera, ac species partiri, tam dociles notas, tanquam diuersas, nunquam silentio præterijsset. in Hermolai gratiam eadem propè modum incuria Dioscor. ascribi potest, quæ in vnguento sampsucino, atque amaracino, vt quod aliorum scripta sæpe reddiderit, nulla animaduersione, vt capite de vnguento ros. ceu in rosarum enarratione dictum est. proinde apud Persas, non ex leucoi floribus, verum ex his illi incognitis compositum, idque facilè assequi possumus, quum grauiorem huic odorem, ideo aliquibus ingratum scribit, siquidem ex leucoi specie paratum, suauem omnibus eructat odorem. ex iesmino autem, nostro sæpe experimento, grauius spirat, quàm vt libenter à plerisque recipiatur: vel si hoc plurimum non possit: cur iasminum potius, quàm leucoi, & si iasme apud Persas appelletur, id oleum vt ex Aetio, inusitatam, vel æquiuocam vocem distinguere tenebatur Dioscorides. quumque non ex leucoi floribus, quo nominis ethymo alba viola significatur, & si alijs huiusce speciebus vsurpetur, etiam distinctè scribendo λευκῶν, τῦ ἴου, ex his omnibus seruari potest Hermolaus. quum præsertim verbum illud ferè subiunxerit: quod si leucoi iunctim legerit, vt in vetustis quibusdam Græcis codicibus me legisse quandoq; memini, hinc etiam Marcellus à Matthioli calumnia vendicari facillimè posset, quum ea vox, tam albā, quàm cæruleam, cæterasue sub se comprehendat. Cæterum Serapion capite de cheiri, eadem præcisè refert, quæ Dioscorides cap. de leucoio: verum capite de sambac, Græcorum non vtitur testimonio, folijsque, viticuloso caule, radicibus, ramis, floribus inter se distant: id quod facilè ostendit rem fuisse Diosco. atque Galeno ignotam: nonnulli etiam oleum sambacinum, & sambucinum, idem esse putarunt, vocum similitudine illusi.

Sambuch.

Hermolai tutela in Matthiolū, ac Dioscoridem.

Leucoi, alijs iasminum, aut iasmoleon, off. de cheiri.

Fit vt chamæmelinum: at ex Diosco. à quo mutuatur Aetius, ex vnc. tribus florum leucoi, in vnc. xviij. olei sesamini: nunc ex communi, dimissis vt in lilino dictum est.

Tenuat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Tenuat, terget, digerit, ob id dolores thoracis, renum, neruorum, iuncturarum sedat.

Papaueris.

Fit vt violaceum, ex floribus, sed etiam capitibus, & folijs papaueris albi, mitius, & tutius: nigri stupefaciendo efficacius.

Intemperiem calidam sanat, & inde ortum dolorem, somnum quoque conciliat.

Ex floribus papaueris rufi Auicennæ.

Recipe olei, libr. i. florum papaueris rufi, vnc. ii. insolentur decem diebus, & recondantur.

Frigidum ventriculum calefacit, & anserino, aut gallinaceo adipe admixtum, apostemata resoluit, & eorum dolorem. at quum omnium papauerum facultatem refrigeratoriam censuerit Galenus 7. simpl. nisi anemonem intellexerit Auicenna, vt ex Serapione interpretantur: quum pro anemone papauer rubrum ex Diosc. ac Galeno ad vnguem excerpserit, nostrum tamen oleum ex papaueris erratici floribus mirũ in modum dolores sedat, hinc forte ex anemone oleum tradit Myrepsus, hanc ferè compositionem sectatus, at pro olei libra, sextarium reddit.

De folijs lactucæ.

Idem pollet, & eodem modo paratur.

Nympheatum, officinis de Nenuphare.

Vires habet violacei, & eodem fit modo.

Cucurbitinum.

Fit ex floribus cucurbitæ, succo rasæ carnis eius, & oleo, vt nympheatum viribus par: potest ex solis seminibus expreßis, vt amygdalinum parari, tunc multo est frigidius, & humidius. Auicen. ex succi cucurbitæ partibus tribus, olei parte vna, coquit ad succi consumptionem.

Melinum, officinis cidoniorum.

Recipe carnium cotoneorum non excorticatorum, mediæ maturitatis, tyrocnesti, idest lamina tenui, foraminibus multis aspersa tritorum: & succi eorũ partes æquas: in oleo omphacino sufficienti, quindecim diebus vase vitreo insola: deinde horis quatuor coque in vase duplici: caro & succus mutentur, & rursus insoletur, & coquatur bis, aut ter, ut in aliis seruatũ est, postremo colatũ reconde.

Refrigerat, astringit, ob id ventrẽ totũ inferiorẽ, & neruos laxiores cogẽdo roborat, sudores immodicos sistit

Dioscorides, Aetius, Paulus, Actuarius, vix macerant cotonea, quadraginta diebus insolant. quo fit vt ex Mes. paratum, valentius sit. at tanta hodie diligentia non efficitur, quam tamen poßhac impendant rogo. Quidẽ cotonea frustratim secta, oleo duntaxat incoquũt, expressum reponunt. Myrepsus malorũ cotoneorum in exigua frustula disectorũ, vnc. iij. in sextariũ olei omphacini cõijcit, insolat diebus quadraginta, postea recõdit

Myrtinum.

Baccarum myrti, libr. med. foliorum eiusdem recentium, tenerrimarum, vnc. x. vini rubri, austeri, libr. ii. olei omphacini libr. v. contusa omnia permisce, & vase vitreo, oreq; obstructo, in balneum calentis aquæ per triduum immergito, exprime, & cola: rursus recentes baccas, folia, ac vinum substitue, in eodem balneo vt prius recondito. deniq; vasis ore deobstructo, tantisper in balneo sinatur, quoad balnei feruore vinum omne euanescat. fit & Nicolao ex foliis myrti recentibus omphacino, vinoque.

Faciliores sunt Dioscoridis compositiones, vt quæ ab Actuario prodijt, verum istæ facultatibus cedunt, eas ideo in hanc transtulimus, & si non huius, alteriusũe normam prosequantur hodiernæ officinæ, sed myrteis baccis contritis, oleo communi, ac rubro vino permixtis, igne violento excoquant, ad vini absumptionem, nec omphacino oleo, nec vase duplici parare consueuerint. forte q̃a Serapioni et a duplex simplicius ... nisi cada... solutum a...

Refrigerat, & astringit, ideoq; cœliacis affectibus subuenit, sanat igne ambusta, pustulas erumpentes illitu emendat, attritus hyeme concitatos, & intertrigines, illitum corrigit sedis rimas, condylomata, articulos laxatos, corporis sudores compescit, & omnia quæ astrictionem, inspissationemq; desiderant.

Ex pomis mandragoræ.

Recipe succi horum pomorum maturorum, olei sesamini, uel communis, partes æquas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tes æquas, in vaſe duplici coque ad ſucci conſumptionem, ſucci tantundem ſuffice, coque ut prius, idem tertio fac, & reconde, præſtantius fit hoc modo.

RBecipe olei libras v. ſucci pomorum mandragoræ, vnc. viii. ſucci capitum papaueris hortenſis, vnc. vi. ſucci hyoſciami albi, ſucci violarum, ſucci cicutæ tenerrimæ, an. vnc. ii. opij, ſtyracis, an. vnc. i. hac arte confice, omnibus ſuccis oleo admixtis, decem diebus inſoletur, vaſe uitreo oſculo eius obſtructo, undecimo die coque in duplici vaſe, ad ſuccorum conſumptionem, vbi aliquantiſper refrixerit, cola, colato oleo adde ſtyracem, opium verò pertritum oleo inſperge, ſæpe commiſce: aqua enim, vel lino diſſolutum, non permiſcetur oleo. Ponderibus cum Myrepſo diſcrepat Fuchſius.

Inflammationem omnem extinguit, ſomnum conciliat, & quocunque modo vigiliis fatigatum obdormiſcere facit, idque celerrime pulſibus bracchiorum, ac plantis pedum illitum, vehementes capitis dolores ſopit, phreneticis fronti delinitum, & naribus iniectum mirificè auxiliatur.

Enulatum.

Recipe rad. enulæ tuſas, ſucci aliarum enulæ radicum, olei ſeſamini æqualem menſuram, vini odori partem mediam, coque ut melinum, valentius fiet, ſi foliorum lauri, cardamomi, nardi, calami aro. maſtiche, an. ſextam partẽ addideris.

Calefacit, tenuat, digerit, ob id affectibus neruorum, veſicæ, vteri, frigidis prodeſt. ac febrium rigori, & colo, à flatibus dolenti.

Cinnamominum Dioſcoridi eleganter paratur.

Ex ſabina.

Idem pollet quod enulatũ, & eodem modo fit, dolores à morbo gallico mire ſedat, cutiſq; maculas corrigit.

Ex pulegio eodem modo fit, & menſtrua pellit.

Rutaceum, fit vt myrtinum.

Breuiſsime Actuario paratur, at ſegnius prædicto: alij rectius, ex foliorũ, & ſucci rutæ partibus æquis, ex oleo ſufficiẽti, inſolãt dies quindecim, obturato vaſe; poſt coquũt in vaſe duplici horis 4. exprimũt, hoc bis, terúe iterãt. Eſt et Peganinũ Alexãdrini, ex olei, vnc. lxx. foliorũ rutæ, vnc. xxiiij. ſampſuci, cumini, ſing. vnc. v.

Calefacit, tenuat, digerit, quare deſtillationibus auxiliatur, doloribus cum thoracis, tũ renũ, veſicæ, vteri, coli vel illitum, aut clyſteri iniectũ, vt in colico Gal. tum reliquarum partiũ, quæ vim caloris deſiderent remedio eſt.

Menthæ, abſinthij, fiunt vt rutaceum.

Nardinum ſimplex, alias benedictum.

Recipe ſpicæ nardi, unc. iii. vini, & aquę, an. vnc. ii. & med. olei ſeſamini, libr. i. & med coque in uaſe duplici lento igne, horis circiter quatuor, frequenter mouendo. Braſauolus legit olei, libr. med. at quatuor horarum ſpatio omnia ferè euaneſcerent.

Nardinum compoſitum, officinis de ſpica.

Recipe nardi, vnc. iii. ſampſuci, vnc. ii. ligni aloes, enulæ, folij indi, calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, ſchœnãthi, cardamomi, an. vnc. i. & med. craſſiuſculum trita, macera uini, & aquæ, an. libr. i. unc. ii. olei ſeſamini, libr. vi. per diẽ naturalẽ, poſtea coque uaſe duplici igne lento horis ſex, ſingulis horis mouendo, uel ſpicæ nardi, unc. iiij. ſtyracis, caryophyl. an. unc. iii. nucis myriſticæ, unc. v. olei balſami, libr. med. olei ſeſamini libr. quatuor, coque ut prius horis quinque.

Calefacit, tenuat, digerit, modice aſtringit, proinde affectus omnes frigidos, & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, veſicæ, vteri, magnopere iuuat, naribus iniectum, caput purgat, corporis colorem, & odorem commendat. Compoſitum verò magis calet: non deſunt qui aſpicum oleo incoquentes, poſtea compoſiti huius vice vſurpent. eſt tamen oleum ex his floribus ſublimatum odoratiſsimum ita, vt alios omnes hebetet, ſuffumigatoribus vſui, at extra eorum officinam per ſe reconditum, ne ſuo excellenti odore, alios quaſi inodoros reddat. ad multa ſanè præclariſsimum è Gallia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Sunt & Nardini præparationes quinque absque præcoctura, ex Aetio, vt etiam olei, siue vnguenti foliati, ac spicati præparationes. Tetrabib. & serm. 4. cap. 115. nec minus pulchrè componitur Actuario: ex Dioscoride simplex est, ex omphacino oleo, costo, iunco, calamo, nardo. Triplex etiam est Auicennæ compositio 5. can. Tract. x. vt etiam ex Myrepso varie compositum. Vide & ceratum mastichinum Gal. alias nardinum, vt 8. Meth. cap. 5. & 8. de composi. med. secundum loc. cap. 1. Nos nardinum quandoque parauimus hoc modo.

Recipe nardi, unc. iii. florum aspici, unc. i. & med. caryophyll. vnc. med. mastichæ, drach. iii. laticis vini, unc. v. styracis, unc. med. vini aruisi, libr. ii. aquæ aspici, unc. iiij. olei omphacini, libr. i. & med. in vitro reposita & bene obturata, macera duplici uase die naturali, ubi probe unita fuerint, horis sex diligentissime coquantur: oleum à fæcibus segregetur, post seruetur ad usus.

Mastichinum.

Recipe mastichæ, unc. iii. olei sesamini, libr. i. & med. coque in uase duplici: uel olei ros. libr. i. mastichæ, unc. iii. vini, unc. viij: aliis quatuor, in vase duplici coque, ad uini consumptionem.

Cerebrum, neruos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores sedat: ex Dioscoride, è trita fit mastichæ tantum, Aetio, Paulo, ex vnc. i. mastiches, in olei omphacini sextario coctis, in duplici vase, vt etiam Actuario, aduersus prominentes stomachi durities, cœliacorum, dyssentericorumq; cruciatus, vtile, faciem emaculans, & colorem nitidum faciens, ad quæ omnia non minus pollet Mes. suprascriptum. Est & mastichinum magis varium Paulo compositum Actuario appellatum, hodie expeditius fit, at negligentius. nempe mastichem communi oleo, ac vino subigunt. æreo cacabo coquunt, ad vini omnimodam absumptionem. Myrepsus ex vnc. i. mastiches, in sextarium vnum olei communis omnino immaturi, coquit in vase duplici, nec multo post varias mastichini compositiones tradit.

Nucis myristicæ.

Recipe nucum myristicarum pinguium, libr. i. caryophyl. vnc. i. in offam redige, instar marcipanis, aqua absinthij irrora, multum, diuq; in pila subige, donec probe emolliantur, postea affunde olei mastiches, menthæ, an. libr. i. & med. vini aruisij, unc. iiij. macerata ad dies septem, in duplici uase igne prunarum lento blandissime bulliant, ad vini absumptionem, undique obturato, ne suauissimus odor expiret, postea exprimantur, & in uitreo vase asseruentur: eximius erit si chymico organo eliciatur.

Stomachicis, frigidis, humidisque commodissimum, roborat, & flatus valenter excutit.

Styracinum.

Recipe styracis, vnc. iii. vel si ualentius uis, quatuor, in olei sesamini, libr. i. coque, ut mastichinum, & colatum repone. Aetius ex styracis sextante, & olei sextario componit.

Calefacit, ob id confert dolentibus à frigore renibus, vesicæ, vtero, neruis, musculis, tendinibus, iuncturis, ea indurata attenuat, & emollit.

Costinum.

Recipe costi, unc. ii. cas. aromaticæ, unc. i. sumitatum sampsuci unc. viii. vino odoro sufficienti biduo macera, deinde cum olei sesamini libr. iii. coquatur horis sex: ut nardinum coquit, ad uini consumptionem. Auicenna solis ponderibus euarians, at in secunda descriptione, simplicia permutat. Rhazes 9. ad Almans. cap. 7. præscripto vehementius pingit.

Calefacit, obstructa aperit, neruosum genus roborat, vt neruos, musculos, tendines, ligamenta, ventriculum, præter hæc hepar, & capillos, caniciem, ob id moratur, & corporis colorem, & odorem commendat.

Ligustrinum, vel cyprinum, Barbaris de alcanna.

Recipe florum lygustri, vnc. iiii. coque in olei ueteris, unc. x. ut rosaceum: florum penuria, folia cum uino bis mutata, coqui possunt, in dicta olei mensura.

Partes neruosas roborat, capillos à canicie vendicat.

Est &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Est & cyprini spissamentum ex Dioscoride, Cyprinum Æginetæ, ex commentarijs Posidonij, id quod secundo mutuatur, Aetius, atq; Actuarius, aliam cyprini scripturam ex Paulo percurre, diuersa tamen sunt à Mes. confecto, varijs scilicet aromatibus præparata, vt etiam ex Myrepso aliæ, atque aliæ.

Ligustrum: quod Græcis κύπρος dicitur, vnde oleum cognomento cyprinum, quod ex eo fit referente Dioscoride, Barbaris alcanna, vulgo crauosso, vel cambrosene, alijs giustrico, siue oliuella: ex Diosc. lib. 1. cap. 107. optimũ nascitur in Canope, & Ascalone, nobis vbique fruticat, in vinearũ sæpibus, in vepribus, secus publicas vias affatim luxurians, exeunte Vere, & ineunte Aestate, flores muscosos, vel racemosos, candidos, ac odoratos ostendit, qui mox collecti tabescunt: Autumno maturis baccis, bederaceis minoribus, racematim pyramidali apice dispositis nigricat, ideo Dioscorideæ historiæ consonum, vt quamuis Plinij cyprus folio, ac semine differat, quum latinorum lygustrum Dioscoridis notis planè astipuletur, non dimouebor ab hac opinione, quanquam philireæ falsò tiliæ magis etiam congruere videatur, eadem penè vtriusque dote. sunt qui lygustrum conuoluulum, aut caprifolium, qui Dioscoridis est pixiacantha, commenti sunt, à scopo longe aberrauerint. Vacinia autem eius baccas esse, non hyacintum, satis superque confidimus, & si hos non rectè sentire asserat Matthiolus, tum spurijs Dioscoridis nomenclaturis frætus, tum quia Poeta semper vacinia floribus admisceat: ijsdemque non autem fructibus comparet. Quandoquidem istorum carminum series.

Vacinia. Matthioli opio haud probata.

Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses,
O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.

id puero admonito explicare videtur, ne pulchritudini, iuuentæ, coloriue, tantum deferat, quin paruo temporis tractu, senio, egritudineue circumuentum, deformem, squalidum, decolorem, strigosumque se fore meditetur. id quod nos quoque multis ab hinc annis ita complexi sumus ex Galeni Suasoria cap. 5.

Forma bonum fragile est, nec semper Lesbia floret.
Aduenit heu tacito curua senecta pede.

idem lygustri floribus candidis, odoratis, perpulchris euenire quamprimum animaduertit, hoc est deciduo flori omnem gratiam aboleri, vertique in nigras baccas, inodoras, visui ingratas, abiectas, omnibusque vilipensas, idem ferè quod in adagium plebi nostræ increbrescit, tam pulchram haud esse rosam, quæ in scalpianum nõ vertatur, hoc est fragili, caducoque flore, in caput illud rubens: quippè quod momentanea voluptatis dulcedo, subita pœnitentia, doloreque perpetuo ducitur: sentiant alij ex Theocrito quicquid velint, seu vacinia, quasi βάτινα καὶ βατινια. i. mora appellent. nam & vacinia Italiæ in aucupijs sata ex Plinio lib. 16. cap. 18.

Sampsuchinum, fit vt myrtinum.

Calefacit, roborat caput, & neruosum genus omne.

Est sampsucini compositio apud Dioscoridem, à quo omnia mutuatus est Actuarius, longe dissimilis, & quæ sampsucinum compositum appellari potest, vt etiam amaracini confectio ex Myrepso: sampsychini olei meminit Galenus 4. de tuend. s. cap. 8.

Chameleæ, officinis de mezereo.

Recipe foliorum chameleæ, unc. iiii. aquæ, libr. i. uigintiquatuor horis macerentur, post coquantur in olei sesamini, unc. viii. & lactis dulcis recẽtis, libr. med. ad aquæ & lactis consumptionem, colatum reconditur.

Hydropi confert, ad vlceribus malignis, cutem emaculat.

Thymi, quibusdam sericinum.

Recipe thymi, vnc. quatuor, zingiberis, vnc. i. & med. aquam dulcẽ sufficientem, succi extremitatum thymi, vnc. iiii. olei sesamini, unc. xiiii. coque in uase uitreo, ad aquæ, & succi consumptionem.

Renum, vesicæ, iliorum dolori confert, vrinæ difficultatem leuat, iniectum in sedem, vel meatum vrinarium.

Thymi aliud.

Recipe succi thymi, olei sesamini, lactis uacini recentis, an. libr. ii. penidiarum albarum, unc. v. zingiberis, unc. i. & med. coque ad succi, & lactis consumptionem. Est & oleum hasce. i. thymi, triplex ex Auicenna 5. can.

Eadem potest quæ prius, præterea roborat dictas partes, ac iuncturas, earumque dolorem lenit, colorem bonum reddit, venerem citat.

Sycyonium, vel ex cucumere agresti.

Recipe succi cucumeris agrestis maturi, olei sesamini pondus æquale, coque ad

succi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ſucci conſumptionem, uel ſucci radicum ipſius, & aliarum eiuſdem radicum tritarum, an. libr. med. olei ſeſamini, libr. i. coque ut ſupra.

Epilepſiam, hemicraniam, & alios cerebri affectus frigidos, naribus immiſſum leuat, & ſtrumas, & ſurditatem pannum, & cicatrices nigras delet.

Eſt ſycyonium Dioſcoridi, lib. 1. cap. 30. ex omphacino oleo, & aqua duntaxat, non ex cucumeris agreſtis cognomento, ſed quia in Sycionia maxime fieri conſueuerat. Eſt & ſycionium ſimplex Pauli, ex vnc. ij. rad. cucumeris ſylueſtris, in olei ſextarium. Eſt & compoſitum aliud, & aliud, ab Aetio, ſimulque Actuario diuerſum: eſt & ſycionij compoſitio ex Myrepſo, pluribus conſtans.

Ex pomis aurentijs, officinis citrangulis.

RECIPE aurentia xii. matura, integra, in olei ſeſamini, libr. ii. aquæ fontanæ, & maritimæ, an. q. ſ. coque in uaſe uitreato, ad aquæ conſumptionem, iterũ in aquæ dulcis, libr. i. & med. cum penidiarum, unc. viii. coque ad aquæ conſumptionem. Datur ab vnc. i. ad. iii. cum potu, cibo, obſoniis, ad iuncturarum dolorem.

Crocinum.

RECIPE croci, unc. i. myrrhæ puræ, unc. med. diebus quinque aceto macera, die ſexto incluſo cardamomi, drach. viiii. ſimul infunde, ſeptimo cũ olei, libr. i. & med. coque igne lẽto, ad aceti conſumptionẽ. loco aceti ſunt qui vinũ ſupponãt.

Neruos, & vterum roborat, amborumque dolores ſedat, durities diſſipat, coloris gratiam efficit.

Ex Dioſcoride iiſdem laudatiſsime componitur, Paulus lib. 7. cap. 20. addit aromata, vt etiam Auicenna calamum aromaticum, ſunt qui pro drachmis nouem, vncias legant.

Ex piperibus.

RECIPE trium piperum, an. unc. iii. cepularum, bellericarum, empellicarum, indarum, an. drach. v. radicum apii, fœniculi, añ. drac. iii. & med. ſagapeni, opopanacis, hyoſcyami albi, an. drach. ii. & med. turpeti, unc. i. & med. zingiberis, drac. iii. uel drach. ii. & med. ſurculorum hyſſopi recentum, foliorum rutæ uirentium, an. m̃. i. parum trita coquantur ad tertiam partem, in aquæ libr. xxiiii. colentur, cũ olei ricinini, libr. iii. & unc. iiii. ad aquæ conſumptionem percoquantur: Addunt alii iridis, drach. vi. thapſiæ, drach. ii. aniſi, cardamomi, an. drach. i. & med. calami aromatici, drach. ii. & med. ſpicæ nardi, drach. i. expreſſionis thymi, uel hyſſopi, unc. viii. poteſt poni loco ricinini, oleum irinum, ſiue leucoi, uel amygdalarũ amararum: uel horum ſimul iiii. an. unc. x. Braſauolus legendum contendit trium piperum, an. drach. iii. & cum eo Fuch. attamen caſtigatiores codices, ipſaque compoſitio aliter exigere, nobis uidetur idq; Syluio quoq; placet, quãquã ſi ex Auic. preſcripto ſub nomine alchechengi tranſumptũ eſt à Meſ. dimidiam ponderũ normam uſurpante, drach. ii. & med. duntaxat accipiendæ ſint, & hyoſciami loco, ammoniaci ſubſtituendum, uoce perperam ab Auice. interprete uerſa, hic nempe & Syluio mendi ſuſpicio eſt uehemens turpeti etiam drach. iiii. ex Serapione ſelegit quod ſextaria iiii. falsò irrepſit Auicen. nobis quum braſſicæ quoq; non meminerit Meſ. nec Auicen. doſis Fuchſii ſcripturæ reſpondeant, non caſiã pro thapſia ſuſcipimus, quo purgationi addat, ceu Mediolani per os ingeſtum.

Iuuat morbos neruorum frigidos, vt paralyſim, ſpaſmum etiam cynicum, tremorẽ, epilepſiam, ad hæc iſchiadem, & ceteras arthritidis differentias, & vteri coli, renum, veſicæ affectus frigidos, quia calefacit, tenuat, terget, ob id obſtructiones aperit, calculum frangit.

Euphorbij minus.

RECIPE euphorbii, unc. med. olei leucoi, uini odori, an. unc. v. coque ad uini conſumptionem: ex Galeno etiam 2. de compoſi. med. ſecundum locos cap. ultimo, pro uariis ſcopis paratur, ad frigidam potiſſimum hemicraniam, etiam tepidum in aurem inſtillatum.

Euphorbij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Euphorbij maius.

Recipe staphisagriæ, strutii, an. unc. med. pyrethri, drach. vi. succi calaminthes. unc. i. & med. costi, drach. x. castorei, drach. v. trita, triduoq; macerata, in uini odori, libr. iii. & med. coque ad dimidias, deinde frica multum, diuq; manibus cola, cũ olei leucoi, aut sesam ini, libr. i. & med. percoque ad uini reliqui consumptionem, tunc insperge euphorbii recentis, & albi, tenuissime triti, unc. med. & miscendo coque. Auicen. 5. can. solis ponderibus dissentit, & suum oleum appellat.

Iuuat maxime frigidos cerebri, & neruorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargũ, naribus immissum, articulorum quoque, & hepatis, & splenis dolores, illitum iuuat.

Staphisagria: vulgo strafusaria, siue herba pedicularis, aut pituitaria, quibusdam vua taminea, & si falsò, ex Hermolao 4. sui corollarij: ex Diosc. lib. 4. cap. 137. planta est folio labruscæ diuiso, rectis cauliculis, mollibus, nigris, paucis certè perspecta: & si eius nucleus triangulus, scaber, ex nigro subfuluescens, intus albus, gustu acris, officinis omnibus perspectißimus sit, mulieribus sæpe expetitus, ad pediculos, lentesque enecandos, apophlegmatismos, dentiumque dolores; in Apulia, Chalabria, Istria, frequentißima est, multisque etiam Italiæ locis: nec est familiaris ille in sepibus frutex folio apij, seu vitiginei instar inciso, semine in racemis, purpureo cortice, quadrangulo, intus oblongo, secundo cortice crocato, post pluuias Octobris dehiscente, tota substantia albo, & quadripartito, ob cuius angulos præsbiterorum nostrorum capitis tegmentis aßimiles, plebi, berretta da prette nuncupatur. vt planta ipsa ronchazo, siue fusaria quod fusos muliebres, tota intus crocea, ad stylos amatorios, & dentiscalpia celebretur: quamuis eius seminis efficacißimus sit, muliercularum quarundam vsus, ad erumpentes pediculos: non tamen eius est acredinis, qua fauces adurat, & strangulationis periculum inferat, nec eius etiam amaroris. ad quinquennium accedit.

Strutium: seu radicula, aut herba lanaria, Arabum sectarijs condisi, ex Diosc. lib. 2. cap. 154. herba vulgo nota, qua purgandis lanis vtuntur qui eas eluunt: ex Plinio lib. 18. cap. 3. radicula lauandis demum lanis succum habet, mirum quantum conferens candore, mollitieque: æque nascitur satiua vbique, sed sponte præcipue in Asia, Syriaque, saxosis, & asperis locis, trans Euphratem tamen laudatißima, caule ferulaceo, tenui, & ipsis cibis indigenarum expetito, & tingenti quicquid sit cum quo decoquatur; folio oleæ, struthion Græci vocant, floret Aestate, grata aspectu, verum sine odore, spinosa, & caule lanuginoso, semen ei nullum, radix magna, quæ conciditur, ad quem dictum est vsum. hodie eius in eluendis lanis vsu abolito & vna eius cognoscendi iudicium deceßit: olim & si in lanificijs vsitatißima, hanc magno in errore versantes ne- **Saponaria** *scio qui, saponariam commenti sunt, fabaceo caule, folijs plantaginis, nulla inter hos communi delineatione. Ruellius 2. de natura stirpium, & si saponariam quoque officinis vocari annotauerit, illam folio in cespitem conferto, interuallatim ex eadem radice prodeunte, lauri figura, vel oleæ, sed maiori, caule spinoso, vulgaris noticiæ plerisque locis asseruit. Arabum sectarijs condisi, struthium vocatur, propterea ellebori species creditum, albo eius loco imposito, id quod in sternutatorijs, vel extra admouendis, admitti quidem poterit, intus* **Ptarmica.** *verò non tute, quapropter semen raphani eodem effectu substituatur vel si mauis ptarmica, rusticanis oliuetta, à foliorum similitudine, Crepacorianis collibus, & asperis nostris campestribus, non infrequens, frutice surculaceo, abrotani æmulo, flore capitulo chamæmeli deflorescentis instar, de quo Dioscorides lib. 2. quod si nostra acris adeo odoris non est, quo sternutamenta facilè moueat, non iccirco adulterina fuerit struthij delineatio ex papaue. spumeo phyteumate & palemonia colligi potest.*

Ex staphisagria.

Recipe staphisagriæ, unc i. & med. coque in succo rutæ, uel fœniculi, adde olei laurini, & nardini, an. libr. i. & med. uel istorum utriusuis, libr. i. coque ad quartæ partis consumptionem, cola.

Tinitui aurium succurrit, flatus omnes dissipat.

Castorei.

Recipe castorei, styracis, galbani, euphorbij, casiæ aromaticæ, croci, opopanacis, nardi, ligni balsami, costi, cyperi, schœnanthi, piperis lõgi & nigri, sabinæ pyrethri, an. drac. ii. & med. olei, libr. iiii. vini albi generosi, libr. ii. coque omnia ad vini consumptionem, exprime, serua. sunt qui legant ad costum usque, an. drach. ii. olei libras tres, ut Cordus. Fuch. pondere, ac simplicibus quibusdã euariat.

Ad frigidos affectus partium omnium, præsertim neruosarum.

Nereij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Nerij, officinis de oleandro

Recipe ſucci nerii, libr. i. ſucci roſ. libr. med. olei omphacini, libr. ii. coque ad ſucci conſumptionem, cola, & reconde. Scabiem emarginat.

De capparibus.

Recipe cort. rad. capparum, unc i. iridis, cort. tamariſci, ſeminũ uiticis, an. unc. med. olei, libr. ii. aceti, alias uini, unc. iiii. ferueant ad aceti conſumptionem, cola, & ſerua. Addunt alii ſcolopendrij, cyperi, an. drach. ii. rutæ, drach. i. tunc efficacius eſt, & completum uocari poteſt. Iridem prætermiſere Fuch. ac Cordus, & pro ea ſcolopendrium: legit Deſſennius primoq́; loco pro unc. med. drach. ii. cum Fuchſio: duplex enim eſt deſcriptum Deſſennio, at nullibi folia inſunt tamariſci, ut legit Fuchſius.

Lienis ſcyrrho, obſtructioni, dolori, omniq́ue eius frigidæ ægritudini.

Ad puerorum tormina.

Recipe olei, anethi, chamæmeli, an. libr. med. olei rutæ, ſtactes, an. unc. iii. pul. cumini, unc. ii. ſemel feruefac, cola, & ſerua.

Moſchatum, officinis muſcelinum.

Recipe olei communis, libr. vi. uini, libr. i. & med. folij, ſpicæ, coſti, maſtichæ, an. unc. i. & med. ſtyracis, croci, mirrhæ, caſiæ aromaticæ, ligni balſami, an. drach. vi. caryophyll. ſeminis balſami, bdellij, an. unc. med. nucis indicæ, drach. ii. moſchi, drach. i. trita leuiter, omnia in uaſe duplici coque, ad uini conſumptionẽ, repone, obſtructo uaſis ore. ſunt qui ſine moſcho perperam tradunt. Alexandrinus autem, aliiq́ue uariant. Fuchſius ſelibram, alii libr. iii. Cordo uinum pro aqua vſurpat, probandum ſanè, at eius unc. vi. duntaxat accipit nos.

Roborat, calefacit, reſoluit.

Hyperici.

Recipe ſumitatum hyperici, unc. iii. triduo uino odoro infunde, poſt duplici vaſe bene obſtructo incoque, fortiter exprime, rurſus hyperici noui contuſi tantundem ſimiliter macera, adde terebinthinæ, unc. iii. olei vetuſti, libr. med. croci, ſcrup. i. coque in duplici uaſe, ad vini conſumptionem, poſtea exprime, à ſedimento purgatum oleum repone. Cordus terebinthinæ drachmas tres legit, Vigonius lib. 9. cap. 19. diffuſius parat.

Roborat, digerit, tenuat neruorum vulnera agglutinat, & inde dolorem ſedat, & conuulſionem.

Ex ladano.

Recipe ladani, unc. i. olei. laurini, libr. i. miſce.

Capillorum defluuium prohibet, relaxatum ventriculum roborat.

Frigidiſſimum viride.

Recipe olei, libr. iii. cymarum rubi tenerrimarum, foliorum violarũ, ſemperui ui magni, & parui, cotyledonis, ſolani, foliorum papaueris, hyoſcyami, mandragoræ, telephij, portulacæ, lactucæ, perſonatæ, an. unc. iii. tere: triduo in præſcripto oleo macera, poſt ferueant ad conſiſtentiam, valenter exprime, cola, colatum rurſus coque ad ſuccorum conſumptionem, reſidere permitte, ſuperiorem eius partem auferto, & reponito.

Maxime infrigidat, ideo phlegmonis, eryſipelati, ſimulq́ue mixtis calidis affectibus ſummopere auxiliatur, ſomnum conciliat, fronti, & naribus ſuppoſitum, febrium ardentium feruorem compeſcit, dyſſenteriæ etiam proficit, clyſteri iniectum.

ſemperuiuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

SEmperuiuum: siue sedum, ex Diosc. lib. 4. cap. 77. triplex est: duo prima in magnum, & paruum diuiduntur. magnum quibusdam barba Iouis (quæ alcudem ex Plinio) dicitur, & peculiariter semperuiuum, in tegulis, secusq; parietes consitum, in montanis etiam nascitur, in Græcia corcyræ, præsertim vulgo anastasia, caule tamen nudo, nostrate longe maius, vnde cotgledon alterum creditur, paruum vulgo vernacularia, quibusdam crassula minor, ijsdem etiam locis familiaris, in macerijs, petris, parietibusque. in marem, ac fœminam distinguitur. Mas florem gerit croceum, Maio, & Iunio mensibus, pusilla magis, prædensa, rigidioraque folia. Fœmina albo flore prædita spectatur, rariusculis folijs, crassiusculis, & aliquanto longioribus. Est & tertium genus, gustu acerrimum, in parietibus Patauini castri versus forum, cognitissimum, alia vbiq; vulgatissima quum sint. Semperuiui nomen inde nacta, quod nulla frigoris, æstusúe inclementia charescant, atque emoriantur. quum autem Matthiolum errare censet Amathus, quod semperuiuum minus frigidum sit natura, vt maius, quàm magno errore implicetur, non animaduertit. quum tertium scribat Dioscoridis, exulcerans, acre, excalefactorium, quod quidem intelligit Matthiolus, id & si deteriore lapsu telephium esse insinuet Amathus, & de eo bis tractasse Dioscoridem, à quo tamen dissidet, quantum lepus à sue. siquidem Plinius, lib. 27. cap. 13. de Telephio egit: at lib. 25. de tertio semperuiuo: ex vtrisque facultatibus etiam variat, quod telephium vitiligines, atq; etiam vulnera sanare possit: illud verò semperuiuum, cum axungia strumas tantum discutiat, præterea ad quid eadem de re bis disseruisset Dioscorides, quod & si tertium semperuiuum, telephium vocari asserat: non ideo idem esse tradit, vt neque lynozostis parthenium est, quanquã eodem æquiuoco insigniantur, vt capite de sampsuco abunde probatum est. Auerroes semperuiui omne genus in tertio frigidum statuit.

Matthiolꝰ defēditur ab Amahi calumnia.

COtyledon, siue vmbilicus veneris, nominis auspicio à lepidissima illa Dea, quæ generationis symbolum est, leporibus, & blanditijs vitæ præfecta, quibusdam cymbalaria vocatur, quia alterum genus eiusdem cymbalion vocari tradidit Dioscorides, lib. 4. cap. 78. non est herba illa vulgata, & surculosa, è vetustis parietibus comæ modo dependens, lapidum cumulis agnascens, caule tenui, folio quodammodo anguloso, inferne rufescente, flore paruo subpurpureo, & subdulci, quoniam cotyledon folio est in acetabuli formã tornato, ineuidenter concauo, breui in medio cauliculo, in quo semen inest, radice oliuæ modo rotunda. neque est alterum genus eiusdem, pinguibus folijs, latioribus, lygularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describentibus, qui onobletus Hippocratis creditur in ijs de morbis muliebribus, primum Hetruscis copiosissimum dictitat Matthiolus, non solum obsitis muris, sed vbique inter saxa productum, quod quia fictilium vasorum opercula æmulatur, ideo ab his copertoiola vocetur. Secundum etiam in Foroliuiensi quodam viridario se vidisse prædicat, & si semperuiuum nostrum sit, nec ideo à nobis desideratur. Quare eorum loco semperuiuum, plantaginemúe substituemus. Scribit Amathus vtrunque acetabulum folio crasso, rotundo, concauo, coxendicis figura, parietibus, & humectis locis hærere. ac si folijs natiuoque loco non differant, at Dioscoridem perlegenti, facilè planum fiet leuissime herbas, atque authorum mentes expendisse Amathum.

TElephium, vulgo crassula maior, quibusdam fabaria, vel faba græca, alijs portulaca syluestris, vel illecebra, vel inuersa (vox anygiri communior Apulis præsertim vbi & faba lupina dicitur. quod siliquis vrbanæ similacis fabaceas quoque æmulari videatur) in vinetis, & cultis abundans, portulacæ satiuæ non dissimilis, cauliculis crassis, radicibus tuberosis, hastulæ regiæ æmulis, & complicatis, senis, septenisúe, & pluribus, folijs referta ceruleis, crassis, lentis, ac carnosis, flore nunc luteo, nunc candido, vel purpurascente, tam apte Dioscoridis historiæ lib. 2. cap. vltimo respondet, ut idẽ esse mihi ipsi cum Fuchsio facilè persuaserim, in minore scilicet herbario, quanquã nescio quo pacto 1. de cõp. med. crassulam maiorẽ vulgi, alterũ acetabulũ statuat. quod. n. portulacæ folijs longe latioribus, quasiq; maioris sedi similibus constet, obiectum est inane, satiuæ portulacæ comparatũ. id potius obstat, quod à radice ramulos prodire scriptum est, multæ quum sint, vt supra. vt vt sit, ad eosdẽ vsus est efficacissima, & si Matthiolus huic sententiæ astipulari non audeat. præterea capite de Teucrio, eos decipi asserat, qui easdem putant.

PErsonata, siue arcion, officinis lappa maior, vt Hetruscis lappola, alijs bardana, vulgo nostro slauacia, ex Diosc. lib. 4. cap. 92. adeo palam est, vt omnibus facilè innotescat, circa pratorum, atque agrorum margines. huius enim folio nullum penè est latius, ideo rurales nostri sub ardente canicula, fruges, aut demetẽtes, aut triturantes, pileos quo æstũ fallant, mentiuntur, semine est getta vocato, Iulio præsertim mense, vestibus tenaciter adhærescẽte. Est & huius altera species, folijs quasi cucurbitinis, maioribus tamen, in riguis, & fossarum extremitatibus, caule interdum vidua, olim in theatri Palilij apparatu, floralibusque scenis expetita, qui vero Arcion Dioscoridis lappam minorem officinarum putant, decipiuntur, Xanthium quum sit, in ruderibus adeo vbique cognitum, vt ex Diosc. delineatione facillimum sit cunctis indicium. hic Brasauolum euidentius hallucinatum, quàm quod eius error explodi debeat, scriptum reliquit Matthiolus. quoniam in suo simplicium examine, lappam crediderit esse Dioscoridis aparinem. ne igitur tantam consequatur gloriam, ne hominem tam aperte profliget, ac perdat: vidit ne Brasauolum eodẽ in capite scribentem. præter hæc in varijs herbis lappas esse, & si veram putauerit aparinem, quum lappa omnis scapos habeat aculeatos, vestibus adhærentes, triaque eius scribatur genera, vt quædam canaria, exigua, canum pilis se implicans: altera maior, quæ & philantropos, quasi hominis amatrix, eius vestes tenaciter circumplectens, eadem etiam aparine dicta.

tertia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tertia personata, & maxima officinis lappago, nimirum igiur si & Brasauolus, lappam aparinem esse dictauerit, ceu quoque Hermolaus 3. corollarij appellatam asserit. non enim is est error, quo tam vehementer cõmoueatur Matthiolus, non tam apertus, vt à mediocriter versatis in re herbaria, explodi tam facile debeat. Huc accedit Theophrastus, cap. 8. septimi de histor. plant. vbi lappam amplexicaulem, & humicaulem depingit, si non habeat quibus accumbat. præterea lib. & cap. 8. lappam inter lentem maxime coalescere, vt eruangam inter eruum. lenti igitur quum aparine familiariter agnascatur, semine à mulierculis nostris rasparola appellato, raraque apud nos sit lens sine aparine, quæ & spargula eius plantas veluti brachijs capessente, vt etiam ex Galeno, primo de aliment. facult. vltimo. Personata autem non lenti familiaris, non amplexicaulis, his ideo indicijs magis accusaretur, quàm quod refelli deberet Matthiolus, ac eiusdem sententiæ Amathus, tametsi aliorum dicta lacerare, luxare, abradere, coram ita non dubitent, vt quasi grauissimi testes, quæ nondum potestate obtinent, authoritate posse videantur. Est & securidaca, vel securinum, siue hedysaron, aut pelecinon, de quo Dioscorides libro 3. capite 124. inter segetes præsertim hordeaceas, & sentes, nõ infrequens ~~& si Matthiolo pictum me nondum vidisse fateri possim~~, quam quidem ut lolium ex tritico, & hordeo, ita ex aphaca produci Theophrasti authoritate, lib. & cap. 8. de histor. plant. testatur Matthiolus. at quum absolutam huiusmodi propositionem effecerit, secus quàm ipse dictet Theophrastus, qui in omnibus ferè inesse, quæ simul alantur, intermisceanturque, seu ratione telluris in medium adduxit, quid nõ inepte putauerit, siue ob aliquam aliam causam, Latine loquens seriem magna cum laude exordiatur, eaque mutata summo cum ornamento recedat, quum Plinium Græcarum vocũ similitudine falsum demonstrat, quod phacon, idest lentem pro aphace, idest vitiæ specie legerit, & verterit, quia lib. 18. cap. 17. securidacam lentem cõplexam strangulare scripserit, quum Theophrastus in aphàcis gigni securidacam tradiderit, velut aracum lenti: ijs itaque intentus, profusus, atque ardens, quàm immoderato animo ~~inuerecundis oculis~~, inflato ore, Plinianos manes affligere audet, & quod minus ferendum est, in re nullius momenti obiurgare. siquidem quum scriptum reliquerit Gale. 1. de aliment. facult. vltimo, reperitur igitur in lente quoque, ex mutatione ipsius durum rotundumque aracum, & securinum, semina non vesca enata. præterea aparinem, &c. vt prædictum est. nimirum si & Plinius quoque, inter lentem securinum nasci asseruerit, nam & si propriam eruangam erui, & lappam lenti asserat Theophrastus, qui prius aracum etiam nostris vecetta enasci docuerat, tãetsi inter aphacem nascatur securinum, quid vetat, quominus bene dixerit Plinius, istud idem inter lentes produci, quid vocum proximitate ob id grauissimum authorem, & Græcis literis eruditissimum, vellicare non veretur, nisi eadem quoque labe Græcorum doctissimum Galenum accuset, quia securinum ipse quoque inter lentes nasci dixerit, triticeis campis frequens quoque est, arachos aspiratum folio viciæ angustiore rubente flore semine eruini de quo Galenus.

Brasauoli pugna aduers⁹ Matthiolum. Aparine.

Amathus decipitur. Securidaca. Pelecinõ.

Plinii in Mathiolũ defensio.

Vulpinum.

Recipe vulpem integram boni habitus, ætatis mediæ, exentratam, coque in aquæ fontanæ, & maritimæ, añ. libr. vi. unc. viij. aliàs iii. olei antiqui, clari, libr. xii. cum salis unc. iij. ad aquarum consumptionem, & vulpis artuum dissolutionem, tunc affunde aquæ decocti hyssopi, & anethi, añ. libr. i. recoque ad huius aquæ consumptionem, colatum oleum reconde: uel vulpes in aqua fontana, & salsa, cum herbis dictis sine oleo percoquatur, quousque ab ossibus recedat caro: aqua hæc ad balneum, uel fotum partium affectarum est efficax. de vulpibus, & hyenis, quæ oleo incoquuntur Gale. 11. simpl. quòd si aqua non sufficit accipe de his quo abunde ad vulpis cocturam satis sit.

De viperis, off. de serpentibus.

Recipe uiperas, siue serpentes nigros, integros, coque igne lento, in olei sesamini libr. iii. in uase terreo, uitreato, angusti oris, exacte obturato, ne illius noxio uapore offendaris: ubi refrixerit, uitreo uase reponatur, penna partibus affectis illinatur.

Cutim expurgat, impetigines sanat, & stomachi resolutionem ex Auicenna, 5. can.

Ex scorpionibus simplex.

Recipe scorpiones viginti, uel paulo plures, aut pauciores, in sola mense uno, in uase uitreo probè obstructo, cum olei amygdal. amar. libr. ii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex ſcorpionibus compoſitum.

RECipe ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, cort.rad. cappar. añ.vnc.i. in olei amygdal. ama. libr.ij. diebus viginti inſoletur, in vaſe uitreo operculato: deinde ſcorpiones à decem ad quindecim, oleo iniice, obtura inſola, iterum menſe uno: egreſſus à balneo, aut inſeſſu, illo ungatur calculoſus, in tribus dictis partibus, & in meatum urinarium injiciatur. portio eius exigua horis ſingulis eſt myrabile, quidam priore, alij poſteriore, ceu efficaciore, vt malunt. Cordus, ac Deſſennius, olei libr.i. & med. accipiunt. Fuchſius ſextarium.

Lapidem renum, & veſicæ, frangit, & expellit, lumbis, reni, perineo illitum, aut per meatum vrinarium iniectum: venenis quoque, ac peſtilentiæ aduerſatur.

SCorpius: in terreſtrem, ac maritimum diuiditur à Dioſcoride lib.2. cap.10. & 11. terreſtris tamen is eſt abſolute intellectus, colorum varietate diſtinguendus. horum ſeptinodi cauda venenoſior eſt: at ſuo ictui proprium alexipharmacum. in cellis ſubterraneis, iuxta imbrices, ac impluuia diuerſantur, ſæpe etiam in cubilibus pererrant. tā labilis, tam caduca eſt, nullibi periculo vacans, humana hæc miſera vita. in cinerē vertuntur viuentes, fictili nouo, & mundo, luto ſapientiæ occluſi, in clibano calido die naturali, vel vltra dimiſſi, donec incineratos conſpicias, ſingulari forma ſpecifica, præſidio ad purgandos arenulis renes, & veſicam. Auicenna ex polenta triticea vas obturat, & ſarmentis vitis accenſis, in clibano incinerat vt ſupra, lib.5. ſumma 2. tract. 6. Eſt & marinus ſcorpio, de quo lib.2. Dioſcor. hunc Ariſtotelis authoritate à ſcorpena, vulgo ſcarpetta, prorſus differre contendit Matthiolus, & multifariam præuaricat, manifeſtiusque errat, quàm vt vt vlla poſſit, cauillatione defendi. quippe quod Ariſtotelem falsò adducit: de ſcorpena loquentem, ſibique incognitum ſcorpionem, niſi araneo, vel cephalo piſcibus ſimilis eſſet, Latinæ autem non parum nutans, eiuſdem ferè generis, ſed in ſpecie, & forma, pluribus inter ſe differre aſtruit. Denique eſſe, qui indifferenter ſcorpium ſcorpenam vocent, quòd quadantenus ſibi inuicem correſpondeant, non modo figura, ſed & carnis bonitate. En igitur quàm pudenti animo, quàm verecundo, homo ingenioſus, ac peracutus in ſuam rationem reuertatur, cum propter veritatem, ac fidem, hic clamitat, his inurit, ſuo iudicio, ſua voluntate, doctorum quorunque famam, lingua ad iurgia pruriente, ſua vi, & authoritate præcidere molitur.

Oleum de ranis.

RECipe capitum ranarum antiquarum, libr. med. in uaſe uitreo bene obturato, cum libr.i. olei ſeſaminì coquantur, ad capitum diſſolutionem, ut oleum de viperis. poteſt in totum poni ranarum euiſceratarum corpus.

Refrigerat, ob id podagram, & alias arthritidis ſpecies mitigat, & incendium febrium ardentium, fronti, & temporibus illitum: quandoque etiam ſomnum conciliat.

Vide acopon ex ranis rubetis Aetij, Tetrabiblo 3. ſerm.1. cap.45.

RAnarum variæ ſunt differentiæ: quædam enim vocales, quæ videlicet ololyginem ſuam maxillæ inferioris labro demiſſa, cum aqua modice recepta in fauces, ſuperioreque intenta emittunt. ex Ariſt. 4. de animalibus, cap.9. aliæ mutæ, quædam fluuiatiles, aliæ paluſtres, magnitudine, colore, natali loco differentes: aliquæ marinæ, nonnullæ terreſtres, in vepribus viuentes, vel inter harundines, & frutices, aut ſubterraneis foſsis: vel rubetæ, aut calamites, ſiue bufones appellatæ: alijs grandiores, & venenatæ, liuidi coloris, vel cinerei, maculis nigris interſperſæ. ſunt & viridiſsimæ puſillæ, in ſicco, vel agris morantes, vel arbores ſcandentes, & imbrem querulo cantu prænunciantes, quibuſdam dryopetes vocatæ. naſcuntur & temporariæ vocatæ in ſemitibus, quoque reptantes breuis ſanè vitæ potiſsimum æſtiuis procellis penè, conſperſo puluere obuolutæ, repente ita, & clam, vt è Cælo manare plebeis credantur, quarum omnium nullus penè eſt vſus. ſolæ in cibos admittuntur, colore è viridi ſubrutilo, ſimulque ſubcinereo, in aquis coaxantes, & eædem in medicamenta inſeruntur. alij virides illas, pluuiarum præſagas, de quibus paulo ſupra, vulgo noſtro ranunculi Sancti Martini, ad maius refrigerium expoſcunt. Amathus ranas tanquam venenoſas, & à Moſe vetitas, ab humanis abdicat edulijs, quod ab his abſtinendum ſuadeat Galenus, in lib. de ſucc. bonit. & vitio, quo in loco, videlicet capite 9. & ſi animalia ex ſtagnis, paludibus, cœnoſisque, ac turbulentis fluminibus victum capientia, carne omnium deterrima conſtare aſſeruerit, quibus cum ranæ includi poſſunt, earum tamen particulatim non meminit, nec prædicta deteſtatur vt venenata, ſed quia prauos procreent humores, quum poſthæc ſcripta, cenſura in Amathum Matthiolus, à Gale. ibidem inter cibos collocari dictet, niſi ambo me oculatiores fuerint, vel textu vſi diuerſo, & ſi noſtri vltimæ ſint impreſsionis, ranas

In Amathum, ac Mathiolū animaduerſio.

tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tamen insitas nondum legi Hippocrates autem in lib. de internis affectibus, ranas probat in tertia tabe, quod autem de Aetio comminiscitur, quod ranarum ius vt alexipharmacum describat, videlicet Tetrab. 1. serm. 2. cap. 166. at Tetrabib. 4. serm. 1. cap. 36. palustres ranas inter venena connumeret, se vel nullo, aut saltem diminuto iudicio expendit. quandoquidem prius palustres ranas intelligit, communes, & victus quotidiani, pro auxiliatorio medicamine. at Tetrab. 4. de rana rubeta, quæ palustris vitæ conditionem in terrestrem mutauit, vulgo nostro rospo: id quod tam dilucide sequentibus verbis explicuit, quum proximo capite de rubetis ranis egisset, alijs buffones vocatis, de aquaticis, & terrestribus buffonibus verba facere, quum talia duntaxat asserat Aetius. Rubeta, ranæ species est, quæ palustris vitæ conditionem in terrestrem mutauit, vnde & rubeta dicta, cur se ita diffuderit non video, quum easdem illi tradiderit dotes cum Diosco. cuius etiam ordinem sequitur, lib. 6. et si cap. 55. palustri ranæ noxas quasdam assignet, earum vero ius aduersus commorsos à reptilibus venenatis propinet, Tetrab. 1. serm. 2. cap. 166. Cæterum aquaticas ranas etiam in Hispania, multis iam transactis annis in cibos expeti, edulesque scimus, degustato ab Imperatore Carolo placidissimo edulio, quod primum obtulit nostræ ciuitatis decus, & ornamentum, supremus illæ Cæsareus Cancellarius Gattinaria. nec Italus quisquam hactenus earum esu interijt, quum tamen non modo in quadragesimali ieiunio, sed etiam his diebus quibus per Ecclesiã carnibus vesci non licet, frequentissimæ in mensas veniant. semestri vita in limum resolui, nullo cernente, & rursus vernis aquis renasci, scriptũ reliquit Plinius, lib. 9. cap. 51. id quòd verũ haud esse, sed hibernis mensibus in terra latere, ac maritimis palustribus gelu expertibus, quocunque tempore veteres ranas, vt eorum fœtus, quia rotundos, conspici, Aratus γυρινους appellat, carnes paruas, rotundas, nigras, dein oculis tantum & cauda insignes, qua mobili Nicander μοθυριδας, alij βατραχιδας, tanquam ranunculos, pedibus prioribus expectore fisis, posterioribus verò ex cauda, experientia ipsa comprobat, vt autem, Plinium à portẽtosis huiusmodi mendis vendicet Matthiolus, inquit eas tantum in limum resolui existimasse, quæ ex ipsius aquæ & terræ putredine gignuntur. attamen vt cuique absque inuidia rem consideranti, liquido patere potest. quum post earum fœtus in limum resolui tradiderit: aliæ autem non ex semine, vtriusq; sexus cõplexim affuso, nullos propterea partus educant, nec quibus vis annis exoriantur videte quid eius pariant musæ. Vana Matthioli coniectura.

Lumbricorum.

Recipe olei vulpini, vnc. iii. olei cõmunis, maturi, libr. i. vermium terrestrium diligenter lotorum, paropsidem, terrea patella ferueant simul ad tertias, colatum phiala occlusa per semihoram bulliant. alii lumbricorum terrestr. libr. med. vino albo lotorum, olei cõmunis, libr. ii. vini vnc. ii. bulliant ad vini absumptionẽ. sunt qui non iniuria repurgatos lumbricos, vino elotos, vitrea amphora occludãt, sub fimo equino tandiu sinunt, donec in liquorem oleo similem vertantur.

Olea per resolutionem varijs fiunt modis, virium sanè mirificarum, de quibus scribunt fusius, qui rerum arcana detegunt, & propalant: qui quidem tibi omnino legendi, et imitandi, si famæ illorum maxime es cupidus. hodie .n. chymistica arte vis quædam in concreto, & cõposito occulta, ignis vehementia separatur, & sursum attollitur in capitella, vel vtriculos, vnde in vas aliquod delapsa recumbit, diuina sanè, & omnium medicinarum excellentissima, velut in sua elementa segregata, quorum igni respondens maximarum est virium: & si ne scio qui mulomedici, vulgari quadam (vt dicunt) practica se se ostentantes, vt alia propè omnia pulcherrima ipsis ignorata, ita hæc quoque ceu nugatoria subsanare non vereantur. nobis verò Christi largitate, & gratia, nunc pauca quædam, sed mirabilia illorum oleorum effecta percensere sufficiat.

De ouis.

Recipe vitella ouorum elixando duratorum triginta, aut circiter, manibus friata, in sartagine terrea plumbata frigantur igne mediocri, mouendo cochleari ligneo, aut terreo, donec rubescant, & oleũ ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent: vel ijdem vitelli elixando indurati, mola frangantur, deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus, & oleum destillabit, vel ipsi vitelli corpulento igni imponãtur, oleumque in capitellum ignis violentia tollatur, qualiter oleum Philosophorum post dicendum. quoniam autem paruo dierum numero fœtet, moschi, vel ambari portiuncula, dum oleum elicitur addi potest.

Experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare, capillos regignere, vlcera maligna, & fistulosa, scissa labra, manus, pedes, sedem, & papillarum rimas, quas vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

cant fetulas curare, mirum in modum contusas cerebri membranas, & putrilagine affectas, à partibus sanis segregat, aurium, & neruorum, vlcerumque dolores mulcet, ambustis vtiliter illinitur.

Triticeum, off. de frumento.

Triticum inter duas laminas ferreas mediocriter ignitas, si prematur, hoc oleũ remittit. vel triticum excorticatum vase sublimationis destilletur, qualiter oleum philosophorum, Galenus 5. de cõp. pharmac. secundum loc. cap. 7. ex Crispo, laminam æris igni candefactam accipit.

Impetigines curat, & cutis asperitates leuigat, pedum, manuumque rimas à frigore excitatas, cæterasque eius affectiones emendat, & ad vlcerum sinus commendatur.

Sinapinum, fit vt triticeum, nobis vt amygdalinum.

Salubre affectibus frigidis, lethargo, obliuioni, dolori quem frigida intemperies parit. Diosco. atque Actuario, sic paratur, sinapi fracto aqua feruenti perfuso, dein additur oleum, & simul exprimitur. facit ad inueteratos dolores, ex alto id quod infestat euocans. sunt qui Mesuem admirentur, quod sinapi cum frumento nihil commune sit, nec æquali rõne, tũ ex semine, tũ ex frumẽto, oleũ elici queat. nos experti sumus triticei instar effluere.

Ex ligno iuniperi.

Fictile vas vitreatum in foueam ponatur, & supra id aliud fictile angusti orificij inuersum, recentibus iuniperi lignis, minutimq; incisis plenum, cui subducatur lamina ferrea foraminibus peruia, vt destillet liquor, & ne ligni segmenta delabantur, bene autẽ aptentur, & luto sapientiæ circumlinantur fictilium orificia, ne quicquam expiret postea inferius fictile vsque ad collum superioris obruito terra, & facto pauimento. ignem circa, & supra fictile superius accendito, atque ardere sinito aliquot horas, postremo liquorem qui destillauit auferto, cuius vsus est in purgandis sordidis vlceribus.

Emendat cutis infectiones, serpiginem, cancrum, vlcera maligna, qualia quæ in tibiis, & cruribus quorundam, malum mortuum recentiores vocant.

Hac arte oleum ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutim, ex ligno sancto, ad morbi gallici dolores, ac vlcera, alijsque lignis, ac fructibus succosis, ac pinguibus, elici potest.

Fraxininum eodem modo fit, & eadem potest: præterea splenicos iuuat.

Ex gagate sacratum.

Fit ex gagates lapidibus, quomodo oleum iuniperi, vel sublimatione mox dicenda.

Demoniacis, epilepticis, paralyticis, spasmicis, thetanicis, artriticis, ab vtero suffocatis saluberrimum, conceptumque adiuuat.

Gagates: ex Diosco. lib. 5. cap. 92. præferendus qui celeriter accenditur, ex odorem bituminis reddit, niger est plerunq;, & solidus, crustosus, perquam leuis, in Cilicia nasci solet, qua influens amnis in mare effunditur, proxime oppidum quod Plagiopolis dicitur. vocatur autẽ & lapis, & amnis gagas, in cuius faucibus hi lapides inueniuntur. Galenus 9. simpl. se nihil huiusmodi vidisse narrat, & si parua nauicula totius lyciæ littora legerit, crustaceos verò lapides, & qui in ignem additi exilem flammam ederent, cõplures ex Cœlesyria asportasse. nunc in Germania tribus ferè milliaribus ab Ispruch non longe ab Aenoponte reperitur: in Flandria, ruberrimus dicitur, & Germanica voce Tirschemblur, nec esse pissasphaltum, ait Matthiol. vt opinati sunt cum Fuchsio plerique. quod igne non liquescat, sed ligni, vel tedæ modo comburatur: ideo lignorum inopia cõmuniter pruna ex eo succendant, vocant. n. steinkol. Nos quũ è Diosc. elicere nõ possimus pissasphaltum picis, ac asphalti more liquescere, ceu tradit Matthiolus, hinc aliquo vmbone sustineri Fuchs. posset. quum aũt vulgatissimum gagatem scribat Amathus, ex quo imagunculas pectori, vel galeris affixas afferunt Cõpostelani peregrini ad relligionis ostẽta, quod ex lapide sint nigro, crustaceo leui, quod igne facillimè accenditur. Matthiolus cõtra, succini genus esse putat, id quod quum bituminis genus doctis plerisq; predatur, videat quæ scribit. In Brixiano agro foditur in Italia, idẽq; est quod ambra nigra vulgi precarijs coronis consueta, accensa bitumen olens, & si hodie ẽt osseos, rupeosq; globulos, odoris omnino expertes, falsò ambra vocent: alij bitumen, si tã durũ fuerit, vt poliri queat, gagatẽ appellãt, vteruis accipi põt. si quid vis ex Alb. uide lib. 2. cap. 7.

Philosophorum naturale.

Duplex est: aliud spontinum ex minera, aliud maritimum ex insulis, & scopulis fluens. Naphta dictũ subalbum. Optimum est subrubrum, medium subnigrum, & crassum pessimum.

Naphta ex Diosco. lib. 1. cap. 81. à Babilonijs vocatur bituminis colamen, colore candido inuenitur, & nigrum, vis ei ignium rapax ita, vt ex spatio protinus in eam transiliat: ad nos non transire creditur, at Petroleum dictum ex Toutre Neapolitana, & Mutinensi loco, præsertim in monte zilio alijs zibito etiam scaturiens, nigrũ, & candidum, & rufum, vulgo oleo de sasso, quoniam è petris, & montibus, in fontes eliquatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

eliquatur, & vi aquæ sursum fertur, vt in quibusdã è saxo ipso emergere videatur: vel vt quidam volunt, eliquatũ terræ, ceu saxi oculta natura bitumen, & in oleosam materiã resolutum, multifariam adulteratur à circulatoribus, ad quorum præstigiaturas utilis circumfertur, quibusdam oleum S. Caterinæ, cuius uis ita ardens, & igniũ naturæ cognata, vt propè ignes sulphuris modo accẽditur, adeo tamen fœtidum, vt stercus diaboli quibusdam vocitetur: quod si purum, & impermixtum sit, non minoris virtutis quàm naphta, aut bitumen censebitur, cuius species rationabilius concedi poterit, quàm asphaltum pro vero quibusdam in off. creditum, è pice, huiusq; olei sedimento cõpositum. Nigrum, flauum, crassius, in agro Brochdorpiano, & Brunsuicensi gignitur, in Saxonia quin & Zacintho, circa Dirrachium, & Appolloniam, fontes sunt eius multitudinem cum aqua vomentes naphtam accuratissime describit Bellonius lib. 3. cap. 5.

Philosophorum artificiale, siue de lateribus.

Recipe lateres ex terra rubente multum antiquatos, in frusta comminutos, carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant, tunc choncha oleo rosmarini, vel antiquo, claro, plena extingue, & quod fieri potest oleo imbue, sicca per se in casulis, post minutissime tere, & uasi per sublimationem destillandũ, tradde, luto chymistarum, id cum capitello committe, carbonibus in fornace accensis, coque donec oleum destillet in phialam vitream, naso imo capitelli agglutinatã, quam exacte obstructam reconde, & serua: quanto. n. antiquius, tanto valentius.

Veterum omniũ consensu effectibus secretis non paucis est efficacissimũ, nã calefacit, siccat, essentię tenuitate in altum penetrat, digerit, proinde materiam omnem excrementosam cõsumit, ob id epilepsię, paralysi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, vesicę, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosarum doloribus frigidis, maiorem in modum confert.

Lateres ex terra in lapidem durati ad struenda ædificia: vel tegulæ ex quibus cooperiuntur, quibusdam noui, qui nondum aquam sensere præferuntur, quia oleum melius imbibant.

Balsaminum primum.

Recipe myrrhæ, ligni balsami, nucis Indæ, añ. vnc. med. hyperici, vnc. i. tere, in massam redige, cum vnc. v. olei veteris, resinæ abietinę, vnc. i. & med. moschi, gr. v. ambari, gr. iij. olei philosophorum, vnc. i. destilletur capitello, more aquæ ros.

Eiusdem cum balsamo facultatis, eius defectum supplere potest.

Gulielmus Placentinus 4. Practicæ, cap. 20. de oleis, ad finem destillationis, recluso operculo, moschum, ac succedentia addit. Fuchs. legit carpobalsami, ac hyperici, drach. ij. & moschi, gr. iij. ambaro omisso.

Abies, picea, pinus, pinaster, larix, teda, cognatæ sunt arbores, tanta natalium mistura, vt nec facile discernantur in fronde ẽt à peritis: quin Plinij ætate nõ satis constabat authoribus, quod cuiq; generi in his plantis tribuendum esset. Tanta tunc erat rerum, & authorum incerta historia, tanta istorum similitudo: quippe quod ex Diosc. lib. 1. cap. 74. pinus, & picea, generi eidem ascribuntur, sed quandã flagitant specierum distinctionem, nam pini materies, & crassior, et leuior, et excelsior est, folijs multis, pinguibus, flexisq;: picea folio tenuior, magnitudine minor, erectaq; minus assurgit, conum minorem, horridioremq; nucleum, vt pleraq; alia expromit, fusissime à Theophr. explicata, 3. de hist. plant. cap. 10. Abies verò, quam in masculũ, & fœminam distinguit Theophrastus, lib. & capite prædicto, & picea, adeo emulæ sunt, vt nisi accuratius perpendantur, internosci nequeant, proceritate, magnitudine, ramis velut bracchijs, crucis instar, ad latera tantum vtrique, miro ordine inuicem respondentibus, paulo oblongis, crebris, rigidis: picea tamen frondibus est abiegnis multo atrioribus, vt quæ latiusculæ, moliores, leuiores, minus etiam pungant. præterea picea cortice nigricat, ramis ad terram magis inclinantibus, fractu cõtumacibus, at valde obsequiosis. Abietis cortex albicat, flexus facile scinditur, certa meatuum rectitudine. piceæ resina inter corticem & lignum obdurescit, licet larignæ instar effluat nonnunquã: ligni deniq; materies piceæ multo speciosior, vtilior, venis rectius excurrentibus, minusq; nodosis: ex abiete tã mare quàm fœmina, eximius liquor ille perfluit, vulgo nostro abiezzo, alijs lagrimo siue olio d'auezzo, Augustensibus vnde legitimus ad nos transit, bigion, corticem inter, & corticem, limpidus, clarus, transparens, valide fragrans, atq; amarus: globis quibusdã prætumidis, humorẽ eo loci subesse indicantibus, rarus sanè videlicet impermixtus. Quandoquidẽ lucelli gratia impostores, larignã resinã expurgatam huic admiscere consueuerunt, peiusq; eandem abiegnæ loco diuenditare, at dolus facile prodit, siquidẽ abietinus, liquor minus densus, fragrantiorem eructat odorem, gustu magis amarescit, annuus verò quadantenus flauescit, cogiturq; hanc Dioscoridi, ac Pli. ignotam, facile conijcimus: quòd liquidæ abiegnæ non recordentur. pini verò & abietis differentias, vide ex Theoph. 5. de hist. plant. cap. 2 pinus verò, & pinaster, hoc est syluestris pinus, cuius vt etiã piceæ plures sunt species, mira altitudine, et à medio ramosa sicut pinus, in vertice folium habent capillamenti modo prætenue, longumq;, & mucrone aculeatum, conis lignosis, frequenti nu-

camento in turbinatam effigiem cõpactilibus. Teophr. 3. de hiſt. plant. cap. 10. et 9. de hiſt. plant. cap. 2. pinorũ aut verius picearum aliã vrbanam, aliam ſyluestrem, & huius alteram Idæam, alteram maritimam aßignat: alijs ẽt ſyluestris mas, ac fœmina, ac tertia ſterilis, Arcadiæ incolis aliter: maritima vero fructu rotundo, breui, dehiſcente: montana autem oblongiore, viridi, minusq; hiſcente, tanquã ſylueſtriore, quibus ſanè ſuo in clymate quotidianum experimentum repugnare cõtendit Matthiolus: quod ſylueſtres pini maritimis Senenſibus familiares, fructum gerant dodrantem altum, pyramidalem, ſolidum ita, & cõpactum, qui ſuapte natura difficile diſiliat, ceu in ananijs, Tridentinisq; montibus, vbi horũ ingentes ſunt ſyluæ, fructu eſſe paruo, & breui, qui ſiccatus ſtatim hiſcit, atq; ex arbore decidit, cuius ſpeciei quum alios fructu variare notauerit, regionum varietate, plura quum ſint maritimorum genera, ut quidã ſylueſtres, in Piſarum maritimis, breues, rotundasq; nuces edant, cupreßi modo, præterea ex allobrogis montibus ad nos allati, fructu ſint pyramidali, & Theophraſti hiſtoriæ cõformes: quum in alijs, aliter Græcorum cælo euenire poßit, nimirum multa de re minime dubia loquitur Matthiolus. ſat erat dicere, huius conos à picea differre, in cuius genere ſola fœmina fructum parere dicitur, quod longi ſunt, ita craßi frequentius, vt manum cõpleant; ſquamis tenuibus, & à ſe ſe reſolutis, ſic vt ſub his, nuces videri queant: at breuiorem, latioremq; eſſe pini conum, et pyramidalis figuræ, craßiorem, lignoſiorem, & magis cõpactum, quo nuces perſpici nõ valeãt, niſi in clibano, uel feruidis radijs expoſiti, hinc, atq; illhinc, non exiguo fragore proſiliant. Attamen quum Græci ſermonis peritißimus credatur, pro ſumma ingenij, ac iudicij ſui magnitudine, Theophraſtum non intelligit, ideo illi diſſonat, nec ſiſtit. quum Petrum Bellonium Græcæ linguæ imperitum non iudicat, mox alterius paginæ tergo, verum vulgaris peritiæ temerarium, iactabundũ, dignitatis alicuius cupidum, potius quàm veritatis ſtudioſum prædicat. hæc ne ſunt nugacis, peſtiferi, ac rabidi blateronis indicia. hæc ne inaudita inſolentia, noua aduerſus eum maleuolentia, qui tanto cum diſcrimine, tot oras ſoluit, ad finitimos penè orbis peragratus eſt, nec eum nominat. quid. n. in me expectabo? nonne inſolentiorem, arrogãtiorẽ? qui optimum quenq; lancinare, omnium famã arrodere, ac impunè conſcindere arbitratur. vt neſcio vnde Matthiolica ſuperbia me iſthuc adegerit, vt ſolis minacibus verbis, illius ſententias propulſare videar, quod re ipſa mox mox experietur, et ſi præſenti hac breuitate, ne dicã obſcuritate, σκοτινὸς forte appellabor, vti olim Heraclitus Epheſius. Nempe negaturus ne eſt Matthiolus? apud Theophraſtũ talia legi, πεύκης γαρ τὸ μὲν ἥμερὸν ποιοῦσι, τὸ δ᾽ ἄγριον: quin in nominibus, πεύκη Latinis, picea eſt, πίτυς pinus, nec ſecus veterum, recentiorumue Græcorum authoritate cõprobabit. Quandoquidẽ & Ioannes Iordanus in Theoph. nuncupatoria, huiuſmodi Gazæ abuſus animaduertit: nec quia Theophraſtus, τῆς πεύκης, nucem ϛρόβιλον vocet, ideo πεύκης nomine, de pinu ſcripſit: nam pitydes appellantur, pinorum, piceæque fructus, qui in conis inueniuntur, ex Dioſc. nosq; nucleos pini vocamus, fructus eius qui edendo ſunt, quidam etiam ſtrobilos Græco potius nomine, quàm Latino, forte Gal. authoritate, 2. de alim. facul. cap. 17. cui inquit. appellant autẽ nunc Græci ipſum nõ conon, ſed ſtrobylon, quibuſdã tamen hunc conon, fructum cocalon, & ſtrobylon vocari ſcripſit 7. ſimp. ueluti cocalon ab authore 4. de vict. rat. in acutis, cõmento 70. conon magis ab antiquis appellari, vti à recentioribus medicis propè omnibus ſtrobylon, ut ẽt 7. de cõp. med. ſecun. loc. cap. 1. quamuis in lib. de ſuc. boni. ac vitio, cap. 4. à veteribus ẽt ſtrobylon, vt conon appellatum ſcribat. multiplex ſanè vocum varietas vnde coacti, ne continens ac contentum denotaremus, relicto cõi vocabulo, nuces pineas ferruginea tunica veſtitas proferẽte, nucleos pineos appellauimus. hæcq; ex Gal. apertißimè Matthiolo, repugnant, quod ſtrobylos vetuſtioribus Græcis ac Theoph. piceæ conũ ſignificabat, recentioribus aũt ad nucem pineã abuſiue tranſlatum ſit. nec tenet Matthioli argumentum: tametſi ſtrobylos Gal. inter cibos enumeretur, ideo piceæ fructum eſſe non poſſe, ætate longe diuerſa, Theophr. Galeniq; nomenclatura. quòd autẽ picea nunquam viſa ſit vrbana, niſi in hortis pro ſpectaculo, ea et ſi montes amet, ſatam magno coriariorum quæſtu, in Allobrogum planis, ſyluas ſibi adoptaſſe ignorat Matthiolus: vt inter eas recti, magnitudinisq; diſcrimina relinquam, quum aliæ firmo, debili aliæ pediculo inhæreant: nec piceas Idæ Iroadis, aut Cretenſis, ſeu Liſſæ, Illyriæ, et Gallogræcas viderit, nec quia Italici, vſus pix, ex pini, tæda parari cõſueuerit, ideo falſum erit, ex piceæ tæda picẽ fieri poſſe, apud Cretenſes potißimum. Quippè quòd Theophraſtus, 9. de hiſt. plant. cap. 2. à Bello. diligentius quàm Matthiolo percurſus, & ſi rarum quibuſdã tamen è picea, cedro, & palma, atq; terebinthum apud Syros largiri inquit. quòd ſi ad huius duelli elucidationem ſingula proſequerer, ſi ſcrupuloſe perpenderem, non ſatis multa, nec plura quàm ratio poſtularet, in arenam producerem, ceu quando quum Bellonio bellum rurſus inſtaurat, quod pinum Tarentinam, Plinij, pinaſtrum eſſe cenſeat, ex quo mira altitudine, non modo in montibus, verum quoque in planis prouenit. at Bellonij pinaſter humilior eſt, & plana montium ſupercilia prorſus reſpuit, nec alibi quàm in excellentißimis montium iugis producitur. Bellonius autem non ſic, ſed ad pini altitudinem plerunque attolli, atque ad eandem craßitiem extuberare. propterea quum Tarentinum id Plinij, cuius non ignorauit ſententiam, bis ab eodem propoſitam, pro pinaſtro habeat illegitimum eſſe Plinianum pinaſtrum pro comperto accipit, quia in planis prouenientia, & ſuburbana, domitaque, haud æque videantur illi ſylueſtrium nomine digna, ex Theophraſto, 3. de hiſtoria plantarum, capite 3. atque indomita, ac ſemper montuoſa. hic propterea non erubeſcat ædepol, ſed paululum ſubſiſtat Matthiolus, nec mirum illi videatur, ſi huiuſmodi arbor Græcis incognita ſcribitur: ſique eorum nemo pinaſtri huius meminiſſe traditur, Græca iccirco Theophraſti verba depromere ne laboret, probaturus pini ſylueſtris appellationẽ, quum Bellonius ipſe, in hæc proruperit.

Matthiol' nugatur.

Bellonii bellum in Mathiolũ.

Strobylos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ruperit. picea à syluestri pino.i.pinastro,longissime abest,itidem in fine iconis pinastri ex Pli.id aūt pinum toto habitu mentitur,cui tamen duo tantum sunt folia,pinastro quina:Vlterius quum Bellonij piceā non satis sciat, imagine,& notis,pinastrum quempiam Matthiolo intelligere videtur,eiusq; sapinum piceam proprie referre, quoniam Plinio teste,sapinus non est per se arbor,sed tantum abietis pars.attamen quum in picea plinianū loquatur Bellonius,ex Theoph.mente,nec ad pinastri aliquod genus à Matth.depictum alludat,nec sapinus Bellonij ad piceæ eius iconem:à quibus equidē tantum distant,quantum veritas mendacio,& tenebris lux.videat ne non Bellonius,sed ipse temeritate ducatur.quoniam tametsi sapinus enodis abietis pars dicatur,& superior nodosa susterna,lib.15.cap.10.nucum pinearum genera enumerans,tertium sapineum vocat.Colum.etiā lib. 12.cap.5.scribit:alij nucibus ardentissimis sapineis idem efficiunt. ex quibus infernam partem enodem significare nō possunt:nec suis tēporibus indiscreta,vt par erat,distinguere potuit Plinius,ideo sapini nomine abietem fœminam vocat Bellonius.quo quidem nemo hactenus,de coniferis arboribus diligentius scripsit: id quod ingenui,ac candidi,æquis examinabunt calculis: quanquā dira ita perfundatur erynni Matthiolus,quia hac in re minus exercitatus,hoc laborat,hoc instituat,vt honestissimos,integerrimos,diligentissimos obscuret, corrumpat,contaminet,vt multiplices eruditissimorum virorum labores,infanda loquacitate,pudendis contumelijs subiugare videatur: ceu quum gelasinis dentibus, labijsque extensis, Plinium deridet,nec solo murmure, sed etiam clamore, dedecoris omnia plena deducit quod pini scandulas,omnium resinam ferentium durabiliores scriptitauerit,non plus pudoris,quàm consilij,non minus audaciæ,quàm leuitatis ostendens. Quandoquidē eodem in capite asserit Plinius,laricis materiem præstantiorem,ui incorrupta,humorisq; contumacis. tametsi ex Vitruuio,pinea opera permaneant ad eternam diuturnitatem. quum igitur inscitia arguendus non sit,at verius repugnantia,illum tamen id facilè excusat,quod eius ætate resiniferæ hæ plantæ,pini,aut pinastri nomine complectentur: nam per pinum laricem etiam cōprehendere Theophrastum, non vnico Hermolai in Palladio, sed Ruellij 1.de natura stirpium,cap.91.Brasauoli quoque,ac eruditiorum omnium testimonio,palam est.idq; interpretum vitio,qua eadem nota larici penè omnia ascripsit Plinius,quæ pino Theophrastus:hincq; Theodorus Gaza, πίττω vertit abietem,laricem sæpissime piceam , ἐλάττω plerunque abietem, nonnunquam pinum, πεύκτω ferè pinum, interdum piceam, vt πεύκην nunc tædam, nunc piceam. præterea 5.de hist.plant.cap.7. pinus omnium ferè maxime viribus valet,& ad usum ædificatorium,spectabilis,eadē potissimum est laxitatis, rectitudinisq; meatuum causa : at plura abietē expedire tradit, capite subsequenti:quumq; non constaret authoribus,quod cuiq; generi attribueretur,quod ipse romano discernit iudicio,quum exquisitus sermo non admodum tempestiuus esset, in capitis initio,rem deinde vt par erat enucleauit Plinius,paulo infra : quodque & laricis morbum esse scripserit,si tæda fiat,quod pino ascriptum est,ex Theoph.si per laricem pinum vnà cōprehenderet,non esset quo reprehenderetur.præterea Theophrastus,vt interpretantur 4.de hist.plant.cap.16.laricem sterilescere,cacumine ablato,scriptum reliquit,id verò aliud non est,quàm tedam fieri .i. infructuosum: quid.n.aliud est tæda,quàm pinus,larixúe steriles &c. nō igitur tanto accusandi pruritu,tot se flagitijs,ingurgitet Matthiolus,qui serie in Latino mutata,alias præter pinum arbores esse,quæ in tædā contabescant,sui erroris cōplex fateri coactus est,& si magis quàm cæteris,proprium pini affectum crediderit.Deniq; quum Plinium cæcutiuisse tradiderit,quia tædam propriā et per se esse arborem,censeat,quum laricis morbum esse tædā dictauerit,non igitur per se,verum sterilem effectā,tanquam alteram representat,re iam omnibus cognita . at quum Ruellio quoq; inurit,quod laricē non secus ac pinum,folio haud esse deciduo testatus est,quod secus euenire iusiurando deponit,non animaduertit ex Theoph.1.de caus.plant.cap.12.quædam propter suam naturā, alia propter loca,idem aliquid sortiri,nam & nonnullis in locis folia nunquā amittunt ficus,et vua.quo circa, & si in Germania,etiamq; alicubi hieme defrondescant,foliorum defluuia perpetientes, possunt alibi secuissimis etiam gelicidijs, perpetuo virere,vt infra.nec ideo leui indiligentia carpendus. Quibus autē Plinium taxet argumentis,pascatur,delectetur,perfruatur Matthiolus:quum præsertim eum non esse audiendum,ut nec Vitruuium,ac recentiores quosdā,qui laricem ignibus inuictum, neq; flagrare,neq; in carbones recidere , sed veluti calcarium saxum, alijs ligni succensis exuri tradiderunt, id quod & si vanum esse conuincatur,in laricibus hodie vocatis, id saltem non erat silentio dissimulandū,Ruellium in hæc prorupisse . Vitruuio larix,quū tātū deiecta sit, vernacula municipibus riparū Pado,vel forsitan incognita,vel pinus ambage cōprehensa creditur.Nempe ex Vitruuio:larix qui non est notus,nisi his municipibus,qui sunt circa ripam fluminis Padi,& litora maris Adriatici , in expugnatione larigni Castelli , à Cæsare fortuito cognita, igni illæsa, per Padum, Rauennam portari in Coloniam,Funestri,Pisauri, Anconæ sunt autem hæ arbores folijs similibus pini, materies eorum prolixa, tractabilis, ad intestinum opus non minus quàm sapinea : ex quibus, quum præsertim non multam contrahat cum pino cognationem Matthioli larix, atque ex Plinio, lib.16. capite 25. nullo flore exhilaretur , nec propterea sterilis ex eo sit , quum natales recursus annuos , pomorum versicolori nuncio promittere dicatur , vt perperam in eum conspuit Matthiolus : hinc nimirum si larix Vitruuij flammam non recipiat , nec carbones remittat , perpetua fronde virescat , nec Cæsareæ ascribendum ignauiæ , qui languidam cremiorum flamma , fascibusúe densæ Castelli contignationi admotis , ea ratione igni inuictam tradiderit , nisi rursus expertus sit , ignis vim euasisse , atque inustam substitisse , nec aliter suscipere , quàm lapidis calcarij instar : quod si larix , cedrus magna fuerit , vt graui quadam verborum maiestate , Apolloniatico

Sapinus.

Susterna.

Matthioli obiecta diluūtur, Plinio defenso.

Ruellii lapsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Timonis stylo, astruere non veretur Melchior Guillandinus, hastam ne erigeret? congrederetur ne de statione depulsus Matthiolus, qui ad meliora docenda se accinxit, in nouißimo uolumine, serie priori, utpotè falsa, atq; inepta, hunc in modum derelicta. Cedrũ et si duplicẽ referat Theophrastus, Galenus, Plinius, nempe maiorẽ, et minorẽ: maior omnibus est arbor eximiæ magnitudinis, ac proceritatis, atq; à minori planè differens, materie, cortice, folijs, & fructu: id quòd verum haudquaquã fuerit ex Theoph. 3. de hist. plant. cap. 12. 5. de hist. plãt. cap. 9. vti ex Gal. tam 7. simpl. quàm 2. de aliment. facul. ex quibus flore ac fructu non distant. propterea veritatis intrepidus defensor, non multis interiectis lineis, Theophrastum, ac Diosco. admiratur: quòd scripserint indifferenter cedri genus omne, fructum edere iuniperi baccis similem, craßiorem. hos tamen perbelle tutari poterat, quòd Plinius, lib. 13. cap. 5. quum scribit: & in ea antecedentem fructum occupat nouus, ex Theoph. male surrepta, & iunipero debita, in cedros ad vnguem transtulisse, 3. de hist. plant. cap. 6. cuius propositionis inuentori Guillandino, plurimum deberemus, nisi proprio loco huic incognito, iuniperis eadem reddidisset, 16. lib. cap. 25. illis vero semen cupresso simile addidisse, ad Libaniam, hebraicamque cedrum alludere volens, folijs capillatis, lariceis, pineisúe breuioribus, minime tamen aculeatis: quam quidem non cognouisse, nec describere voluisse Theophrastum, vel illum secutum Dioscor. facilè assequi possumus. Plinium verò cedrelaten appellasse, de quo etiam lib. 24. cap. 5. lib. 16. cap. 24. at suis circuitionibus cæcutientes ita obuoluit, ita intricat, vt nihil emolumenti, nihil frugi denique afferant: quum coniuentibus oculis multa prætereant, propria dogmata destituere cogantur, non prius scripta sustinent, verum ita dißimulent, vt ab huiusmodi prouincia desistere, sæpe, ac sæpius proposuerim, quum nihil lucri, sed tædij multum, nonsine maximo mei temperamenti damno, tot interpellantibus ægris, in hoc scribendi genere nancisci videar. nec sciuerim quo genio impellar. at postquam in palæstram conceßimus. Eia quum Dioscor. agaricum ἐπὶ τῶν κέδρων nasci dictet, ex Plinio in marem, ac fœminam laricem partiantur, lib. 16. cap. 10. fœmellamque esse vulgarem laricem, ideo mari non omnibus notis respondere, cedro videlicet hebræo, è quorum pluriuocis nomenclationum aucupijs, nonsine periclitatione alioqui diligentißimi parum probè sensere. Quandoquidem quum laricem absolute cedrum magnam dictet Guillandinus, quàm infirmo fundo, quàm leuicula opinione nititur. Primum quippè larix vulgaris floret, & fructifera est, id quòd Plinio in cedro magna aduersatur, altera perpetuo viret, altera nequaquã, ex altera cedria prodit, viuentia corrumpens, ex hac celebris illa resina. nec propterea Bellonij sententiæ aliqua ex parte acquiescendum: quum 1. de arboribus coniferis, cedriam ex quauis resiniferarum materia, videlicet picea, larice, &c. modo pinguis sit, promiscue fieri posse scriptitat, Plinij præsertim authoritate, lib. 16. cap. 11. vbi & Matthiolus, Pliniano codice mancho vsus est, ideo robusti pugilis instar, & si acriter adeo Bellonium percutiat, vt iam præ vertigine calliget, ac vacillet; ait tamen ex Plinij verbis, non aliud intelligi posse, quàm quod Syrij liquorem illum credrium vocauerunt, quoniam olim ij ex cedro tantum, picem suã conficiebant, vt ea in Europa è tæda fit: cui tamen maxime refragatur Theophrastus, & vulgata mercatorũ sententia, lib. 9. de hist. plant. cap. præallegato: illis equidem omnem detersisset caliginẽ, codicis nostri lectio, quæ ita habet. hoc ex cedro in Syria, cedrium vocatur. præterea omnium authoritatibus prætermißis, quum 1. de medicato funere, cap. 3. cedria teneras carnes expedite, & citra dolorem exedere fateatur: nostræ autem resinæ quotidiano experimento, manifestißimè illi repugnent, maximo errore cedriam intra corpus assumptam, exulceratis pulmonibus commodum afferre, alijsq; id genus morbis mederi consuluit id quod ex Plin. facile discere potuit: quum autem trabes Ephesii, atq; Vticensis templi non ex Græcorum cedro, sed ex hac magna, neminem inficiari posse persuadent. vanum equidem est, quum ex Theoph. 5. de hist. plant. cap. 9. vbi materiem vnamquanq; pro loci natura, suam obtinere differentiam explicuit, cedrum mirandam assurgere, eam videlicet fructu iuniperino, tam lucide aperuit, vt nimirum si ex hac trabes, statuæ ac columnæ olim extruerentur, vti etiam ex mascula larice, quam Plinius cedri nomine dignatus dici posset, nisi montanam Plinium Theophrasti intellexisset: re cum hebræis non satis explorata. propterea & vulgarem laricem, cedrum quoq; Dioscoridem vocasse, cui scilicet agaricum innascitur in annosis duntaxat, neque omnibus, idq; longe maiori, solertia à Bello. quàm Matthiolo discussum reperies, cedrus hebræa fructu est abietis more squamoso, lariceos, craßitie superat, folijsque, nec ligno æque rubente.

Bellonii opinio reiecta.

Matthiol[9] hallucinatur.

LArix, sola inter resiniferas folijs hieme deciduis, arbor est magna, excelsæ vastitatis, abiete humilior, interdũ coæqualis, crasi corticis, profundis, biulcisque vndiq; scissuris, intus rubens, ramos circa truncum gradatim depromens, obsequiosis, lentisq; salicis instar virgultis, coloris flauescentis, odoris nõ ingrati, folijs villosis, è quibus panicularum modo nucamenta dependent, pectinum modo, pinguibus, & densis, circũ ramos creberrimis, oblongis, mollibus, comosis, pineis angustioribus, non aculeatis, floribus ineunte Martio, è frondium cacumine purpurascentibus, mira, elegantiq; naturæ industria comantibus foliolis annexis: & si Fuchs. nullo exhilarari flore scriptum reliquerit, ex Ruel. deceptus fructu cyparißiæ cono non absimili, anniculo tam firme hærenti, vt recentes cum vetustis arbori insint, ex ouis caudice magno longoq; terebro ad medullã vsq; pertuso, emanat illustris illa resina, de qua cap. de terebinthina discussum est. ad nos è pini generibus resina prædensa, & in massas conglobata, conuehi iã diu consueuit: & si liquidã olim è Gallia, atq; Hetruria, cõmigrasse notauerit Diosco. vt quæ vtribus liquida forte defereretur, dehinc sponte quo nunc cernitur modo spissescat, vti ex Theoph. 9. de hist. plant. cap. 2. quumq; strobilinã resinã pinea acriorẽ asserat Gal. 8. simp. unũ

Fuchsii, ac Ruelli labes.

ideo

ideo nō esse colligi posset, strobilūq; aliā esse arborē, gracilē, succintiorēq; & enodē, lyburnicarū ad vsus, penè sine resina, vt ex Pli. elicitur, stibulas fortasse vocate, lib. 16. cap. 10. vel quū resina ex pini trunco, atq; nuce resudet, ad harum distinctionē, pineam trunci, strobylinā verò nucis uocasse resina arida cum cera immititur, liquida ante omnia alia, ipsa priuatim decoquitur, nisi admodum paululum eius assematur in medicamentis.

Balsaminum secundum.

RECipe terebinthinæ, libr. i. thuris, unc. iiii. gummi heleni, libr. med. baccarum lauri, unc. iiii. mastichæ, galangæ, caryophyll. cinnam. zedoariæ, nucis myristicæ, cubebarum, ligni aloes, an. unc. i. trita exquisite commisce, destilla igne lento, & exeuntem aquam bis iterum destilla: tertio enim manabit oleum balsamo æquale: quod si pluries repetatur destillatio, tanto etiam præstantius reddetur.

GVmmi heleni, siue elemi, quasi enæmi, verius resina, quia igne statim liquescit, quod gummi non vsu venit, nisi addito aceto, aut vino, odorata valde, ex qua nam planta resudet, incompertum adhuc est. quidam oleæ Ethiopicæ lacrymam dixere, at quia rufa vix est, nec scammonij similitudine, nec concreta stillicidijs exiguis, mordacitatis expers, ideo nullam cum eo communem notam habet. nos quandoque suspicati sumus, lacrymam esse oleæ maritimæ, qua medici sistendo sanguini medicamentum laudatissimum componebāt Theophrasti seculo 4. de hist. plant. cap. 8. ideo enæmi postea vocatum, ex Plinio lib. 12. cap. 17. quicquid sit præstantissima in capitis vulneribus omnium experimento probata est, & ad caluariæ fracturas cantatissima.

Balsaminum tertium.

RECipe myrrhæ, aloes, nardi, lacrymæ draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdelij, ligni balsami, aliàs fructus, ammoniaci, sarcocollę, croci, mastichæ, gūmi, stacte, an. unc. ii. quibusdam drach. ii. ladani, castorei, an unc. ii. & med. moschi drach. med. terebintinæ, pondus omnium, destilla ut aquæ ros. Fuch. legit moschi, drach. i. & med.

Quoduis istorum paretur, non erit inefficax, verum secundo loco descriptum, facilius fiet: quod si ad hoc requisita præsto sint, multo erit præstantius: id enim tertium Mes. refert, cap. de pass. cordis in vnctionibus, estque Aponensi ascriptum. Sunt qui parent hoc modo.

Terebinthinæ, libr. i. laterum recentiū, imbibitorum, & friatorum, vt in oleo philosophorū, mastichæ, styracis, sing. vnc. i. commiscent, vitreis amphoris destillant, & tertium liquorem veluti optimum seruant.

Terebinthinæ.

RECipe resinæ terebinthi, siue larignæ, libr. iiii. impone capaci retortæ, seu vitreæ cucurbitæ, & arte destillatoria elice, primo autē cum aqua exibit oleū, & clarum, secundum aurei coloris, vltimo fuscum, & crassum, vnumquodque per se auferto, & reponito. Dioscorides ut laurinum, ad lentiscinum parat.

Confert omnibus ægritudinibus frigidis, & maxime neruorum. nobis ad asthma singulare.

Sulphureum.

RECipe sulphur ignem non expertum, vre sub campana uitrea, aut silicea, in medio vasis plani constitutum: quandoquidem inter vrendum vaporem crassum remittit, quod concretum in vas planum destillat.

Alio modo.

RECipe sulphuris quantitatem sufficientē, asperge aqua vitæ, ex qua eius ignea consumitur substantia, post destilla ut oleum philosophorum.

Id pudendorum vulceribus, putribus, rebellibus, & deploratis, in hispanico morbo vtilissimum.

Vel sic.

RECipe sulphuris flaui, terebinthinæ, an. unc. iii. olei ros. libr. i. coque igne lento, cum uini odori, unc. ii. ad uini consumptionem.

Scabiem delet, siccat, extenuat, dentes dealbat.

Tartari.

RECi. pulueris tartari, lib. ii. repone fictili in fornace, donec exustū sit, tunc aceto macera, post lineo panno inuolue, & deinde stupis aqua humectatis, sub cineribus occlude, dehinc tribus diebus scutella decliui impone, uel in sacculum pyrami-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

pyramidalem iniice, arctiusq; compressum, obscura, & subteranea cella suspendes: sensim enim liquorem olei instar ex se se acerrimũ remittit. alij aluminis portiunculam addunt: quiddam lintheolo inuolutum tartarum, aceto vino'ue præmaceratum, prius conterunt, in penuario suspendunt, & nisi sponte emanet, validissime exprimunt. uitrea amphora seruant, clarus enim est liquor non quidem oleum, at acerrima quædam aqua, ad faciem tergendam, & erugandam, ad caluiciẽ inbibendum, pilos restituendos, alij tartarum non vstum accipiunt. Legitime vstionis experimentum est Dioscoridi lib. 5. cap. 79. at aereo nitore albescat, & linguam tactu exurere videatur.

Finis Radij Noni.

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI *VERCELLENSIS* MEDICI,

Radius Decimus, Vnguenta proponit.





VNGVENTVM *oleo proximum, eo diutius ob crassitiem, & lentorem, partibus illitum adhærens: ex Galeno 2. simpl. cap. 27. oleum est in quo odoramenta iniecta sunt: huius etiam generis sunt acopa medicamenta, potissimum ad lassitudines parata, &c. de quibus Galenus 7. de comp. med. per genera, cap. 11. quod postea medicis in vsu fuerit, appellare id genus omnia, modo humidam consistentiam acopis similẽ habeant, quæ liquidis ceratis, cuiusmodi & in luxatis, fracturisque vtimur, est propinqua, quippè talis consistentiæ humidissimum esse, quod à iunioribus medicis cereleon appellatur, deinde illitus acopi, quod nostri linimenta vocant. ex iisdem ferè quibus vulgaria vnguenta, cera excepta, in molliorem ideo, ac paulo liquidiorẽ cõpagem. post hos liquidorũ ceratũ crassiore substantia præditum, mox ceratum, tenerorum, & mollium, vti vocant: postremo amolynta, idest non inquinantia, similia his quæ proprie epithemata dicuntur, his succedit emplastrorum consistentia, quæ & ipsa in maioris, minorisque ratione, haud mediocrem obtinent differentiam: quin apud Dioscoridem libro primo, oleum dicitur simpliciter expressum, vel à fructibus, seminibus, stirpibus, resinisúe. Vnguentum verò, cui & aromatica, aliaúe simplicia admiscentur. Vguentum verò cerato affine prohibetur, ex Galeno quarto de tuenda sanitate cap. 8. quum inquit, quodcunque oleum, cui medicamenta alia qualitatem, viresque admiserint, vt betæ albæ radix, cucurbitæ agrestis, &c. in id si vel ceram solam, vel cũ ea resinam inijcere voles, non solum pulcherrimum, sed etiam quod in loco bene hærebit vnguentum facies, abunde autem omnino erit, si ceræ quartam partem, resinæ duodecimam inijceris, si verò etiam duas resinas inijcias, nempe abietinam, & pineam, aut tertiam super has terebinthinam, sic quoque euaporans medicamẽtum fieri, at 1. de compo. med. secundum loc. cap. 1. laurinum vel oleum, vel vnguentum appellare non vetat Galenus. Hodie autem ex oleis, pulueribus, adipibus, quibusque, etiam gummi, & cera componuntur, ad idoneum concrementũ, in quibus obseruant quidem, vt vnciæ uni oleorũ, drachmam specierum, & drachmas duas ceræ permisceant: quæ tamen componentium arbitrio permittenda est. hæ igitur omnes citatæ differentiæ, non medicamentorum virium, sed consistentiæ formæ sunt iudices: nostro enim tempore tam vnguenta, quàm emplastra, cataplasmata, atque cerata, secus quàm à vetustioribus parari sæpenumero consueuere.*

Acopa.

Cereleon Liniméta.

Amolynta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Vnguentum palmeum, siue diaphœnicon, off. de calcadis.

RECIPE adipis uitulini, axungiæ porcinæ uetustæ, mundæ, & colatæ, an. lib. i. & med. chalciteos, unc. iiii. olei uetusti, lythargiri puri, an. libr. iii. chalcitis, & lythargiros, leuissime trita, & creta, cribro tenuissimo, post oleo paulatim affuso, simul terantur, addito deinde adipe, igni lento coquantur, semper mouendo palmæ ramis recens sectis, & excorticatis, quorum extremum, vbi contractu medicamentis, & ignis, siccius euaserit, nouos substitue, iniectis etiam, tum ipsi vnguento, segmentis recentibus ramorum virentium.

Ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, exituras, vsta, rupta, contusa, & inde nata echimomata.

Quum palmeum axungiæ libr. ij. habeat, absque vitulino adipe, cætera similia, ideo eius homonimiam in superius reiecimus, ceruino adipe sedulo omisso, id verò vnguentum à Galeno emplastro diachalciteos deductũ, quantum ab illo descíscat, diffusius explicatur 1. de composi. med. per gen. cap. 4. vt infra.

Emplastrum diachalciteos, Gal. vel phœnicinum.

RECIPE axungiæ porci vetustæ, membranis exemptis liquatæ, & colatæ, libr. ii. olei ueteris, lytargiri triti, an. libr. iii. chalcitidis læuigatæ, unc. iiii. omnia, ubi simul in mortario coierint, conijciuntur in cacabũ, ac rudicula palmæ mouentur, vt supra, sic ad spissitudinẽ coquatur, ut non inquinet, chalcitidis crudæ, unc. vi. legit Paulus, lib. vii. in palmulato.

Medicamen glutinandis vlceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis accommodum: ad vlcera quæ cicatricem ægre ducunt, dysepulota Græcè vocant, oleo liquefactum benefacit, phlegmonis, podagris, articulorum morbis, inguinum inflammationibus, phymatis, ambustis, pernionibus, fracturis ossium, cõtusionibus, omnibus denique affectibus, quos appellant rheumaticos, & ad plura alia efficax, ex eodem Galeno, vt etiam Aetio, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 12.

Idem est: oleum de calcadis Auicennæ 5. can. Tract. 11. vt etiam emplastrum phœnicinũ Myrepsi, medijs ponderibus: at è chalcitide collerice Actuarij, ab hoc valde est diuersum.

ADEPS: siue sepum, vel seuum, aut sebum, Galeno authore 11. simpl. à pinguedine differt, quia crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps proueniat, velut humidioribus pinguedo: proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquescit, nec facilè, vbi liquata fuerit rursum concrescit, ac cogitur, vt adeps, nec facilè funditur, liquescitùe, & fusus celerrime coit, ac conglaciatur, multoque apparet pinguedine durior: alij sepum volunt cornigerorum duntaxat, quæ vna in parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent, bissulia verò, & quæ pedes scisos in digito habent, & carent cornubus, non seuum, sed adipem habere, in fine videlicet carnis sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas: pinguedinem verò, vel adipem, intra carnem, cutemque esse, veluti & quod laridium dicitur: axungiam verò interiorem eam porci pinguedinem, omnibus cognitam, & quæ per axungiam absolutè intelligenda. Axungia. *Adeps tamen, & sebum ex Aristotele 3. de animal. cap. 17. differunt inter se, quum sebum fragile vsquequaq; sit, & quum refrixit concrescat: adeps liquidus sit, minimeque aptus durari, &c. at tu si voles cum Galeno, oleosam, & pinguem substantiam omnem in animalibus, adipem appellato, quod totum genus, et pinguedinem quoque appellare licet. potest adeps, vel pinguedo omnis, hoc modo præparari. laua aliquoties in aqua fontana, donec pura, non saniosa, non cruenta defluat, deinde incisam liqua in duplici vase, & eliquatam frigido loco repone sine sale, varios autem cuiusque adipis apparatus, vide ex diffuso Dioscoridis capite 68. lib. 1. vbique talia simpliciter scribantur, salis expertia sint.*


LITHARGYROS Græcè, spuma argenti Latinè, ex Diosc. lib. 5. cap. 52. quædam gignitur ex arena, quam molybditim vocant, in fornacibus conflata, donec perfectè igne incandescat, altera ex argento, tertia ex plumbo. probatißima est Attica, secunda Hispaniensis, has sequitur quæ fit Dicæarchiæ. i. Puteolis, Baijs in campania, & Sicilia, plurima enim hisce locis è fragrantibus laminis plumbeis gignitur, quæ flauo colore splendet, chrysitis appellatur, omnium optima: quæ in Sicilia argyritis, quæ ex argento calabritis. vritur confractis partibus ad magnitudinem inglandium prunæ superpositis, ita accensa, follibus vt conflagret, abstergitur insidens spurcitia, & reconditur. aliqui ter aceto, aut vino restinguentes, rursus vrunt, & eadẽ prosecuti reponunt. Lauatur vt cadmia, vt candorem acquirat ex Diosc. ediscendum. recentioribus duplex est, auri scilicet, & argenti, tanquam ex earum spuma conflati, tametsi in rudis argenti defæcatione, æris, alijsque metallis admixti, dum plumbeis laminis antea liquescentibus innatat, ignea vi plumbi, ac æris reliquum, folium flatu, ad cinerei alui horas paulatim excernatur, eoque in latus secto, & ad solum delapso, lithargyrum fiat colore aureo, fuluoque obductum, vbi cum plumbo, æris magnam partem secum asciuerit, si plumbi maiorem

pyramidalem iniice, arctiusq; compressum, obscura, & subteranea cella suspende: lensim enim liquorem olei instar ex se se acerrimũ remittit. alij aluminis portiunculam addunt: quiddam lintheolo inuolutum tartarum, aceto vino'ue præmaceratum, prius conterunt, in penuario suspendunt, & nisi sponte emanet, validissime exprimunt. uitrea amphora seruant, clarus enim est liquor non quidem oleum, at acerrima quædam aqua, ad faciem tergendam, & erugandam, ad caluiciẽ inbibendum, pilos restituendos, alij tartarum non vstum accipiunt. Legitime vstionis experimentum est Dioscoridi lib. 5. cap. 79. at aereo nitore albescat, & linguam tactu exurere videatur.

Finis Radij Noni.

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI *VERCELLENSIS* MEDICI,

Radius Decimus, Vnguenta proponit.





VNGVENTVM oleo proximum, eo diutius ob crassitiem, & lentorem, partibus illitum adhærens: ex Galeno 2. simpl. cap. 27. oleum est in quo odoramenta iniecta sunt: huius etiam generis sunt acopa medicamenta, potissimum ad lassitudines parata, &c. de quibus Galenus 7. de comp. med. per genera, cap. 11. quod postea medicis in vsu fuerit, appellare id genus omnia, modo humidam consistentiam acopis similẽ habeant, quæ liquidis ceratis, cuiusmodi & in luxatis, fracturisque vtimur, est propinqua, quippè talis consistentiæ humidissimum esse, quod à iunioribus medicis cereleon appellatur, deinde illitus acopi, quod nostri linimenta vocant. ex iisdem ferè quibus vulgaria vnguenta, cera excepta, in molliorem ideo, ac paulo liquidiorẽ cõpagem. post hos liquidorũ ceratũ crassiore substantia præditum, mox ceratum, tenerorum, & mollium, vti vocant: postremo amolynta, idest non inquinantia, similia his quæ proprie epithemata dicuntur, his succedit emplastrorum consistentia, quæ & ipsa in maioris, minorisque ratione, haud mediocrem obtinent differentiam: quin apud Dioscoridem libro primo, oleum dicitur simpliciter expressum, vel à fructibus, seminibus, stirpibus, resinisue. Vnguentum verò, cui & aromatica, aliaue simplicia admiscentur. Vguentum verò cerato affine prohibetur, ex Galeno quarto de tuenda sanitate cap. 8. quum inquit, quodcunque oleum, cui medicamenta alia qualitatem, viresque admiserint, vt betæ albæ radix, cucurbitæ agrestis, &c. in id si vel ceram solam, vel cũ ea resinam iniicere voles, non solum pulcherrimum, sed etiam quod in loco bene hærebit vnguentum facies, abunde autem omnino erit, si ceræ quartam partem, resinæ duodecimam iniieceris, si verò etiam duas resinas iniicias, nempe abietinam, & pineam, aut tertiam super has terebinthinam, sic quoque euaporans medicamẽtum fieri, at 1. de compo. med. secundum loc. cap. 1. laurinum vel oleum, vel vnguentum appellare non vetat Galenus. Hodie autem ex oleis, pulueribus, adipibus, quibusque, etiam gummi, & cera componuntur, ad idoneum concrementũ, in quibus obseruant quidem, vt vnciæ uni oleorũ, drachmam specierum, & drachmas duas ceræ permisceant: quæ tamen componentium arbitrio permittenda est. hæ igitur omnes citatæ differentiæ, non medicamentorum virium, sed consistentiæ formæ sunt iudices: nostro enim tempore tam vnguenta, quàm emplastra, cataplasmata, atque cerata, secus quàm à vetustioribus parari sæpenumero consueuere.

Acopa.

Cereleon Liniméta.

Amolynta.

Vnguentum

Vnguentum palmeum, siue diaphœnicon, off. de calcadis.

RECIPE adipis uitulini, axungiæ porcinæ uetustæ, mundæ, & colatæ, an. lib. i. & med. chalciteos, unc. iiii. olei uetusti, lythargiri puri, an. libr. iii. chalcitis, & lythargiros, leuissime trita, & creta, cribro tenuissimo, post oleo paulatim affuso, simul terantur, addito deinde adipe, igni lento coquantur, semper mouendo palmæ ramis recens sectis, & excorticatis, quorum extremum, vbi contractu medicamentis, & ignis, siccius euaserit, nouos substitue, iniectis etiam, tum ipsi vnguento, segmentis recentibus ramorum virentium.

Ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, exituras, vsta, rupta, contusa, & inde nata echimomata.

Quum palmeum axungiæ libr. ij. habeat, absque vitulino adipe, cætera similia, ideo eius homoniміam in superius reiecimus, ceruino adipe sedulo omisso, id verò vnguentum à Galeno emplastro diachalciteos deductū, quantum ab illo desciscat, diffusius explicatur 1. de composi. med. per gen. cap. 4. vt infra.

Emplastrum diachalciteos, Gal. vel phœnicinum.

RECIPE axungiæ porci vetustæ, membranis exemptis liquatæ, & colatæ, libr. ii. olei ueteris, lytargiri triti, an. libr. iii. chalcitidis læuigatæ, unc. iiii. omnia, ubi simul in mortario coierint, conijciuntur in cacabū, ac rudicula palmæ mouentur, vt supra, sic ad spissitudinē coquatur, ut non inquinet, chalcitidis crudæ, unc. vi. legit Paulus, lib. vii. in palmulato.

Medicamen glutinandis vlceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis accommodum: ad vlcera quæ cicatricem ægre ducunt, dysepulota Græcè vocant, oleo liquefactum benefacit, phlegmonis, podagris, articulorum morbis, inguinum inflammationibus, phymatis, ambustis, pernionibus, fracturis ossium, cōtusionibus, omnibus denique affectibus, quos appellant rheumaticos, & ad plura alia efficax, ex eodem Galeno, vt etiam Aetio, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 12.

Idem est: oleum de calcadis Auicennæ 5. can. Tract. 1 1. vt etiam emplastrum phœnicinū Myrepsi, medijs ponderibus: at è chalcitide collerice Actuarij, ab hoc valde est diuersum.

ADeps: siue sepum, vel seuum, aut sebum, Galeno authore 11. simpl. à pinguedine differt, quia crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps proueniat, velut humidioribus pinguedo: proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquescit, nec facilè, vbi liquata fuerit rursum concrescit, ac cogitur, vt adeps, nec facilè funditur, liquescitue, & fusus celerrime coit, ac conglaciatur, multoque apparet pinguedine durior: alij sepum volunt cornigerorum duntaxat, quæ vna in parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent, bissulia verò, & quæ pedes scisos in digito habent, & carent cornubus, non seuum, sed adipem habere, in fine videlicet carnis sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas: pinguedinem verò, vel adipem, intra carnem, cutemque esse, veluti & quod laridium dicitur: axungiam verò interiorem eam porci pinguedinem, omnibus cognitam, & quæ per axungiam absolutè intelligenda. Adeps tamen, & sebum ex Aristotele 3. de animal. cap. 17. differunt inter se, quum sebum fragile vsquequaq; sit, & quum refrixit concrescat: adeps liquidus sit, minimeque aptus durari, &c. at tu si voles cum Galeno, oleosam, & pinguem substantiam omnem in animalibus, adipem appellato, quod totum genus, et pinguedinem quoque appellare licet. potest adeps, vel pinguedo omnis, hoc modo præparari. laua aliquoties in aqua fontana, donec pura, non saniosa, non cruenta defluat, deinde incisam liqua in duplici vase, & eliquatam frigido loco repone sine sale, varios autem cuiusque adipis apparatus, vide ex diffuso Dioscoridis capite 68. lib. 1. vbique talia simpliciter scribantur, salis expertia sint. Axungia.

LIthargyros Græcè, spuma argenti Latinè, ex Diosc. lib. 5. cap. 52. quædam gignitur ex arena, quam molybditim vocant, in fornacibus conflata, donec perfectè igne incandescat, altera ex argento, tertia ex plumbo. probatißima est Attica, secunda Hispaniensis, has sequitur quæ fit Dicæarchiæ. i. Puteolis, Baijs in campania, & Sicilia, plurima enim hisce locis è fragrantibus laminis plumbeis gignitur, quæ flauo colore splendet, chrysitis appellatur, omnium optima: quæ in Sicilia argyritis, quæ ex argento calabritis. vritur confractis partibus ad magnitudinem inglandium prunæ superpositis, ita accensa, follibus vt conflagret, abstergitur insidens spurcitia, & reconditur. aliqui ter aceto, aut vino restinguentes, rursus vrunt, & eadē prosecuti reponunt. Lauatur vt cadmia, vt candorem acquirat ex Diosc. ediscendum. recentioribus duplex est, auri scilicet, & argenti, tanquam ex earum spuma conflati, tametsi in rudis argenti defæcatione, æris, alijsque metallis admixti, dum plumbeis laminis antea liquescentibus innatat, ignea vi plumbi, ac æris reliquum, foliumflatu, ad cinerei alui horas paulatim excernatur, eoque in latus secto, & ad solum delapso, lithargyrum fiat colore aureo, fuluoque obductum, vbi cum plumbo, æris magnam partem secum asciuerit, si plumbi maio-

rem

rem argenteo: est enim quasi plumbum impurum, argenti vim quandam adeptum. Fuchsio ex maiore vi ignis fuluum reddi, ex minore, argenteum scribitur. ideo Dioscoridem, ac Plinium non aduertisse, quum etiam ex argento spumam hanc fieri putauere. Matthiol. quum fateatur nil aliud esse lithargyrum, quàm plumbũ, æris, vel argenti vaporibus commistum: Dioscoridem tamen ex plumbo spumam hanc non temerè prodidisse conclu dit, quàm probe, docti videant. lithargyros cum oleo decoquatur, læuigatum ex oleo contritum, ad sordidum compagem, inde leni igne continenter excoquatur mouendo, initio enim intumescit, & in bullas attollitur, vbi verò iam ferè satis incoctum fuerit, colorem fæci similiorem recipit. modus coctionis est, quum à tumore subsidet, & manus non inquinat.

Palmeum Arabum.

RECipe foliorum leucoi, trifolij acuti, saluiæ, an. libr. i. tere accurate, affundendo olei ros. aut myrtei, adipis vitulini, ex omento antiqui, liquando, & colando, purgati, an. libr. ii. & med. in vase lapideo macerentur dies nouem, tunc myrrhæ, aloes, an. unc. i. & med. aliàs drach. xxii. & med. sarcocollæ, drach. x. & med. tritis, & cretis, adde succi plantaginis maioris, aut vini albi, in quo herbarum prædictarum, an. unc. iiii. coctæ fuerint q. s. ad ea dissoluendum, permitte dies sex, deinde herbas cum adipe, & oleo, bis feruefac, cola, & exprime oleum, & adipem, huius expressi, libr. iiii. lithargyri puri, leuissime triti, libr. iii. aliàs & med. chalciteos unc. iiii. coque vt prius, & moue ramo palmeo, & semel feruefac, vsque dum color medicamenti mutetur, tunc ab igne sublatum, continenter moueatur, donec parũ frigescat, tunc coque mucaginem myrrhæ, sarcocollæ, aloes, in vino albo, uel succo plantaginis maioris, & paulatim affundas prædictæ mixtioni, pistilloq; ferreo omnia moue, donec probe misceantur, & perfice coctionem, ut in priore. Addunt quidã plantaginis præsertim maioris, libr. i. aliis etiam foliorum acori, libr. i. nos mendum suspicati, cum Manardo abstulimus. Præpositus legit, aloes aur. ix. sarcocollæ, aut. 7.

vlcera dyssepulota, & cacoetha, carne ĩplet, & cicatrices tegit, fistulas, & cãcros iuuat, & ossa humida glutinat

Trifolium odoratũ.

TRifolium, incptè andacoca, vt infra, Græci tryphyllon, alij oxytryphyllon, alij menianthes, alij asphaltion vocant: ex Diosc. lib. 3. cap. 104. ex Plinio lib. 21. cap. 9. trium est generum, minianthes vocant Greci, alij asphaltion, maiore folio, quo vtuntur coronarij: quod autem vulgaribus nostris trifolium odoratum vocatur, hoc etiam nomine ab herbarijs circunlatum, quibus sanè est cognitissimum, cubito altius, ramulis multis, nigrantibus, fœnugræci æmulum, læto solo, in fossarum cumulis, humectis locis, & circa Serui decursus abunde proueniens, cytisus non est vt potè frutex, & si hoc in errore se olim versatum deprehenderit Matthiolus, nec adhuc resipiscat Amathus trifolium id mel frugum appellitant quidam. Plinius ex Diocle lib. 22. cap. 25. panico ascribit, quanquam ex Theophrasto ab hoc dissideat. Cytisus saltem Galenica in Patauino viridario omnibus est perspecta, nec vlla in eo nota desideratur, estque in Mysia frequens, quæ verò lauanese, aut galega, alijs glaux Dioscoridis, seu ruta capraria nuncupatur, ijsdem locis agnascens, nec admodũ dissimilis, semine in corniculis rubido, per cacumina dependentibus. Polemonia censetur à Brasauolo, ac Amatho, alijs onobrychis, quæ publica est in Patauino viridario, quanque vtranque opinionem refellat Matthiolus: præterea oxytriphyllon dictum, his tractibus ignotum creditur, vt etiam tertium, omnium minutissimum, rarissimum sanè, quod tamen folijs tribus exiguis, & in cacumine laciniatis, ad cordis effigiem, flore candido, aut rufo, siliquis lunatis, radice longa, geniculata, rufa, gustu acidum, quibusdam trifolium acetosum, vel panis cuculus, Aprili, atque Maio, quum coccyx cuculat erumpens. Septembri etiam in horto nostro, officinis aleluya de quo Galenus 8. localium cap. 9. idem cum Pliniana oxy existimatur, quum scilicet lib. 27. cap. 12. talia legantur. oxys folia terna habet, datur ad stomachum dissolutum, &c. quin & lotum satiuam aliqui coniecere, hanc verò pentaphyllam, nescio quo pacto pinxerit Matthiolus, & si aliud sit oxy, varijs etiam pollens facultatibus, quum autem oxytriphylli voce, hoc in vnguento lecta, quarta hæc species accipienda contendatur plerisque, ni Mauritana vox aliter exponatur, ex Diosc. tantum asphaltites trifolium accipi potest, de quo videlicet proprio capite intelligit, & quod præcipui vsus in medicamentis esse debet, vt de pratensi, cuius tot sunt genera, se se oculis subijcientia, lib. 4. in loti syluestris capite, nec ob id pratense vulgatissimum, asphaltites fuerit vnquam, vt nescio quo pacto se implicat Amathus: non enim, vel consistente ætate bitumen olent, vel rutã exortus initio. si cui verò acetosum id magis arrideat, vi astrictoria non ideo recusandũ, vt autem illorum aboleatur error, qui andococam, ad pratense trifolium, vel ad eius quamuis speciem referunt, ex Serapione ipso, luce clarius ediscendum. eo enim in capite Dioscoridis ægiptiam loton reddit, cuius semine ceu milij, papaueraceis capitibus incluso, oleum sibi parauere, in neruorum præsertim affectibus, & tremoribus, Mauritani. non igitur ex vulgari trifolio, vt Arabum sectatoribus hactenus creditum est. Est & Medica, qui

Cytisus. Amathi error. Aleluya oxys. Andococa. Medica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quibusdam trifolium maius, olim ad pecudum pascua, vulgaris admodum noticiæ, nunc paucißimis perspecta. cius meminit Dioscorides lib. 2. cap. 140. Est & Trinitas herba propè ædem Cretensem Montisferacis copiosißima, folijs triangularibus superne, candicantibus notis, inferne, cyclamini more signatis, à longis pediculis pendentibus, caule subtili, flore in huius sumitate, primo vere cœruleo, pluribus subrubris radiculis: ad enterocelas, & vulnera, maxime experta. Trinitas.

Arabicum alterum.

Recipe ex foliis herbarum earundem, an. libr. i. & med. olei myrtini, adipis vitulini antiqui, an. unc. viiii. myrrhæ, aloes, an. unc. i. & med. sarcocollæ, drac. viiii. dissoluantur in uino, aut succo herbarum, ut proxime diximus. herbæ quoq; curiose terantur, affunde his oleum, adipem, & mucaginem, & chalciteos, drach. iiii. & med. coque omnia ad mellis crassitiem igne lento, utere in turunda, vulgo linamento, aut tenta. species aliquando Aestate præsertim, dissoluuntur succo plãtaginis maioris, experiẽtiaq; mirabile fit medicamentũ. Idẽ quod prius pollet. Turunda.

Nicodemi mirabile.

Recipe myrrhæ, aloes, sarcocollæ, an. unc. i. mellis spumati, libr. med. vini albi electi quantum sufficit, coque igne lento ad spissitudinem, quod si vlceri caro supercreuerit, adde unguento, chalciteos, unc. med.

Alterum eiusdem.

Recipe myrrhæ, aloes, an. drach. viiij. vini albi, q. s. tritis tenuissime, vinũ paulatim affunde, semper miscendo, usque ad mellis crassitudinem, utere. Addunt nonnulli chalcitheos, sesquidrachmam: alij olei myrtini, & uini, portionem paucam, vicissim mouent.

Vlcera putrida, & fistulas purgant, carne implent, glutinant, cicatrice tegunt, putredinem arcent.

Chraseos, off. ceraseos magnum, alijs apostolicon.

Recipe ammoniaci, unc. i. bdellij, thuris, aristolochiæ, sarcocollæ, an. drach. v. myrræ, galbani, an. unc. med. lithargyri, drach. xv. aloes, opopanacis, an. drac. ii. & med. floris æris, alias æruginis, drac. iii. resinæ, drac. xiii. ceræ albæ, unc. ii. olei q. s. ammoniacum, & bdellium, aceto soluenda, lithargyros terenda, & cum oleo coquenda, donec liquefiat, tunc depone ab igne, & dum modice refrixerit, misce ammoniacum, & bdellium aceto soluta, redde igni, coque ad iustam crassitiẽ, tuncque reliqua permisce.

Vlcera maligna, putrida, fistulosa, sorde, & carne mortua purgat, carne implet, glutinat, & cicatrice tegit.

Vix pondere, vel terebinthina, euariat ab apostolico Auicennæ infrascripto.

Apostolicon Auicennæ.

Recipe terebinthinæ, ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, an. drach. xiiij. opopanacis, floris æris, aliàs æruginis, an. drach. ii. aristolochiæ longæ, bdellij, thuris, an. drach. vi. myrrhæ, galbani, an. unc. med. lithargyri, drach. viiii. ammoniacum, galbanum, bdellium, aceto soluta, coque in olei, libr. i. Aestate duabus, hyeme tribus, ab hac enim cogitur, ab illa liquescit.

Difficiles fistulas corrigit, & paruas strumas: eadem quæ superius potest.

Aetius in emplastro veneris, non longe ab hoc recedit, à quo fortaßis mutuatus est Auicenna: virides autem compositiones, vide ex Galeno 2. de composi. med. per genera, ex quo optimas omnes cognoscet, qui affectus quibus singula offerunt intelligit.

Cera promiscui vsus, in publicis, ac priuatis funeralibus, ex Diosco. lib. 2. cap. 75. optima est subfulua, subpinguis, pura, odorata, & halitum quadantenus melleum referens, natione Pontica, aut Cretica. secundum locum obtinet candicans, & suaptè natura pinguis, & quæ noua sit, veluti ex Geleno 4. de composi. med. per gen. cap. 7. fit expreßis fauis rusticanæ plebis artificio, varijsq; pingitur coloribus, rubro, & viridi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

viridi, ac nigro. candida autem quo pacto fiat, tyrunculis quibusque apertum est, si tamen Dioscoridis caput præallegatum videris, multiplices sanè recognosces. lauatur prius liquefacta, dehinc aqua pura diu subacta, expressa, totiesq; manibus agitata, aqua videlicet innouata, atq; eiecta, donec omnis prorsus odoris expers remaneat. si verò ceræ lotæ simpliciter scribatur, superiori modo intelligẽda est, sin in composito cui decoctũ aliquod insit, cũ eo lauanda est. priuatim sola nõ coquitur, vt quæ aduratur, neq; cũ resina liquida, aut pice liquida, non. n. coit, spissaturq; verum superinijcitur, vel oleo puro, vel oleoso, cũ quodam metallico incocta, aut resinæ, aut pici prius incoctæ, ac prius quàm reliqua quæ possunt inijci spissescet ceræ ponticæ, ac suaptè natura candidæ, tyrrhonicæq; differentias, lotionisque modum, vide ex Galeno 1. de comp. med. gener. cap. 12.

Chraseos paruum.

REcipe aristolochiæ, iridis, sanguinis draconis, ammoniaci, sarcocollæ, an. unc. med. litharyri leuigati, vnc. v. coque cum libr. i. olei, donec liquefiat, tunc cætera, ut diximus, misce.

Cyclamini magnum, officinis arthanitæ.

REcipe succi cyclamini, libr. iii. succi cucumeris agrestis, libr. i. olei irini, libr. ii. butyri vaccini, libr. i. pulpæ colocynthidos, vnc. iiii. polypodii, libr. med. euphorbij, unc. med. sicca hæc tria, tere, macera dies octo succis, & oleis, in vase vitreo angusti oris bene obstructo, post semel feruefac, cola, deinde adde sagapeni, drach. vii. & med. myrrhæ, drach. iii. prius autem hæc duo aceto dissoluãtur, quanto est opus coque, mouendo ad succorum consumptionem, tũc adde ceræ, unc. v. fellis vaccini, drach. vii. & med. feruefac simul, donec cera liquetur, tunc asperge paulatim puluerem hunc, scammonij, aloes, mezerei, colocynthidos, turpeti, an. drach. vii. & med. euphorbij, piperis longi, zingiberis, chamæmeli, an. drach. iii. salisgemmæ, drach. iiii. & med. misce diligenter. Brasauolus incuria prætermittit succum cucumeris agrestis. Cordus legit colocynthidos, vnc. iii. tantum, vt etiã Præpositus. Dessennius cinnamomi drachmas tres addidit. Fuchs. colocynth. unc. iii. legit, & euphorbij aur. i. duntaxat.

Illitum stomacho, vomitu purgat, hypogastrio autem inunctum, aluum deiicit. ob id hydropicos mire iuuat serosum excrementum large vacuando, vermes quoq; necat, & educit. adhibetur non potentibus sumere medicamentum purgans. Est & vnguentum laxatiuum Myrepsi, prædicto non ignauius.

CYclaminus: vulgo panis porcinus, quibusdam panis, vel vmbilicus, aut malum terræ: alijs buthormarien, radice rapi modo tuberosa, & folijs præstantiore, officinis arthanita, ex Diosc. lib. 2. cap. 155. insigniter depictus: in hortis etiam colitur, ob purpurei floris odorem, & gratiam, & si alij candidi, alij crocei visantur, alij inodori. in montibus verò pro optimo effoditur: ex Theophrasto 9. de hist. plant. vlt. in collibus Crepacorianis nihil magis eo luxuriat, siquidem alia vestigantes simplicia, in ardui cuiusdam montis ascensu, cum Reuerendo Andrea Sabaudo, & rei plantariæ studiosissimo pharmacopola Bochieto, eius florum fasciculos, cũ alijs præclaris stirpibus, singulis nobis statim nullo labore comparauimus, quinque, aut sex annis vtilis est, ex Theophrasto 9. de hist. plant. cap. 14. Est & cyclaminus altera, Ruellio sigillum Mariæ officinarum, ac herbariorum, is tamen Matthiolo aperto errore notatur, quod sanctæ Mariæ sigillum, aliud planè indicet. propterea dubio procul hallucinatum contendit, quod eius sigillum sanctæ Mariæ, vulgatis vocibus non respondeat, quum pro eo nihil aliud referre videatur, quàm vitem nigram, tanaro rusticanis nostris etiam nuncupatam. præterea vniuersam Arabum scholam, primum cyclamini genus duntaxat, alteram cyclaminum bothormarien appellasse. manifesto igitur lapsu annotandus est, ni pulchros ex arena fasciculos annectenti, quispiam ita respondeat: & si bothormarien, idest tuber Mariæ, Genuensi vapor, vel fumigium Mariæ, buchormarien exponatur, nomine ad officinas quæ in Barbaros defecerunt emanante, malocisson Democrito appellata, scribitur à Ruellio, folijs hederaceis, minoribus tamen, ac mollioribus, se se volumine crebro, capreolorum ritu, vicinis fruticibus aduoluẽs, floribus albis, odoratisque, corymbis hederæ rubentibus, aliquantum acribus gustu, & sequacis lenticiæ, in harundinetis potissimum prosilit, altissima vsque adeo radice, vt aquileges ea visa, aquam subesse statim asserant, & ad eam vsque protendi: præterea secundo de natura stirpium, cap. 142. talia protulit. hanc esse putauerim, quam officinæ nostræ sigillum Mariæ vocant. nostratibus igitur relictis, ita Lutetiæ vocari non dissonat: quod autem nigram vitem tanaro scilicet, non describat, quicunque prædictum caput, vt etiam 95. cum 153. tertij eiusdem voluminis, in quo & vulgo tamũ, siue tamarum vocari deducit, folijs in hac hederæ maioribus, in illa minoribus, ac reliqua inuicem confert, indicia longe dißimilia apertißime commõstrabit: quod ad Arabes attinet, an ignorat Matthiolus,

Ruellius à Matthioli nota immunis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

lus, quoduis aliud quàm quod velint tanto dißidio sæpe implicare, vt nihil stabile, ratum, firmumque, ex his ferè delineari poßit: nam Serapioni cap. 327. xaieralmarien.i. arbor Mariæ, vel rosmarinus, Pandectarius etiam, vt in synonimis Serapionis legitur, Buchormarien.i. incensum. Bellunensis, atque Arabici, aliter, atq; aliter: alij ex c. & t. nominis differentiam faciunt: alij buchormarien æquiuocum ad cyclaminum, rosmarinu, parthenium, & styracem. vt maximum sit Arabum chaos. quum verò bothormarien eorum idiomate, cyclamen primum designet, qua nam Arabica voce secundum significent, id quæso explicet præclarus Ruellio mastix, non enim Latina, Græcaue dictione in altera vsi essent. præter hæc Auicenna, arthanitam buthormarien vocat, atque ex Diosc. folio caulibus, capite vt cicer, radice nigra, rapæ simili, sibi incognitam. dehinc eodem in capite, arthanitæ nomen herbæ lanariæ, strutio videlicet accommodat, errore vt credit interpretis. quin septem interiectis capitibus, scribit. arbor Mariæ, quid est, est buchormarien, & 3. can. Fen 16. Tract. & cap. 4. buthormarien, & arthanitam, eodem clysteri complectitur, pro diuerso, Rhazes quoque 9. ad Almans. cap. de Apoplexia, buthormarien, & arthanitam, eadem indit iniectione intestinali, vt hinc diuersa esse facilè colligi poßit, atque ibidem struthium, pro arthanita intelligendum, re paucis vt arbitror adhuc perspecta. quum verò Mes. cyclaminum in maiorem dictam, minoremúe partiatur, radice parua, nucis ponticæ, cicerumque magnitudine, ad illam Auicennæ alludere videtur, hanc in Ananijs montibus copiosam asserit Matthiolus, quū Dioscoridis secundam se nondū vidisse fateatur, & si Amathus illi tribuere videatur, quod Dioscoridis secundam nucis ponticæ magnitudine viderit. Nos quoque, qui nec nyctalope laboramus, Crepacorij vidimus inter cyclaminos, quosdam flosculis albentibus, exigua satis radice, remißioris odoris: at isthæc paruitas, nec florum varietas, aut odor maior, minorúe, speciem nobis euariare non videntur.

Mauritanorū dissidia.

Matthioli opinio nō quadrat.

Vmbilicare Actuary.

RECipe absinthij, succi rad. cyclamini, medullæ colocynthidos, an. drach. x. radicis cucumeris syluestris, radicis arthemisiæ siccarum, elacterii, seminis leucoi, farinæ lupinorum, chelidonii, sin. drach. vi. opopanacis, drach. ii. ceræ, drach. centum, terebinthinæ, vnc. i. citri, drach. centum: nobis nitri potius arridet, vel quantum satis fore uidebitur: ubi aluum emotam dederit, summouere oportet.

Alum mouet, & vomitus elicit, ventri appositum, epomphalion appellat, menses quoque ciet, vasorum exolutionem, remoratos partus euocat, ventri, aut lumbis admodum. habet & epomphalion.i. vmbilicare duplex, post glandes, Nicolaus Alexandrinus.

Vnguentum pro splene.

RECipe mucaginis psyllii, fœnugræci, seminis lini, seminis cotoneorū, altheæ sing. unc. i. adipis gallinæ, anseris, anatis, sing. libr. med. butyri recentis, axungiæ suillæ, insulsæ, medulæ bubulæ, sing. unc. iiii. scolopendrii, tamarisci, cort. rad. capp. cort. medii fraxini, sing. drac. iii. olei chamæmeli, libr. med. de cappa. unc. iiii. liliorum alborum, unc. ii. aceti scilitici, unc. v. ceræ q. s. fiat unguentum arte.

Alij aliter variant: nobis tamen ad omnem lienis tumorem efficacißimum id semper fuit: & si Myrepsi triplici descriptione vltimum, non sit instrenuum, hoc pacto.

RECipe succi cyclamini, butyri, dialtheæ, olei laurini, chamęmeli, ros. anethi, unguenti magni martiati, sing. unc. i.

Cyclamini paruum.

RECipe succi cyclamini, succi glutinosi ex radice filicis extracti: aliis polypodii, nec male, succi ebuli, an. unc. viiii. succi fumitatum tamarisci, vnc. ii. olei irini, libr. ii. œsypi, unc. v. ammoniaci, bdellii, an. unc. i. & med. aceti q. s. ceræ flauæ unc. vi. cort. rad. capparis, unc. i. & med. spicæ nardi, unc. med. fiat ut prius. Præpositus nardi, drach. iii. Syluius, ac multa Mes. exemplaria, habent œsypi, drach. v. ammoniaci, bdellii, an. drach. i. & med. idq; etiam Præpositus, nos tamen uncias legimus cum Cordo.

Splenis tumores etiam scyrrhosos dissoluit, & strumas.

FIlix: duplex est ex Diosc. lib. 4. cap. 165. mas, & fœmina: at differt fœmina filix, à mascula, quod foliū vnico artu porrectum hoc habeat, & radicem crassam, & longam & nigram. harū enim vires sterilitati addixisse natura putatur, ex Theophrasto 9. de histor. plant. cap. 20. in agris quibusdam quasi ad sterilitatem nata, adeo luxuriant, vt segetes strangulent, obliquis & lōgis radicibus, bubsequas, & boues, non sine te dio fati-

dio fatigent, ac remorentur, tam restibili, ac feraci radice, in altum aguntur, vt etiam extirpatæ regerminent. in arboream proceritatem assurgunt in Hispania insula, nostro seculo inuecta, vt in eius historijs lib. 9. cap. 14.

OEsypum: officinis isopus humida, ex Diosc. lib. 2. cap. 66. succidarũ lanarum pinguitudo est, cuius talis est parandi ratio. Lanæ succidæ nondum purgatæ, ex collo, fœminibus, & femoribus potissimum, quantitas sufficiens calida aqua lauatur diligenter, quousque omnem in aqua deposuerit sordem, expressa lana seponitur, sordida illa, pinguisque aqua, in labellum oris ampli diutissime ex alto funditur, & refunditur, donec spumosa fiat: vel lignea rude validiuscule conturbatur, atq; agitatur, quo largius sordida spuma colligi possit, deinde marina respergitur, tum sinito spumã subsidere, & collige aquæ innatantem pinguedinẽ, iterumq; denuo aqua in labellũ fusa agitatur, spuma iterũ mari perfunditur, & subsidens pinguedo eximitur. hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguitudine, nihil prorsus spumæ extet. hoc collectum œsypum, manibus emollitur, & si qua incedit spurcitia, confestim demitur, exclusaque sensim omni aqua, recentiq; affusa, manibus misceatur, donec admotum linguæ œsipum astringat leuiter, nec mordeat, atque pingue, candidumque spectetur, verum omnia feruido sole fiant. aliter etiam paratur ex Diosc. melius est leue, non curatum radicula, quod succidarum virus oleat, & si manu in concha fricetur cũ aqua frigida, albescat, nihil in se duri, aut concreti habens, veluti quod cerato, aut adipe adulteratur, in pharmacopolijs nigrũ est, ideo intempestiue paratum, & adulterinum, in testa noua torretur, donec redactum in cinerem, pinguitudinem amittat. œsypi diuersam præparationem, vide ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 25. officinæ nostræ omnia iura precio exæquantes, omniumque rerum delectum, atque discrimen, auaritia sufferentes, nigrum œsypum vbique prædicant, atque admittunt.

Diacappareos Actuarij.

REcipe ceræ, resinæ, an. unc. xvi. ammoniaci, libr. i. & med. aluminis liquidi, strigmenti balneorum, eius loco œsypi, sing. unc. xvi. rad. capparis, rad. cyclamini, glandis unguentariæ, an. drach. l. aceti quantum ad excipienda arida, olei addimus irini quantum ad liquefacta satis. Lienosis auxilio est.

Ex panno lineo.

REcipe opopanacis, unc. i. rasuræ panni linei tenuis, puri, antiqui, unc. med. uini, mellis. & olei ros. vel myrtini, an. unc. v. lithargyri, aloes, sarcocollæ, myrrhæ, an. unc. ii. & med. tere paulatim, affundendo nunc vinum, nunc mel, nunc oleum. adduntur quoque chalciteos, drach. ii.

Mirabile ad vlcera maligna, fistulosa, carne implenda.

Ex cantharidibus, officinis alhariel.

REcipe cantharidarum recentium, drach, x. axungiæ porci, vnc. v. & med. tere simul, dies septem marcescant, post coque, cola, serua vitreo vase. quiddam addunt sulphuris, vnc. med. cort. nucis, unc. ii. sinapis, myrrhæ, an. drach. i mellis, & aceti quantum sufficit, tuncque tineæ, & aliis pustulis capitis auxiliatur.

Causticum est, & phœnigmon, & vesicas excitat.

CAntharides, vt etiam buprestes, & pinorum erucæ, officinis cognitissimæ: ex Diosc. lib. 2. cap. 52. è frumentis congestæ ad recondendum idoneæ sunt, quæ fictili vase non picato conduntur, & raro lintheo, obligato ore, & deorsum conuerso, suspenduntur super aceti feruentis quàm acerrimi halitum, donec æstu exanimentur, postea lino transfixæ, reponuntur potentissimæ omnes variæ, luteis lineis, quas in pennis transuersas habent, promissoque corpore, crassæ, ac blattarum modo pingues, sed inertes, ac imbecillæ, vnicolores, minutæ, latæ, pilosæ, ac macræ, in fraxinis quoque libenter stabulantur. eligi debent vigentis ætatis, recentes, vere præsertim, nam veteres tabescunt, & ad vsus medicos inutiles sunt, & interiore vsu à cũctis damnatæ. simili modo reconduntur supradicta, supra cribrum suspensa, feruenti cinere paulisper intosta. sunt qui pilularios scarabæos, frutices, ac vitium capreolos erodentes, cantharidum nomine accipiant, quoniam & hi canthari dicuntur, ex Plinio præsertim integræ accipiantur quod ali ac pedes proprio veneno amuletum sint ex Diosc. Aetio, Plinio, Galeno 9. simpl. nec propterea Hippocratis sententiam 4. de vict. ratione in a. perperã ex Mauritanorum heresi suscipiant.

Rosaceum.

REcipe axungiam porcinam, nouies aqua calente probe lotam, totiesque frigida, deinde tere cum ea rosarũ rubrarum, recentium, partem æqualem, unà dies octo marcescant, funde igne lento, cola, rursus tantundem cum ea rosarum ru

brarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

brarum recentium contere,& unà dies ſeptem marceſcant, funde ut prius & cola, tunc affunde ſucci roſ.rubr.dimidium,olei amygdalarum dulcium, partem ſextã, coque igne lento,ad ſucci conſumptionem,repone. ſi coquendo iniicias ad ſingulam vnguenti unciam,opii, in aqua roſ. ſoluti, gr.i. ualentius fit, præſertim ad inſomniæ leuamen.

Phlegmonas, eriſipelata,herpetas ſedat,cephalalgiã calidã & ventriculi,ac hepatis intẽperiẽ calidã mitigat.

Præpoſitus, Syluius, ac Cordus, alij que plures, legunt olei amygdalarum dul. partes ſex, nimio exceſſu: nec vlla proinde conſiſtentia. ſunt qui amygdalini loco, roſaceum, vel omphacinum accipiant, magiſque refrigeratorium fit, at minus prompte altius intro permeat.

Violaceum, fit vt ſuperius.

Idem pollet, præterea pleuritidi, & thoracis inflammationi prodeſt.

Papauerinum.

Fit ex capitibus papaueris albi, & nigri, axungia, vt ſuperius.

Dolores à calida cauſa mitigat.

Baſilicon magnum.

RECipe ceræ albæ, reſinæ pini, ſepi vaccini, picis naualis, thuris, myrrhæ, an. unc.i.olei,q.ſ. alias ceræ,lib.med.picis,unc.iii. aliorum,an.unc.i. & med.terebinthinam aliqui addunt,nec iniuria. Auice. accipit ceræ,libr.i.picis,unc.viii. myrrhæ,reſinæ,terebinthinæ,an.unc.iiii.olei,libr.vi.

Vlcera phlegmone carentia,præſertim partium neruoſarum,terget,carne implet.

PIx liquida ex Dioſcor.lib.1. cap.78. quam alij conum vocant, e pinguiſsimis pini,piceæq; lignis congregatur. Optima eſt ſplendens, ſyncera, leuis, arida verò fit ex liquidæ coctione, in ſpiſſam coiens, boſcas cognominata, altera ſicca eſt. probatur pura, pinguis, odorata, ſubrufa, reſinoſa, talis Brutia, et Lycia; picis reſinæq; ſimul naturã habentes. hodie liquidæ nullus, aut rarus in medicina vſus, nauali.n. vtuntur. fit aũt ex aſſulis reſina plenis veterum pinorum, qui prorſus teda ſunt, in ſtruẽ cõſtructis, igne in ficticiũ canale, iam omni aliunde ſpiramento obſtructo, & in ſcrobes ligneas aſſeribus circundato, ſuperdata fornace deflues, & ab igne nigredinẽ acquirẽs: quibus aũt modis paretur, vide ex Theoph.9.de hiſt.plant. cap.3.at 3.de hiſt.plant.cap. 10, pix nigrior, dulcior, tenuior, odoratuq; gratior ſentitur, dũ cruda eſt, decocta verò deterior euadit, quoniã multũ habeat ſerum. addit 9.de hiſt.plant.cap.2.quã loca admodum aprica, & aquilonaria præbent, pix ante reliqua oĩa additur, modus autẽ coctionis liquidæ dũ inſpiſſatur, aridæ maxime, dũ nõ amplius inter coquendũ ebullit, neq; inturgeſcit. παλίμπισσαν *appellat Dioſ. zopiſſã verò reſinã cũ cera nauibus deraſã lib.1.c.81.82.*

Eſt & pix Græca, quibuſdã Hiſpana, aut colophonia nominata, verſicolor, & picis nomine indigna, quũ ex reſina omni, potiſsimum pinea per decoctionem effingatur, ideoq; ex reſinarum colore, hunc, alterumúe magis adipiſcatur, vſu tamen inualeſcente, ſuo nomine cognita eſt, eiusq; loco reſina pini indi poteſt, ex Dioſc.lib.1. quum è Colophone, quã .ſ. græci intellexere, noſtro hoc æuo deſideretur. hæc præter cæteras fulua ſcribitur ex Pli.lib.14.cap.19.liquida tamen fuit ex Dioſ. qua tamẽ raro vſos tradidit Plinius, lib.24.cap.6.potiusq; cocta ac vſta: vnde fortaſsis ad hæc vſq; tẽpora coctã reſinã colophoniã appellauere. vſtionis aũt modos vide ex Dioſc.lib.1.cap.87. Græci φρυκτὸ *.i. frixam, & toſtam nuncupauere, idq; ex Gal.2.de cõp.med.per gen. qui & ſi 3.eiuſdem per gen.cap.2.& 4.hoc nomine eam vocet, quæ eliquata purificatur. id fit, quoniam antequam torreatur, eliquata percoletur, quo fæculenta ſordes excernatur, ex Dioſc. nam & duplex fuit liquida pinea reſina, alia omni mixtione vacans, aliam quiſquilijs obruta, in dolijs afferri ſolita. Quare vt ex Gal.7. de cõp. med. per gen. & lib.2. varia extitit colophonia dicta, vt quæ maſtichem quoq; referret, nunc incomperta.*

Baſilicon minus.

RECipe reſinæ, picis, ceræ, ſingulorum partes æquas, olei, quantum ſufficit.

Idem pollet quod prædictum, ſed imbecillius, idemq; eſt minus baſilicon Auicennæ, 5.can.tract.11.

Tetrapharmacum.

RECipe ceræ,picis colophoniacæ,ſeui thaurini,uel uitulini,ſingulorũ pondus æquale. Gal.1.de elementis,cap.5. ex cera, reſina, pice, & adipe, ſimpliciter componit,ex Paulo,lib.7.cap.17.baſilicum tetrapharmacum appellatur,ut ex Aetio,Tetrab.4.ſerm.3.cap.21.Celſus lib.5.nõ aliud melius puri mouendo ſcriptum reliquit. eſt & ex eo baſilicon emplaſtrum.

Mollit, carne explet, concoquit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex bdellio primum.

RECipe bdellii, drach. vi. euphorbii, sagapeni, an. vnc. med. castorei, drach. iii. ceræ, drach. xv olei leucoi, drach. x. bdellium, & sagapenū dissoluantur aqua ualidius succo rutæ agrestis, cætera aqua calida uniantur, fiat unguentum. Præpositus legit castorei, unc. med. atque olei, unc. x.

Epilepsiam, paralysim, spasmum, cæteros neruorum affectus frigidos, & scyrrhosos iuuat.

Alterum idem pollens.

RECipe castorei, drach. ii. pyrethri, euphorbii, staphisagriæ, zingiberis, sinapis, an. vnc. med. succi radicū asphodeli, & rutæ agrestis, an. unc. iiii. cū succis omnia uniantur, deinde coquantur cū ceræ, unc. v. olei ros. unc. xx. ad succorū cōsumptionē, coletur, reponatur Præp. legit succi asphodeli, & rutæ agrestis, an. drac. iii.

ASphodelus, vel hastula regia, Romanis albucus, off. aphodillus, ex Dios. lib. 2. cap. 160. vulgaris noticiæ, vt ēt hoc tempore, in pratis quibusdā nostris visitur, eius verò quum plures desodissemus plantas, per tria milliaria à Ticino, vbi cum Augusto Cataneo chirurgiæ professore, et rei herbariæ peritissimo alijsq; doctissimis scholasticis spatiaremur, miro radicularum numero, vt bulbulos penè octoginta nonnunquā excederent, scapo ēt singulis dissecto, nullum tamen uermē inuenimus: alias sale, ac oleo cōditi, in cibaria accipiebantur, ex Theoph. 7. de hist. plant. cap. 12. idq; in fœmina vsu venisse asserunt, nō in mare insignis acrimoniæ, quo solo cōtentus fuit Dios. Nempe ex Pli. lib. 21. cap. 17. in marem albucum uocatū, & fœminā hastulā regiam distinguitur, idq; ex Apuleio, in suo simplicium libello, quòd floribus regij sceptri effigiem representet: nunc alendis suibus accōmodi sunt, ne vero narcissus flore adeo iucūdo, atq; odorato, de nobis cōqueratur, quū ex Theophr. lib. & cap. 6. de hist. plant. folium albuci terræ proximum ferat, de eo nonnihil disserere opportunum videri potest, quum præsertim 6. de hist. plant. cap. 12. terno floris prouentu decoretur, à Matthiolica solertia derelictum, ac si semel tantum flores ex eo depromat.

Diacastorion Actuarij.

RECipe œsypi, terebinthinæ, singul. unc. iii. medullæ ceruinæ, vnc. iiii ammoniaci, galbani, castorii, piperis albi, euphorbii, adarce, nitri, opopanacis, an. unc. i. inspicito exacte crassitudinem emplastri.

Is qui membris sunt capti (paretos vocant,) quasi resolutos auxiliatur, inueteratos affectus emendat:

Variat Myrepsus, additq; olei veteris, vnc. iiij. styracis, olei irini, sing. exagia duo, ceræ, vn. iiij. petrolei, vn. i.

ADarces tanquam concreta salsilago, ex Dios. lib. 5. cap. 84. humidis, & palustribus locis siccitate emergens, & harundinibus, ac herbis agglutinata, colore floris lapidis asii similis, & omni forma molli alcyonio, & aliquantum cauo proxima, vt videri possit lacustre alcyonium, quibusdam vt illa spuma maris dicitur, non est pila marina, lanæ instar congesta. eius inopia, salsilago piscium substituatur: alio etiam nomine limnitis appellatur ex Gal. 1. de comp. med. secundum locos, cap. 2.

MEdulla, ex ossium diuersitate, aliquo ēt in discrimine, neq; omnibus inclusa, sed his tantū quæ caua habentur, neq; ēt omnibus, vt ex Arist. 3. de animal. cap. 20. ex Dios. lib. 2. cap. 69. laudatissima est ceruina, mox vitulina, post hanc thaurina, dein caprina, & ouilla, ex anterioribus, posterioribusue cruribus pinguior est, & ad emolliendū maiore vi, & ptāte ex spina squalidior est, ac durior: colliguntur æstatis exitu, quum apetit autumnus, & ad hyemis initia è florenti animali quippe quū alijs anni tēporibus cōcrementū sanguinis, & veluti caro friabilis in ossibus inueniatur, nec facilè cognosci pōt, ni quis eā ossibus extrahat, & recōdat. hac arte seruatur, medulla oīs recens, aqua frigida à sanie, omniq; excremēto diligenter elota, donec aqua syncera emanet & detersa sorde, pēna, si qua innatet, igne lēto liquāda est, postea colata in aliud vas trāsferēda, & ubi coierit, omni fæce, quæ ad ima sidit, derasa, cū folijs laurinis siccis fictili nouo reponūtur, æstate æditis locis, & frigidiusculis seruāda: calidis. n. in locis putrefit, & sitū cōtrahit: in humidis verò, et terræ propinquis, mucum.

Philagrios.

RECipe ceræ, vnc. iii. œsypi, succi rutæ agrestis, añ. vnc. ii. euphorbii, piperis, ammoniaci, croci, olibani, aliàs olei balsami, castorei, terebinthinæ, opopanacis, an. drach. ii. stacte, drach. ii. & med.

Spasmū, & paralysim iuuat. Prępositus cinna. addit, legitq; opopanacis, an. drac. ii & med stacte prętermissa.

Aureum.

RECipe ceræ, libr. med. olei, libr. ii. & med. terebinthinæ, unc. ii. resinæ pineæ, unc. iii. alias, & colophoniæ, an. vnc i & med. thuris, masticbes an. unc. i. croci, drach. i. Fuchs. 2. de comp. med. legit colophoniæ, sing. drach. i. & med.

Vulnera certo, & salubriter glutinat. Est & aureum Myrepsi, ad calculosos, & hydropicos.

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ex cerussa ad phlegma salsum.

REcipe cerussæ, lithargyri, an. drac. vi. plumbi vsti, scoriæ argenti, an. vnc. med. mastiche, thuris, an. dra. ii. & med. olei ros. & aceti albi, an. q. s. tritis omnibus in mortario, affunde paulatim nunc oleũ, nunc acetũ, semper mouendo, donec pinguescant veluti nutrita. si argento uiuo eget affectus, eius adde drach. v. & etiam si opus est, æruginis, drach. ij. Syluius, ac Dessennius, legunt lythargyri, an. vnc. vi.

Sanat ambusta, erysypelata, scabiem siccam, & vlcera calida, vt quæ bilis vsta, & salsa procreauit.

ARgentum viuum ex Dios. lib. 5. cap. 60. fit ex Minio, quod abusiue cinnabaris dicitur, patinis fictilibus
imposita ferrea concha, cinnabarim cõtinente, & calyce cooperta argilla superlita, carbonibus succen
dunt, siquidem detersa fuligo, quæ calyci insidet, refrigerata, in argentum viuum coit: quin etiã inueni
tur in argenti fodinarum tectis stillatim cõcreta: alij per se se in metallis inueniri tradunt. præstantius creditur
ex lapide in argenteis venis, cuius vomica liquoris æterni argentũ viuum ex Pli. appellatur, lib. 33. cap. 6. hu
ius veræ experientiã, et coquendi modum, vide ab Agr. 7. & 9. fossili chymistis Mercurius, fomes, & materia
omnium metallorum, sperma, alijs menstruum, atq; origo vocitatur. ab his ẽt facticium prodit: at quum stare
loco nesciat, micet, tremat, & suo pondere hac, atq; illhac facilè perfluat, torquet indignantes, tam proximã ar
genti probi spem manibus elabi, nec spissari, aut inhiberi motum eius, quũ istius congelationẽ affectant, ætatem
omnem follibus, & vstrinis amittentes. & si industria singulari, naturæ secreta in terræ visceribus retrusa, &
maxime abdita intelligant, vt metallorum generandorum, & augendorũ rationẽ ipsaq; corpora in sua elemen-
ta dissoluant, quasiq; nostris sensibus oculta, ex Ditis cauernis in apertum eruere videantur, id quod idiotæ qui
dã ceu nugatorium calumniãtur, quod maxima huius monetæ hominum hoc æuo pateat impostura, quũ aureis
et torquibus corrasis, re tandem infecta recedunt. vel quũ ex spiritu, operis, atq; olei iactura, corpus redigere,
et metallorũ species inuicẽ vertere moliuntur quòd vanũ est ex Alb. lib. 3. c. 9. quanquã eorũ aquæ, oleaq;, om Sublimatum.
nibus alijs remedijs diuiniora iudicanda. ex hoc hydrargiro, sale ammoniacõ mixto, vi ignis, efficitur argentũ
sublimatum, corrodẽs, vlcerans, tota sui substantia pernitiosissimum venenum: idq; & si mulierum facies deal
bet, dentes tamen corrumpit, & graue olentẽ animã reddit, ideo quibusdã ignis infernalis nuncupatur. ex hoc
& argentariorum aqua, præcipitatum organo vitreo sublimatur: alijs fit ex argenti viui, & chalcanthi pari
portione, aceto albo acerrimo, in pila eousq; subactis, donec argentum viuũ videri desinat, inde vitreo vase lu Præcipitatum.
to oblito ex coquitur, donec concrescat: si quod subterfugerit, nec coeat, rursus ex aceto teritur, iterumq; exco
quitur, alio ẽt modo aluminis, chalcanthi, par pondus accipe, adde salis dimidium plus altero eorũ, destilla hoc
totum vitreis vasis, huius aquæ pondus .i. argenti viui tria, vase vitreo destillato, auctis ignibus tantisper, quo
ad fumus, ac uas rubescant, nec aquæ quicquam supersit, demum fracto vase argentum viuum instar lapidis cõ
cretum depecte, tenuissime tritũ tandiu iterata destillatione excoque, donec siccetur, in vase vitreo postea ex-
quisitissime tritum, aheno uasi repositum, igni luculẽto admotum, virgula ærea duũ horarum interuallo subigi
tur: alij aquæ argentariorum, lib. iiij. argẽti uiui, lib. i. & med. vase vitreo, ore angusto, collo obtorto, undiq; ar
gilla præmunito, quod ab altero recipiatur imponẽda, cõpages inde vasorum, luto figlino sedulo obturanda, ad
hæc subdatur ignis ex carbonibus cõflatus, vt semper ingrauescat, eo vsq; tota defluxerit aqua, post hæc phia-
lam frangas, in cuius fundo residebit rubra placentula, quã leuiter extrahes, et quod albũ inhæserit semouebis
sublimati loco habiturus. id autẽ priore ad omnia mitius, citra dolorẽ carnis erosiuum, putrescentia vlcera sic-
cat, diligenter paratum: quãuis sumptum, ac laborẽ fugientes, sub vitrea cucurbitula adurant deterius sanè, et
mordacissimum & si alij aliter adulterent. seruatur argentum viuũ vitreis vasis, aut fictilibus vitreatis, tutius
quàm ligneis, vasculisq; metallicis aliã aũt materiã omnẽ exedit, & defluere facit, omniaq; illi innatãt præter
aurũ, descendit. n. statimq; liquescit, itaq; molle fit, vt facilè extendatur super pateras, lances, aliaq; auro deli
nẽda, mox in igne cõiectũ euanescit argentũ uiuũ, aurũ, uerò tenacissime adhæret, nec nisi argentariorũ aqua
separari potest: quumq; experiamur plumbea, stamina, argenteaq; vasa perrodere, Diosc. cõtrarium, ideo le-
ctionẽ deprauatã suspicamur, Serapione præsertim eius dicta reddẽte, nulla istorum facta mentione. quũ verò
in ligneis vasculis, vel tabula aliqua dimoueatur, & liquidũ appareat fluatq;, nõ tamen vt alij liquores eo hu
mectat ob siccitatẽ, quæ humorẽ tẽperat, nec sinit illud tabulæ adhærere. quũ aũt Gal. notet Mathiolus, id quod
à Bras. prius explicitũ est, in libello de morbo gallico, aut verius ante hos ab Auic. quia 11. simp. experimento
repugnet, scribens. argentũ viuũ ex spõte nascentibus nõ esse, sed ex his quæ præparantur, &c. debuerãt potius
excogitare, studiosissimũ, atq; indefessum Gal ex Dios. quẽ enixissime hac in parte æmulatur, contrariũ addi-
scere potuisse, cui quũ opponatur nequaq; vt in quibusdã factũ est, uel mendũ subesse, & hoc pacto legendũ vt
in codice Græco manu scripto argentum viuum ex sponte nascentibus est, & ex his quæ præparantur, velut ce Galeni tu
russa, &c. Plinius lib. 33. cap. 6. scribit hydrargyrum facticium, nec proprie argentũ viuũ appellari, quòd na tela in Bra
tiuũ est: ideo à Leonic. arguitur hinde tamen Galenum Hermo. tutatur: quòd per hydrargyrum, id solum intel sauolũ, ac
lexit, quod arte confectum, cuius nondum fecerat periculum, interimeret nec ne, quod tamen 4. simpl. cap. 19. Mathiolũ
per erosionẽ interficere, nõ secus ac arsenicum, & id genus alia potestate calida, proinde tẽporis spatio accensa
per eam quæ est in animante mutationem, non aliter quàm lapis, ferrumue ignitum, ventrem tum exulcerare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tum exurere, quum ſcilicet in corpus diſtribui præ grauitate haud poßint, ex Albe.quoq; lib.4.cap.3.duplex argentum viuum, primum foßile ſpontaneum, ſecundum ex lapide ignea vi elicitum qua cauſa venenatum eſt: calidum igitur cenſet, quumq́; inter ea quæ temporis ſpatio mortem inferunt, illud enumerauerit, ſe non de argento viuo ſpontaneo, ſed facticio, vt potè deteriore, aut verius extincto, verba facere declarant nonnulli, vt quod ventriculo inhærere poßit, ideoq́; illum facile erodat, quum inextinctum fluidum ſit, & ſuo pondere ad ima ſubſidat, nec difficulter admodum iniectionibus, aurum, quo cum comercium habet, noſtro more accipientibus, elici poßit. vnde factum eſt, vt Braſauolus, forte Auicennæ authoritate commotus, lib.4. Fen 6. tract. 1. videlicet nõ deeſſe qui epoto argento viuo, huc, atq; illhuc curſitantes, nullo præmantur, ſymptomate, quod facile ſecedat à corpore, pueris vermium cauſa moribundis propinauerit: quo aũt pondere præterijt: alij duum granorum milij menſuram, innoxiã eſſe aſſerunt, quin et alui tineis confectis, ab impendente nece liberatos iri, Amathus verò ſemiunciæ pondere, ab omnibus Hiſpanis medicis intus exhibitũ nullo hactenus emergente incõmodo, ad interaneorum vermes enecandos præſtãtißimum eſſe antidotum. Matthiolus etiã, obſtetricibus Goritienſibus ſcrupuli pondere ad partus difficiles, extremo eſſe remedio ſcribit, vt tãdem argentum viuum, ſola ſui copia deleterium eſſe contendant Braſauolus in libello de morbo gallico, Matthiolus, atq; Amathus. præterea magno receſſu frigidum eſſe: attamen quum frigidum improprie exulceret, atq; erodat, id autem modo hæreat, quod eius extinctione fit, erodendo perimat, propriaq́; ſit Minij materia vzifur, Mauritanis calidum, & ſiccum, in fine ſecundi, ex Auic. & ſi cum his idem repugnet, frigidum, atq; humidum ſecundo ordine ſtatuens argentum viuum: ne quid Gal. ſententiæ derogetur, ne apparatus reſpondendi refrigeſcat, ad feruentis Braſauoli conatus, atq; audaciam comprimendã, quum ſcilicet Gal. male ſenſiſſe innuit, quoniam in corpus diſtribui, præ grauitate haud poſſe dictauerit, experimento repugnante, quum in intima adeo ſe ſe diffundat, tã penitius penetret, vt cruribus, brachijsq́; eo tantum illitis, non ſolum in ventriculum cuiuſpiam, oculto tramite, collectũ magna copia per vomitum eiectum ſit, uerum in defunctorum craneis repertum nonnunquam. an eo ſtoliditatis deuenit, vt per os ingeſtum argentum viuum, tam facilis eſſe diſtributionis intelligat, neq; .n. iniectionibus inteſtinalibus, vel ſponte præ grauitate, rotunditate, & mobilitate, ad ima ſideret, vomitorijsúe elui poſſet. iam tranſitu ad venas peracto, quas quidem ab eroſione vendicare difficillimum eſſet, ſicq́; nec pueris, alijsúe, tuta eſſet eius per os exhibitio. ſi verò extra admotum ita penetrare aſſeret Braſauolus, nihil in Gal. reijciet, qui intus aſſumptum intelligit. præterea nobis fuit Tyrunculus, dum mederer magiſtro Iacobo Gallo, Illuſt. Ducis noſtri monetario, & aurifici clariß. qui manum argento viuo plenam ori admotã hauſit, duobus poſtea tranſactis diebus, illud magno naturæ nixu euomuit, nulla deinde noxa, at anno nondum tranſacto, mulieribus quibuſdã Motenſibus occuri, quæ argentum viuum placenta congeſtum, maritis dolo edendã parauerant, eædem autem rei non immemores, alterius ſimilitudine illuſæ, neſcio quo pacto illam deuorarunt, ſiti proinde clamoſa, linguæ exulceratione maximis torminibus, ingenti ventris tumore, ſanguineoq́; fluxu periclitantes, vix lacte, alijsq́; multis remedijs, integre ſeruari potuere. quumq́; parua copia ſumptum, quoniã exiguo ſit pondere, ideo inteſtina lædere, ac perforare non poſſe aſſerat, facilè diſtributum, vel in nutrimentum verteretur, vel in venis eroderet, cuius ſanè vim corroſiuam, quum ire inficias non poßit, vt ad eius temperamentum tranſeamus, inquit. hyemale frigus ad oſſa vſq; penetrare, corrodere, ac mordicare, frigidum & ſi ſit, idem & argento viuo vſu venire. at quis eſt adeo fatuus, adeo obtuſus, qui frigus quantumuis ſæuißimũ, per ſe ulcerare contendat id quod facturus eſt Braſauolus, argenti viui frigiditatẽ hoc argumento probaturus, niſi per accidens, vtpotè labia, ac manus, ſuo occurſu diſcindens, calore intus reuocato, poſtea confertim irruente, proinde acriori reddito, violenter exulcerante, quum lib. de diff. morb. cap.5. de cauſ. morb. cap.3. potius ſenſu, ac motu, membra priuaturum ſit, quam exulceraturum, niſi ex ſiccitate. hæc autem ex Gal. in comm. Hippocratici oraculi, 5. particulæ 20. vlceribus frigidum mordax: appoſite cõprehenduntur, quod omnis acrimonia ex calore fit, cuius etiam acetum eſt particeps, vt non omne quod mordax eſt, tenue eſt, aut calidum ex Gal. 1. ſimpl. cap. 23. præterea haud videtur percurriſſe caput quartum, 3. de Tempe. & octauum, 4. de locis aff. Cæterum ne teratur interea tempus, quiſquis Aponenſis differentiam iſt animaduertet, recentiorum quorundam loquacitatem facilè propulſabit, relictis quæ ab Ariſt. 4. Metheor. quum corporũ quæcunq; coagulantur, aut indurantur, vel à calido, vel à frigido, rationẽ reddit, vt quum incoagulabilia, quæ plus calidi habent, &c. ſunt autẽ plus aeris, vt oleum, & argẽtum viuũ. Geber. n. rẽ acu tetigit, quum Mercurium palam frigidum, atq; humidum, caliditatẽ, ſiccitatemq́; clandeſtinã in ſe habere, aſſeruit. ſiquidẽ eius, vt etiã cinnabaris dicti infoſſores, quanquã aperto vndiq; cælo, eius vapore interdũ ſuffocantur, aut paulatim vitiata neruorũ origine ſtupidi, tremuli, atq; imbecilles redduntur, artificesq́; illud decoquentes, eroſis gingiuis, edentuli creberrime redduntur, quin & diligentißime obſtructis reſpiratorijs inſtrumentis, aut facie veſicis obuelata, ſi illhinc eructantẽ vaporẽ forte ſuſceperint, vel ſtrangulantur, vel anheloſi fiunt, neq; id opus diuturno tẽpore obire poſſunt, nec vitã ad multã annorum ſeriẽ perducere. ex mobilitate quoq;, & ſi grauitas frigido cõpetat, ſulphureo odore, & ſymbolo cum igne, hinc frigidum ne ſit? an calidum, tam aperte illuceſcit, vt ex his non parum hallucinari Braſauolum, Matthiolum, Amathũ, aliosq́; putauerim, eoq́; deteſtabilius quod ex eo vnctiones, vtpotè miro præſidio ad Gallicam, Hiſpaniamúe luem commendent, à quibus maxime abhorret Alphonſi Ferri, ac Montani opinio, in libello huic morbo dicato, ne ſcilicet repulſa materies ab ignobilioribus, ad interna nobiliora detrudatur, & ad pulmonem tranſeat,

Matthioli Braſauoli ac Amathi lapſus.

quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

quum oris hiatu multa illius copia excernatur, quod si deprauati ingenij Philonici quidam arrogantes, quæstũ alieno periculo facientes, morbum ex morbo nectentes, aut cauillandi mordacitate, aut sordidi lucri spe allecti, execranda nimis impudentia, ab hydrargyri vsu auerti non possunt, ad arabum propugnacula confugiunt, ad eorum vnguenta pro scabie, vbi non modo illud formidare, verum quoq; summopere commendare videntur, quin & veterem scabiem medicamentis ad excoriationem vsq; vehementibus curare. Insuper ex Hipp. extremis morbis extrema exquisite remedia saluberrima esse, ex Gal. Thucydidis exemplo, præstare aliquid cũ periculo agere, quàm sinere ægrum miserè interire, & è duobus malis, minus eligi tutissimum esse: quum etiã fœtus deploranda opera interdum euellantur, & in sanitatis spem vramus, secemus, & ancipiti ignis medela rationẽ ineamus, suspecta, atq; horrenda pharmaca propinemus. Ecquid igitur breui temporis curriculo, grauiusculũ eius usum admittere præstat, quàm longo tempore amaris huiusmodi potionibus excarnificari, ac deniq; difficulter, aut prorsus ambigua fide curari, si præsertim probum artificem nanciscatur, & qui emplastro vno omnium vitijs & poculo vno omnium affectibus non medeatur, in quorum inscitiam, aut morbi sæuitiã, quæ contingunt symptomata, potiusquam in argentum viuum reijci, iure merito debeant. quum non facilè calamitosa hæc lues venerea, tam cõtumax, tã maligna, tã horribilis, vlli præsidiorũ generi cedat, vix alio expugnetur, vix accommodatiori via erradicetur, quum nihil sit quod metuamus, nihil quod antidotis, quod alexipharmacis corrigi non possit, quod si corpore valentibus noxam parere possit, Indica hac lue laborantibus contrariorum respectu, tanquam amuletum, vtilissimum esse non desit, vbi præsertim alia deplorata sint remedia. Hæc est Mercurij facundia, in qua inscitia miserationem, malitia odium mæretur, quum inuicta Minerua Diomedi adsit, Veneremque, ac Martem sauciare possit. prius enim suo nominis pondere illud penditote, dolum prius cognoscite, deinde fortasse non magnopere queretis, quod mentem disturbet, quum tutissimo tramite, facillima via, ab effero hoc contagio, à libidinosa hac scabie, guaiaci aqua, vinoúe absoluantur, ad integram sanitatem reuocentur, nulla penitus læsione, nullo discrimine, ne paruo quidem timore: & quod plus est, Manardi testimonio, lib. 14. Epist. 4. si hydrargyro deliniti, in venereã huiusmodi colluuiem rursus inciderint, nulla salutis via tueri possunt, quod eo in unguentis ad scabiẽ vtantur, exigua scilicet quantitate, qua se penitus intromittere, et vim suam principibus membris haudquaquam communicat, aliter labia tumore diffundit, gingiuas, atq; os depascitur, at in gallico vnguine tãta Mercurij copia est opus, qua ossium cariosorum medullas subeat, ab his per pulmones, atq; os regerat, horrendo, intolerabili, immedicabili vtentium malo. Surgant igitur barbaræ cohortis primarij duces, impudenter ægris illudant, imprudenter consulant, quum paulo post diuersa proferre conentur, videlicet argentum viuum velut malignum, ac semper lædi oportunũ, in leuioribus scabiei vitijs formidandum, in grauioribus quàm rarissime vsurpandum, vbi medicorum peritorum industriæ cum primis acquiescendum. quandoquidem omnium experimentatrice, eo illiti grauẽ anhelitus fœtorem, palati, linguæ, dentium, magna ui, per faucium angustias vligine exhausta, æsophagi quoq; erosionem incurrant, eiusq; causa humoribus putrefactis, perpetuo articulorum cruciatu, diutino capitis dolore, depascentibus vlceribus, contagiosisq; torquentur, ossa cariosa, putrilaginosa, tumores in osseam penè duritiẽ habent, deglutiendi aditus pluribus intercipitur, quibus tamen antidotis vim argenti viui obtundentibus, longoq; gargarizatu, intensum ardorem glutiendo perceptum, vix abolere potuimus, alios in vitæ discrimen egit, quosdam omnino exterminauit, nõnullos qui eius beneficio, ab immani ea scabie sanitati restitutos se iactitabant, vitiatis neruis, atq; eorum exortu, tẽporis processu in deterius labi coegit, et certis annorum intercapedinibus redux, nunquã elidi potuit, nec Guaiaci, vel Chinæ, spartæúe pariliæ decocto persanari, qua re à doctissimis quibusq; cognita, nullum posthac obtinuit hisce in affectibus locum. propterea supra omnem cæcitatem cæcum iudicauerim, qui hæc passim intuitus non sit, qui contumax adeo improbè dissimulet quanquam, promiscue temulenti quidã chirurgi, argentum viuũ igne elaboratum, præcipitatum, aut verius præcipitans, etiam num propinare audeant, & (vt aiunt) fœlici successu, forte quia Auic. lib. 2. ex Æginetæ sententia, lib. 7. nonnullis concrematum in cinerẽ, mixtumq; alijs speciebus, colicis, & iliacis potioni exhibuisse dictat: quam tamen propositionem secus exponit Serapion, videlicet quosdam sumpsisse argentum viuum mortificatum, & mortuos fuisse ex Iliaca passione, id autem se in catapotia exhibuisse asserit Cardanus, at nisi euomerent, naturaq; pondere, et veneno grauata, auxiliũ sibi ipsi inferret, maximis intestinorum torminibus vellicata, deorsum emitteret, proculdubio succumberet et si puluis angelicus diabolum excutiat. quum ob id eius noxam effugiunt, quod si pertinaciter ventriculi parietibus, intestinisúe adhæreat, erodit, exulcerat, inexpletam sitim, incredibilemq; angoniam parit, opusq; est ijsdem, quibus ad sublimatũ remedijs. propterea non mentis, non sensus inopes, Cercopes instar, non graui stupiditate, non audaci confidentia, in viui, aut extincti vsu, raptim adducamur, idq; iterum, atq; iterum moneo, quum & mulieribus faciem eo fucantibus, dentes, gingiuasq; erodat, quanquam ter lotum præcipitatum, aqua ros. plantaginisúe, deinde in pilulas quandoq; à nobis formatum sit. iaspidis, margaritarum, præcipitati, sing. gr. ij. specierũ diambaris, scrup. i. antidoti lætificantis conciliatoris, scrup. med. fiant quinq;, ad Hispanos dolores proculdubio finiendos, aduersus pestilentis luis contagia, demoniacos, quartana, & melancholia affectos, ileum, ac immedicabilem colicam fugat, atq; vterinos cruciatus nec falsi reum peragemus, sed cum Manardo, quo magis senescimus, audentiores simus: Quandoquidem in off. Io. Petri Conradi, huiusmodi pillulas parari vidimus. Recipe argenti v. succo limoniorum extincti vnc. i. moschi scrup. i. diachrydij turbit singul. drach. iij. rhabarbari,

barbari, drach.ij. far. hordei scrup.ij.f.massa,cap.quinquaginta diebus,pillulam i. horis tribus post cœnam, propterea consultius fore duximus, vt ab his abstineret ægrotans, & si horrenda lue gallica præmeretur. Is autem subridens,cum Arist. 1. Metaph. eiusdem memoriæ multas medelas experientiæ potentiam fecisse inquit, & conualuisse, hic tamen industrium, atque meticulosum esse oportet,quum ex Gal.6.in 6. de morb. vulg.comm.5.sit perniciosum tota substantia nesciuerim quo pacto hunc tutetur Syluius,quum 4.simpl.præcitato,calore deleterium sit. quæ verò tota substantia,omnino nos lædant necessario quantumuis pauca. Argentum viuum saliua communiter extinguitur,hoc modo,vitrea ampulla tantisper agitatum, addita si oportet saliua,donec ad minima vsq; confringatur. at hæc verius ocultatio, quàm extinctio appellanda est, & si saliua hominis ieiuni,aduersus venenosos ictus valens,ex Arist.10. animal.cap. 29. maleficam eius vim elanguescere cogat. siquidem vnguentis igne liquescentibus,argentum viuum,& si ad minutissima perductum videatur, fundum tamen frequentius petere,& ad ima sidere conspicitur,rursusq; addensari, hinc nimirum si is deliniti, natiuo calore priorem illi viuacitatem restituentes,aut euomuerint,vel in craneo, oßibusq; illorum inuentum sit,quod sublimato nõ euenit. Quare argenti viui extincti loco, sublimatum imponi consueuit tametsi oleo amygdalino dulci,siue limoniorum succo,optime extinguatur. Postremo quũ vulgatissimi illius ligni Guaiaci,alijs Guaicani,siue Indici,mentio inciderit,manifestius inquam in Hispanica,Indicaue lue,alexipharmacum,vnde natiua ad nos per contagium emanauit,quàm quod multis ego authoritatibus cõquirendis, longius excurram. non tamen absurdum fore existimaui,de re vulgatissima parce differere,ne de nobis Insubribus conqueratur,quod iam tribus & viginti annis, Hispanicum, Gallicumue morbum paßi sumus,huiusmodi decocto incurabilem;& si amplißimorum virorum authoritas,peritißimorum vsus,eloquentißimorum ingenium,orationi nostræ infamiam,infrequentẽ exercitationem,obtusam,caliginosamq; mentem parere videantur,ni summam his manum imponere,colophonemq; addere breuißimis enitamur,multiplici eius medela,præparatione, ac administratione prætermissa: non .n. vel Auicennæ Raron,vel hestedeen,existimandum:res.n.est non multo ante ætatem nostram inuenta,vel quorundam opinione Ebeni quædam species, nostris olim regionibus incognita,ab interioris Oceani insulis primum afferri cœpta,ex insula S.Dominici, S.Crucis, ac etiam S.Ioannis, vnde præstantius. nunc etiam è Calicut, atq; Alexandria.at vel occidentalibus,orientalibusue partibus deferatur,cognitu difficillimum quum sit, præcellere tamẽ ex Lusitania,ac Hispano præstare inquit Matthiolus, ac si ex Hispaniensibus insulis,in Lusitaniam non deferatur, quæ horum hillinde delatorum maximum est emporium. Guaiaci tria produntur genera ex Manardo,lib.17.Epist.3.hunc verò ad vnguẽ æmulatur Matthiolus,primum densius, grauius, craßius,intus nigrum,extra subpallidum,& veluti perplexis lineis quibusdam ad fuscum vergentibus,per longum intersectis. Alterum minus vegetum,externo ambitu prædicto candidius interno orbe in nigrum minus se diffundente, lineis non adeo conspicuis. Tertium exilius, sancti appellatione proprie insignitũ,vtraq; ex parte candet,tenuibus lineis per longitudinem actis. idq; acrius est,& odoratius, ac amarius,decocto facultatibus ijsdem prædito,quo circa in contumaci, depascente,vetustaq; paßione commodius,hac præsertim ratione creditur,quoniã nigrius guaiacum annosius sit,minus autem nigricans, quanto minus adoleuit,ideo omni ex parte albicans minus esse.propterea Matthiolus præstantißimum id esse,quod ex iuniori caudice recenter cesum fuerit, tã intus,quàm extra cãdidũ,nullis dehiscens rimis,non carie exesum,at graue,densum,durũ,lõge cæteris acrius,odoratius, ac amarius,extuberanti cortice addimus et firmiter hærente,propterea quũ Alphõsus Ferrus,ex arbore ætatis mediæ optimũ esse dictasset,nec tenues surculos,ramosue admodum crassos,& robustos,aut etiam truncum,sed ramos mediæ craßitudinis eligat,suam tamen non incerto exitu,non ancipite fortuna opinionem, sed ardore quodam mentis ad gloriam, adeo feruide extollit, vt hoc impetu,animi cupiditate,hilaritate,si aliorum incommodis lætabitur,suo periculo cõmouebitur. Quandoquidem Ferrus teneram ætatem cuiusq; vegetabilis,tenuem suscipere,lenemq; vegetationem,senium verò propè corruptionem esse censuit,idq; ex Auer.2.de gener.& 2.metheor.virtutemq; in senectute minui,& si quosdã radices,vt potè præstantiores,aliquos proximiores radicibus truncos cõmendare magis asseruerit,radices natiuo loco,ramis succosiores,proinde præstantiores concedit.at.quoniã hæ ramis citius siccantur,suamq; vim nõ adeo tueri possunt,& si recentius lignum succosius propterea,vegetumq; magis sit,ideo præstantius, attamen quum hæ ramis citius exsiccentur,nec non guaiacum,siue sanctum,albicanti prorsus colore præditum, cortice laxiori cæteris exilius sit,citius,ac facilius diffletur,exarescatq; , & ob humoris redundantiam, velocius teredinosum fiat,fracescatq; ,nec nisi diutino temporis tractu,ad nos penè exhaustum commigret,ideo macrum, nec resinaceum spirans,adeo vt ne ab inflammato quidem quicquam defluat, sitq; infantiæ comparandum, ex multa humoris excrementicij redundantia,propterea uigentis ætatis,adultosq; truncos,nobis commendabiliores proposuerim;vetustiorum autem non caudices,sed ramos,ne exsucci,aridiq; sint, ideo inertes,atq; ignaui, & quamuis apposite admodum,atq; eleganter hac de re differuerit Matthiolus, quum tamen eius deductio sit huiusmodi,quasi nõ modo liceat,sed ẽt oporteat,nec solũ oporteat, sed planè necesse sit, iunioris caudicis vsum ex placita sibi opinione erigere,noluimus ex cõditione iuris,ex consuetudine veritatis, grauißimũ, & firmißimũ Ferri argumentũ derelinquere,si nõ alia clariora,et certiora testimonia,in causa habitura sint,ut an folijs sit arnoglosi æmulis,durioribus,breuioribusq; ,floribus luteis,fructu iuglãdis magnitudine,aluũ mouente,cortice in vetustis nigro,in iuuenibus subfuluo,arbore fraxini in modũ assurgente,ceu lib.7. historiarũ Indicarũ.

Lignum Guaiacũ, Indicum, aut sanctũ

Raron. Hestedeẽ.

Matthioli lapsus.

Ferri opinio aduersus Matthiolum.

Vnguentum

Vnguentum syricinum, aliàs sericinum.

Sic fit, addendo vnguento cerussæ prædicto, syrici, drach.i. & med. aloes, myrrhæ, sing. vnc. med.

Vtile ad vlcera putrida, excoriationem, & vstionem.

SYricum est de quo Paulus, lib.7. inquit Sandyx, aut syricon extenuat, & siccat; id litera mutata, suricon Barbari vocarunt, fæcem plumbi appellantes, post exitum cerussæ. Plinius etiam libro 35. cap.6. syricum declarat: eius loco sandyx, quæ vulgo minium dicitur, vsurpari poterit. hinc Manardi, Syluij, ac multorum inscitia detegitur, sericum existimantium, & efficacius futurum, si torrefactum, pro crudo acciperet. Aetius Tetrabiblo 4. serm. & cap.2. syrico vtitur in medicinis sedis. Manardi, ac Syluiii error.

Cerussæ crudum, quibusdam album.

REcipe olei rosſ. clari, libr.iii. cerussæ, libr.i. ceræ albæ, unc.ix. fiat unguentum in mortario crudum: quidam addunt caphuræ, drach.i.& med. alii etiam pon deribus diffident, addentes albi ouorum, nu.6. vocantque unguentum album caphuratum. sunt qui legant olei rosſ. libr.i. cerussæ lotæ, unc.x. cerussæ albæ, unc.vi. caphuræ, drach. ii.

Contusis illinitur cuticulæ excoriationibus, intertrigini, ambustis, simulq; infrigidat, calidos sedat defluxus.

Cerussæ coctum.

REcipe olei rosſ. cerussæ, portionem æqualem, coque igne leni, ad perfectam consistentiam: quidam legunt olei, libr.iiii. cerussæ, libr.ii. lento igne indesinenter mouent. sunt qui addant ceræ candidæ, unc.iiii. formentq; in longos orbiculos, siue magdaleones. sunt qui ex oleo communi parare malint: si ex olei, lib.ii. cerussæ, libr. i. paretur. nigrescit ante perfectam coctionem. mensuralis uerò, ac ponderalis differentias, uide ex Gal.6. de comp.med. per gen. cap.8.

Vlcera sanat virulentis exceptis. Est & emplastrum ex cerussa Pauli, lib.7. Est & cerussatum Actuarii, lithargyrum vnà complectens. duplex verò vnguentum cerussæ, aliter parat Auicenna.

Ex sandice, aliàs de minio.

REcipe sandycis subtilissimæ, libr.i. olei rosſ. uel myrtini, libr.ii. aliàs tantundem, coque ut supra. addunt quidam ceræ, unc. iiii. sunt qui ex sandycis, libr.i.& med. olei, libr. i. parent. Idem potest, magisque siccat.

Minium vulgare fit ex cerussa vsta, plumboq;, idem quod sandyx Dioscoridis, potestq; vocari cerussa vsta, vt lib.5. cap.53. nam trita patinis nouis, supra prunas imponitur, & ferulacea rude mouetur, donec colore similis sandarachæ fiat, extractaque ad vsus ministratur.

MInium autem Dioscoridis, lib.5. cap.59. in Hispaniys, ex lapide quodã argenteæ arenæ permixto temperari solet, alioqui non dignoscitur, fornacibus autem in florentißimum, fragrantißimumq; colorem permutatur, in metallis verò strangulantem halitum eructat, itaq; facies incolæ vesicis obuelant, vt per illas spectent, nec respirando noxium aerẽ attrahant, eo pictores ad sumptuosa parietum ornamenta vtuntur. Minium igitur Dioscoridis, nõ est vulgare Minium, sandyx posthac appellandum, verum cinnabaris abusiue, quod & cinaprio, seplasiis, & pictoribus familiare, cognomento inquam omnino abolendo, quum cinnabaris Dioscoridis, vt capite de sanguine draconis discussum est, eiusdem sit cum hæmatite facultatis. Quare ne in posterum cinnabaris, sed miniy nomine iustius appelletur: quandoquidem officinarum cinnabaris, ex lapide rubente, ponderosißimo, non extremæ duritiei, foßile est, venenatum, exitiosum, erodens, ac exulcerans, non raro argento viuo ita infarctum, vt spontance etiã emanet, quamuis vt capite superiore traditum est, ex hoc minio, videlicet vulgaris abusus cinnaprio, argentum viuum fieri scribat Diosco. ex quibus facilius constat, cinnabarim communem, minium illius esse, in quo effodiendo non citra vitæ periculum elaboratur, nisi latiore infumibulo halitum foras educant: quin & facticium ex argento viuo duplo, & sulphure, per viam sublimationis eliciunt, his prius mixtis, igne supposito, donec argenti viui nulla species appareat, refrigerata denuo excoquuntur, & sensim vsq; quo non strideat, tunc verò igne aucto, eodem coquere expedit, donec ruber fumus exierit, quod si in viridario fiat, arbores propinquæ, veluti fulmine afflatæ tabescunt agris Ephesiorũ, primo memoratur esse inuentũ: quo pacto paretur, & quomodo vitiatũ secernatur, vide à Vitruuio, 7. Architect. cap.8. et 9. Cæterum si inconcussæ Galeni columnæ cum Fuchsio innitendum 1. de cõp.med. cap.17. eius cinnabaris inter venenata recensendus erit: & quid quæso aliud quàm natiuus, vel facticius officinarũ. attamen quum 9. simp. modicæ acri facultate cum astrictoria quapiã, et 1. de comp.pharm. secundum loc.cap.8. ad suilli fellis modera- Minium. Cinnabaris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tißimi facultatem propè accedere statuerit. videāt qui acute cernunt, quàm male venenato. acerrimo, ac valde erodenti, comparauerit, peius ad Dioscoridē, præsertim cap. de cœruleo. crediderim tamen in stoli cinnabario, 4. de comp. med. secundum loc. cap. 7. venenatum indendum esse. quòd autem Fuchs. antidoto 52. neutrum cinnabarim accipiendum statuit: Matthiol. contra: quum ad vrinæ difficultatem hæmatitis more polleat, Dioscoridis cinnabaris, argutè id suscipit. nihilosecius addente Fuchsio, accedit quòd in Aetio nulla cinnabaris fit mentio, vt est videre Tetrab. & serm. 3. cap. 13 hinc non habet quòd illi antidoto miscendum contendat Matthiolus. non præposteri, maleuoliquè sit iudicij, quo minimo quouis scrupo quæratur, in lite præscripta bonæ frugis plenißima, non appareat.

Aegiptiacum magnum, alijs de melle.

Recipe æruginis, drach vii. & med. mellis, drach. xxi. aceti acerrimi, drach. x. & med. coque igni ad iustā crassitiem, addunt aliqui thuris masculi triti, aur. ii. & med. huic oleum miscent celebres quidam chyrurgi, quia in partes penitiores aditum parat, mel, & acetum, diligenter coque, æruginis pollinem postea inde exacte coque, ne liquida natent, & crassa sidant.

Vlcera antiqua, & fistulosa terget, carne mortua, & putredine expurgat.

In huius vsu animaduertit Galenus 3. meth. med. cap. 6. viride autem fit si non coquatur, at multo acrius. desumptum est ex Gal. 2. de comp. med. per genera, cap. 2. vt etiam ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 2. cap. 33. Fuch. 2. de comp. med. legit ærug. drach. v. mell. drach. iiij. aceti drach. vii. à Damasceni eius præscripto euarians.

Triapharmacum, alijs de lithargyro crudum.

Recipe lithargyrum leuissimè tritum, oleo vicissim, & aceto paulatim affusis, in mortario mouetur ad iustam crassitiem; vel lithargyri, aceti, añ. vnc. i. olei, vnc. ii. coque ad iustam crassitiem,

Sarcoticum est, & epuloticum: Auic. vocat vnguentum de cerussa, cum aceto, Paulus lib. 7. emplastrum ex oxelæo parat, parte vna argenti spumæ, olei, aceti, singul. partibus duabus, alijs tribus.

Recipe lithargyri auri, subtilissimi, aceti, añ. libr. i. olei rosf. clari, libr. ii. coque igne leni, ad perfectam cocturam. sunt qui addant ceræ, vnc. iii.

Cruribus vlcerosis, & prurientibus, phlegmonis, & erysipelatis salubre.

Psoricon Alexandri, off. alfesericon.

Recipe cerussæ, lithargyri, psorici, aloes, croci, cadmiæ argentariæ, argenti ui ui extincti, singulorum portionem æqualem: cum oleo nerii, & aceto sufficienti, fiat sicut vnguentum de cerussa.

Scabiem sanat, impetiginem à pituita salsa, cutis asperitatem, & alia eius vitia terget.

Psoricum ex Diosco. lib. 5. cap. 65. tali modo fit. Accipe chalcitidis, partes ij. cadmiæ partem vnam, ex aceto trita misceantur in fictili, obrue fimo diebus quadraginta per caniculæ ardores, sic enim fit acrius. idem quod chalcitis potest: alij ex chalciteos partibus duabus, lithargyri parte vna: alij, aliter.

Psoricon aliud.

Recipe lithargyri argenti, chalcanthi, an. part. i. æruginis, partem med. tere die uno in sole æstiuo cum aceto acerrimo, paulatim affundendo, deinde in vasæ vitreo probè obturato, condantur sub fimo diebus quadraginta.

Ad fistulas, cancrum, scabiem siccam, lepram, carnis putridæ incrementum.

Psoricon Actuarij.

Recipe nitri, aluminis, sulphuris uiui, ceræ, an. vnc. ii. picis, vnc. iiii. olei nerij, libr. i. sunt qui sulphuris selibram adiiciant.

Scabiei abolendę dicatum linimentum, valet aduersus incipientem elephantiasim, antequam iacta sint etiā fundamenta, quibus ad oculos vsq;, *corpus totū hoc vnguento fuit delibutum, ii intra decē dies incolumes euasere.*

Ex aloe, & myrrha.

Recipe aloes, myrrhæ, partes æquas, tere cum succo absinthii, chelidonii, plantaginis, ad mellis compagem, ex linimento adhibe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Vlcera ſanat antiqua, dyſepulotica.

Ad ſcabiem expertum.

RECipe axungiæ, vnc. v. olei laurini, argenti uiui, ceræ puræ, thuris, maſtichæ, an. vnc. ii. ſalis cõmunis, vnc. viij. ſucci plantaginis, & fumariæ, q. ſ. ceram, & axungiã recentem, membranis purgatam, & oleum laurinum, cum ſuccis coque ſimul, tunc adde puluerem maſtiches, & thuris: quum percoctum erit, ab igne ablatum, adde argentum viuum ſaliua extinctum, & pauco oleo laurino, ſpatha diu miſce, illinitur veſpere, ad dies octo.

Braſauolus diminutè legit an. drach. ij. maſtichæ ante prætermiſſo. Sunt alia ad ſcabiem vnguenta ex Alexandrino.

E citrijs, off. citrinum, vel in pomo citrij.

RECipe chryſocollæ, vnc. ii. caphuræ, drach. i. corallii albi, vnc. med. amyanthi, ierſæ dracunculi, ſin. vnc. i. vmbilicorum maritimorum, tragacanthæ, amyli, an. drach. iii. alabaſtrites, cryſtalli, purpurarum, buccinarum, olibani albi, nitri, an. drach. ii. ceruſſæ, libr. med. tragacantho, vmbilico marino, purpura, & buccino, ſimul tritis, cætera deinde cum his attere, panno tenuiſſimo excerne, axungiæ porcinæ recẽtis, inſulſæ, libr. ii. & med. ſepi caprini, vnc. i. & med. adipis gallinæ, unc. i. ſimul in vaſe duplici liquatis, & colatis, addantur ſæpe mouendo tudicula pulueres prædicti, præterquam chryſocolla, & caphura, tunc addenda, quum omnia ſimul feruebunt, quando ab igne tollenda, & ſemper agitanda, donec refrixerint: ante uerò addatur ſuccus acidus duum malorum citrearum: alii ante additum ſuccum, prædicta incoquunt citrio uno, pluribus'ue, interaneis exemptis, & in feruentem aquam iniectis, agitant continuè, donec feruere incœperit, ab igne tollunt, mouent donec refrixerit: alii excauatis citriis, ſtupa aqua madefacta diligenter obuolutis, ſub calenti cinere excoquunt.

Vlcerum veſtigia penitus abolet, næuos, pannos, maculaſq; faciei, & liuorem emendat.

Cordus legit amenti dulcis, gerſæ dracunculi, drach. i. &c. quoniam exemplaria in ponderum characteribus varient. Fuchſius autem, numero 42. lapidis borachij, drach. ij. vbi nos cum Cordo, vnc. ij. legendum credimus: præterea habet ceruſſæ præp. cum dracontio, re nobiſcum ſentiens, voce autem quantum arrideat, iudicatote, hinc nimirum ſi eius pondera non vbiq; ſectemur. mirum etiam quòd in Myrepſo per lapidem borachium chryſocollam abſolutè expoſuerit, at 2. de compoſi. med. de lapide bufonis, tot lineas inutiliter ducat, nec Barbara ſit vox, ex Marone.

CHryſocolla, officinis borax, vel lapis boracis, ex Dioſ. lib. 5. cap. 54. laudatiſſima Armeniaca, colorem porri quàm ſimillime reddens: ſecundum locum ſibi vendicat Macedonica, & proximum Cypria, quo in genere præfertur pura, damnatur quæ calculos, aut terram collegerit: ratio lauandi hæc eſt, tuſa, infuſa aqua, mortario expaſſa, manu ad pilam vehementer fricato, & ſtatim qua conſederit, colato, alteram infundens aquam, rurſum terito: hæc viciſſim proſequere, donec pura, ſynceraque ſpectetur; deinde ſiccato in Sole, & ad vſus recondito, quod ſi vrere volueris, ex ea terens quod ſatis eſſe videbitur, patinis ſupra carbones apponito, & alia facito quæ ſupradiximus. ex Plinio lib. 33. cap. 5. Chryſocolla humor eſt in minerarum puteis, per venam auri defluens, craſſeſcente limo rigoribus hybernis, vſque in duritiem pumicis: laudatiorem eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertum eſt: inuenitur & in plumbarijs, vtilior etiam auraria: in omnibus autem his metallis fit, & cura multum infra naturalem illam immiſſis in venã aquis leuiter hyeme tota, &c. apud aurifabros quoſdam agglutinando auro ſyncerior eſt, quàm in officinis, in quibus frequentius nigricat: at neque illi ad aurum ferruminandum, ex viridi ſubobſcuram vt par eſt, ſed luteam ſeligunt, & ſi ad vſus medicos, quæ plus viroris concepit, ea probatiſſima ſit, & rara, albet enim plurimum: alia verò etiam flaua, quædam ſubnigra, ex minerarum varietate, colores ſuos adepta: quæ enim in cauis argenteis albeſcit, in plumbeis nigricat, in æreis viridior eſt. nec deeſt ficticia, magna ſanè copia, ex alumine rupeo, ſale ammoniaco, alijſq; ignium vi coalita: id borace refatto vocant. eſt & alia ex Dioſco. ex vrina, & ære Cyprio: alijs addito nitro, quæ auri gluten eſt ex Galeno cap. de chryſocolla. fit in æreo mortario, piſtilloque æreo, ex pueri vrina: ſatius verò eſt ipſam præparare tempore æſtiuo, aut ære prorſus calido, vrinam in mortario æris rubri terentes, & quo æs mollius fuerit, eo plus circumagendo piſtillo deteritur.

AMiantus lapis ex Dioſc. lib. 5. cap. 93. in Cypro naſcitur, ſciſſo alumini ſimilis, quo vt potè flexibili, telas, & vela, tantum ſpectaculi gratia texunt, quæ ignibus iniecta ardent quidem, ſed flammis inuicta ſplendidiora exeunt: Iſcuſtos dicitur Alberto lib. 2. cap. 8. quoſdam verò defraudauit alumen

ſciſſile,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Matthioli sententia non accepta.

ſciſsile, pro hoc acceptum: id quod non eſſe vulgari idiomate decertauit Matthiolus, Latinè autem neſcio quibus Lucæ Ghini argumentis perſuaſus, mutata ſententia, contendit alumen plumeum vulgare, legitimum eſſe amiantum: attamen quum texturam non patiatur, ſoloque attritu diſsiliat, nec illi tantum ſucci inſit, vt licinia ex eo fieri, vel poſsint proinde perpetuo oleo abſumpto ipſa maneant, quanquam non abſumatur in ignem coniectum veluti accidit amianto, & ſi acredo alumnis propria in vulgato deſideretur, veluti & aſtrictio, inter Matthioli ſcapulas affricatum, perplacidam, latitantemque acrimoniam, illi planè demonſtraret, cuius ſanè non meminit in amianto Dioſcorides, fateor propterea fiſsile alumen, in proprijs fodinis, humore in longũ, latumue fluente denſari, cui alius, atque alius ſuperfuſus, in eiuſcemodi formam coeat, ac concreſcat, vt quaſi ſegmenta alterutrum adiecta appareant, latiora quidem ſi latè, vt ſtrictiora ſi ſtrictè, idem humor congelaſcat, vnde interdum capillis ſimillimus viſitur. præterea à Romano quodam Cœnobij Sanctæ crucis cuſtode, lapidum, foſsiliumque peritiſsimo, & mihi in Ticinenſi Gymnaſio familiari, dono accepi amiantum, in tenuia, atque obſequioſa fila adeo ſciſsilem, vt telæ inſtar concinnatus, in craſsiuſculum lintheum euaderet, igni verò impoſitus inflammabatur quidem, at inuſtus exibat: maiora quoque obtulit amianti fruſtula, venis quibuſdã ligni modo delinita: qua ex cauſa Religioſis aliquibus perſuaſum erat, ex Seruatoris noſtri Cruce lignum eſſe, quum præſertim igne illæſus euadat, ex amianto mapas Romæ, & in Verebergo mantilia eſſe tradit Agricola, non aqua, verum ignibus elui ſolita. huius loco amentum dulce legebatur, amentem huius vocis authorem demonſtrans, quum pro eo g ypſum vſtum exponat, id quod ſi eius animo inſidebat, cur voce expreſſerit inuſitata, non ſatis conſtat, quicquid intellexerit, nos conformius vocabulum cũ Fuchſio reddentes, amiantum vertimus, quo incomperto, tametſi g ypſo vſto vteremur, iniuriæ non poſſet aſcribi, id verò notiſsimum eſt crudum, colore, nitore, & figura differt, noſtrum gleboſum eſt, cruſtaceum, & pellucens.

PVrpura, officinis antale, ex Dioſc. lib. 2. cap. 3. vſta eadem præſtat quæ buccina, verum vehementius vrit, ex Plinio lib. 9. cap. 36. ex conchyliorum genere ſunt purpuræ, florem illum oſtrum ſarranum, Tyriumúe appellatum, in tingendis veſtibus expetitum, in medijs habent faucibus, liquoris minimi in candida vena, eorum interitu euaneſcente, ideo viuas capere contendunt: lingua ſunt longitudine digitali, qua paſcuntur perforando reliqua conchilia, tanta duritia aculeo ſunt, has vt & buccinos, promuſcidas gerere inquit Ariſtoteles, lib. & cap. 4. de animalibus, id verò membrum linguæ effigiem præſeferre, illiſque eſſe firmum, & toroſum, vſque adeo validum, vt teſtas eſcarum poſsit perforare. capiuntur autem paruulis rariſque conchis, textu veluti in naſsis in alto iactis: ineſt ijs eſca, cluſiles, mordaceſq; conchæ, quales videmus, has ſemineces, ſed redditas mari, auido hiatu reuiuiſcentes, appetunt eas purpuræ, porrectiſq; linguis infeſtant. at illæ aculeo ſtimulatæ, claudunt ſe ſe, comprimuntque mordentes, ita pendentes auiditate ſua purpuræ tolluntur, earum genera plura, pabulo, & ſolo diſcreta. Galenus 11. ſimpl. purpurarum, buccinarumq́; teſta nunquam vtitur abſque vſtione, ad vnguem planè læuigata, pollini in modum tundendo, & cribrando, commune in omnibus lapidoſis, teſtaceiſque præceptum. eius loco vſæ ſunt ſeplaſiæ Vercellenſes calculo quodam pelaſgico, candido, argentei coloris, ex mollioris marmoris genere, ideo cultro ſciſsili, quaſi farina aſperſo, non deficientibus purpuris, quæ & buccinis congeneres ſunt.

BVccinum, officinis dentale, quia cum dentibus ſimilitudinem quandam habere videantur, ex Plinio lib. 9. cap. 26. duo ſunt genera, minus concha ad ſimilitudinem eius buccini quo ſonus editur, vnde & cauſa nomini, oris rotunditate in margine inciſa, &c. idem procul dubio eſt officinis commune, cauum, inane, oblongum, excurrentibus lineis in acutius deſinentibus, cuius obſtructo orificio, flatuque adacto, ſibilus ſatis vehemens elicitur, imo accidit non nunquam, vt flante vento per buccinarum anfractus, tubæ ſimilis ferè ſonus emittatur, poſt marinos æſtus ſupra maris litora inueniuntur. hoc dentale, purpuram autem antale, à Plinio dici lib. 9. cap. 36. ſcriptum reliquit Braſauolus. Fuchſius quoque dentale Plinio buccinum dici credit, eodem in capite: nos apud Plinium nondum inuenimus: quum verò inquit Fuchſius, vel lapides ſint, vel teſtacea, nihil habet conſtituti, quum 1. de compoſi. med. cap. 15. ridiculum eſſe tradat, quòd antalium, & dentalium, lapidum genera ſtatuerint Barbari. buccinorum, vel purpurarum defectu, concrematum conchylium ſubſtitui poteſt. ex Dioſ. ex hac oſtrum, quod chariſsimã, & excellentiſsimam habet, coloris aſpectus ſuauitatẽ.

VMbilicus marinus, vulgo belliculus, vel porceletta, conchula eſt alba, ex teſtaceorum genere in litoribus repertus, ad officinarum ornatum, filo in oblongas corollas appenſum, mulieribus auricula piſcium, ad fucos, & faciei candorem expetitus, ſucco limoniorum, & ſublimati modo illitus.

ALabaſtrites, ex Dioſc. lib. 5. cap. 13. onyx vocatur ex Plinio lib. 36. cap. 8. lapis eſt circa Thebas Aegiptias, & Damaſcum Syriæ, cæteris candidior. probatiſsimus vero in Caramania, mox in India, iam quidem in Aſia, Syriaque; viliſsimus autem, & ſine vllo nitore in Capadocia: probatur quàm maxime mellei coloris, in vertice maloſi, atque non tranſlucidi: vitia in his corneus color, aut cãdidus, & quicquid ſimile vitro eſt. ad vnguenta incorrupta ſeruanda olim creberrimus, quippè quod frigiditate ſua diutius, & fœliciſsimè odores à rancore ſeruet: idque in vetuſtis Romanorum ædificijs adhuc viſitur, & ſi eius locũ vſurparit lapis quidam albus, pellucidus, leuis, maculis veluti cinereis, quaſi venis interſtinctus, ex quo pater & aliaque huiuſmodi vaſa torno finguntur, friabilis, & coctura in g ypſum tranſiens: veri tamen alabaſtri loco vnguentis præſertim inditum, non minus efficax viſus eſt: alij marmor album, alabaſtrites loco legere, par

uo etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

uo etiam errore, vt cuique liberum hac in re sinatur experimentum de alabastro, & oniche, diuerse protulit Albertus, lib.2.cap.12.& 13.

CRystallus, ex Plinio, lib.31.cap.2. gelu vehementiore concrescit, nec alicubi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent: glaciemque esse certum est, vnde nomen Græci dedere, Oriens & hanc mittit, sed Indicæ nulla præfertur, nascitur & in Asia, vilissima circa Alabandam, & Hortensiam, finitimisque montibus, item in Cyprio, sed laudata in Europa, alpium iugis, &c. cœlesti humore, paruaque niue id fieri necesse est, ideo caloris impatiens, nisi frigido potu abdicatur. hinc igitur non esse venenum constat, vt alioqui à pluribus existimatum est. Brasauolus imperfectiorem credit in Italiæ Alpibus inuentam, ex quibus pulcherrima ad nos affertur, à Plinio cōmendata: alij non ex glacie, vel niue, in lapidis duritiē concretā, densatāq; frigore, sed eo ipso humore, quo in terræ visceribus gignitur beryllus, adamas, & alij id genus lapides, firmiter crediderūt, cū Iulio Solino, in Polyhistore suo, cap.20. de eo Albertus lib.2.cap.3. Brasauoli lapsus.

Citrinum vulgare, alijs resinum.

RÉcipe terebinthinæ, libr.i. resinæ pini colatæ, libr.i.unc.iii. ceræ nouæ mundæ libr.med. olei cōmunis: aliis rof.vnc.viiij. misce omnia simul, coletur, & fiat. Brasauolus singul. partes æquas accipit. Aetius, Tetrab.4. serm. 2. cap. 32. ægiptium repurgans parat ex terebinthina, melle, ac rosaceo, partibus æquis, uel absque oleo in robustioribus.

Digestiuum, aliàs citrinum, vel mundificans.

RÉcipe terebinthinæ aqua hordacea lotæ, libr. med. lutea ouorum sex, mellis rof.vnc.iiii. farinæ ordei quantum sufficit, fiat citra ignem.

Inconstans est, & penè innumera digestiui apud pharmacopolas deductio, nec eo minus mondificatiui.

Citrinum aliud.

RÉcipe terebinthinæ, olei, an. libr. med. resinæ pini, vnc.iiii. gummi heleni, vnc. med. fiat vnguentum arte.

Vulnera digerit, & turunda suppositum glutinat.

Gratia dei primum.

RÉcipe galbani, opopanacis, æruginis æris, thuris, aristolochiæ longæ, mastichæ, myrrhæ, an. vnc.i. ammoniaci, vnc.ii. drach.ii. ceræ, unc. viii. olei communis, lithargyri, an. libr.i.& med. bdellij, unc.i. magnetis, lapidis, hæmatites, an. drach. i.& med. arte para, addendo terebinthinæ, libr. med. olei abietini, unc. med.

Spicula etiam ferrea ex alto extrahit, & scloporum globos, nisi admodum penitius distantes, vlcera annua ad cicatricem perducit, fistulis commodat.

MAgnes, vulgo calamitta, alijs heraclius lapis, vel syderitis, quibusdam lapis calaminaris, quem alij cadmiam fossilem, aut naturalem iustius interpretantur: ex Diosc. lib.5.cap.93. optimus est qui ferrum facilè trahit, colore ad luteum vergente, densus, nec admodum grauis: foditur in Cantabria, Hispania, in varijs Germaniæ, & Bohemiæ locis, in ferrarijs metallis plerunque inuenitur, & ferri impoliti speciem præsefert, idque non raro inuentum vidi in ferraria fodina Crepacoriensi, dum præsens ferri materiem putealē casam, cuniculos, ferramenta, operarios metallicos, fibras transuersas, rectas, obliquas, deuexas, venasque se se traijcientes indagarem. at imbecillum videri probauit, ferrariæ præfectus. differt enim vt colore, ita facultate, vel niger, aut in nigro cæruleus, vel in nigro rufus: differt etiam spissitudine, atque raritate: nam alij toti densi sunt, alij aliqua parte rari, & velut exesi, pumicique similes: alius mas valentior: fœmina imbecillior. optimus non modo trahit, & ad se tenet ferrum, sed vi sua in id ita transfundit, vt possit aliud ferrum, quod appositum fuerit, apprehendere, atque tenere, atque is rursus aliud, & aliud. hunc inter venenata, ac malefica facultate constantia enumerat Matthiolus, commento primo in sextum Dioscorides, vt etiam cap. de lithargyro, & si cum aqua mulsa, trium obolorum pondere, detur ex Diosc. vt crassos humores eliciat, varia eius genera vide ex Alber. lib.2.cap.11. supersticiosi quidam celebrato supra magnetem sacrificio, eius contractu plura perpetrare creduntur. Matthiol. arguitur.

Gratia dei secundum, alias ceratum Petri de Argilata.

RÉcipe ceræ albæ, resinæ pini, ammoniaci, an. libr. med. terebinthinæ, unc. iii. galbani, olibani, mastichæ, myrrhæ, añ. unc. med. aristolochiæ rotūdę, drac. ii.

terenda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

terenda tere, macera vino decocti betonicæ, verbenacæ, ſymphiti utriuſque, centhaurij, bipinellæ, hyperici, gratiolæ, dauci, an. m̃. i. poſtea extrahe, lacte muliebri agita, & vnguentum formato.

Sarcoticum eſt, carnis gignitiuum, omnibus vulneribus maxime idoneum.

Diuerſificantur authorum varietate huiuſmodi gratia dei compoſitiones, quum ſit & emplaſtrum gratia dei Nicolai.

VErbenaca, ex Dioſc.lib.4.cap.50.& 51. periſtereon quoq;, ideſt columbaria vocatur, alia ſacra herba, quoniam multum ad amuleta, expiationesque commendetur: in rectam, & ſupinam diuiditur, & confunditur maremque, & fœminam. mulierculis herba ſancti Ioannis Baptiſtæ, vulgo berbena quod eius feſtiuo die coronatæ, integro anno à capitis dolore immunes fore, ſibi perſuadeant, ex Archigenis amuletis. hac perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nulli non morbo mederi, nullamque in toto herbarum cenſu Romana nobilitas plus coluit: hac domus purgabatur, luſtrabatur familia, Iouis menſa ad ſacrificia, & epulas verebatur, at nulla alia differentia ex Matthiolo, niſi quod hæc recto eſt caule, alia reſupinato, & ſi verbenaca folijs ſit ſubalbidis ſacra herba aliquatenus cæſiis. mari tamen flores tribuit luteos Fuchſius, pro errore à Senenſi animaduerſo: ex Plin.lib.25.cap.9. folioſa fœmina, mas rarioribus eſt folijs, nec adeo frequens, ſacra herba Fœmina credita in macerijs, publicisque vijs, vbique pedibus calcatur. alij vnum genus duntaxat faciunt, & eodem effectu Dioſcoridi tamen plura ſacræ tribuuntur, quàm piſtereoni paucis cognita quibuſdam herba columbina. de hac Theophraſtus 6. de hiſtor. plant. cap. 5. Eſt & berbonaga vulgi, alijs reſta bouis, quod altis duriſque radicibus, aratores medijs in ſulcis, bubſequasq; incurios remoretur. crebris enim inter folia aculeis, ſpiculis acuminatis ſimilibus, calloſam, præduramq; eorum cutem penetrat. nempe illis, frugibusque hoſtis, viuaci, altaque radice agitur, & candicante, ſingulis annis ſurculis in latus emiſsis, magis, magisque luxuriat ſecus vias, in pratis præſertim irriguis, inter ſegetes, atq; arua, flore luteo, ueluti & in album ſubpurpureo, vbique apud nos copioſiſsima, anonis vel ononis credita, Dioſcoridi lib.3. depicta, in cuius commentario Matthiolus, in animo pilos habens, Plinium lib.27.cap.4. erraſſe deprehendit, quod non poſt Ver anonis ſpinoſa reddatur, ſed vt Theophraſtus author eſt, in Autumno, ne igitur hoc vno complectar crimina omnia, quum paulatim hæc eius conſuetudo ſerpſerit, ac prodierit, vt relicta oculorum confidentia, proprijs luminibus deſpectis, cum authoribus altercetur. Anonis menſe Aprili, è veteri aculeato caudice regerminat, mox ſublimes quoſdam ramulos, ſpinis viridibus rigentes emittit, infra autem tyrſulos, æſtate aculeos producentes, qui Autumno firmioribus ſpiculis perficiuntur. propterea quum Aeſtate eius germinationis initium aſſerat Theophraſtus 6.de hiſt. plant. cap.5. ſi Matthiolus legem ſibi ipſi indixit innocentiæ, cõtinentiæ, ac veritatis, quũ ſibi hoc ſumat, vt corrigat vitia aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſſet, ſi qua in re ipſe cuique mediocriter um herbarum gnaro facilè obuia, ac plana, ab officij conſcientia declinarit, quum præſertim capitibus rotundis non ſit, non iucunde olentibus folijs reſta bouis: quæ in Anonide requiruntur, vnde alij Crateuæ Egipirum putant, quòd ſi geniculorum ſola ratione, qui impropriè Dioſcor. conſtituuntur, vt alibi ſæpe erudita, atque elaborata Marantæ enarratione, legitimam iccirco eſſe facilè tueri poſſet.

[Berbonaga.] [Anonis.] [Pliniũ inepte accuſat Matthiolus.]

GRatiola, quibuſdam gratia dei, alijs ſtanca cauallo: herba antiquioribus indicta, in riguis, pratis, nec non in Burgiculi noſtri conuallibus frequentior, dodrantem, vel paulo magis alta, folijs lini, vel hyſſopi æmulis, latiuſculis, caule rotundo, anguloſo nonnunquam, floribus oblongis, ex foliorum ſinu flaueſcentibus, aut purpuraſcentibus, paruo pediculo in globulum terminantibus, radice graminis modo obrepente, ex albo qua erumpit ſubrubra, inſignis amaritudinis. ſola non citra noxam aluum vehementer deijcere facit, ſtomachum vellicat, & vomitum magno cum impetu laceſsit, vt crebro vnà cacantes vomituria (eiuſdem ſententiæ Senenſis cap.de Eupatorio, nouiſsime illam depingens cap. de hyſſopo ſibi apertiſsimè contrarius nulla noxa purgare ait) quo circa ruſticis & ſi obuia, ob eius moleſtiam derelinqui cœpit. hincque facili pateſcit indicio, non eſſe hanc Meſ.eupatorium, vt eodem in capite ſcriptum eſt. nos illam maſtichæ præparamus, & ex ea antidotum, vt nullo incommodo ad multa ſalubrior fiat. hanc ignorauit Deſſennius, ideo miſellum Manlium obiurgat, & rectè admonenti detrahit, varioque calamo ambigua, atque obſcura non intelligens, ideo ſub geranio contineri credit, eius ſemen Gilbenech Arabum credit Anguillarius, nulla tamen ex Auicennæ coniectura, quum alij ellebori ſpeciem, alij vomicam nucem, ſola ducti opinione contendunt, gratiolam quoque papauer ſpumeum quaſi aſſentitur.

[Deſſennii error.]

Fuſcum, ſiue nigrum.

REcipe olei, libr.i.& med. ceræ nouæ, unc.iiii. colophoniæ, picis naualis, ſagapeni, an. unc.ii maſtiches, galbani, olibani, terebinthinæ, an. vnc. i. oleum cũ cera bulliat: vbi propè eliquaueris, impone colophoniã, deinde picẽ, ſagapenũ, terebinthinã, maſtichem, thus, & galbanum. Sanandi vim habet, atq; attrahendi:

Ponderibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ponderibus variat Myrepſus,& pro pice nauali, legit zopiſſam, ideſt ceram cum reſina à nauibus deraſa.

Vnguentum nigrum componit Auicenna,ex litharg yri vnc.i.aceti acris vnc.iij.olei unc.ij.coquendo omnia ne urantur ad concrementum.

Plumbeum.

RECipe plumbi vſti,lithargyri,an.vnc.ii.ceruſſæ,ſtibij,añ.vnc.i.olei roſ.quantum ſufficit,fiat vnguentum arte.

Refrigerat,ſiccat,phlegmonoſis vlceribus,eryſipelatodis,triapharmaci inſtar illitum, vel cum cera excoctũ.

Diapompholygos, officinis de tutia.

RECipe olei roſ.unc.v.ceræ, libr. med. ceruſſæ, plumbi vſti, & loti,pompholigis,olibani,an.unc.ii. ſucci ſolani q. ſ. fiat vnguentum arte.

Aetius in emplaſtro ex pompholige,Tetrab.4. ſerm. 3. cap.46. plura ab his addit. eſt & emplaſtrum ex pompholige Pauli, lib. 7. Ponderibus diſsidet Fuchſius.

Ad exſiccanda eryſipelata, vulnera ſordida,& ad ſananda tibiarum vlcera,aliorumque locorum concaua,vel diſſipata replet, refrigerat, & cicatrizat.

Cordus legit olei roſ.ceræ,an.vnc.vi.thuris an. vnc.i. Præpoſitus olei roſ.vnc.x.ceræ vnc.v. alijs ẽt euariãs

Hederaceum.

RECipe ſucci foliorum, & corymborum hederæ, olei partes æquas,ceræ albæ quantum ſufficit, coque ad ſucci conſumptionem, adde aceti albi parum, agita, & vnguentum forma.

Ambuſtis oleo, aqua, ignéue mirificum.

HEdera, nuſquam non virens, ex Dioſcoride lib. 2. cap. 171. differentias multas in ſpecie ſortitur,ſummas autem genere tres: nam quædam candida eſt,altera nigra,tertia helix: candida fructum fert candidum, nigra nigrum,aut croci æmulum,quam vulgus Dioniſiam vocat: helix fructum non gignit, ſed albas habet viticulas,& folia parua,anguloſa,& concinniora; ex Theophraſto plura lib. 3. de hiſto. planta. cap. 18. vt etiam ex Plinio lib. 16. cap. 34. folijs, viticulis, altitudine, humilitateque diuerſa, quarum exquiſitiſsima cognitio,quum ad medendi vſum non multum referat,his omnibus perſpectiſsimis contenti erimus. eius lacrima,quæ & gummi hederæ dicitur, pſilothrum eſt, illitum etiam pediculos enecans, vt ex Gale. quoque,quamobrem officinarum gummi hederæ, arboris incognitæ experimento deprehenditur, vix ſcilicet acre, & extremo manſu neſcio quid pinei reſipiens; verum autem gummi, alijs non abſimile collegimus, à vulgari diuerſiſsimum: id verò hederaceis truncis craſsioribus vſque ad medullam perforatis,vberius manat. quidam hederam terreſtrem vocant Aſclepiadem, vt eo in capite.

Ex calce.

RECipe calcem uiuam,ſepties aqua roſ.ablutam,& totidem cum oleo omphacino,uel roſ.concute ad formam linimenti, adde ſi libet album duum ouorũ & ceræ aliquantillum: vel terram cimoliam, iuxta exigentiam.

Ambuſtis omnibus quauis ex cauſa,ſtrenuum, adeo eſt præſidium,vt nullum huic ſit præferendum.

Emplaſtrum ex viua calce Damocratis.

RECipe ceræ,libr.i. reſinæ pini, libr. ii. calcis viuæ recentis, aluminis, ſciſſilis, auripigmenti,an.vnc.i.quibus affunditur aceti odorati pauxillum,abũde maiori pila hæc tunduntur,ceræ,& reſinæ,igne. liquefactis,oleum affunditur,& commiſcetur: & vbi malagmatis impoluti craſſitiem adſciuerit, medicamentum ad vſus reconditur.

Diſcutit,ſtrumas diſſipat,omnem cohibet tumorem,iecinoris,& lienis,aquę inter cutem,ſuffuſionibus medetur,vrinas pellit, largas ciet excretiones, longos coxendicum cruciatus finit.

Vnguentum ex adipibus.

RECipe olei chamæmeli, uiol.an.libr. med. butyri recentis, adipis gallinæ, an. libr.i.ceræ quantum ſufficit. Mollit,& dolores ſedat.

Pſilothrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Psilothrum, officinis depilatorium.

RECipe calcem uiuam, & aquæ sextuplum, simul triduo macera, post calcis nõ extinctæ partes sex adde, triduo iterum committe, adde sandarachæ ueræ, sextam partem, Soli tandiu expone, donec penna immissa depiletur.

Loca eo fricata pilis nudat.

Agrippæ, vel gripa nominatum.

RECipe rad. bryoniæ, libr. ii. cucumeris syluestris, libr. i. scillæ, libr. med. iridis, unc. iii. rad. filicis, ebuli, tribulorum aquaticorum, an. unc. ii. ceræ albissimæ, unc. xv. olei albissimi, libr. iiii. radices omnes recentes incisæ, & contusæ, macerentur in oleo per dies octo, deinde coquãtur, postea exprimantur, & in colato oleo, & expresso, reuoluatur cera, fiatque vnguentum arte.

Myrepsi descriptio ex Fuchsio ponderibus variat, quin & loco cucumeris syluestris, legit altheæ syluestris: quum igitur deprauato Græco exemplari vsus fortasse fuerit, nos ideo Præpositi cognomento descriptiones, vt magis arrident, quandoque sectamur, nec ideo mirum videatur, quum vbique, & nostrum, & eruditissimorum iudicium annectamus.

Hydropicis, omnibusque corporis ędematis succurrit, neruorum mala sanat, vrinam mouet extrinsecus illitum, ventrem subducit, dolorique renum vtile.

Aregon, quasi adiuuans, Barbaris arogon.

REcipe rosmarini, sampsuci, rad. ari, & cucumeris agrestis, serpylli, rutæ, an. vnc. iiij. foliorum lauri, saluiæ sabinæ, an. vnc. iij. conyzæ maioris, & minoris an. unc. iiij. radicũ bryoniæ, vnc. iii. nepetæ, lib. med. mastichæ, olibani, an. vnc vii. laureolæ, vnc. viiij. pyrethri, euphorbij, zingiberis, piperis, an. vnc. i. adipis vrsini, olei laurini, an. unc. iii. olei moschati, unc. med. petrolei clari, vnc. i. butyri. unc. iiij. uel q. s. herbæ, & radices, Maio mense collectæ, in oleo sufficienti, puro, & veteri: alijs in libr. v. vel sex, diebus septem macerentur, deinde coquantur, exprimãtur, & colẽtur, colato oleo adiice reliqua, & cũ cerę, libr. iii. unc. iii. fiat unguentũ.

Brasauolus legit sabinæ, an. vnc. iij. pulicariæ maioris, & minoris, idest ellebori albi, & nigri, nec senem reprehendit. Præpositus autem sabinæ, vnc. iiij. & pollicariæ vtriusque, vnc. ix. & foliorum sciscidis, vnc. vi. olibani, an. drach. vij. additque, vt etiam Cordus foliorum cucumeris erratici, vnc. vi. pro aro iridem legit Fuchs. variatque. nos ab eo desciscimus.

Prodest mali corporis frigidis, conuulsionibus, resolutionibus partium, item dolori colico, renũ. articulorũq;.

COnyza: officinis pulicaria, quia substrata pulices interimat, ex Diosc. lib. 3. cap. 116. triplex est, quæ parua vocatur odore præstãtior est: maior verò frutice altior, & folijs latioribus, graui odore, vtriusq; folia oleæ hirsuta, pinguia: in maiore caulis binum cubitorum altitudine tollitur: in minore pedem æquat, flos fragilis, lutei coloris, subamarus, qui in papum abiit, radices superuacuæ. Est tertium genus inter hæc medium, iniucundus, grauiusque spirans: ex Theophrasto 6. de hist. plant. cap. 2. ex Plinio lib. 21. cap. 10. in marem, ac fœminam diuiditur, passim locis æditis, non riguis proueniunt, nulla istorum reclamãte nota.

DAphnoides, officinis laureola, ex Diosc. lib. 4. cap. 131. cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, obsequiosisque, multis inde sursum versis, foliosis, cortex supra modum viscosus, ramos vestit, folia lauri, graciliora, & molliora, fractu contumacia, &c. chamædaphnem laureolam etiam appellant medicamentarij, maremque, daphnoidem verò fœminam, quia illa vnico duntaxat caule, frondes circum circa ita disponit, vt in acumine rotundam vmbellam efficiat, in qua idem cum laureola semen, chamædaphnidis nomen clematidi etiam accommodat Plinius, vera tamen chamædaphni suo loco depicta, idest lib. 24. cap. 15. qua propter ne quis parum prudens, veram chamædaphnem clematidem esse opinaretur, quæ vulgo prouenga dicitur, hæc ideo annotatu digna visu sunt. Cæterum quàm belle probauerit Matthiolus, daphnoidem non esse mezereum, in eius capite dissertum est: quanto autem stultius, qui topiariam hanc herbam, etiam vinca pro uinca vocatam, chamædaphnem Dioscoridis esse coniecerint nescio qui, hinc liquido constat, quod Prouinca passim in hortis, agris, lætisque, & vmbrosis locis, sepibusque prorepens, tenuissimis est viticulis, funiculi modo potius per terram serpentibus, quàm virgis, folijs buxeis, vel oleagineis, potiusquã laurinis, & si Fuchsius, ac Matthiolus, quoniam laurinis sit folijs, ideo chamædaphnem Plinio vocatam tradiderint, qua in re aliorum esto iudicium, hac eadem defunctæ virgines coronatæ, ad sepulchrum quotidie efferuntur: nec fructu est folijs adnato, verum flore violaceo, inodoro, vere duntaxat, & si perpetua fronde virescat. Est altera clematis

Fuchsii, ac Matthioli lapsus.

Clematis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

matis, flammulæ vulgari, acerrimo sanè gustu, adamußim respondens, at per arbores repit, vt smilax, nec facie à vitalbis vulgaribus dißidere videtur, folijs enim sunt smilaceis, viticulis rubentibus, obsequiosis, iuxta arbores, ac septa prorepentibus, gustum maxime vellicantibus, semine deiectorio. Flammula autem ab acerrima eius vi, tale nomen sortita, pluricaulis, & recta, si sepibus, atque vicinis arboribus aduolueretur, nullatenus differt à prædicta.

Flāmula.

VRsus animal ferum, & deforme, omnibus agnitißimum est: ex Plinio lib. 8. cap. 36. mares quadraginta diebus latent, fœminæ quaternis mensibus, primis diebus bis septenis, tam graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant, quo tunc mirum in modum veterno pinguescunt, eorumque adipes medicaminibus sunt apti. at quia inuijs montium latitant, nec facilè haberi poßunt, ex alijs venabulo deprehensis accipi poterunt: quumque inopinate tritum cadat prouerbium, video vrsam parientem, nimirum si vrsini partus, Aristotelicam, Plinianamue opinionem illudat Matthiolus, vt Ouidium prætermittam, ac si informem carnē non pariant, quam lambentes sensim in propriam formam figurent, quibus sanè accedit Georgius Agricola. non latæ sententiæ locus habeatur, quin potius aliorum quoque iudicio, ac testimonio standum sit, quod mox, mox me exploraturum confido.*

Marciaton, alijs marciatum.

REcipe ceræ albæ, libr. i. olei, lib. iiii. aut q. s. rosmarini, foliorum lauri, rutę an. unc. iiij. foliorum tamarisci, unc. iii. sampsuci, sabinæ, sisimbrij, saluiæ, ocimi, polii, calaminthes, arthemisiæ, helenii, betonicæ, acanthi, gallii, helxinę, bipinellę, argemones, absinthii, herbæ paralysis, persicariæ, cimarum sambuci, telephii, myriophylli, semperuiui, chamędryos, centhaurii, plantaginis, fragrariæ, quinque folii, an. unc. ii. drac. ii. rad. altheæ, cumini, myrrhæ an. unc. i. & med. fœnogreci, drac. v. scrup. ii. alias exagia quatuor, butyri drach. vi. oxylapathi, tricomanes, senecii, periclimeni, phu, geranii, oxalidis, viol. s. vrticæ, papaue. albi, menthastri florum chamæmeli, phillitidis, parthenii, abrotani, styracis, medullæ ceruinæ, an. drac. ii. adipis vrsini, & gallinacei, mastichæ, an. unc. med. thuris, drac. ii. olei nardini, unc. i. herbæ omnes Maio mense colligantur, & incisæ macerentur vino odorifero, diebus septē, octauo die coquantur, ad vini omnē ferè consumptionem, vinū postea exprime, cola, colaturæ adde oleum, & coque, donec vinum euanescat, mox adde styracem, postea butyrum, & adipes, mastichem, thus, postremo omnium ceram, omnibus lento igne dissolutis, aufer ab igne, & reconde.

Ponderibus alias corruptis, meliori quo fieri potuit modo restitutum est: nam Præpositus ab Alexandrino suffuratus euariat, isque in duplici Martiati traditione. at post vnguentum populeum, hanc præcise sectatur, verum Fuchsius sampsuci, & esbrij loco, legit ebuli, atque verbasculam herbam paralysis post absinthium, ac in fine imponit 2. de composi. med. olei nardini, vnc. i. aliàs drach. i. gr. xv. at duplicem Marciati traditionem breuibus complectitur Alexander lib. 7. cap. 14. vt Aetius Tetrab. 3. serm. 1. cap. 44. vt malagma Marciatum Paulus lib. 7.

ACanthus, ex Diosco. lib. 3. cap. 17. Romanis pederota vocetur, folio multo lactucaceis latiore, & longiore, erucæ incisuris, nigricanti, pingui, leui, caule binum cubitorum, digitali craßitudine, leui, propè verticem ex interuallis, foliolis circundato, ceu nucamenta quædam oblonga referentibus, è quibus flos prodit albus, semen oblongum, luteum, caput thyrsi specie, radicibus nititur longis, mucosis, rubris, & glutinosis, præterea ex Plinio lib. 22. cap. 22. topiaria herba, elato, longoq; folio, crepidines marginum, aßurgentiumque puluinorum thoros vestiens pingitur, hanc brancæ vrsinæ, à folij similitudine cum anterioribus vrsorum pedibus, officinis perspectæ respondere pollicentur, claßici omnes rei herbariæ scriptores, eiusque folia in columnarum basibus, peristilijs, vetustisque vaßis, affabre, è veterum Architectorum monumentis quotidie sese offerentia, eadem esse, quæ quidem & si aculcata non sint, oblongis tamen constare foliolis, caulem per interualla sepientibus, spinis persimilibus, quo autem ad Plinium, tum caulem, tum folia, ob illorum mollitiem, lentoremq;, adeo flecti potuisse, inquit Matthiolus, vt vimineo aliquo nexu, topiario operi inseruire visa fuerint, pingui præsertim, humidoque solo denique ad vsus medicos, eadem quæ acanthus præstare. hæc branca vrsina paucis apud Insubres cognita, nobis quandoque visa, in hortulo Stephani Tonsoris, qui plerasque herbas singulari cultura fouebat, apud D. Mariam in persica Ticini floribus in spicatum, & penè pyramidalem, aceruum decorata, at non adeo flexilis, & sequacis lenticiæ visa est, vt topiario vsui apta, aliqua ex parte defendi poßit, nobis enim si Matthiolo altius penetrare licet: topiaria Plinio dici videtur, quod iuxta topiarios frutices, & huiusmodi loca, vel arte vel sponte aßurgere consueuisset, ea cōdedecorans: vt verò Poetam

interim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

interim omittam 4. & 2. Georgicorum, atque Ecloga 3. veluti & Callimachi sculpturæ fortuitum casum. ex
Vitruuio 4. Architecturæ, me ad Doctorum sententiam relegabo. hæc tamen facilè indicant, rhopolas nostros
longè aberrare, herbam cardiacam in macerijs, iuxta sepes, & secus vias luxuriantem, folijs subrotundis, lon
Branca vrsina. gis, laciniis in acutum terminantibus, asperis, purpureis flosculis, breuibus radiculis, pro branca vrsina vsur
pantes, à qua quidem ita distat, quantum à rana, muræna. eius loco radix cardui, scolymi vocati, vel persona-
tæ satisfaciet. at quamuis cardui plura sint genera, eorum præsertim quos artichiocos vulgus nuncupat, echi-
Cynara. natis, variatisque capitulis, quorum maiora inter præcipuas mensarum delitias, cinaram vocant, ex Gal. 2.
Carduus. de aliment. non nisi maximam cum palato inijt gratiam, primasque sibi deferre videtur carduus, vulgo car-
do, candore, ac teneritudine eximia sibi conciliata, intybi more terra, sabuloue obrutus, pipere, ac aceto, ad se
cundas mensas, asparagi modo ingestus, hic cactus Theophrasto nuncupatur 6. de hist. plant. cap. 4. vti alter
caulem erectum producens, quem pternicem vocant, vbi scaliā interpretatur Theodorus, pro ascalerum, vti
Manard⁹ aberrat. in primo decorticati, pro desquamati, ex Atheneo, & si id non aduertit Matthiolus: vt nec carduum primum
Theophrasti, felsinæ, pro eryngio habitum, à Dioscoride differre. Manardus lib. 18. Epist. 4. brancam vrsi-
nam putat, à Galeno 6. simpl. bunion, & arction, nunc arcticum vocatam, in quem errorem quomodo vir tan
tus delapsus sit vix mihi fidere potui, vt quod sphondilium aliquod syluestre, pro brāca vrsina à germanicis of-
Galion. ficinis vsurbatur, vt inquit Fuchsius. Acanthi species Theophrasti sunt Dioscoridis acaciæ, officinis quibus-
dam aspergula, vulgo herba brusarola, forte quia ambustis medetur. in campestribus vbiq; folio est aparine lon
ge, tenuiore flore in cacumine luteo, vel albo, tenui, copioso, denso. odorato, nomen ex eo traxit, quod in con-
trahendo lacte coaguli vicem impleat, ex Diosc. lib. 4. cap. 81. eius tamen dotis insciæ mulierculæ ob odora-
tum scrinijs sæpius inserunt, in aruis, humidisque etiam locis copiosa, Iulio, Augustoue mensibus floret: de
aparine, vulgo herba rasparola & speronella, vide capite de lappa.

ARgemone, vulgo agrimonia, medicorum, & pharmacopolarum ignorantia, longè abest à vulgari hac voce prolata, vt cap. de eupatorio, quandoquidem ex Diosc. lib. 2. cap. 169. in totum syluestri papaueri similis est, folia habet anemones, diuisa, florem puniceum, caput in cauliculo, papaueris rhæadis oblongius, & summis partibus latum, radicem rotundam, succum croci colore acrem. hæc in campestribus ijsdem notis prædita frequens visitur, syluestri anemone adeo similis, vt internosci vix queat. mira itaque fuit illorum inscitia, qui eupatorium argemones vice accepere, & si eodem errore ducti antiquiorum nonnulli, argemonem nominari eupatorium crediderint.

MYriophyllum, millefolium officinis, ex Dioscoride, lib. 4. cap. 100. caulis est tener, singularis, vnica ne
xus radice, plurimis folijs, leuibus, fœniculo similibus, vnde nomen accepit, caulis flauescit, varius,
ac velut ex industria delimatus. nascitur in palustribus, atque apud nos humectis locis creberrimus,
Sratiotes. vnico caule, folijs capillaceis, fœniculi modo, floribus frequentius candidis: propterea quamuis stratiotes ter
restris, & quarta species syderitis, millefolij nomine plerunque nuncupetur, prædictum tamen millefolium, le
gitimum esse statuit Brasauolus: at at Matthiolus, consueti moris, & arguendi peritiæ non oblitus, se alijs præ
ponens facillime, vt sine inuidia laudem inueniat: hunc talibus arguit, quia stratiotes millefolium dictum, in
pratis, & iuxta semita, à Diosco. scriptis non degenerat, ex his palam est commune millefolium, esse hunc stra-
tiotem, & non myriophyllum, vt putat Brasauolus. is enim caule est singulari, &c. vt præscriptum est, quæ
Brasauol⁹ Matthioli vngues fugit. res concludit, stratiotem terrestrem, esse vsu commune millefolium. Sunt ne igitur furiæ, sunt flammæ, sunt
faces, quibus impellit, perterret, atque ardentibus tedis Brasauolum insequitur. hæc mira argumentandi fal-
lacia, mira hercle sagacitas, aliud planè non indicans, quàm stratiotem terrestrem millefolium esse, commune
verò nequaquam: æque enim myrophyllon vsitatum est, quum ipsa sit millefolium, & tanto iustius, quo in com-
munibus aromatariorum codicibus, vt in declaratione alabastri nardi spicati, millefolium, idest myriophyllon
exponitur, atque Dioscoridis historiæ eggregie respondet. præterea quum myriophyllon præclaris quibusq;
Medicis nominatur, statim mellefolium vertunt, atque vnicaulem offerunt, plebæi autem, & vetulæ quædam,
quorum consortio nihil malitiose, neque consulto facere videtur Matthiolus, tanquam magis obuiam pluricau
lem pro millefolio colligunt, atq; ostendunt, quin etiam in Hetruria, ex Hermolao, 4. sui Corollarij cap. d. 147.
tenuem herbam, à lateribus capillamenti modo foliosam, millefoliam herbam vocant, floribus aureis, gregatim
emicantibus, & odoratis, in Sabuleti Serui nostri copiosissimam, nil aliud ab Helichryso, de quo Dioscorides,
lib. 3. cap. 52. vti & nos, cap. de stœchade. Huc accedit Plinius lib. 24. cap. 16. scribens. myriophyllon, quod
nostri millefolium vocant. dos tamen ambobus eadem quum sit, vteruis indifferenter accipi potest. ne igitur
tam varijs gentium nomenclaturis, tam diuersis appellationibus, mutationibusque, fidem adhibeat, ne in his
Ruellium perperā accusat Matthiolus. quenquam lacessat Matthiolus, vt quum subdubitat hoc modo. si Ruellius per iudaicam herbam intelligit,
ab Auicenna descriptam, eruum videlicet, culpa vacare non posse, nollem ego disertissimum alioqui Senen-
sem, tam apertè caligare, vt cap. de anemone, planè innotuit. Quandoquidem ita dictat Ruellius 3. de natu-
ra stirpium. hodie nostris herbarijs, & officinis, Barbaro nomine, tetrahit dicitur: alij herba iudaica, hæc verò
folijs est marubij, sed longioribus, &c. sideritin primam representantibus, quo igitur argumento impulsus,
qua humanitate, clarißimi hominis scripta suis ambiguitatibus inquinare non veretur, & non solum impunè,
sed etiam summa cum laude in arenam descendere.

Peryclime-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

PEryclimenon, vulgo materſylua, quibuſdam caprifolio, ſiue vinciboſco, aut lilium inter ſpinas, cuius fructus poma equina vocantur, ex Dioſco. lib. 4. cap. 12. ſimplex fruticat, ex interuallis parua folia habens, ipſum amplectentia, ſubcandida, hederacea, inter folia ſurculi exeunt, in quibus baccæ hederæ ſimiles, flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quaſi in folium procumbens, ſemen durum, & quod difficilè euellatur, radice rotunda, craſſa, naſcitur in aruis, ac ſepibus, conuoluens ſe adminiculis aſsidentibus. his igitur tam euidenti indicio reſpondere materſyluam noſtram, vt idem eſſe eruditorum omnium cum Matthiolo conſenſus proculdubio ſtatuerit, quũ nulla hactenus huic tam aſsimilis emerſerit, et quæ eadem experimento præſtet, vt hæc. viticuloſa enim propinquis ſtirpibus ſe aduoluit, fructu eſt hederaceo, præduro, vulſu difficili, &c. etiam ruſticis aperta radice, tamen ea cum longitudine, & pollicari craſsitie, rotunda quidem, at quæ inter dubitationem, & errorem medium me occupet. Crateuas tamen atque Oribaſius, ita legunt: ῥίζαν παχεῖαν μακρὰν Pandectarius caprifolium, & materſyluam idem eſſe contendit, lycio ibidem fatue depicto, ex quo vera eſt Dioſcoridis Pixiacantha. Ruellium autem, ſimul ac Fuchſium, tali in re lapſos falsò concludit Matthiolus, quum vulgo, atque recentioribus herbarijs caprifolium vocatam aſſerant, non tamen id propria ſententia ſtatuentes.

Caprifolium. In Fuchſiũ ac Ruelliũ falsò inuehitur Matthiolus.

GEranium, vel gruaria, off. herba aut acus moſchata, ſiue roſtrum gruis, & cyconiæ, Dioſcor. lib. 3. cap. III. prima folijs anemone, radice ſubrotunda dulci quum eſtur. altera ſpecies ad medicinam inutilis eſt: nunc in vulneribus, ac fiſtulis, etiam potu mirifice vſurpatur, caulibus minutis, & piloſis, ſeſquipedalibus, folijs maluæ, in ſummis alis ſurſum ſpectantia gruum capitula, cum ſuis roſtris, aut canini dentes. prima folijs anemone reſpondens, floribus quaſi purpureis, & gruum capitulis, radice eſculenta, rotunda, cortice tamen rubicunda, nobis, vt etiam alijs pluribus ſæpe in campeſtribus perſpecta eſt. Secunda pes columbinus vocitatur, in incultis, vbique, in ipſis etiam ſemitibus ſcaturiens: hanc venenum eſſe tradidit Cardanus, in lib. de malo medendi vſu, pro columbino, miluinum forte, vel coruinum quibuſdam flammula, vel ſcelerata, accipiens, ranunculi ſcilicet genus, exulcerans, & veſicas excitans: vel deceptus, quia in Geranij ſpecie, folijs ranunculo ſimilibus, in quinta ſpecie, à Fuchſio numeratur, circa fluenta, limites humidos, opacosq; margines, in pratis etiam copioſiſsima. Quintum autem ranunculi genus radice rapi modo Matthiolo rectè pingeretur, ſi copioſas ſuperiores radiculas quaſiq; capillamenta ſtatim ſupra tuberoſam radicem affixiſſet. Secunda itaq; duplex eſt, prima folio orbiculato, maluæ magnitudine, capitulis gruini capitis modo roſtratis, quibuſdam pro vera momordica. Secunda minoribus folijs, eodem modo laciniatis, quibus ſanè diuiſuris, à folio maluæ recedere putat Braſauolus, ideo geranium non eſſe. Matthiolus hunc falli retur, & ſecundo geranio accommodat, à quo tanquam inutili prætermiſſo, per geranium primum ſcilicet vbiq; accipiendum, idq; nullis Dioſco. reclamantibus notis. præter has aliam geranij ſpeciem elicit Matthiolus, Plinij caput ſextum allegans, vndecimum quod eſt, libri 26. vt latinè poſtea dictat, vbi inquit. Geranion alij myrrhin, aliqui mirthida appellant, ſimilis eſt cicutæ, folijs minutioribus, & caule breuiori, rotundo, ſaporis, & odoris iucundi: noſtri ſic eam tradunt: Græci folijs candidioribus, &c. Plinij itaq; geranium, vulgare roſtrum gruis, aut cyconiæ eſſe, alijs acum moſchatam, ob fragrantiſsimum quem ſpirat odorem, ſemine gruino capiti perſimili, idq; Plinianæ deſcriptioni quadrare proponit Matthiolus, ideo Ruellium hallucinari, cui addimus nos, & Fuchſium, qui acum moſchatam, vel paſtoris, primo Dioſco. geranio exæquarunt: ea non folijs anemones, nõ radice rotunda ac dulci, folijs chærephylli, paſtinacæue, æmulis, floribus purpureis, caulibus rubeſcentibus, lanuginoſis, geniculatis, ſaporis, atque odoris ingrati, radice intus viridi, & acerba: præterea & ſi rubertam vulgi, ab acu paſtoris diuerſam obtinuerit aduerſus Hermolaum, quum inuicem aſsimiles ſint, non abnegandum, eſſe rubertam geranij Pliniani ſecundam ſpeciem, ideo non eſſe myrrhim Dioſcor. lib. 4. depictam, vt exiſtimat. quod ſi ſic ſub geranij capite collocanda erat, cuius tamen vnica duntaxat eſt ſpecies ex Plinio: quumque myrrhis tota rubicunda, ſimillima ſit cicutæ, caule, folijsque, radice alba, oblonga, molli, rotunda, odorata, cibo non inſuaui, . eſt videre in Patauino Viridario. eadem verò à ruberta abſint, quæ gruina fert capita, & odaratiſsima eſt, nec myrrhis gruum eſt capitulis, vel vſque adeo odorata, ideo &c. Ruellius tamen 3. de natura ſtirpium, cap. 126. inquit. hallucinatur, qui herbam robertianam myrrhim eſſe rentur, quæ potius ad geranion releganda eſt, nec magnopere à Plinij prima ſpecie diſsidet, niſi eadem ſint. Hermolaum etiam vellicat, quod Latinorum geraninm, myrrhim eſſe Græcorum expoſuerit, quoniam myrrhim, & mirtida vocari aſſeruerit Plinius, quem lib. 24. capite 6. non animaduertit, ſeparatim de myrrhide pertractaſſe. hac igitur in verboſiori controuerſia, dicendum Plinij geranium, acum moſchatam vulgi dici quidem poſſe, atque herbæ moſchatæ loco ſuſcipiendam, cuius defectui ſatisfaciet polium, quæ & vulgo Iua moſchata dicitur. ſimpliciter itaque prolatum geranium, vel pes columbinus, aut roſtrum gruis, vel cyconiæ, primum id genus à Græcis aſsignatum oſtendit, at per geranium Latinum, addita huiuſmodi voce, Plinianum ſignificari. quamuis in Matthioli verbis, maius ſit quàm aliorum peccatum, ſi fraus, ſi ſcelus, ſi audacia, illum de mente deturbabit: quandoquidem aſſeret quiſpiam, non Dioſc. primum genus, non Plinianum gruinis conſtare capitulis, inſignis ſanè nota, quam non facilè præteriſſent, vt neque in ſecundo Dioſcorides: neque fortaſsis mouebitur geranij ethymo, quin aut quia circa eam libenter verſentur grues, vel ea veſcantur, perinde ac verbenaca periſtereon appellata eſt, ita illa geranium, nec ideo gruinis ſcateat capitibus. præterea in eundem reflectitur argumentum: quum ideo

Pes colũbinus. Cardanus labitur. Ranũcul^o. Momordica. Ruellii, ac Fuchſii, lapſus. Ruberta. Myrrhis. Matthiol^o. reprehẽditur.

geranij nomen inditum putat, quod semine sit gruum capitulis contento, siquidem tradidit mirum sanè non esse, Plinium scripsisse, aliquibus vocari myrrhim, quod etiam è Græcis fuerint, qui secundum geranium in Dioscoridis exemplaribus vetustis, myrrhim appellauerint: quum igitur myrrhis è conuerso, geranium vocetur, nec sit gruino capite insignita, iisdem pariter exornata dici posset, nulla istorum in prædictis, magis quàm hac mentione facta. Reliquum est vt Hermolaus, à Matthioli morsu, mox, mox vendicetur, vt vulgi iudicio perperam accepta trutinētur, tametsi scriptum reliquisset, geranium id esse Latinis, quod Dioscoridi myrrhis, nempe in Dioscoridæis exemplaribus, proprio Matthioli testimonio secundum geranium, myrrhis vocatur. nō iniuria igitur, bona fide sustineri posset, geranium Dioscoridis, id esse nobis scilicet Latinis, quod myrrhis, eodem in capite dicta. at huc conferendus est Hermolai textus, 3. sui corollarij. Nostri vt inquit Plinius, geranion ostendunt, cicutæ folijs minutioribus, & caule breuius rotundo, saporis, & odoris iucundi, verum hæc proprie geranion non est, sed myrrhis, de qua post agemus, confusione orta, quod geranion à quibusdam myrrhis vocetur, &c. En ergo quanti faciendæ sunt, eggregiæ Matthioli accusationes, quæ sit eius præstantis ingenij admiratio, quū aliquos myrrhim, ac geranium confudisse explicuerit. Hermolaus, nec idem esse vnquam protulerit, vt falsò, ne dicam impudenter, decertare nō veretur Matthiolus, in eodem luto semper hæsitans. plura nos vidimus geranij genera, gruinis rostris in mucronem acuminatis, folijs ranunculi modo, sola magnitudine, florum, foliorumque dissidentia.

GAllinæ, domestica animalia, vt etiam galli gallinacei, noctis horas suo cantu distinguentes, crista exerta. ac rubente, forma admiratione dignissima, adipem in promptu offerunt: eorum facultates scribuntur Diosco. lib. 2. cap. 41. & Gal. 11. simpl. eorum stomachus, idest quæ interiore ventriculi galli sinu residet membrana, secti in laminas cornus specie similis, inter coquendum abijci solita, vino albo, alijs aqua ardenti, prius lota, & siccata, conuenientissime stomachicis trita in vino dari scriptum relinquitur à Diosc. lib. 2. capite prædicto. at Galenus vanam esse promissionem experimento comprobat. Varro tria gallinarum genera esse docet, villaticum, rusticum, & Aphricanum. hoc verò vltimum, quòd aspectus magis, quàm alimenti gratia alebatur, an eius sit generis cum nostris Indicis gallinis candidi excogitent. alij. n. pauonem Indum vocant, quoniam & ipse caudam suam in orbem circumactam, gestiens contemplatur, pulchritudine tamen longe distat, pelle tamen est circa caput versicolore, quam mirandum in modum, voluntatis arbitrio, ex cinereo rubram, atque albam commutat, & quod maius, illam pallescentem colligit, sæpe purpuream in acutum terminantem, vltra rostrum extendit, mas scilicet, fœmina amplior, crista non errecta, sub mento paleariorum instar pendente, & variata, vbi excandescit: alij etiam Meleagridas appellant.

Marciaton paruum.

REcipe foliorum lauri, libr. iii. rutæ, libr. ii. & med. sampsuci, libr. ii. rosmarini, libr. i. & med. foliorum myrti, libr. i. florum saluiæ, sisimbrij, ocymi, an. libr. med. butyri, vnc. v. styracis, medullæ ceruinæ, adipis vrsini, & gallinacei, an. unc. iiii. masticħæ, unc. iii. thuris unc. ii. & med. olei nardini, vnc. i. olei communis, lib. vi. ceræ, libr. iiii. si vero duriusculum, fiat detrahe aliquid ceræ.

Nicolaus Præpositus, & si ab Alexandrino, expiscatus sit, ponderibus tamen variat. Dessennius legit ocimi, an. drach. vi. pro vnc. vi. forte chaliographi vitio.

Podagræ frigidæ, siue mixtæ, paralysi, arthriti, ischiadi, & ad omnia vitia, & neruorum dolores, nephritidi quoque auxiliatur.

Populeum.

REcipe germinum populi recentium, contusorum libr. i. & med. axungiæ porcinæ mundatæ, recentis, & insulsę libr. iii. aliàs ii. macerentur simul, donec sequentes herbæ colligi queant æstate.

REcipe foliorum papaueris nigri, mandragoræ, & hyosciami, cymarum rubi tenerrimarum, solani, semperuiui maioris, & minoris, lactucæ, violariæ, cotyledonis, añ. vnc. iii. cōtundantur, & misceantur germinibus populeis, & axungiæ: dimittantur ad decimum diem, deinde coque lento igne, in vini odorati sufficienti quantitate: alii in libr. i. donec uinum euanescat, post cola, & exprime expressum vnguentum repone.

Contra nimium calorem valet, & temporibus illitum somnum conciliat.

Nicolai fragmenta, Præpositi vt credimus nomine, quædam addunt, at oculorum populi, libr. med. duntaxat capit, in vnguento populeo. Fuchsius adipis suilli pondus non legit, & pro folijs rubi rubiæ reddit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

at 2. de compo. med. rubum accipit, & cymbali singul. vnc. i. & med. quum in Myrepso, sit vnc. med. duntaxat. hicque Personatam nullius esse vsus, axungiæ, libr. i. constituit, exiguam admodum, ad selibram oculorum populi: uini etiam unica libr. pharmacopæis nostris non satisfacit.

POpulus, quibusdam arbor tremula, quia tremulis, & inter se crepitantibus folijs constat, vt ex Plinio, lib. 16. cap. 24. ex Dioscor. lib. 1. cap. 92. duplex est: alba scilicet, & nigra, ex Theophr. 3. de hist. plant. cap. 14. triplex, quæ κερκὶς Theodoro Alpina, Plinio Lybica eius itaq; pilulæ, quæ primo foliorum partu exiliunt, quæ & oculi, & germina vocari consueuere, ceraginosa, atq; odorata, hic accipienda sunt. vtraq; enim nostris in agris, communibus vijs, aquarum ripis, familiarissima est: nec vlla arbor nobis frequentius occurrit: quum verò albam folio bicolorem, superne candicantem, inferiore parte viridi, memoriæ prodiderit Plinius, lib. 24. cap. 13. Matthiolus in latino codice, vt prægrādius exorbitare, teterrimis quibusq; ambitum proderet, aliena pessundat, suo nomini inscripta extollit, non mediocri sanè pœna plectendus, quum in apertissima re, omnibus vbiq; obuia, studiosissimum, grauissimumq; vsque adeo authorem, tam petulanter irritare, & (vt ait) aperto errore notare non veretur: quod populi albæ folia, contra quàm senserit Plinius, superne vireant, inferne albicent: quis .n. in re tam manifesta, nisi sit tragico illo Horeste aut Athamante dementior, id saltem Plinianis manibus non concederet, non permitteret, ob violatam à librarijs scripturam prouenisse? at non id est quod quæritur, quum ex Hermolao ita etiam scribatur, 1. sui Corollarij: verum Matthioli quædam impatientia, veritatis protectio, aliorum salutis redintegratio. Quandoquidem Plinius lib. prædicto, cap. 24. publicam foliorum omnium differentiam enarrans, in ipsis partem inferiorem à terra, herbido virere colore, oleæq; superne candidiora, & minus leuia, item hederæ: superioremq; partem omnium, lanuginem quantulācunq; habere, & cætera in medium adduxit. En igitur quàm belle se explicat, quo pacto in oleæ folijs, atq; hederaceis, aberrasse annotaretur, si supernam, infernamúe partem, vulgi, ac Matthioli plebem imitantis modo acciperet. nempe callum, neruosq; & articulos, in superiore habere parte, folia scilicet annotauit, in qua deinde populea folia albicant, incisuras verò subter, vt manum humanam, qua scilicet viridia sunt: quæ quidem omnia, & si in suum transtulisse librum videatur Plinius, ex Theophr. 1. de hist. plant. cap. 16. non ideo huius mentem omnino sectari videtur, & si haud facilè dicatur, utra pars potius ad ramulum vergat: præterea nō dormitat Matthiolus, quum Plinium sibi ipsi repugnantem accusat, quod lib. 16. cap. 26. populum, nec fructū, nec semen ferre tradiderit, verum lib. 24. cap. 8. quanquam in apologia, impressoris lapsu (vt credendum est) lib. 23. legatur & vuas, & semen ferre fateatur, siccine adeo angusti animi, atque demissi Matthiolus, quo tā paruo triumpho, tam leui honore, vsque adeo exigua dignitate conquiescat, sola ne leuitate inanem aucupabitur rumorem, si omnes vmbras etiam falsæ gloriæ consectatur: non enim laudem, non splendorem auersatur, non iustam gloriam, quæ est fructus veræ virtutis honestissimus. Nempe facilè credit, Plinium errore ductum existimasse, muscum in populo nascentem, nihil ab eiusdem vuis differre, quod scripserit, lib. 12. cap. vltimo, nihil aliud est populi albæ vua, quàm bryon, Latinis muscus vocatus, ex verbis: eodem & bryon pertinet, vua populi albæ, &c. quid igitur de Plinio, quem alias magno nomine venditarunt, si sui ipsius est accusator, si tali inscitia damnandus est misellus, id saltem illi maximo in honore est, quod ab acerrimo, grauissimoque viro in ius vocatur ab eo me hercle, qui omnes authores intus, & in cute non modo nouerit, sed etiam interpretando ab omnibus mendis expurgauerit. siquidem hoc pacto Plinius dictat. fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est ne semen quidem, Tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, vlmus, attinia, alaternus, cui folia inter ilicem, & oliuam, infœlices autem existimantur, damnatæque regione, quæ neque seruntur vnquam, neque fructum ferunt. Cremutius author est: nunquam virere, arbor est, è qua phyllis se suspenderit. Cremutio igitur authore, non propria sententia hæc inuulgauit, nimirum quod & Theophrastus, 3. de histor. plant. cap. 5. quosdam populum solam sterilem putare, vt Archades: at verò in Creta, populos complures fructificare asseruit: cuius sanè historiæ studiosissimus, aliorum mentem referre, ipse quoque non est veritus: neque enim adeo demens credendus est, qui eodem libro, sed cap. 17. samaram vocari vlmi semen dictauit, vt octo, & paruis interiectis capitibus, se ipsum apertissime accusauerit. si autem peruicax quispiam, verborum structuram aliter facere conetur, non potest nisi cum barbarismo, & verbo est vna semoto: vt nos ita legendum crediderimus. nunquam virere arbori est. &c. eaque potius ratione, vir summo ingenio præditus seruandus, quàm spiculis inani hoc labore feriendus. quod si me insignem Palæmonem exclamabit, quod huiusmodi grammaticas interpunctiones effecerim, præstat hoc modo defunctorum grauitatem seruare, quàm inani garrulitate exagitare. Denique vt secum ipse caput manu sinistra perfricans, non vltra commurmuret Matthiolus, an audet hæc nænia decantare, ne dicam mente concipere. aut verius typis committere, Plinium videlicet putasse, bryon esse populi albæ vuam (& si ita existimet Hermolaus, 1. corollarij, turpiter sanè deceptus) qui eodem lib. sed cap. 24. canos arborum villos, quales in quercu maxime videmus, bryon apellat: an vidit castigationes Plinianas Hermolai, in quibus & si falsò (pace tanti viri) antiquam, & genuinam lectionem peruertat, istius tanquā speculo intueri potuisset, non bryon, sed Irion legendum, vt in vetustis exemplaribus .i. irio, ad eadem pertinet, & vua populi albæ. quod autem de cedro comminiscitur, quod nullas ferat vuas, sed muscum perquā odoratum, id etiam non aduertit, alias in Lyciæ Cedro, hoc est in monte Cedri nomine, vti in scriptura cum habitantibus cedar, quanquā Lycia cedrus nō me lateat. optimas populeas

Plinius a Matthioli nota liberatur.

Hermolai lapsus.

vuas repertas significare, quibus tametsi officij disciplinam qua profitetur, non sustineat Hermolaus: quum hac lege, hac lectione, arma, scutum, & gladium induerimus, hac veritatem incolumen suo loco persistere velimus, non est quod eam defendenti, quod Plinium tutanti, quis merito sucenseat. quum verò huiusmodi vnguentum ex vua populi conficiendum statuat Hermolaus, affirmet Ruellius aperto errore vincuntur à Nicolao Myrepso, non vuas, sed ceraginosa, atque odorata germina accipiente, i. oculos in summo arboris populi, quum primum erumpunt.

Ruellius hallucinatur.

Comitis, aliàs Comitissæ.

RECipe tunicæ mediæ castanearum, quæ carnem, & corticem intercursat, corticis medij glandium, tunicæ mediæ quernei arboris, myrtill. equiseti, gallarum, cort. fabarum, acinorum vuarum, sorborum, & mespilorum acerborum, siccorum, foliorum pruni syluestris, rad. chelidonij, an. unc. i. & med. contundantur aliquantulum, & coquantur in aquæ plantaginis, libr. viij. aut quantum sufficit, ad mediæ partis consumptionem, in eius colatura nouies laua infrascripta, recenti aqua decocti semper affusa, quotiescunque laueris, ceræ nouæ, unc. viii. ol. myrtini & mastichini, an. libr. i. & med. postea insperge sequentium rerum tenuissimum puluerem, tunicæ mediæ castanearum, & glandium, ac quernei arboris, gallarum, an. unc. i. cineris ossium cruris bubuli, myrtorum, acinorum vuarum, sorborum siccorum, an. unc. med. trochis. succini, unc. ii. confice unguentum arte. nos addimus bolum armenum, ac lemniam terram, usus tempore Præpositus legit ceræ, unc. viii. & med. olei myrtini, libr. ii. & med. alii per partes uariant. Fuchs. glaucium mauult, quàm chelidonium, nec perperam.

Incœptum abortum prohibet, hæmorrhoides sistit, ac laxatos renes conciliat:

Vnguentum de corticibus castanearum, quia prædicto imbecillius, ideo derelictum.

CAstaneæ, quæ & Sardianæ glandes, aut lopimæ, vel glandes Iouis, ex Dioscoride, lib. I. cap. 122. quarum feracissimi sunt nostrates colles, in syluestres, & hortenses diuiduntur, maiores, minores. aliàs gustui suauiores, minusúe gratas. quæ verò maiores sunt, facilè purgantur, speciosiores etiam, ac sapidiores, in corollas filo digestæ, marroni appellari consueuere, at quoniam inter pocula & dapes, iucunda quadam disceptatiuncula dubitare contigit, in castanearum oblatione, vbi vniuersus Physicorum Vercellensium cœtus genio indulgeret, opiparo eo conuiuio, seu maius splendidissimo apparatu, apud scientissimum Marcum Antonium Capram, ad maxima quæque artis medicæ fœliciter obeunda progenitum, ideo quotidianum suæ celsitudinis medicum; qui se inuictos athletas, atque oculatissimos arbitrabantur, secum pugnare Galenum proposuere, quippè quod in lib. de succorum bonitate, & vitio cap. 4. nec quicquam mali succi obtinere, asseruerit, verum in eo de attenuante victus ratione, cap. 10. semper esse prauas, siue elixentur, siue assentur, siue denique frigantur, & multo magis si crudæ mandantur. propterea quibus fulcris contra hos scæuissimos incursus communiremur, multos nescire, penè tragico dicendi genere arbitrabantur: quumque alij authori suo controuersiam reddidissent, ex eoque huiusmodi pharetram euacuatam lib. 5. 10. enarratione: prauas ob id dixisse Galenum, non quia prauus ex ijs succus producatur, sed quia ægre conficiuntur, aluum astringunt, flatuosæ sunt, ob quæ symptomata, vt etiam crassitie, infarciunt, obstruunt, ob id noxiæ sunt. Nos tandem subiunximus: si placidas aures præbueritis, vnico absoluemus verbo: noxias in attenuante victu ob succi crassitiem, non prauitatem dici quod si calumniæ, simultatis, ac inuidiæ affectum, apud vos effugere possem, quum veritatem ipsam auidissime expetam, illi toti enixissime incumbam, huiusmodi contradictorem sæpenumero insigniter lapsum, vt propediem quasi à tenebris ad lucem reuocaturus, in præsentia quoq; facillime proderem.

Antheræ minus.

RECipe olei ros. libr. med. ceræ, florum, rosarum aliàs antheræ an. unc. i. acaciæ, unc. med. santalorum rubr. rosarum rubr. an. drach. ii. boliarmeni, drac. i. misce, fiat unguentum.

Constipat, & membra firmat, ideo menses quodammodo sistit.

Antheræ maius.

RECipe florum ros. drach. vi. ros. rubr. balaustiorum, malicorii, gallarum, nucum cupressi, gummi arabici, tragacanthæ, myrtill. myrrhæ, terræ sigillatæ,

coriandri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

coriandri, p̃p. boli armeni, santalorum rubr. sing. vnc. med. sanguinis draconis, mastiche, thuris, hypocisthidos, an. drach. iii. acaciæ, rhu, an. drach. v. bdellii, antispodii, corall. rubr. an. drach. ii. caphuræ, scrup. i. cupularum glandium, drach. vi. succini, seminis plantaginis, an. unc. med. olei rof. libr. i. olei myrtini, cotoneorum, & mastiches, an. libr. med. fiat vnguentum.

Menses immodicos, omnemque fluxum potentissime sistit.

Vnguentum santalium, aliàs ceratum santalinum.

REcipe rosarum, unc. i. & med. santalorum rubr. drach. x. santalorum alborum, & citreorum, an. drach. vi. boliarmeni, drach. vii. antispodii, unc. med. aliàs unc. iiii. caphuræ, drach. ii. ceræ albæ, drach. xxx. olei rof. libr i. confice arte. sunt qui oleum, & ceram, prius lauent, demum reliqua addant, oleum verò lauandum est, antequam rosas recipiat.

Phlegmonas, & intemperaturas omnes calidas ventriculi, hepatis, & partium aliarum, potẽtissime extinguit.

Album Gal. aliàs infrigidans ceratum.

REcipe ceræ albæ, lotæ, libr. i. olei rof. omphacini, antequam rosas accipiat, aqua fontis gelidissima sæpius loti, libr. tres, alijs quatuor, vt ex Galeno, 10. methodus medendi capite 9. conquassentur simul, modico aceto albo, claro, addito, liqua in uase duplici, post rursus sæpissime lauetur aqua niuali, aut frigidissima, donec albesiat, quum coiuit modice, totum vas in quo continetur, in aquam frigidissimam dimitte, & paulatim in mortario tantum aquę, quantum in se dum ea mollitur accipere possit, impone: sunt qui lauent rosarum latice, & ignauius infrigidat. Aetius, Tetrab. 2. serm. 1. cap. 91. ex rosacei triente parat. Alexandro, lib. 12. cap. 4. ex ceræ quadrante.

Refrigerat febres ardentes, calorem hepatis, & sedat dolores capitis, circum tempora, super hepar, & spinam delinitum, omnem denique phlegmonem, similiter herpetes quoque, & carbunculos, tum erysipelata, & phygethla, ac breuiter omnes morbos calidos, ex Gal 1. simpl. cap. 6. at 6. de tuen. s. cap. 14. succum semperuiui, solani, lactucæ, &c. permiscet Fuchs. 2. de comp. med. hoc vnguentum reuera ad Galenum non referendum ait, quòd santalorum, nec caphuræ apud eum fit mentio, vbi quid nugetur, (eius pace dixerim) non intelligo. tametsi in ceratorum sect. nu. 1. ceratum liquidum & infrigidans Galeno proprie inscribat.

Stomachicum Galeno ascriptum, aliàs emendans vitia stomachi ceratum.

REcipe rosarum rubr. mastiche, an. drach. xx. foliorum absinthii sicci, drach. xv. ceræ, unc. iiii. nardi drach. x. olei rof. libr. i. & med. cera, & oleum, aliquoties ex aqua rof. lauetur, & excolata omni aqua, rursus ad ignem resoluatur, deinde alia omnia in subtilissimum puluerem trita inspergantur. Sunt qui lauent uino ueteri, & cotoneorum succo, duriusculumque reddentes, ceratum uocent.

Ventriculum, & hepar roborat, horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat.

Vnguentum pro stomacho.

REcipe mastichæ, unc. i. aloes, scrup. ii. caryophyll. cinnamomi, calami aromatici, an. scrup. iiii. aquæ rosarum, succi cotoneorum, an. drach. iii. olei mastichini, unc. med. ceræ quantum sufficit, fiat unguentum.

Sylua est vnguentorum stomachicorum, alijs aliter euarians.

Ventriculum ad frigidum lapsum roborat, & flatibus turgentem resoluit.

Ad vermes.

RECipe centhaurij minoris, persicariæ, foliorum persici, abrotani, absinthij, rutæ, an. m̃. i. ligni aloes, rasuræ cornu ceruini, dictamni, myrrhæ, an. drach. ii. pulpæ colocynthidos, farinæ lupinorum, an. unc. med. aloes, succi porrorum, nondum remissorum fellis thaurini, an. vnc. ii. & med. olei absinthij, vnc. iiij. tritis, terendis, & aceto acerrimo inspersis, cum cera sufficienti fiat vnguentum.

Vmbilico, & stomacho illitum, vermes efficacissime enecat.

Quot pharmacopolia, tot sunt huiusmodi vnguenti varietates, vt etiam in duplici ex Myrepso traditione.

Nymphea citreæ, off. de nenuphare citrino.

RECipe olei nymphea citreæ, unc. iii. florum eiusdem, drach. ii. santalorum rubr. corall. rubr. añ. scrup. med. seminis oxalidis, margarit. cartilaginis osseæ cordis ceruini, añ. scrup. i. caphuræ, scrup. med. ceræ flauæ, in aqua rosi. lotæ, quantum sufficit, fiat vngnentum.

Alij ponderibus variant, nec probatur à Brasauolo, vnciarumque vice, libras legit.

Cordi admotum, febrium feruorem, & cardialgiam, strenue compescit, diuturnis febribus, quæ ad hecticam vergere videntur, iisdemque succurrit.

Pectorale primum.

RECipe mucaginis seminis psyllij, tragacanthæ, gummi arabici, seminis lini, fœnograeci, añ. vnc. i. (cordo, an. drach. i.) adipis gallinæ, medullæ vituli, butyri recentis, ex violarum aqua loti, an. vnc. i. & med. olei violati, & amygdal. dul. an. vnc. i. ceræ albæ, quantum sufficit, fiat vnguentum molle.

Quia facilè rancescit, sunt qui pinguedinem, ac butyrum, vsus tempore apponendum seruent.

Mitigat dolores pectoris, & tussim, digerit, maturat, facilitat sputum, & resoluit pleuresim. aliud est ex Nicolao, ad pleureticos, & suppuratos, & tussientes, huic affine.

Pectorale secundum.

RECipe olei amygdal. dul. vnc. iiii. olei chamæmeli, viol. singul. vnc. iii. butyri recentis, libr. med. adipis gallinæ, anatis, an. unc. ii. pul. rad. iridis, drach. i. croci, drach. med. ceræ albæ, unc. iii. omnia simul liquefiant, ultimo addatur iris, & crocus, paretur unguentum, lauetur ter, quater'ue, aqua hordei tepida. Præpositus legit iridis, drach. ii.

Eadem præstat. quum verò paulo calidius sit superiore, flatus potentius discutit, variæ tamen sunt horum vnguentorum descriptiones, diuersimode parabiles, in tam diuersis thoracis affectibus.

ANas, animal aquis gaudens, syluestris est, & domestica, vtraque cognitissima, ex syluestri adeps magis calet. Sunt & Indicæ anates, in Italia numerosissimæ, mare nostratibus grandiore.

Ex tragacantho.

RECipe olei uiolacei, amygdal. dul. ceræ albæ, an. libr. i. simul liquefac, post horum refrigerium, adde paulatim, continuè, & ualenter miscendo, tragacanthi, duodecim horis infusi in aqua uiolarum, post lintheo lineo transmissi, unc. iiii. donec, vnguenti formam affabre nanciscatur: quo què diutius elaborabitur, tanto perfectius reddetur.

Pleureticis, phtisicis, tussiculosisque omnibus competit.

Dialtheæ minus.

RECipe rad. altheæ, libr. ii. seminis lini, & fœnograeci, ann. libr. med. olei, libr. quatuor, ceræ, libr. i. terebinthinæ, vnc. ii. resinæ pini, libr. med. radices,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

dices, & semina contusa, macerentur tribus diebus in aquæ, libr. viii. quarto die coquantur, donec remittant crassam, & viscidam mucaginem, eam deinde exprime, mox accipe expressæ mucaginis, libr. ii. coque cum oleo. quum aquosum illud in mucagine consumptum fuerit, ceram addito, fiat vnguentum arte.

Emollit, calefacit, & humectat.

Dialtheæ maius.

RECipe radicum altheæ, libr. ii. seminis lini, & fœnograeci, añ. libr. i. scillæ recentis, libr. med. olei, libr. quatuor, ceræ, libr. i. terebinthinæ, gummi hederæ, galbani, an. unc. ii. colophoniæ, resinæ, an. libr. med. radices, & lini semen contusa, macerentur tribus diebus in s.q. aquæ libr. vij. deinde coquantur, donec crassescat mucago, ad cuius libr. ii. adde reliqua, & unguentum arte parato. detrahe si libet omnium dimidium, ut ex Myrepso, postremo colophoniam tritam, ac resinam insperge eliquata, conquassa, ab igne remoue. addunt quidam rad. cyclaminis, & sambuci, an. libr. i. olei, libr. tres, legit Præpositus. Paulus lib. 7. cap. 17. penè cum Alexandrino sonat. Alexander paulum dissentit, lib. 11. cap. 1.

Calefacit, emollit, humectat, ideo dolori thoracis, frigido potissimum valet, pleuresi etiam, atque omni contractæ neruorum frigiditati.

Nardi spicati, quibusdam Alabastron.

RECipe sabinæ viridis, vnc. i. hederæ uiridis, myriophylli, arthemisiæ, gallarum cupressi, fœnograeci, phu, seminis lini, ann. libr. med. tere, macera triduo in aquæ, libr. xxx. post adde olei, libr. vi. & med. coque ad aquæ consumptionem, cola, adde ceræ, unc. vii. colophoniæ, terebinthinæ, galbani, mastiche, gummi hederæ, resinæ pini, olibani, myrrhæ, an. vnc. v. styracis, stacte, spicæ nardi, an. libr. i. balsami, vnc. iiii. misce, & unguentum arte conficito.

Fuchsius dimidium ferè compositionis pondus sectari videtur, at in sabina, atque aliјs quibusdam redundat, in cupresso diminuit, quumque olei libr. xx. & med. in vulgatis codicibus legerentur, nobis excedere visum est, quumque pro benedicta herba, caryophyllatam exponat Fuchsius, nobis phu magis arrisit, è vulgi cognomento, aliud verò est alabastrinum, vt infra.

Attritis contusis, flagellatis, ex alto cadentibus, omnibusque torturis mirandum, nec non ad vterinos, & nephriticos affectus.

Alabastrinum.

RECipe succi chamæmeli recentis, vnc. quatuor, succi rosſ. succi rad. altheæ, singul. vnc. ii. succi rutæ, betonicæ, singul. vnc. i. & med. olei omphacini, libr. i. & med. alabastri optimi, & purissimi, instar pollinis triti, unc. iii. vnà fermentescant die naturali, post igne lento duplo vase coquatur, & adiecta cera sufficienti, fiat vnguentum.

Eximiis dotibus in quocunque capitis dolore celeberrimum: addunt alii alb. ouorum ii. rutæ, & cymarum rubi, añ m̄. i. alii aliter parant.

Euphorbij.

RECipe olei antiquioris, libr. i. ceræ rubræ, vnc. ii. liquefac simul, postea insperge euphorbii, vnc. i. castorei, vnc. med. misce ad vnguenti formam.

Neruorum frigidis affectibus efficax, conuulsioni potissimum.

Ex Galeno deductum est, 3. de compositione medicamen. per gen. Est & ceratum ex euphorbio Alexandri, lib. 11. Est etiam emplastrum ex euphorbio Actuarij, aduersus neruorum vulnera. at vnguentum ex euphorbio barbaricum Myrepsi, cum his nullotenus ferè conuenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Genisticum.

Recipe florum genistæ, libr. med. butyri mense Maio formati, si eius est ocasio axungiæ porcinæ recentis, an. libr. i. floribus optimè contritis, misceantur feruenti sole, addendo ceræ, unc. ii. post decem dies continuos, post coque arte, & cola, colatum serua.

Dorso illitum, quartanariis vtile.

Ebulinum.

Fit præscriptis addendo, succi ebulorum simul coctorum, vnc. iiij. tunc neruis contractis, dolentibus, & ischiadi præsidio est.

Hellebori.

Recipe olei laurini, vnc. ii. myrrhæ, ellebori albi, an. drach. i. & med. lithargyri, ceræ, an. drach. ii. fiat unguentum molle.

Alopeciæ, tineæ dictæ, vlcerosæque scabiei, vtilissimum.

Pro pueris.

Recipe butyri recentis, terebinthinæ, pinguedinis gallinæ recentis, olei violacei, an. unc. i. ceræ, q. s. fiat vnguentum molle.

Scabiei, ac puerorum prurituí, & crustosis papulis, psydraciisque in capite natis efficax.

Staphisagriæ.

Recipe Staphisagriæ, saponis liquidi, an. unc. ii. axungiæ porcinæ, unc. iii argenti uiui extincti, unc. i. & med. fiat unguentum. aliter hoc pacto.

Accipe staphisagriæ, unc. iiii. aloes, myrrhæ, lupinorum, sing. unc. med. sulphuris uiui, unc. i. axungiæ unc. vi. saponis liquidi, butyri recentis, sing. unc. iii liquescibilia liquefiant, deinde arida seorsum trita, refrigeratis committantur, mox assiduè simul moue, in vsus repone.

Pediculos etiam latos, platulas vocatos, lendesque interimunt, iisdem locis illita.

Sapo liquidus, vel mollis, fullonibus familiarißimus, ex cinere, calce, atq; oleo, saleue, à laneis pannis expressus prodit, nec eo minus aqua prima saponaria, acerrimæ itidē est facultatis: quippe quod ex huiusmodi aquæ, lib. ij. ad tertias feruefactæ, calcis viuæ, vnc. i. opij, vnc. med. omnibus vnà excoctis fit præclarißimum causticum, alijs ruptorium, vel capitellum: idque vlcerat, aperit apostemata, nullo, vel paruo dolore, ob id quibusdam ignis mortuus appellatur. plura autem emplastra ruptoria, vide ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 17. Saponis gallici interdum meminit Gal. 5. de comp. med. secundum loc. cap. 7. fit spissus, & apud nos. Venetus tamen laudatior, cui scilicet aromata nonnunquam adduntur, ad globulos tonstrinis vsitatos, horum tamen è Bononiensi Melone præferuntur. Est & sapo quo vsa est Pelagia patricia, ad faciem illustrandam, ex Aetio, Tetrab. 2. serm. 4. cap. 6.

Album caphuratum.

Recipe olei ros. cerussæ an. libr. i. ceræ albæ unc. iii. alb. ouorum, numero 6. caphuræ aqua rosarum solutæ, drach. ii. fiat unguentum arte.

Inflammationibus, erysipelatis, ambustisque conuenit.

Rubrum caphuratum.

Recipe olei, ros. libr. i. unc. viii. lithargyri, unc. ii. sandycis, unc. iii. & med. cerussæ, unc. i. & med. pompholigis, caphuræ, ann. drach. iii. ceræ, unc. ii. æstate, hyeme, unc. i. fiat unguentum in pila plumbea, pistillo plumbeo.

Vlceribus virgæ, aliisque quascunque ocupauerit inflammatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Semperuiui.

Recipe olei uiolacei, rosſ. an. unc. i. pinguedinis anſeris, drach. vi. ſucci ſemperuiui, unc. iii. bulliant ad ſucci comſumptionem, poſt adde croci, ſcrup. i. fiat unguentum.

Eryſipelatoſis tumoribus, furunculiſque ſuccurrit.

Diuinum.

Recipe pimpinellæ, verbenacæ, betonicæ, an. m̃. i. terantur, & feruean in uini albi odorati, libr. i. ad quartæ partis conſumptionem, cola, herbas in ſacculo valenter exprime, huius expreſſi, terebinthinæ, an. libr. med. ceræ albæ, unc. iiii. coque ad omnium compagem, adde maſtiche, unc. i. lactis muliebris, drach. ii. aliis unc. ii. ut maſtiche, unc. i. & rectius ad perfectam coctionem. Eſt & emplaſtrum diuinum. Nicolai ab hoc diuerſum.

Vulnera etiam neruorum, & capiti inflicta glutinat.

Vulpinum.

Recipe iuniperi, terebinthinæ, capitello deſtillatæ, an. libr. med. axungiæ porci, unc. ii. pyrethri, gentianę, baccarum lauri, ariſtolochiæ rotũ. caſtorei, myrrhæ, ſalis, adipis vrſi, melis, ac fellis, mellis crudi, ceræ rubræ, an. drach. ii. ammonia ci, laſſeris fœtidi, galbani, ſagapeni, petrolei, an. drach. i. euphorbii, melanthii, ſynapis, ladani, maſtiche, olei communis an. drach. i. & med. his tritis impleatur vulpes exentrata, aſſetur donec ferè conſumpta ſit, quod deſtillabit ſerua.

Paralyſi, arthriti, podagrę, iſchiadi, omnibuſque neruorum frigidis noxis efficaciſsimum.

Felis animal quadrupes, inſignis aſtuciæ, & dexteritatis domeſticus muriceps, vulgo catus, vtriuſque ſexus, agnitiſsimus eſt, maſculo adeo feruentis ſeminis, vt fœminæ genitalia coitu exurere credatur, ſolo ideo prolis amore concumbentis, alias ſemper aufugientis: alia tamen vt coniecimus ratione, quoniam mari virga ineſt aculeis vbique perhorrida, quibus ſanè quum vuluæ oſculum acrius vellicet, ideo refugit fœmina. Eſt & ſylueſtris, de quo Plinius, libro 10. cap. 73. ſunt anhelitu tabifico, & pernicioſo, oculorum etiam intuitu noxio.

Melis duum eſt generum, alterum vulgatiſsimum caninæ, alterum porcinæ ſpeciei, ob vngularum ſimilitudinem, dorſo lato, duris, nigriſque vilis, reliquo corpore, vt capite, candicantibus: attamen in hoc lineis, è candido, & nigro, maieſtate quadam interſperſis. alterum verò genus biſſulcis vngulis, ſuis inſtar, Matthiolo indiſtinctum, vulgo taſſus, quadrupes notum, mellis auidiſsimum, & aluearibus ſemper infeſtum, aſperum, mordax, vulpecula minus, oblongo, ac penè lupino pilo, è cuius pelle pharetras, & canum colaria obtegunt, Melia Varroni dicta, in cauernis diuerſatur, eaque eſt metuens ſolertia, vt vnita cute ictus hominum, canumque arceat. de eo Plinius lib. 8. cap. 38. exit tamen non ſecus, ac lupus, caprea, rubicapra, ſbix, Dama, eximiæ pinguedinis ad renum dolores.

Rumicis, officinis de lapatio.

Recipe olei viol. libr. med. propolis, unc. ii. ſucci rumicis, aceto macerati, libr. med. ceruſſæ, lithargyri an. unc. ii. drach. ii. caphuræ drach. ii. fiat vnguentum lauetur ſucco ſolani.

Scabiei ſanguineæ, & ery ſipelarodi conuenit.

Aetius Tetrab. 4. ſerm. 1. cap. 123. ad elephantiaſim, & pſoram feram, diuerſimode ex rumice apparat, vt & cap. 126.

Propolis, quæ & cera virgo, ex Dioſc. lib. 2. cap. 76. in alueorum foribusceroſa materia, qua intrant, exeuntúe apes: eligi debet flaua, odorata, ſtyracem referens, in vehementi ariditate mollis, maſtiches more dactilis: odore eſt adeo graui, vt quidam pro galbano vtantur. Eſt & comoſis, & piſſoceros, de quibus Plinio, libro 11. cap. 7.

Pro oculis.

Recipe cadmiæ aquæ roſ. lotæ. vnc. med. amyli, drach. vi. axungiæ porcinæ recentis inſulſæ unc. i. caphuræ, ſacchari candidi, an. drach. i. cum ſucco ſolani ſufficienti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

ſufficienti, diu agitetur in pila plumbea, piſtillo plumbeo, ex hoc illinantur palpebræ, tempora, frons, fitque ophtalmiæ ſaluberrimum.


Reprimens, alias defenſiuum.

Recipe boliarmeni, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis, accaciæ, coralliorum alborum, ſcoriæ ferri, lapidis hæmat. an. drach. i. craſſiuſculum trita ſeruato, vius tempore exquiſitiſſime læuigato, & cum albo ouorum, aceto, atque oleo roſaceo omphacino, permiſce.

Finis Radij Decimi.

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Vndecimus, Cerata conſtituit.





CERATA, olim à cera nuncupata, vt in vnguenti definitione deductum eſt: hodie ex pulueribus non curioſe tritis, oleo, cera, reſina, pice, aliyſque in ſolidum concrementum, tenacia componuntur, hoc etiam pleriſque obſeruato tenore, quum ſcribitur ceræ, quantum ſufficit. oleo ad ceram quadruplo immiſſo, vt potè ſi acceperit olei, vnc. ij. ceræ ſit vnc. med. ſi verò ſcribatur ceræ parum, ſit eius ſexta pars, aut ſeptima: idque ex Paulo lib. 7. cap. vltimo, in vnguinibus, acopis videlicet: at ſi liquidum ceratum, vt in fracturis paretur, duplicatum, ſi ad emplaſtri figuram, olei, & ceræ tantundem, atque iuxta ambientis, & ceræ naturam, idque magis, & minus, pro medici ſcopo, id quod in pice, reſina, terebinthina ſeruandum. Solent quoque partium quibus admouenda ſunt figura commenſurari, alata videlicet extenſa, vt ventriculo ſcutiforme, iecinori lunatum, lieni ſoleatum, ceratum effingatur.

Oeſypatum, vulgo hyſſopi, Galeno aſcriptum.

Recipe ceræ flauæ, unc. iii. olei chamæmeli, & irini, an. libr. med. maſtichæ, terebinthinæ an. unc. i. ſpicæ nardi, drach ii. & med. croci drach. i. & med. reſinæ unc. med. œſypi, unc. x. fiat ceratum.

Emollit, & digerit tumores duros, hepatis, lienis, vteri, neruorum, aciuncturarum, & aliarum partium, quarum quoque dolores ſedat.

Oeſypatum Philagrij.

Recipe croci drach. v. bdellij, maſtichæ, ammoniaci, ſtyracis, aloes, an. drach. vii. ceræ libr. i. terebinthinæ, unc. i. & med. medullæ cruris vaccæ, adipis anſeris, an. drac. xv. œſypi, lib. i. & med. olei nardiniq. ſ. bdelliũ, ammoniacũ, & aloe, diſſoluantur in aqua, cui fœnogræcum, & chamęmelum, ſunt macerata, & cum aliis fiat vnguentũ: alij addidere ſucci ſcillæ, unc. iii. olibani unc. i. ſepi vitulini, drach. xv. &

xv.& in alio ceræ, unc.xiiii.id Fuchſio vocatur emplaſtrum Philagrij, mutatis aliquantum ponderibus,& medulla vaccina relicta.

Ad omnia potentius ſuperiore, ideo vſitatisſimum eſt: alii addito minio, ideſt vulgari cinnabari, vtuntur ad emolliendas hiſpanæ luis reliquias.

Oeſypatum Pauli.

RECIPE ammoniaci, drach.x. bdellii drach. v.ſtyracis liquidæ unc.med. croci, drach.i.& med.aloes, maſtichæ, olibani, an.drach.ii.& med.ceræ unc.iii.ſepi & medullæ uituli, an.vnc.ii.œſypi, unc.v.olei irini quantum ſufficit. Sylvius ceræ drach.iii.pro unc.legit. Præpoſitus unc. ii. & med.

Idem poteſt quod prædictum, at imbecillius: plura autem ſunt œſypata ex Paulo lib.7. valde ab hoc diuerſa.

Oeſypatum Democriti, & Diapente.

RECIPE ceræ, terebinthinæ, an. unc. i. & med.olei irini, unc.iiii.œſypi, unc. ii. fiat. huic ſi addatur ſtactes, unc.i. glutinis piſcium, unc.iiii. omnia continebit quæ Diapente, eritque præſtantius.

Spaſmum, & neruorum, iuncturarumque tumores duros, & nodoſos lenit.

GLUTEM piſcium, vulgo colla, Græcis icthyocolla, ex Dioſco.lib.3.cap.84. venter eſt piſcis cetacei, præſtat candicans, natione ponticum, ſubaſperum, minime ſcabrum, & quod celerrime liqueſcit, omnibus obuium eſt: alij tamen ex corio piſcis, quidam ex inteſtinis parari dictitant, ex corijs etiam, pellibusq; hædorum, anguillarum, thaurorum, ac boum corijs, atque auribus, fit præſtantiſsimum, & tenuiſsimum, colla thaurina vulgo dicta. ex Galeno 7.ſimpl. glutinis mentio fit, quod ad libros parabatur, ex ſimilagine, & garo.

Alexandri.

RECIPE comarum abſinthij, olibani, an.drach.x. ammoniaci, ſtyracis, an. unc.i. & med.ſpicæ nardi drach.iii. ceræ, unc.iiii. olei chamæmeli q.ſ.paretur arte.

Stomachum roborat, & calefacit, eius durities emollit, coctionem iuuat.

Maſtichinum Galeni.

ACCIPE ceræ ponticæ, olei nardini, an.un i.colliquentur, ubi refrixerint, adde pul.maſtichæ, aloes, an.drach.i.uel ſi libet ſeſquidrachma, & fiat. his omphacium, hypociſthis, œnanthe, ſuccus rhois, numeris reliquorum iuxta portionem auctis, addi poſſunt, vt foliata etiam, ac ſpicata, pro variis ſcopis, vt etiam ſuccus abſinthij, ex Alexandro lib.7.cap.14.ex Aetio, Tetrab.3.ſerm.1. cap. 16. vide ex Galeno 8.de compoſi.med.ſecundum loc.cap.1.& 8.meth.med. cap.5.

Stomachum mirifice roborat, cęteriſque additis, vomitum ſtrenuè compeſcit.

Ex ladano, quibuſdam ſtomachale.

RECIPE menthæ, roſ. rubrarum, abſinthij, ligni aloes, maſtichæ, cinnamomi, ſpicæ nardi, cyperi, calami aromatici, olibani, aloes, corall. rubr.myrrhæ, an. drach.i.zedoariæ, myrtill.an drach.iii.caryophyll. galangæ, nucis myriſticæ, macis, zingiberis, galliæ moſchatæ, coſti, an. drach. ii. & med.terræ ſigillatæ, ſeminis ſancti, centhaurij minoris, abrotani, an. drach.i. & med.ladani, terebinthinæ, an. vnc.viii. ceræ flauæ, libr.ii. liqueſcat cera, terebinthina, & ladanum, ſimul his poſtea prædicti pulueres addantur, & fiat.

Ventriculum calefacit, coctionem procurat, flatus diſſipat, omnes eius frigidas noxas corrigit.

Stomachalium ceratorũ cõpoſitiones diuerſæ ſunt, ſi tamen ſtomachale indicitur, præſcriptũ admoueri põt.

Pro ſplene.

RECIPE ammoniaci ſucco rutæ ſoluti, medullæ cruris vituli, an.unc.i.pinguedinis gallinæ, anſeris, anatis an.unc.med.olei de capparibus, cotoneorum, & ſpicæ compoſiti, an.drach. vi.croci, chryſocollæ, an.drach.i.& med.piperis albi, drach.i.ceræ q.ſ fiat ceratum. alii alia libito addunt, varia ideo componentes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Lienis scyrrhosos tumores dissoluit, eiusque dolores, ac omne frigidum vitium.

Pro costis.

Recipe mastichæ, galbani, opopanacis, sagapeni, ammoniaci, thuris, picis œsypi, mucaginis, fœnugræci, seminis lini, & altheæ, an. vnc. i. terebinthinæ, ceræ, absinthij, seminis fœnogræci, & chamæmeli, an. unc. med. croci, drach. ii. gummi in trium prædictorum decocto resoluantur, reliqua puluerata adiiciantur, fiat ceratum.

Dolorem pectoris frigidum lenit, duritiem emollit, plicatisque costis vsui est.

Pro renibus.

Recipe mastichæ, vnc. i. ladani, drach. vi. ceræ flauæ, vnc. iiii. bistortæ, nucum cupressi, hypocisthidos, acaciæ, sanguinis draconis, rof. rubrarum, corall. rubrorum, santalorum, menthæ siccæ, coriandri pp. galliæ moschatæ, terræ sigillatæ, seminis plantaginis, radicum symphiti, cupularum glandium, an. drach. ii. olei omphacini, vnc. iii. picis, propolis, terebinthinæ, an. unc. iiii. fiat.

Renes maxime roborat, ideo abortum prohibet: alias olei, libr. iii. legebantur: at vnguentum potius, quàm huius seculi ceratum appellari poterat: nos itaque immutauimus, atque alia quædam addidimus.

Ex mucaginibus.

Recipe mucaginis altheę, fœnugræci, seminis lini, an. libr. med. bdellii, ammoniaci, styracis, opopanacis, an. unc. ii. olei liliorum, amurcæ olei lini, an. unc. iii. lithargyri, terebinthinæ, & picis, an. unc. iiii. ceræ, libr. ii. medullæ bubulæ, vel ~~sepi veruecini, unc.~~ iii. fiat ceratum.

Lenit, & emollit duritiem omnem.

Aries, qui inter oues integer est, & ad generandam sobolem tenetur, vt veruex, cui testes adempti sunt, quadrupla omnibus vulgatißima.

Bdellij.

Recipe ammoniaci, galbani, bdellii, an. tantundem, macerentur aceto, ad liquefactionem, adde sulphuris parum, fiat ceratum. Strumas discurit.

Altheæ.

Recipe radicum altheæ coctæ, & cribro transactæ, libr. med. olei chamæmeli, unc. ii. olei rof. unc. i. olei liliorũ alborum, unc. i. drach. ii. adipis anatis, unc. i. diachilonis albi, gummati, unc. iii. & med. medullæ vitulinæ, & vaccinæ, an. drac. vi. sepi vaccini, unc. iii. ceræ albæ nouæ q. s. fiat ceratum mediocris duritiei.

Emollit, dolores promiscue sedat, estque citra attractionem resolutorium.

Est & emplastrum ex althea Aetij, ad multa pollens, Tetrab. 4. serm. 3. cap. 14. vt ex Paulo, lib. 7.

Galbani.

Recipe galbani, unc. i. bdellij, drach. ii. parthenij, drac. i. & med. myrræ, scrup. med. dissoluatur galbanum aceto, & diligenter coletur, omnibus denique permixtis, fiat ceratum.

Ex vtero præfocatis, eiusq; doloribus, & ascensui, vmbilico apponendum, illum enim firmat.

Vterinum.

Recipe bistortæ, vnc. vi. ligni aloes, santalorum citrearum, oxyacanthæ, florum rof. an. unc. med. cinnamomi, caryophyll. schœnanthi, florum chamæmeli, sing. drach. ii. thuris, mastichæ, aliptæ moschatæ, galliæ moschatę, stacte, styracis sin. drach. i. & med. moschi, drach. i. ceræ, vnc. viiii. terebinthinæ, vnc. iii. ladani, libr. ii. picis, libr. ii. & med. fiat. Est & vnguentum de branca vrsina, ad hos vsus quibusdam familiare, de quo in Pandectario, cap. de branca vrsina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Capitale.

Recipe ladani, gummi heleni, gummi iuniperi, olibani, ſtactes, reſinæ pini, myrrhæ, an. quantum uis, miſce, & fiat.

Capitis vulneribus competit, & ad catharri decurſum, coronali ſuturæ applicitum, loco prius abraſo, & quoad rubuerit perfricato.

E betonica, alijs capitale.

Recipe betonicæ viridis, pimpinellæ, eupatorii legitimi, ſaluiæ, pulegii, myriophylli, ſolidaginis maioris, centhaurii minoris, periclymeni, ſing. unc. vi. thuris, maſtiche, ſing. drach. iii. iridis, ariſtolochiæ rotundæ, ſing. drach. vi. ceræ albæ, unc. viii. gummi heleni, unc. ii. reſinæ pini, unc. vi. terebinthinæ, unc. viii. olei abietis, vini albi, an. q. ſ. inciſis incidendis, tritis terendis, herbas curioſe contuſas, octo diebus uino macera, quotidie valenter agita, bulliantque, poſtea accipe terebinthinam, oleum abiegnum, reſinam pini colatam, ac ceram, vino permiſceatur, ferueantque paulatim, ad tertiæ partis conſumptionem, in ſacculũ poſita, prelo uehementer exprimantur, frigefacta unguentũ reddent, manibus tantiſper agitandum, donec omnis exierit humiditas, deinde caprino lacte addito, omnibus permixtis, magdaleones formentur, rurſus ſcilicet manibus agitati.

Capitis vulneribus accommodatum eſt vbique, & vulgo etiam commendatisſimum, & ſi plura ſint authoribus iſtiuſmodi cerata. Eſt & emplaſtrum cephalicum Aetii, Tetrab. 4. ſerm 3. cap. 12. & 13.

Iſis epigoni, ex Galeno 5. de compſ. med. per gen. cap. 2.

Recipe ceræ, unc. centum, reſinæ colophoniacæ, unc. ducentum, guttæ ammoniaci, ſalis ammoniaci, ſquammæ æris rubri, æris uſti, ariſtolochiæ rotun. thuris, dracunculi, ſing. unc. viiii. chalbani, myrrhæ, aloes, ſing. unc. xii. aluminis combuſti, aliàs rotundi, unc. vi. olei veteris, heminam, aceti acris heminas duas, quæ liquari poſſunt, ſiccis in mortarium ſuperfundantur.

Facit ad omne vulnus, & ad vulnera capitis cum oſſium præciſione, ſanat citra reparationem, valet ad punctus, item paxillos, infixos, & hominum atque canum morſus, venenum trahit viperę, ſcorpii, draconis marini, paſtinacæ, curat fracturas artuum cum vulnere, callum enim obducit citius, tutiusq; fiſtulas omnes recentes, veteres foueas, ſeu dehiſcentia vlcera, ſinus, phimata, parotidas, abſceſſus in mammis, & aliis, futuros, aut factos ſanat, aduerſus fluxionem nobis venientibus, ſtrumas adhuc aufert, cum tunicis, celerrimè pus educens, ſiſtit oculorum fluxiones fronti impoſitum, tollit liuores, gangrenas non patitur latius ſerpere, putredinem purgat, in ſumma ad quoduis bonum eſt.

Eſt & iſis vocatum emplaſtrum giluum 4. de compoſi. med. per gen. cap. 13. ab hoc diuerſum, vt alia quæ Epigoni magis propria videntur. Myrepſus etiam in emplaſtris enumerat, pondere, atque nonnullis euariat Paulus lib. 7. cap. 17. per drachmas componit, ſuccum radicis dracunculi accipit, & aceti quod ſatis eſt, vide etiam ex Aetio, Tetrab. 4. ſerm. 3. cap. 12.

Ad Hernias.

Recipe lithargyri aurei, lap. hæmatitis, ſanguinis draconis, boliarmeni, maſtichæ, ammoniaci, mumiæ, galbani, thuris, coſti, lumbricorum terreſtr. an. drac. med. picis naualis, colophoniæ, cerę albæ, & rubr. an. drac. i. rad. ſymphiti utriuſq;, & ſymphiti medii, an. drac. iii. roſ. myrrhę, aloes, an. un. med. pilę maritimę vſtæ, gallarum, balauſtiarum, ariſtolochiæ rot. an. drach. vi. viſci quernei, terebinthinę, an. unc. ii. alias drach. ii. ſanguinis hominis rufi, unc. viiii. hac para, decoque pellem arietinam in fruſta ſectam, donec tota diſſoluatur, fiatque gluten, omni penè euaneſcente aqua, huius accipe libr. i. panno tranſacta, & viſcum querneum liquefiat, igne lento continue moueantur, adde lumbricos terreſtres, poſt ceram, picem, terebinthinam, colophoniam, ammoniacum, galbanum, & reliqua ſucceſſiuè, eius perfectæ coctionis nota eſt, vbi marmori, cultro'ue oleo illito inſtillatũ, coierit. Sunt qui legant opii, aurei loco, & aloes, an. gr. xv. omiſſa terebinthina.

Herniјs quibuſque maxime opportunum, & ſi plura ſint huius farinæ cerata, & emplaſtra, prædictum tamen ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

men experimẽto probatiſsimũ, ex Arnaldo Villanouano, lib. 2. cap. 3. de crepatura. Eſt .n. Nicolai ad ramicẽ.

VIſcum, ex Dioſcoride lib. 3. cap. 85. optimum eſt recens intus porraceum, extra fuluum, quod aſperi nihil, aut furfuroſi concepit, fit acinis in robore naſcentibus, buxeo fruticis folio, contuſum acinũ lauant, poſtea in aqua decoquunt. Sunt qui commanducando ipſum efficiant, gignitur quoque in malo, pyro, & pleriſque alijs arboribus, quinetiam inuenitur in quorundam fruticum radicibus, quod tamen è granis in quercu productis, quercinum ideo vocatum efficitur, omne aliud excellit: quanquam pharmacopolijs commune, Venetijs ad nos comportatum, ex myxis in Syria effectum, aucupijs valde idoneum ſubſtituatur, querno tamen ad vſus medicos imbecillior eſt. quidam viſcum aquæ, & viſcum ſoli aptũ denominant, oleo, melle, alijsq; diuerſimode paratum, ne ſcilicet pluuia hebetetur, ad aquatiles volucres, piſceſque capiendos. Cæterum hic prætereundum non duxi, Monachorum arrogantiam, ac hebetudinem, quum præſertim adeo ſupini Braſauolum inceſſunt, quoniam ſupra omnem arborem naſci poſſe dictauerit, adagio enim increbreſcit, turdus ſibi mortem cacare, ideſt viſcum edere, quo excreto, viſcum ſupra eas arbores naſcitur, ſuper quas cacarint, iccirco quum ſupra omnes excernere poſsint, ideo nihil impedire, quo minus in omnibus oriatur. at Franciſcani illi viſco nõ parum impliciti, quotidianis concionibus impediti, ſeditioſa, ac turbulenta barbarie irretiti, appoſite arguunt. ergo ſecundum ipſum Braſauolum, vbicunque cacauerint ipſæ aues, viſcum naſcetur, ergo ſuper herbas, & lapides, quod eſt falſum. Videtis igitur facillimè imperitorum hominum rumuſculos, ignauiſsimos conatus, à ſacris, & inſtitutis ſuis maxime alienos, quo inde officijs inſeruiant ſuis, ne cum turdo ipſi ſibi pedicas cacaturiant, ne anſeres inter olores ſtrepant.

Pro Braſauolo Monachorũ temeritas

LVmbrici, qui & vermes terreſtres, aut terræ inteſtina vocantur, omnibus cogniti, piſcatoribus familiares, ex Dioſcoride, lib. 2. cap. 60. facultatibus ſunt non contemnendis: at ex Aetio, Tetrabiblo primo ſerm. 2. cap. 168. vltra medicas vires extolluntur.

SAnguis, vigoris natiui fons, & origo, ſpirituum fomes, naturæ theſaurus, ex rufo homine accipiendus eſſet, eoque ſecundum naturam ſe habente, quum melancholicus, picrocolus, pituitoſus, aut ſeroſus, aut putridus, ſanguis ſit mixtus ex ſanguine verò, & ſucco, aut ſanie illi permixta, ex Galeno 6. ſimpl. quum in venis reperiatur, & craſſus, & tenuis, &c. vt ex eodem 2. de natural. facultatibus cap. 8. in lib. de multitudine cap. 10. ſanguinem nunquam eſſe exquiſitum in venis tradidit, vt huiuſmodi ſubterfugiamus velitationem: dotibus eſt pluribus, Dioſcoridi, lib. 2. cap. 70. Galeno autem 11. ſimpl. paruiſit. ſanguis hic prius in Sole eſt ſiccandus, at quum nemo ſanus, aut prudens, multum ſanguinis detrahi ſibi patiatur, ſuillum ſanguinem humano ſimillimum, ex Galeno ſubſtituerem.

Contra peſtem.

REcipe pul. diamoſchi dulcis, & diamargarit. diambari, ſing. ſcrup. i. caphuræ, ſantalorum omnium, cort. citrij, florum labruſcæ, been albi, & rubri, myrtill. ſing. drach. med. moſchi, gr. iii. reſinæ pini, terebinthinæ, ſing. quantũ ſufficit, cum modica cera fiat, & coccineo panno extenſum, cordi applicetur.

Ex pice, Galeni 10. de compoſ. pharmac. ſecundum locos cap. ſecundo

REcipe picis, partes ii. ſulphuris viui, partem i. vtraque trita, mixta, dolenti loco imponito: verum prælauare ægrum oportet, vt pharmachum adglutinetur, & ſuperno chartam ſuperne, ac ſinere, donec ſua ſponte dilabatur. licet etiam lauare, charta ſupraposita adhuc incumbente. in quibuſdam exemplaribus picis pars vna habetur, & licet etiam ſic præparare, modo ſciamus nos efficacius eſſe, ambo pari menſura miſceri, debilius uerò pharmacum, in quo duplum picis, ad ſimplum ſulfuris conijcitur. Ad iſchiadicos, valde mitigatorium ſcribitur.

Finis Radij Vndecimi.

APOLLINIS FRANCISCI ALEXANDRI VERCELLENSIS MEDICI,

Radius Duodecimus, Emplastra componit.





MPLASTRA aliis emplasta, siue emplatta ab ἐμπλάττω Græco, idest formo, quasi à formando dicta, ex Paulo lib. 7. cap. 17. ex metallicis, oleamentis, lacrymis, succis, seminibus, herbis, radicibus, aliisq; congesta: aut vulneraria, aut discutientia, vel emollientia, siccantiaue, &c. vt etiam ex Aetio, Tetrab. 4. serm. 2. cap. 25. nunc cum vnguentis, ceratis, & cataplasmatis, confunduntur: quibusdã à veteri emplastrorum ratione diuersis, quum tamen cataplasma proprie, è plantis, aliisque contusis, vel ad mollitiem excoctis conficiantur, oleo postea non adiecto, quod in emplastris fieri planè consueuit, in quibus equidem nonnullorum est obseruatio, vt ad singulum manuale herbarum fasciculum, vnc. i. vel sesquiuncia oleorum, pinguedinum, liquorumque ingeri debeat: his leuiter contusis, atq; adeo in crassiusculum puluerem contritis, secus quàm in vnguentis, vel liquore aliquo citra ignem nutritis, vel igne lento farinis admixtis, aliisq; decoctis, continenter motis, & coquendis, quousque manus non amplius inquinent, postea lintheis expansa, vel alutis tenuibus, aut pittaciis inducta superponuntur, quum primi emplastrorum authores, non temerè ea excogitarint, ceu ex Galeno 1. de composi. med. per gen. cap. 3. ac. 5. secundum locos, cap. 7. vt potè quæ neque sudoribus obortis diffluunt, neque resiccata cutem circumtendunt.

Diachylon album, aut commune.

Recipe mucaginis seminis fœnogræci, seminis lini, rad. altheæ, an. libr. i. lithargyri, plumbo & scoria purgati, tenuissimè triti, & loti. si albius vis, libr. i. & med. olei antiqui clari loti, si candorem exoptas, libr. iii. lithargyrũ, & oleũ, diu, & multum in mortario lapideo, pistillo ferreo subigantur, & misceantur, post igne lento coque spata semper agitando, donec liquetur lithargyrum, & crassescat, exime igni ad iustam crassitiem, valentius resoluit, & maturat, si addatur pul. iridis, tuncque vulgo vocatur Diachylon ireatum: magis item anodynon, si mucago meliloti, præsertim seminis accesserit: præstantius quoque fiet, si loco olei communis, irinum, & chamæmelinum acceperit. sunt qui addant ceram, ac terebinthinã.

Scirrhos hepatis, lienis, ventriculi, & aliarũ partium, ipsas etiã cheradas, & durities reliquas emollit, & iuuat.

Mucago omnis, post aliorum coctionem, & infrigidationem, imponẽda est, aliter nimium excrescit, debetq; esse spissa, ac viscida, ex seminum, ac radicum satis copiosa quantitate.

Diachylon magnum, etiam cum gummis.

Recip. lithargyri puri, triti, & cribrati, lib. i. olei irini, chamæmelini, anethini, an. unc. viii. mucaginis ficuũ pinguium, seminis lini, & fœnogræci, passarum, succorum iridis, & scillæ, œsypi, glutinis piscium, aut uisci querni, an. drach. xii. & med. terebinthinæ unc. iii. resinæ pini, & ceræ flauæ, an. unc. ii. misce ut prius, donec crassescat, his si accesserit bdellii, sagapeni, ammoniaci, an. unc. i. Diachylon gummatum appellatur.

Scyrrhos emollit, & digerit & inflationes.

Diachylon

Diachylon paruum.

RECIPE lithargyri libr.med.olei ueteris,clari,libr.i.mucaginis psyllii,unc.iiii. macaginis seminis hyoscyami, unc.i.& med. mucaginis seminis lini, & radicum maluæ,aliis altheæ,an. unc.ii.fiat ut primum.

Tumores calidos digerit,& maturat.

DIachylon,idest è succis,ex Galeno 7. de compos. med. per genera, non inelegan ter trimetris, varie cecinit Damocrates, ex Menecrate, Paulo etiam libro 7. cap. 17. breuibus perstricta, vnde commune transumptum.

Emplastrum ex mucaginibus,alijs Diachylon compositum.

RECIPE mucaginis seminum altheæ,lini,fœnogræci, cort.medii vlmi,an. unc. iiii.olei chamæmelini,lilii,anethi,an.unc.i.& med.ammoniaci,galbani,opoponacis,sagapeni,an.unc.med.croci,drach.ii.terebinthinę,vnc.ii.cerę nouæ,unc. xx.fiat. hyeme licet oleorum, & terebinthinæ,pondus augere. Fuchs. legit vlmi an. unc. iiii. & med.

Eadem præstat quæ diachylon ex gummis, eius etiam loco quibusdam vsu frequentius.

VLmus,de quo Dioscorides lib.1.cap.95. arbor amplissima,nostra in Ciuitate pluribus nobilitata,præsertim in speciosissima illa cathedralis Templi area,ab æstiuis caloribus tutissima, duplici distinguitur genere,ex Theophr. 3.de hist.plant.cap.14. Plinio autem quadruplici, lib.16. cap.17. hunc tamen vna cum Theophrasto aberrasse deprehendit Matthiolus,in Latinis enarrationibus,hæc enim eius additamenta,hi cauilli,quibus tantorum uirorum tam celebre nomen retundere audet:non illi sat erat vulgari idiomate prophanos huiusmodi lapsus conticuisse, nisi & nouos antiquis suggereret. eius .n. hæc est resarciendæ famæ medela, hæc præteritæ calumniæ, eruditionis, vel inscitiæ tutela. Quandoquidem Theophrastum scripsisse, vlmum cuius vis generis sterilē esse testatur Matthiolus. at nisi eo sit canino ingenio,quo olim Synopeus Diogenes,qui dolium,palium, paupertatemq; suam quacunq; circunferens, quod cæteri grata bilaritate, feliciq; fortuna, vix adipisci potuere, maledictis, calamitatibusque assecutus est,pari itidem modo, & laudem sibi comparare, famamque immortalem sibi conciliare existimet. an scite notauit Theophrasti verba, vbi sterilem denique putari,non affirmando, deductum est. præterea an vidit caput primum, & secundum, tertij de histo. plant. vbi scriptum est. de vlmo illud indicium ferunt, quum enim flatibus delatum semen in loca proxima fuerit, nasci arborem aiunt. quin vlmum vuas afferre, & folliculos quosdam inquit, eodem libro cap. 8. monitus ne igitur resipiscet? & rectius sentientibus cedet,pro beneficio iniuriam ne reponet? Quod autem ad Plinium attinet,qui attineam,vlmi scilicet speciem, semen ferre neget, Matthioli relatu. Columella autem lib.5. cap.6. eos ita falsò opinari, quod rariorem sine dubio creat, prius ab Hermolao adductum, &c. quàm fœlici memoria, ingenio perspicaci,quàm bene subducta ratione ad eiusdemmet scripta fuit, quum Plinij authoritatem Theophrasto repugnare proponit, quippe qui vlmos omnes præter attineam, semine prouenire scriptis mandauerit. quod si sic, non negaturus est Plinius, attineam semen ferre, quinimo illud producere quidem, ex his compertum habuit, at semine esse infœcundo, idest quum cætera vlmorum semina producant, semen attiniæ, etiam si seratur, non generat, cuius nec diuersæ opinionis Columella, ideo neminem serere attiniam ex samara, vel amara idest semine, verum ex sobole testatus est. quid igitur in Plinianos cineres inspergit? quum non sit stultus ad cribrum, negans se inuenire quid eius os obturet, aut non obturet, non igitur ex his sit, qui sibi placendo malunt errare, quàm discendis melioris vitæ legibus, excipiendis nouis, & certioribus præceptis assuescere. hodie probatissimo experimento, ex vlmi folliculis, cum genere eo bestiolarum innato, quod cnipes apellatur, ex Theophrasto, 2. de histor. plant. cap.8. farina cicerculæ, & aceto acerrimo, alijsque quibusdam, emplastrum parari consueuit, ad puerorum hernias.

Theophrasti tutela ī Mathiolū.

Plinius à Matthioli morsu vē dicatur.

Cnipes.

De baccis lauri.

RECIPE thuris,mastichæ,myrrhæ,an.unc.i.baccarum lauri,unc.ii.cyperi, costi an.unc.med.mellis calidi,quantum ad ea comprehendenda sufficit.si aūt cyperi,unc.i.& med.misceas,aut stercus caprinum, uel vaccinum siccatum, ad pondus omnium, hydropi est mirabile. his addunt alii terebinthinæ,unc.iii. quamuis .n.libr.i.mellis in emplastris,puluerum,unc.iiii.exigat,facile tamen diffilit, & siccatur, nisi glutinosi quippiam accipiat. sunt qui legant mellis colati, at crudiusculum hic accipitur. ne plus iusto obdurescat. Fuchs. legit myrrhæ sing. drach.i.

Ventriculi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ventriculi, inteſtinorum, hepatis, renum, veſicæ, vteri, & partium aliarum dolorem à flatibus, aut intemperie frigida ortum placat.

Stereus, vt etiam fimus, pertritæ, & vulgaris noticiæ ſunt: fimus tamen ex Theophraſto, 2. de hiſt. plant. cap. 8. acerrimus hominis eſt, & omnium optimus Chartodra authore: ſecundus ſuillus, tertius caprinus, quartus ouillus, quintus bubulus, ſextus iumentorum.

Laureum magnum Actuarij.

Recipe ceræ, reſinæ pini, nitri, baccarum lauri, colophoniæ, picis, ſing. libr. iiii. ammoniaci, libr. i. ſinapis, floris roſmarini, pyrethri, galangæ, euphorbii, ſampſuci, cardamomi, iridis, adipis ſuilli, & thaurini, ſing. vnc. iiii. olei lyguſtrini, decimam ſextam partem: non deſunt qui quartam adiecerint.

Aduerſus ſtomachicos, aqua inter cutem diſtentos.

Id tranſumptum eſt ex malagmate de baccis lauri Gale. 9. de comp. med. ſecundum locos, additis quibuſdam, vt etiam ex epithemate Oribaſii, de quo Aetius, Tetrab. & ſerm. 4. cap. 84. vt Tetrab. & ſerm. 2. cap. 22. Tetrab. 3. ſerm. 1. Paulus lib. 7.

Ex ligno aloes, vel pro ſtomacho, aliàs ventriculum, vt infra.

Recipe ligni aloes, abſinthii, gummi arab. maſtiches, cyperi, coſti, zingiberis, an. unc. med. calami aromatici, thuris, aloes, an. drach. iii. caryophyll. macis, nucis myriſticæ, galliæ moſchatæ, cinnamomi, ſpicæ nardi, ſchœnanthi, an. drach. i. & med. excipe ſyrupo cotoneorum aromatico, vſus tempore panno lineo extenſum, ſuffiatur ligno aloes.

Ventriculum, & hepar calefacit, & roborat.

Ex gallia.

Recipe galliæ moſchatæ, ſchœnanthi, an. drach. i. & med. trochiſ. ramich, rhois, acaciæ, hypociſthidos, ladani, gallarum non perforatarum, calami aromatici, roſ. & ſeminis earum, ſantal. rubr. & alborum, maſtichæ, ligni aloes, caryophyll. ſpicæ nardi, olibani, coſti, myrrhæ, cyperi, abſinthii, an. drach. ii. terantur accurate, omnia deinde panis biſcocti, drac. iii. dactyli ſicci xii. horis 24. macerentur in ſucci foliorum myrti, aliàs menthæ, & lauri, & aquæ roſ. & vini auſteri, an. unc. i. & med. terantur, & excipiantur ſyrupi cotoneorum aromatici, vnc. iii. vel iiii. & additis gummi arab. aſſati, drach. vii. coquantur igne lento, ad mellis craſſitudinem, quibus in mortario diu permiſce puluerem prædictum, donec agglutinetur, tempore utendi ſuffitur ligno aloes, panno illitum.

Ventrem totum inferiorem roborat, aſtringendo, & calefaciendo, quare lienterias, diarrhæas, dyſſenterias iuuat, à cauſa frigida productas.

Andromachi.

Recipe ſepi arietini, picis, añ. drach. xviii. ſandarachæ, uel auripigmenti, aluminis, ſciſſilis, calcis viuæ, an. drach. xv. reſinæ pini, unc. viii. ammoniaci, unc. ii. ammoniacum ſuper igne diſſoluatur vino rubro, eique adde olei, libr. ii. & reliqua probè puluerata.

Syluius à ſandaracha, ad calcem viuam vſque, legit, an. drach. iij. at in caſtigatioribus Meſ. codicibus, xv. leguntur: alij ammoniaci, drach. ij. tantum habent, & male. Auic. ammoniaci non meminit, & ſepi loco, legit ceræ, ponderibus etiam variatis: præterea ex eodem legimus ſandarachæ, vel non. & eſt ex eodem mirabile Andromachi ab his diuerſum.

Podagram, gonagram, iſchiadem, & reliquos articulorum dolores antiquos, ac eorum tumores, & laterum ſcyrrhumque ſplenis, & hydropem iuuat.

Andromachi cauſticum.

Recipe aquæ ſaponariæ primæ, libr. iiii. oryzæ, & frumenti excorticati, an. unc. vii. macera in uaſe uitreo bene obſtructo, donec granis diſſolutis, to-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

tum fiat muſcoſum, ſerua, ſed diebus ſingulis bacculo ligneo moue, & obtura, exceptum cortice auellanæ, uel harundinis, uel cera pertuſa, & parti admotum, tribus horis, aut eo plus. Cauterii uice ulcerat, & urit.

Sinapinum, vel ſinapiſmum, aliјs rubificans.

Recipe ſinapis tritæ, ficuum pinguium, aqua calente horis 24. maceratorum & ita expreſſorum, ut nihil in his humoris ſit reliquum, partes æquales, aceto acerrimo, ſimul, diuque ſubigantur. ſi ualentius uis duplum ſinapis miſceto, ſi imbecillius triplum ficuum, admotum parti tollatur prius quàm ulceret, niſi etiam ulcerandi ſit neceſſitas, ut materia profundior foras trahatur, & uacuetur, penuria ſinapis, ſtercus caprinum pridie aceto maceratum, quod etiam ad hydropem & ſplenis duritiem, & dolorem eſt efficax, adduntur. interdum ſtercus columborum agreſtium, helenii radix, ſemen naſturcii, baccæ lauri, tuncque non ſoli hydropi, & tumori ſplenis confert, ſed etiam reliquorum uiſcerum affectibus frigidis, & flatulentis.

Ad podagram, gonagram, iſchiadem, ipſamque arthritidem, oſtocopon, hæmicraniam, obliuionem, lethargum, ſi à cauſa frigida proficiſcuntur.

Sinapiſmi præparatio ex Aegineta, lib. 7. cap. 19. ad verbum pulchrius etiam explicatur. ablato itaq; ſinapiſmo, ſi dolor vehemens, ruborúe acceſſerit, & puſtulæ, lintheolum ſucco maluæ, aut fœnigræci, cum roſaceo madefactum imponatur, deinde roſaceum ceratum cum ceruſſa, ex Aetio quoque, Tetrabiblo 1. ſerm. 3. cap. 181. eadem ferè leguntur.

Fermenti primum.

Recipe fermenti, & mellis, partes æquas, viſci querni, partem ſextam, ammoniaci, in aqua fœnigræci, aut lacte arboris mori, & pauca fęce olei ueteris diſſoluti, partem octauam, mixtis fiat emplaſtrum.

Spinas, & ſurculos extrahit, ac etiam oſſa fracti cranii meningibus infixa, etiam profundius.

Secundum.

Recipe fermenti partem vnam, ſucci menthæ, abſinthii, añ. partem med. aceti, aut ſucci vuarum agreſtium, aut extremitatum vitis, aut cotoneorũ, quartam partem, macis, caryophyll. ligni aloes, maſtiche, ſpicæ, foliorum roſ. abſinthij ſicci, partem octauam, drachmæ vnius, miſce igni, coque in emplaſtrum.

Ventriculum, & hepar admodum apertè iuuat.

Tertium.

Recipe fermenti adhuc acidi, partem unam, ſucci intybi, aut ſolani, aut vuarum agreſtium, aut extremitatum uitis, & aceti, an. partem mediam, farinæ hordei, partem tertiam, trium ſantalorum, foliorum roſ. antiſpodij, auelanæ indicæ, ſucci glaucii, boliarmeni, añ. partem ſextam, ſucci portulacæ, & mucaginis pſyllij, quantum ad hæc comprehendenda ſufficit.

Hepatis, & aliorum viſcerum plegmonas mirè compeſcit.

Quartum.

Recipe fermenti, mellis, lactis muliebris, vitelli ouorum, pares portiones, coquit, & maturat phlegmones, abſceſſuſque rumpit: his ſi bdelli, & hordei farina miſcetur, ſpinas extrahit, idque ualentius, ſi his diſſoluta galbani pars dimidia iungatur: valentius item facit nitri naturalis ſexta pars, ſtercoris columbini, & gallinacei, an. pars quarta: uel fermentum ex aceto, & ſale coctum hepatis, & lien is affectibus multis eſt ſaluberrimum.

Quintum

Quintum.

Recipe ficuum, ammoniaci, bdellii, partem æquam, bdellij aceto dissoluti partem mediam, foliorum rutæ, & fructus tamarisci, & nitri an. pars quarta, simul bene mixta. Lienis tumorem mirè dissipat.

Sextum.

Recipe fermentum, sulphurem, sal, cinerem sarmentorum uitium, misce. ualentius fit addito asphalto: ualentissimum addito euphorbio.

Viscerum excrementa siccat, hydropi ideo conuenientissimum.

Sunt emplastra è fermento Myrepsi, ab his diuersa, vt ex Aetio Tetrab.4.serm.3.cap.14.& Paulo lib.7.

Fermentum: hoc est farina subacta, ad pultis modum, & relicta donec acescat, ante additum salem, in panificijs prima, sine qua azimus fit panis, neq; attollitur, aut intumescit, multorum emplastrorum, & insignium remediorum materies.

Filij Zaccharia.

Recipe ceræ, medullæ cruris vaccæ, adipis anatis, & gallinæ, mucaginis seminis lini, pares portiones, olei lini, quantum sufficit: valentius facit addita mucago altheæ, & fœnigræci, pari potione, & olei leucoi, loco olei lini, uel cum eo efficacius quoq; reddes, si œsypum, & piscium glutinis mucaginem addideris.

Iuncturarum tophos, & nodos duros mollit, dissoluit, & crassa, lentaque pulmonis, & thoracis excrementa expectorare habilia reddit.

Diaphœnicon calidum.

Recipe dactylos siccos 40. panis biscocti, drach. v. biduo macerentur uino odoro, post cum dactylis tere, cum carnis cotoneorum in vino decoctorum, vnc.i. exquisitissime deinde misce ceratum ex ceræ, vnc. ii. olei ros. & nardini, an. unc.iiii. factum. tundendoque in mortario permisce, postremo mastiches, thuris, absinthii sicci, an. drach. ii. & med. aloes, agalochi, macis, calami aromatici, spicæ nardi, myrrhæ, acaciæ, galliæ, ramich, an. drach.i. ladani, drach. ii. tundendo iterum perfecte misceantur, vsus tempore suffiatur ligno aloes, prius quàm parti admoueatur. satius autem fuerit mastichem, & ladanum, cera, & oleo prius miscere, postea ut dictum est emplastrum facere. Præpositus legit carnium cotoneorum, unc.viii. drachmarum loco. Est & unguentum ad stomachi, hepatisque debilitatem, & duritiem, & fluorem, ex Auic.5. can. cap. de emplastris.

Est & malagma Actuarii, contra stomachi, & intestinorum defluxiones, hoc modo.

Recipe œnanthe, palmularum, quæ solibus illustratæ maturuerunt, sing. unc. ii. omphacij, aloe, gallarum, picis, aluminis rotundi, sing.unc.iiij. ros. unc.i. ceræ, unc. iii. aliqui thuris, & myrthi, sing. unc. iii. adiiciunt, uini quantum ad arida capienda fuerit satis, ad expugnandam aquam inter cutem, & inflationes, addiderunt picis, ceræ, singulas libras, nitri, sulphuris, ignem non experti, aluminis scissilis, singulorum semisses.

Diaphœnicon Alexandri.

Recipe dactylorum maturitati propinquorum, unc. v. panis biscocti, unc. i. carnis cotoneorum, in uino austero coctorum, unc.i. & med. styracis, mastiches, ladani, acaciæ, omphacii, florum labruscæ, ros. santalorum citr. myrrhæ, ligni aloes, ramich, an.unc.med. ceræ, unc.iiii. olei ros. unc.xv. uini austeri, quantum sufficit, ad infundendum infundenda, usus tempore suffi ligno aloes.

Brasauolus legit ligni aloes, vnc.iiij. ad quæ non oleum, non cera sufficeret. Præpositus autem styracis, mastiches, ladani, an. vnc.iiij. drachmarum loco.

Ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborat, coctionem iuuat, ob hęc vomitum, choleram, morbum, *lienteriam*, dyſſenteriam hepaticam iuuat.

Ex allijs.

RECipe ſpicarum allij mundatarum, unc. iii. & med. ſtyracis, bdellii, aloes, an. unc. iii. terebinthinæ, unc. iiii. axungiæ porcinæ recentis, adipis anſeris, an. unc. v. maſtiches, thuris, an. unc. i. & med. euphorbii unc. i. croci unc. med. ceræ flauæ, libr. i. olei nardini, & uini odoriferi quantum ſufficit. Syluius legit euphorbii, unc. i. & med. & ſi unica uncia ubique ſcribatur: quumque alii plures legant maſtiches, thuris, añ. unc. i. & med. ipſe habet, drach. i. & med. Sunt & emplaſtra ex allijs Aetij, Tetrab. 4. ſerm 3. cap 44.

Ventriculi, & reliquorum viſcerum affectus à flatu, aut pituita cruda, craſſa, & lenta natos, abſceſſumq; ventriculi, & hydropem incipientem iuuat.

ALlium, de quo Theophraſtus 7. de hiſt. plant. cap. 4. ex Dioſco. lib. 2. cap. 144. quoddam ſatiuum, atq; hortenſe habetur, quod in Aegypto ſingulari vt porrum capite conſtat, dulce, in purpureum vergens, paruum: reliqua vero magna, & candida, coagmentantur nucleis, quos agilitas, ideſt ſpicas Græci nominant, aliud eſt ſylueſtre, quod ophioſcorodon, ideſt anguinum vocant: ſatiuum itaq; nucleatim diuiſum, toti Italiæ familiariſsimum eſt, ſingulari verò, ſolidoque capite conſtans, quod & allium maſculum appellari conſueuit, multis etiam hortis non infrequens, Mediolani potiſsimum, vbi illud extra Comenſem portam, nobis adhuc philoſophantibus indicauit, maximus noſtra ætate Philoſophus, Branda Porrus, quinquageſimum vltra annum hac publica interpretatione, ſupremaque ſede elatus, à qua quidem emeritus, & ad Theoricen accerſitus, hanc quoque præcipuo honore ita excoluit, vt vltimo hoc ſenio, viſo, ac cognito, tam excellenti ſupra humanum ingenium acumine, ad Philoſophiam reuocatus eſt: in cuius gratiam, quum poſt luculentam ſatis doctoratus noſtri orationem, carmina quædam ſubiecissem, & ſi illam hæcque à nobis expetierit, nec temporis anguſtia illi morem gerere potuerimus, nunc verſus ſaltem annectam.

Quamuis, ſigniferum vix dum luſtrauerit orbem
Bis decies Phœbus, noſtro numeratus ab ortu,
Vrbs tamen hoc veſtro nomen de flumine ducens,
Florida dona togæ celebrem quoque reddit amictum
Arce in Apollinea, quæ nunc virtutis alumna:
Prima etenim ſophiæ Ludouico tradita Zeio
Sunt rudimenta mihi, binum producta per annum:
Poſt primum hunc nobis, nobis dulciſsime Branda,
Branda decus latij, ſophiæ qui arcana penetras,
Qui cœlum, terramque doces, animalia quæque
Illorumque animas, caſum, fatumque, Deumque,
Zodiacum quæ cura mouet, quæ cura nitentes
Paſcat equos Solis, cur nam vaga cornua Phœbe,
Ad gelidos calido ſub lampade dirrigat Arctos:
Vnus ades, ſolusque mihi doctiſsimus vnus,
Quem tandem excipio, lætis quem ſtringere in vlnis,
Fronte hilari exopto, lauro vt redimitus honeſter,
Aureus opatum rutilet quo circus ad vnguem:
Surge agè, & amplexu mihi ſuauia iungito molli
Dulcia, quo veſtri clareſcant ſemper amores:
Quamuis non valeam, quo ſum dignatus honore.
Non poſsim meritas inquam perſoluere grates,
Tam docti, celebriſque chori, nec dona reſoluam:
Hoc tamen officium, quod ſe ſe nomine veſtro
Obtulit, hac nobis pariet ſub veſte triumphum
Perpetuum, & vobis famam ſuper aſtra perennem,
Nec fuero oblitus meriti, niueique lapilli,
Quo ſignanda dies, veſtro celebrata decore:
Hinc ego quas poſſum, ſi non quas debeo grates
Denique ago, optati capiens monumenta decoris.

vt vero ad rem redeamus: ſylueſtre ophioſcorodon, & ſcorodonagrion vocatum, in editis potiſsimum, collibuſque prouenit, indiuiſo capite, ac ſingulari, hocq; vt folijs, ac caule, gracilius, flore in cacumine ex rubro pur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

purascente, nigro inde semine prodeunte. Est & scorodoprasson, idest medium inter alleum & porrum. id Marcellum existimare arte, & cultorum mangonio, ex allio, & porro, in vnum sub terra colligatis, non autem natura prouenire ait Matthiolus, at legitimum, ac spontaneum, nullius sanè artis adminiculo, quibusdam in viridarijs copiosum, cæcutientis Marcelli errorem facilè prodere. quàm tetra igitur caligine, quàm impeditis oculis censebitur, omnium iudicio eruditissimus Marcellus, nisi ita scriptum reliquisset. Monstrum aliquod naturæ cre limus id fuisse, coactis humano opere coalescere simul, non dissimilibus penitus oleribus duobus: olim igitur, hoc est primum scorodoprasi natale, ex insitione porri, atque allij fuisse, quid vetat, & si hoc æuo sponte exiliat: quid igitur tam enixe, tam acriter, argutis vbique captiunculis insurgit, alienis plumis Aesopici graculi more comptus, atq; ornatus, suam enim viuacitatem vsui esse non dubitat. Est & ampeloprasson, idest porrum vinearum, in vinetis, amœnisque collibus copiosum, omnibus obuium satis. hoc autem in loco insigni, duplicíq; errore Brasauolum taxat Matthiolus, quod in libro suo de simplicium examine, syluestre allium, ampeloprasson, siue scorodoprasson appellari, vnamq; , & eandem plantam esse sibi persuaserit, res certe à Dioscoridis, atque Gal. opinione aliena. vt verò res ipsa non in certamen conferatur, Brasauoli verba his simultatibus certatim opponenda sunt. inquit enim scorodon agrion, idest alleum syluestre, præterea vbi senex suus illum percontatur, quo nomine alleum hoc syluestre, quo pro scordio vtebamur, à rei medicæ authoribus vocetur, respondet. scorodoprasson, ab allio, & porro nomen sumens: vel ampeloprasson, quasi vineale porrum. idest quod vsui apud vos est, alleum syluestre, tria indifferenter accipientes, est scorodoprasson, vel ampeloprasson, quibus promiscue pro allio syluestri indistincte vti consueuerunt pharmacopolæ. quem igitur admiratur Matthiolus? quem eo vsque stoliditatis processisse arbitratur? desinat iam tandem maledicere, malefacta ne noscantur sua, eo candore aliorum lucubrationes iudicet, quo suas perpendi, examinaríque exoptat, ne mastigophorus sit, & virgindemiam metuat. quod enim absolute in simplicium examine, à Brasau. scriptum, in hetruscis suis commentarijs deducit, in Romanis se colligit. additq; in Brasauoli codice, Romæ prius excusso, ne forte in Veneta æditione vt supra lecta, retusior Matthiolus iudicaretur, vir alioqui ingenio, & eruditione præclarus. id quod demus ita esse, quum discipulus prioris sit posterior dies, ætasq; , vsus, ac temporis occasio. noui quippiam secum afferant, sententiam sæpe mutare cogant, vt quæ credimus scire, nesciamus, & quæ nobis putamus prima in experiundo, repudiemus: ingenui hominis erat, id saltem annectere, eius postea mutata sententia, in hac aliter sensisse. quum verò minus apte ampeloprasso vendicasse Galenum, quæ scorodoprasso iustius conuenire videntur: quoniam si inter allium, & porrum, medium quoddam concipias, facultatem ampeloprasi nos inuenturos asseruit, & si scorodoprasso nomine, & re competant. quum eadem sit ampeloprasi facultas, sintq; vires ambobus promiscuæ, atque ampeloprasson tantum à porris dissidere quantum in alijs omnibus generibus agrestia, à domesticis, 2. de aliment. facult. vltimo. qua reprehensione, quo crimine, Galenum accuset, notatu dignissimum satis videatur. Est & alliaria herba, allij odorem propè modum referens, in sepibus, & agrorum semitibus, folijs primum violæ instar rotundis, procedente tempore lacinijs circundata ad melissophyllum accedens, at non vsque adeo rugosa, semine nigro, pusillo, tenuibus corniculis incluso, albo flore, candidisque radicibus.

Marcelli protectio aduersus Mathiolū.

Brasauol. à Matthioli censura immunis.

Gale. tute la in Matthiolum. Alliaria.

Ad carbunculum, aliàs ad morbum.

Recipe axungiæ porci, unc. iiii. allei caput unum, sinapis, fermenti, farinæ triticeæ, ann. m̄. i. misce cum aquæ fontis, vnc. iii. olei chamæmelini, quantum sufficit.

Ad pestilentes bubones.

Recipe rad. altheæ, unc. iiii. farinæ triticeæ, farinæ seminis lini, hordei, & sinapis an. unc. ii. terebinthinæ, unc. iii. albi ouorum, numero 2. ficuum, numero 6. bulborum lilii, numero 4. fiat emplastrum arte. Coquit, terget, mundificat. secus paratur ex Fuchs. 2. de comp. med.

De ficubus, aliàs de caricis.

Recipe ficuum pinguium, libr. i. sinapis, unc. iii. farinæ seminis lini, bdellii, ammoniaci, galbani, añ. unc. i. dissoluantur gummi oleo liliorum, postea omnibus commixtis fiat emplastrum, eodem videlicet oleo quantum sufficit. Carbunculis succurrit.

Ad pleuresim.

Recipe rad. altheæ, m̄. quatuor, farinæ hordei, unc. quatuor, florum chamæmeli,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

unc. i. florum meliloti, uiolarum, an. unc. med. olei chamæmeli, uiol. amygdal. dul. an. unc. ii. fiat emplastrum arte.

Digerit, & dolorem sedat. *Sunt etiam tria ex Myrepso emplastra ad pleuriticos, ab hoc diuersa.*

Aristarchi.

RECipe ceræ, unc. i. terebinthinæ, libr. med. axungiæ porcinæ recentis, adipis anseris, medullæ cruris vaccæ, an. unc. iiii. bdellii, myrrhæ, thuris, styracis, opopanacis, aloes, mastiches, an. unc. i. & med. ammoniaci, unc. iii. colophoniæ, unc. vii. aluminis, unc. i. spicæ nardi, drach. vi. folii, calami aromatici, euphorbii, baccarum lauri, an. drach. vii. olei balsami, libr. i. olei nardini, & vini odori, q. s.

Ventriculi, & aliorum viscerum intemperiem frigidam, flatus, humorem frigidum, & inde natos affectus, hydropem, inflationem, laterum tensionem, dolorificam corrigit.

Oribasii primum.

RECipe lithargyri, unc. iiii. ceræ, unc. viii. aloes, unc. i. resinæ, unc. v. ammoniaci, unc. iii. ladani, unc. ii. aristolochiæ, thuris, galbani, cuscutæ, an. unc. i. & med. olei antiqui, & aceti scillini, quantum sufficit:

Ad tumores etiã duros hepatis, & lienis chæradas. Sylvius in lythargyro, ac cera, pro vnciis, drachmas legit.

Oribasii secundum.

REcipe ammoniaci in aceto scillino biduo macerati, unc. ii. contunde seorsum, postea tere cum cerato, ex ceræ, unc. ii. olei chamæmelini, & irini, an. unc. iiii. croci, drach. v. si pro aceto scillino, succum apii habeat, spinæ ex linteolo impositum, rigori febrili confert. cætera vt superius idem præstat.

Meliloti.

REcipe meliloti, libr. med. florum chamæmeli, comarum absinthii, sampsuci, fœnigræci, baccarum lauri, rad. altheæ, añ. drach. iii. seminis apii, ameos, cardamomi, iridis, cyperi, anisi, nardi, cas. aromaticę, an. drach. i. & med. ammoniaci, drach. x. styracis, bdelli, an. drach. v. terebinthinæ unc. i. & med. ficus pingues, xii. sepi caprini, resinæ an. unc. ii. & med. ceræ libr. med. olei sampsucini, nardini, q. s. aquæ cui incocta sint fœnugræcum, chamæmelum, melilotus, quanta erit satis exquisita aliorum infusioni, hoc modo. uel prædicti meliloti, unc. v. fœnigræci, chamæmeli, seorsum à præscriptis, sing. unc. iiii. coque in aqua sufficienti, ad tertias, hoc decocto gummi omne dissoluatur, ficus deinde incisę, & minutissime contusæ, permisceantur diligenter, & igne liquefiant. adde terebinthinam, ceram, resinam, sepum, olea, mixtis omnibus reliqua pulverata addantur. hoc est unc. i. meliloti, quæ superfuit: uel si libet, eius unc. vi. in puluere immiscere, accipe ad decoctum, priuatim alterius meliloti, unc. iiii.

Mollit duritiem omnem ventriculi, hepatis, lienis, viscerum etiam reliquorum.

Ex Galeno 8. de comp. med. secundum loc. cap. 5. emplastrum meliloti ab hoc diuersum: paucioribus complectitur epithema ex meliloto, ad hepaticos Aetius, Tetrab. 3. serm. 2. cap. 5. pluribus serm. 1. cap. 16. Est etiam ex Paulo, lib. 7. Cordus anisum prætermittit, in quibusdam Mes. exemplaribus haud lectum, at ammoniaci drach. v. diminute legit. Fuchs. an. drach. i. & med. pro drach. ij. & med.

Oxycroceum, alijs ceratum.

REcipe croci, picis naualis, colophoniæ, ceræ, an. unc. ii. terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, olibani, mastiches, an. unc. med. drach. i. & med. galbanum, & ammoniacum, contusa aceto sufficienti, macerentur per noctem, manè liquefiant igne, colentur, post coque aliquantulum, tunc adde picem, qua liquata, adde colophoniam, & terebinthinam paulo post mastichem, olibanum, & myrrham, spatha ad perfectam coctionem continenter moue, deinde aqua frigida

infunde, extrahe, manibusq; preme, ad aquæ exitum: deinde marmori oleo laurino delinito, aſperſo croci puluere, in oblongos orbiculos effingito: alij huius compoſitionis quintuplum plus, alij partem duntaxat ſcribentes, parum eruditis imponunt, maximam ideo varietatem coniectantibus. Nos Myrepſum ſecuti ſumus, & ſi zopiſſam, pro pice nauali ſuſcipiat.

Oſſium fracturis, eorumque doloribus celeberrimum.

Ex perna Pauli, lib. 7. alijs ex caſeo Galeni.

Recipe pernæ ſuillæ ueteris, pinguis, guttæ ammoniaci, caſei veteris vaccini, aut caprilli, ſeui thaurini, apochymatis, quæ eſt nauis raſura, ſingul. libr. medullæ ceruinæ, unc. viii. œſypi cerati, unc. iii. cyprini olei, unc. vi. vini ægiptii, quod ſatis eſt.

Tophos ſoluit id vnguentum ex Perna vocat Myrepſus, at nauis raſuræ vnc. med. legit. Nicolaus medullæ ceruinæ vnc. iiii. reliquorum pondus diuerſum, addit opopanacis, vnc. i. & œſypi quadrantem legit, ex Gal. Aetius Tetrabiblo 4. ſerm. 3. cap. 14. atque vt in altera Aetij compoſitione, pernam ſuis antiquam, in olla fictili cum aqua, præſertim marina coquit, & eius iuſculi excolati, ac refrigerati, pinguedinem concretam, tum ſuperſtantem, tum ſubſidentem accipit, & expurgatam ad medicamenti præparationem aſſeruat. apochymatis præparationem Oribaſii, vide ex eodem, Tetrab. & ſerm. prædicto, cap. 20. triplicem verò eius compoſitionem, vide rurſus Tetrab. 3. ſerm. 4. cap. 45.

Cruſtæ panis.

Recipe maſtiches, menthæ, antiſpodii, corall. rubr. ſantalorum rubr. & alb. an. drach. i. cruſtæ panis aſſæ, & aceto hora dimidia maceratæ, unc. ii. olei maſtiches, coroneorum, an. unc. i. farinæ hordei q. ſ. fiat emplaſtrum citra ignem. ſunt qui ſantalos non accipiant.

Vomitum mox, mox compeſcit, ventriculum efficaciſsime roborat.

Eſt & epithema è micis panis, ad durities ſtomachi, ac dyſſenteriæ principium, ex Aetio, Tetrab. & ſerm. 4. cap. 85. vt Tetrab. 3. ſerm. 1. cap. 16.

Solani, alias de ſolatro.

Recip. rutæ recentis, m̃. i. ſolani recentis, m̃. iii. croci, drach. i. ſalis, drach. med. farinæ hordei, unc. iii. cũ albo ii. ouorum, fiat emplaſtrum. tepidum ſuperpone fronti, vbi frigidiuſculus ſit humor, adde rutæ, m̃. ii. tunc quibuſdam dicitur emplaſtrum de ruta. nos & vitellos ouorum quandoque permittimus cum Galeno 11. ſimpl. ad anacollemata vocata.

Cephalalgiæ febrili, tam per ſympathiam, quàm ideo pathiam, ſimplici, quàm compoſitæ, conuenientisſimum ſunt, & vitæ.

Apoſtolicon, alijs ceratum.

Recipe lithargyri, libr. med. ceræ rubræ, colophoniæ, an. unc. ii. viſci querni mumiæ, propolis, an. unc. i. ammoniaci, magnetis, an. drach. vi. maſtiches, olibani, an. unc. med. mumiæ, drach. iii. terebinthinæ, galbani, bdellii, myrrhæ, æris vſti, ſarcocollæ, ſquamæ æris, ariſtolochiæ longę, viridis æris, opopanacis, an. drac. iii. ſic para: gummi per noctem vino macerato, mane ferueant ad liquefactionem, colentur, rurſus ferueant ad uini conſumptionem, adde puluerẽ lithargyri, prius oleo ueteri abundanti diſſolutam, unà agita, ubi concreuerint: adde ceram, hac liquata colophoniam, poſtea maſtichem, olibanum, & myrrham, paulo poſt bdellium, & viſcum quernum, cætera ſucceſſiue ſpatha ſemper mouendo: ubi coiuerint aqua frigida infundantur, qua expreſſa, manibus oleo laurino inunctis, globuli formentur.

Braſauolus legit viridis Praſſii, nec viride æris cum Cordo, ipſæ mumiæ, vnc. med. Præpoſitus, ac Cordus, drach. iii. & quoniam lepidos calcis ſcribitur ex Nicolao, ideo calcem addit, non paruo vt credimus Braſauoli errore, quod ex Græco λέπις & χαλκός æris ſquammam potius intellexerit Nicolaus, ac Cordus,

propoleos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

propoleos, & visci querni diminute. Fuchs. lapidem calaminarem legit pro magnete, quæque ea sit capite proprio discutitur, ex Myrepso nu. primo, multa nec iniuria detrahuntur, si ex duodenario specierum numero, Apostolici nomen sibi asciuit. eius enim hæc est legitima compositio. lithargyri, exag. xiij. ceræ, colophoniæ sin. exag. vij. ammoniaci, bdellij, mannæ, thuris, sing. exag. i. & med. galbani, myrrhæ, æruginis rasilis, opopanacis, aristolochiæ longæ, sing. exag. i. pineæ resinæ, mastiches, sing. exag. iij, olei veteris, vnc. ij.

Interna vulnera, fistulasq; emendat, venenatorum morsubus resistit, à profundo enim trahit, ad recentes strumas conuenit, probam carnem inducit, nam cutem attenuat, & nutrimentum attrahit, inspissat, ad omnem frigidum abscessum valet: dolores, duritıes, ac tumores emollit, præcisos neruos, puncturasque sanat, infixa tela citra dolorem extrahit.

Centaurij.

RECipe centhaurij minoris m̄. vi. macera per noctem vino albo, deinde coque ad dimidiam vini consumptionem, cola, & colatum ferueat ad mellis consistentiam: eius vnciæ vni, adde propolis, drach. ii. lactis muliebris, vnc. ii. terebinthinæ, libr. i. ceræ, vnc. iii. resinæ, vnc. i. & med. thuris, mastiches, gummi arabici, an. drach. i. emplastrum para.

Fracturæ cranei vtilissimum.

Ex nido hyrundinis.

RECipe nidum hyrundinis integrum, diu aqua sufficienti feruefac, postea cribro percolato, adde bulborum lilii, rad. altheæ, bryoniæ, maluæ, violarum, parietariæ, sing. m̄. med. fermenti acris, farinæ seminis lini, sing. q. s. misce, & bulliant: in fine adde olei veteris, axungiæ porcinæ modicum, paretur arte.

Mirum in modum dissoluit, ac maturat vnumquodq; anginę genus, & omnē abscessum, qui in gula fit, & collo.

QVo temporis dispendio, quàm multiplici molestia, quibus curis, ac laboribus, neglecta priuata vtilitate vsus fuerim, in tam intricatis mæandris, tam diuersis, tam contrarijs, Græcorum, Arabum, ac Latinorum litigijs, in tam peruersa, tam varia rerum, ac ponderum inæqualitate, vbi nihil subtrahere, nihil addere licuit: non modo pharmacopæiam factitantes, verum quoque recipientes, facillime addiscere potuerunt: nisi à male feriatis, à musis, & gratijs alienis nequicquam fiam, & actum egisse, vel Penelopes telam retexuisse dicar, pessimam apud illos famam, pro tam immensis vigilijs, pro inexpleta defatigatione comparaturus: quod si auxiliatrices manus apposui, si publico vsui serio consului, si bonā nolint, saltem ne mihi malā rependant gratiam: iudicent quibus est cū doctrinis comuncta synceritas: vnicuiq; sit libera coniectura: vbi aliorum confusissima exemplaria, cum hisce nostris contulerint: tum .n. quod æquum, quod honestū, quod vtile, necessariumq; erit apprhendent: quum olim nullum ferè pharmacopolium, nō ab alio dissentiret, in ambiguis, varijsq; compositionibus, doctissimi quiq; tumultuarentur, tam diuersa, tam opaca caligine, nihil clarum, nihil apertum, sed vix tenuibus coniecturis, vaga disceptatione, multiplici confusaque historia, implicita omnia conspicerētur. mihi .n. videre videbar peruersam Babylonicæ turris architecturā, dum huic ligna petenti, lapides darentur, silices postulanti, calx porrigeretur, ferrum volenti, scala ostenderetur, pro perpendiculo malleus, scalpellum pro trulla, pro securi serra, siue terebrum, imperitia confusionem augente, ignorantiæ magistra idiomatis diuersitate, quū insipido verborū condimento, horrida linguæ barbariæ, inficerentur, corrumperentur omnia: nunc autem ingenti hac exaggerata mole, vix scrupus, vix difficultas relinquitur: nihil Pharmacopæium, Medicumúe sedulò agentes remorari potest, nihil quod humanæ saluti ex vsu esse queat relictum: singula suis promptuarijs, atque loculamentis, adeo bellè reposita sunt, vt operi accinctus, sigillatim necessaria offendat. quippe quod solidis argumentis, firmis rationibus, non nutu innitimur: miraque ingenij dexteritate, ac cultu, Theseum imitati, sinuosos labyrinthæosque anfractus, facili quadam via, filo instar aperuimus, nihil temerè commisimus, omnia veritate duce peregimus, omnibus profuisse credidimus, ex professo sisypheum hunc lapidem voluimus, legimus, relegimus, perpendimus, disquisiuimus, castigauimus ita, & iudicauimus singula, vt in certam spem erigar, sicque mihi præsagiat animus, morosulos sycophantas, linguaces locutuleos, vel naso rhinocerotis, quantumuis in cornu exacutos, ne multa quidem subsanaturos, quod nullo cauillandi studio, animum ad scribendum appulerim, nec cuiquam iniuriam inferre proposuerim: propterea nullius, aut paucissimorum calumniam experiri posse. quod si in Matthiolum, authorem ad extremum usq; apicem curiosissimum, & stirpium inuestigatorem absolutissimum, debaccari cuipiam fortasse videbor: Gabrielis Fallopij vt rarissimis, ita præclarissimis animi, ingenijque dotibus præditi, testimonio vtar, liberali enim ore verba facio, & monumentis committo. Siquidem perlecta in Amathum apologia, nescio qua animi intemperie,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

rie, multis sanè iurgijs, pluribus contumelijs Matthiolum affeceram, veritus ne haud dißimile virus in me eiacularetur. ipse autem quæ sua est in virtutis amore flagrantes beneuolentia. vt illa corraderem, sinceremque præcipites ac temerarias actiones ab alijs reprimi, & castigari, multis precibus obsecratus est, quod illi non minus ac Diomedi, Minerua ex Homero, nebula ab oculis auferetur, quòd ex aliena infamia nemo inclarescat, nemo gratis vellicandus, pungendusque sit, & statim huiç muneri obeundo me accinxi, multa resecui, at temporis inopia, languentium copia, ex animo perficere haud integrum fuit. quod si quid ex his quæ dixerim, discutienti mihi simulacrum, potius quàm verum apparens refutauero, atque abiecero, ne succenseat oro, quęadmodum primo partu puerperæ circa natos efficiunt, quum nullis impulsus inimicitijs, nulla priuatim læsus iniuria, nullo premio adductus, nulla re commoti alia, nisi vtilitate communi, in iudicium vocemus: non enim in re leuißima maximas intendi phalanges, non gregarias copias eduxi, vt pertinaciter eidem opinioni insisterem, quin futuræ tempestatis signa haud dubie contemplarer, ne inter bolidas, & fluctus turbulentißimos, grandinis impetus me obrueret, ne coram vniuerso musarum theatro accusarer, ne ab eruditorum consessu explo derer: quum odiosæ contentiones, probra conuitia, ex intimo Philosophiæ sacrario, non modo ab integro viro, & optimarum artium perito abesse debeant, verũ etiam à Christianæ fidei assertoris lingua, calamo, à pijs, atque ingenuis mentibus omnino aliena sint, me tamen humanæ sortis, & caducæ fragilitatis non parum miseret, quod ad malum procliuis natura nostra, ab ipso conceptu, in teterrima quæque facilè inclinat, & labitur, ac si fortunæ tesseram pro voto quisque regat, atque innocentes calumniari liceat. Nempe & Phocion cognomento bonus, sapientißimus Socrates, Melito, Anyto, & Lycone accusatus, inuidia, atque iniquitate cicuta necati sunt. acutißimus Aristoteles Antipatro inuisus, in Chalcidem concesit. Aesopus à Delphis præcipitatus, quod nullo vnquam æuo defuerint detractores, nunquam cessarit inuidia, & veritas imperitis semper odiosa, vt enim recta ingenia debilitat verecundia, ita peruersa confirmat audacia, vt quod ingenij hebetudine adipisci non possunt, mendacio, ac malitia assequantur, in studiosos, atque industrios insaniant, quibus cum propter indocilitatem, & ignorantiam, versari non possunt, vt nec cum indoctis propter nominis existimationem, atque arrogantiam, tetrica enim grauitate, vel palio medicum mentientes, analphabetici quidam, triuiali nescio qua eruditione lepido verborum ambitu, apud Reges, Duces, ac nobiles tolerantur, fouentur, ac maximo se venditant, barbarorum lacunis immersi, prauis opinionibus ita imbibitis, vt vix toto Anticyræ veratro expiari poßint, vixque illhinc se extricare, attamen quum veritas multis quidem telis petatur, sed violari minime poßit, huic nulla annorum series, nullus consensus, nullum obsequium, nulla authoritas, præscribere poßit, si non vbique qualem volui perspicuitatem assecuti sumus, ne saltem patiar quod Ibycius equus apud Platonem, in Parmenide. quanquam non me lateat innumerosos Hercules, in dicendo mecum cōgressuros, nihilo magis disistam, adeo me veritatis vehemens ardor inuasit. Platonem quippe in Sophista imitabor, quod forti animo prosequi debet, quisquis contra progredi postquam inuasit, aliquãtulum valet, qui enim hæsitat, in alijs audebit nunquam: nam qui nihil proficit, aut retro repellitur, nunquam (vt prouerbio fertur) expugnabit Vrbem. rationes enim nostras non succumbere, non ambiguo veluti diuerticulo secedere, non implicitas conuolui persuaserim, sed liberiores ad innumeras alias censuras fore, si nostris cupiditatibus matura senecta respondebit. vix enim mihi tempero, dum telam cœptam absoluo, dum conspurcata repurgo, quin rursus omnibus subsidijs bellum instaurem, quum auctiores erroribus Matthioli paginas circumspicio, quæ centum capitum Titanem, centimanam Gygem exigerent quod si dabitur occasio, & si abundè his pauculis mihi satisfactum eat, validißimis copijs, instructa acie, quæ plura scribere instituimus, bellicosiore tuba attexemus. quo me summæ audiciæ, vel illum maximæ negligentiæ accusetis. propterea nec risu, strepitu, læticia, exultabit, gestiet, resoluetur Matthiolus, nedum hominum ora obstruet, aut contundet, odium, offensionemque legentium euitabit. illis enim syncere consulentes, veris rationibus, ac argumentis suffulti, detestabiles medicamentariæ lectionis errores ostendimus, iugi labore, indefaticato studio, prolixa, dubia, varia, multo, longoq; vsu purgauimus, atq; illustrauimus, quumq; partus noster calcographo subijceretur, Dossennij opus non admodum probare potuimus, morum quidem comitatem laudauimus, at parum oculate rem tractasse, caliginem non discusisse, genuinas stirpes non reduxisse, facilè perhibetur, quum totus se in Matthioli gratiam insinuet, ne latum quidem vnguem ab eo recedat, nec examine digna in medium proponat, ambiguo, atque incerto pelago vagetur, ac fluctuet, vt in leuistico, ac saluiæ censura, ita velle suum cuique esse scriptitando. eius tamen commentaria relustrare coactus sum, consilio Antonij Thesaurij, Protophysici nostri præstantißimi, non modo herbariæ, verum etiam curatiuæ, ab ipso Hippocrate, Galenoque emanantis atque, rerum naturalium æstimatoris grauißimi. Contemptis itaque fœtentibus cloacis, relictis cænosis lacunis, ex viuis, ac salientibus fontium scatebris, sitiente plenoque ore, medellam haurite, purißimos latices nullis sordibus turbatos, cæcis, & cæcorum ducibus posthabitis, ebibite: clarißimum lumen cognoscite obsecro, vigilantium somnia, mortuas imagines, ne vltro versate, optime monentibus aures porrigite: nullum tempus serum, ad discendum credite: authori vestro linguis fauete, quo per ætatis condimentum, locupletiori oratione, graui ignorantiæ labe effuscatas stirpes recognoscat, & generosos animos ad pristina medicinæ studia concinne, caste, & emaculate alliciat, id quod alacriter atq; vberrime se consecuturum nõ desperat auxilio præsertim doctißimi in primis & diligẽtißimi cum multarum disciplinarum cognitione, tum etiam plantarum peritia Clarißimi Ludouici Demolini Rochefort

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

chefort Blessatis, qui omnium penè generum plantas è varijs mundi partibus conquisitas chartulis aduolui curauit, & fossilium penè omnium viuam faciem nobis demonstrare pollicitus est.

Linquimus æquoreos fæsso iam remige fluctus,
Obruat oppressam ne leuis vnda ratem,
Ne rapidum variet discors vesania sensum,
Ne cadat è stabili mens pauefacta gradu:
Summo igitur tandem sit laus suprema tonanti:
Gloria & æterno concelebranda die:
Hic equidem cunctis finem, atque exordia rebus
Dirigit, & nutu temperat ista suo.

FINIS.



VENETIIS,

Excudebat Gratiosus Perchacinus

1565.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Linquimus. equoreos fesso iam remige fluctus;
obruat oppressam ne levis unda ratem

Nullum progressum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

INDEX SIMPLICIVM,

QVAE HOC IN OPERE CONTINENTVR, CVIVS NVMERVS PAGINAM DENOTAT.

Abietis historia, liquor, lacryma, siue oleũ c. 179
Abrotani maris, & fœminæ consideratio car. 74
Abrungi car. 28
Absinthium, Ponticum, Seriphum, Sãtonicũ, & Romanũ car. 47
Acaciæ enarratio, & succedaneum carta 89
Acantha leuce car. 105
Acanthus car. 192
Acetabulum car. 177
Acetosa car. 68
Acetum car. 66
Achillea car. 85
Accipenser car. 160
Acinos, aut aconos car. 15
Acinus vuæ car. 29
Acori descriptio, ac difficultas carta 52
Aconitum car. 161
Acus moschata car. 193
Acuta spina car. 38
Adami poma car. 136
Adarces car. 185
Adeps & eorũ preparatio ca. 182
Adianthi genera car. 99
Aeris flos, non est viride æris carta 160
Aerugo æris car. 160
Aes vstum car. 159
Agallochum car. 1
Agarici consideratio car. 81
Ageraton car. 49
Agresta car. 70
Agrifolium car. 163
Agrimonia car. 48
Agnicastus car. 123
Aiuga car. 105
Alabastrites lapis car. 189
Alharmel car. 53
Albercoco car. 169
Albucus car. 185
Alcanna car. 174
Alcea car. 167
Alchimilla car. 50
Alchechengi car. 80
Alchelil car. 70
Alcibion car. 81
Alcyonium car. 160
Alexandra car. 63
Allelula car. 182
Alfescera car. 107
Alliaria car. 202
Alisma car. 70
Alliũ ac eius differentiæ car. 202
Alo car. 87
Aloe ac eius lotio car. 93
Alsiracost car. 83
Althæa car. 167
Altercus car. 30
Aluminum cognitio car. 58
Alypum, vel Alypia car. 94
Amaraci significata car. 26
Amarago car. 30
Amaranthũ et purpureũ car. 89
Ambarũ, siue ambracani vel ambra gryzea car. 18
Ambra crocea, vel fulua car. 15
Ambubeia car. 38
Amerina salix car. 122
Amarina cerasa car. 170
Amentum dulce car. 189
Ammi vel ameos car. 47
Amiantus lapis car. 189
Amomum car. 56
Ammoniacum car. 61
Ampeloleuce car. 107
Ampeloprasson car. 196
Ampelitis terra car. 92
Amperla car. 38
Amurca car. 168
Amygdalæ car. 42
Amylum car. 42
Anacardus car. 28
Anagyris car. 176
Anas car. 195
Anchusa car. 18
Andacoca car. 182
Androsemon car. 90
Androsace car. 82
Anealcho car. 87
Anemone car. 40
Anethum car. 64
Angelica, siue Archangelica carta 162
Anguria car. 41
Anisum car. 10
Anonis car. 190
Anthale car. 189
Anthemis car. 144
Anthera car. 2
Anthora car. 161
Antimonium car. 159
Antispodium car. 19 20
Antophylli car. 6
Antos car. 57
Anthyllis car. 59
Aniuden car. 70
Aparine car. 177
Aphaca car. 65
Apiastrum car. 21
Apiorum genera car. 37
Apios car. 34
Apium macedonicum car. 63
Aphronitrum car. 54
Apollinaris herba car. 20
Aquarum diuersitas car. 99
Aquilegia car. 162
Aquila car. 160
Arabis car. 35
Aracus car. 177
Arachos car. 177
Arbutus car. 14
Arbor tremula car. 194
Arebse car. 75
Arction car. 176
Argemone car. 192
Argentum car. 17
Argenti spuma car. 182
Argentum viuum, etiam extinctum & sublimatum car. 186
Aries car. 198
Arillus car. 29
Arisingal car. 126
Arinca car. 163
Aristolochię cõsideratio car. 49
Arnabum car. 13
Arnoglossa car. 69
Aron car. 34
Aronia car. 130
Armeniaca car. 169
Arsenicum car. 125
Arthemisia car. 64
Arthanita car. 183
Asarum car. 6
Asclepias car. 78
Asii lapidis flos car. 54
Aspalathus car. 71
Asphaltum car. 92
Asphodelus car. 185
Asparagus car. 36
Aspergula car. 192
Asplenum car. 52
Asellus piscis car. 147
Assa dulcis, & odorata, ac fœtida car. 79
Aster atticus car. 33
Astragalum car. 34
Athanasia car. 141
Atractylis car. 101
Atramentum sutorium car. 160
Atriplex car. 75
Auellana Inda car. 68
Auellana nux car. 104
Aurantia, siue arantia car. 136
Auripigmentum car. 125
Aurum car. 17
Axungia car. 182
Azarola car. 130

B

Baccæ lauri car. 28
Baciglia car. 145

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Baccharis car. 6
Bagolarum, siue bagaia car. 88
Balador car. 28
Balanus myrepsica car. 169
Balla marina car. 165
Balaustium car. 69
Ballote car. 53
Balsamina car. 81
Balsamita car. 27
Balsamum car. 51
Barazzus albus car. 38
Barba iouis car. 176
Barba hircina car. 88
Barba siluana car. 69
Barbonaga car. 190
Bardana car. 176
Batecha car. 41
Baptisecula, vel battisessera carta 39. 135
Baucia car. 36
Baurach car. 54
Bdellium car. 47
Bedeguar car. 105
Bechstagno car. 86
Bechion car. 139
Behen album, ac rubrum, & succedaneum car. 16
Beliculus marinus car. 184
Belueder car. 170
Belides car. 145
Belzoinum car. 146
Ben car. 169
Berberus car. 38
Berillus lapis car. 22
Besasa car. 54
Betarum species car. 110
Betonica car. 75
Biondella car. 75
Bipinella car. 72
Biscoctum car. 163
Bistorta car. 72
Bitumen car. 92
Blatta bizantia car. 58
Blitum car. 110
Bolus armenus car. 29
Bombax car. 71
Bonifacia car. 85. 96
Borago car. 18
Borax lapis car. 189
Bothormarien car. 183
Botrys car. 65
Bozomo car. 146
Branca vrsina car. 192
Brasficarum consideratio car. 73
Bryon thalassion car. 15
Bryum car. 15
Bryon car. 135
Bryonia car. 107
Buccinum car. 189
Bucephalon car. 74
Buglossum car. 18
Bulbus car. 35
Bunium, siue bunias car. 36
Buprestis car. 184
Bursa pastoris car. 89
Butyrum car. 34
Buzeiden car. 32

C

Cachille car. 73
Cadmia legitima car. 158
Calambuco car. 1
Calami aromatici controuersiæ, & succedaneum car. 6
Calaminta, vel calamentum carta 37
Calamentum fluuiale car. 27
Calamitta car. 190
Calamandrina car. 63
Calcecumenos car. 159
Calcitrapa, vel cacatrepola carta 33. 73
Calendula car. 145
Caltha car. 145
Calx car. 125
Calix car. 2
Camelus car. 108
Cannabis car. 74
Cencamum car. 44
Candralia car. 38
Cancrorum diuersitas car. 147
Cantharides car. 184
Caphura, aliàs cãphora car. 22
Capillus veneris car. 99
Capparis car. 75
Caprea car. 86
Caprificus car. 43
Caprifolium car. 193
Carabe car. 15
Carbunculus car. 37
Carcinus car. 147
Cardamomi differentiæ, & succedaneum car. 78
Cardiaca car. 64
Cardoncello car. 59
Carduus car. 192
Carduus benedictus car. 101
Carduus beatæ Mariæ car. 106
Caricæ car. 43
Carlina car. 105
Carnabadium car. 3
Carobe car. 164
Carotæ car. 36
Carpasi succus car. 31
Carpesium car. 9
Carpobalsamum car. 52
Carthamus car. 101
Cartilago ossea cordis ceruini carta 20
Carum, siue carui car. 37
Caryophyllata car. 145
Caryophyllorũ historia car. 6
Casia lignea aromatica car. 5
Casia fistula quæ car. 5
Casia coronaria car. 5
Casia nigra vel leniens car. 5. 83
Castanea car. 194
Castoreum car. 28
Catanance car. 72
Catapotia maior car. 169
Catus car. 171
Caucalis car. 59
Cauda equina car. 150
Caules etiam nabathęi car. 73
Cedromela car. 14
Cedrus car. 14
Celtis car. 163
Celtica spica car. 77
Centhaurium maius, & minus carta 75
Centumnodia car. 150
Centrum galli car. 146
Cephaglioni car. 170
Ceparum varietas car. 34
Cera car. 183
Cerasiorum distinctio car. 170
Ceratia siliqua car. 164
Ceratta herba car. 141
Cerrus car. 150
Ceruisia car. 139
Cerussa car. 158
Ceruus car. 59
Ceruinum cornu & genitale carta 59
Cethrac car. 73
Chalbanum car. 84
Chalcanthus car. 160
Chalcitis eiusque vstio car. 92
Chalybs car. 79
Chali car. 59
Chamebatos car. 129
Chamecissos car. 78
Chamedaphne car. 191
Chamedrys car. 63
Chamelæa car. 95
Cchameleon car. 105
Chameleuce car. 139
Chamæmelon car. 144
Chamepytis car. 105
Charabe car. 15
Chelidonium maius, & minus carta 71
Cheiri car. 124
Chermes car. 24
Cherua car. 169
Chermesinum car. 44
Chesmes car. 24
Chlorogea car. 25
Chondrilla car. 136
Chrisanthemum car. 145
Chrisobalanns car. 19
Chrisoberillus car. 22
Chrisocolla car. 189
Chrisomela car. 169
Cicada car. 125
Cicer car. 33
Cicercula car. 65
Cicerbita car. 136
Cichorion car. 38
Cici car. 169
Cicuta car. 54
Cimbalaria car. 176
Cimolia terra car. 88
Cinnabaris car. 86
Cinnamomum car. 5
Cinara car. 191
Cinogellum car. 33
Cinorhodon car. 130

Cirsium

Cirsium car. 18
Cistus car. 88
Citraria vel citrago car. 21
Citria mala car. 14
Citrullus car. 40
Clematis car. 191
Cnereon car. 95
Cnicus car. 101
Cnipes car. 200
Coagulum car. 105
Coccole di Leuante car. 49
Coccum gnidium car. 95
Coccus baphica car. 24
Cœruleus lapis car. 24
Colchicum car. 103
Colcotar car. 91
Colla car. 198
Colocasia car. 152
Colocynthis car. 93
Colophonia car. 185
Colutea & colytea car. 81
Coma quæ sit car. 4
Comosis car. 195
Concha vel conchula car. 69
Condisi car. 174
Consolida regalis car. 53
Consolidarum expositio car. 87
Conuoluulus car. 108
Conus car. 195
Conyza car. 191
Coparosa car. 160
Coralliorum distinctio car. 15
Corallina car. 15
Coriandri consideratio car. 21
Coriandri præp. ac torrefactio carta 22
Cordumenum car. 7
Choris car. 90
Corigiola car. 150
Corneola herba car. 140
Corneolus lapis car. 13
Cornus car. 128
Cornu ceruinum & caprinum carta 59. 85.
Corona regia car. 167
Corona bubula car. 67
Corago car. 18
Coronopus car. 74
Coruda car. 36
Corymbus car. 42
Costus car. 9
Costus Siriacus car. 14
Coroneum vel cydonium car. 40
Cotonum car. 71
Cotula fœtida car. 144
Coturnix car. 160
Cotyledon car. 176
Cozumbrum car. 30
Crasegnana car. 59
Crassula car. 176
Crategonum car. 144
Cressone car. 59
Crespola car. 144
Crispinum car. 136
Crithmum car. 145
Crocodilium car. 33. 106
Crocoma car. 22
Crauosso car. 173
Crocus car. 7
C rocus sacenicus car. 101
Cruciata car. 50
Croton car. 170
Crystallus car. 190
Cubebe car. 9
Cubebę nō sunt rusci fructus c. 9
Cucumerum varietas car. 40
Cucumer siluestris car. 97
Cucurbita car. 41
Cucurbita syluestris car. 93
Cupressus vel cyparissus car. 150
Cuminum vel cyminum eiusq; pp. ac torrefactio car. 53
Cunila car. 54
Cupula glandium car. 150
Curcuma car. 17. 22
Cuscuta car. 82
Cyanus car. 135
Cyclaminus car. 183
Cynara car. 192
Cynoglosson car. 115
Cynosbatus car. 129
Cynococtonon car. 161
Cynocrambe car. 75
Cynosorchis car. 31
Cyparissias tithymalus car. 108
Cyperus & cypirus car. 22
Cypressina car. 74
Cyprus car. 174
Cytinus car. 69
Cytisus car. 182

D

Dactylus etiam cheiron car. 43
Damascena pruna car. 81
Damascenæ rosæ car. 1
Damasonium car. 69
Daphnoides car. 191
Darsenum car. 6
Darsisahan car. 6. 71
Daucus vel daucium car. 36. 51
Dens leonis car. 136
Dentale car. 189
Diachridium car. 97
Diapensia car. 65. 144
Delphinion car. 80
Dictamnus siue diptamus car. 72
Dipsacus car. 168
Digiti citrini car. 32
Dolichi car. 164
Doronicum etiam Romanum carta 3
Draba car. 35
Dracuntium vel dracunculus siue dragontea car. 34
Dracunculus hortensis car. 55
Draconis sangnis car. 85
Dragantum car. 32
Dryopteris car. 99
Dulcis radix car. 29
Dullaha car. 41
Durungi car. 3

E

Ebulus car. 172
Ebur car. 16
Echinus rosarum car. 1
Echinus marinus & terrestris carte 193
Echion car. 18
Egipirus car. 190
Elati nux car. 170
Elaterium car. 97
Eleomelli car. 83
Eleoselinum car. 51
Electrum car. 15
Elleborum nigrum car. 75
Elleborum album car. 154
Elephantus car. 16
Emblici vel empellici car. 18
Empetron car. 81
Encephalos car. 170
Endiuię consideratio car. 38
Enula car. 55
Ephemerum car. 103
Epithimum car. 79
Equisetum car. 150
Erica car. 69
Erigeron car. 58
Erinaceus car. 153
Eruca car. 35
Erucæ pinorum car. 35. 184
Eruiala car. 65
Eruum car. 65
Eryngium car. 33
Erysimum car. 28
Erithrodanum car. 50
Esula maior & minor ac rotunda carte 107
Eupatorium car. 48
Euphorbium car. 61
Eufragia car. 71

F

Faba crassa, vel gręca, aut inuersa, vel fabaria car. 176
Fagus car. 150
Farfara car. 130
Farrago car. 162
Fausel car. 68
Febrifuga car. 63
Fel car. 160
Felis car. 197
Ferri stercus ferriolo car. 79
Ferrugo car. 160
Fermentum car. 202
Ferula car. 94
Fescera car. 107
Fex vini car. 125
Fiber car. 28
Ficus car. 43
Filicula car. 102
Filius ante patrem car. 71
Filix car. 183
Fimus car. 206
Fistici car. 23

Flamula car. 192
Flos æris car. 126
Flos amoris car. 90
Flores cordiales car. 164
Folia auri & argenti car. 17
Folium indicum car. 16
Fœniculum car. 10
Fœniculum porcinum car. 63
Fœnochiazzo car. 144
Fœnugræcum car. 42
Fragmenta cordialia car. 13
Fragraria car. 144
Fraxinus car. 35
Fraxinella car. 33. 71
Frumentum car. 162
Fumaria vel fumiterræ car. 84

G

Gagates lapis car. 178
Galbanum car. 84
Galbula car. 150
Galanga car. 16
Galla car. 119
Galliopsis car. 162
Galli & gallinæ car. 193
Gallinago car. 161
Gallinetta car. 38 136
Gallitricum car. 146
Galium car. 192
Gamarus car. 147
Gataria herba car. 37
Genista car. 123
Genistella car. 123
Genitale ceruinum car. 59
Genochietto car. 33
Gentiana car. 50
Geranium car. 193
Gersa car. 34
Geum car. 145
Gigaro car. 34
Gilbenech car. 191
Gingiber car. 10
Gith car. 28
Gittone car. 28
Gypsum car. 189
Gladiolus car. 52
Glastum car. 143
Glans ac glandiferæ car. 150
Glans vnguentaria car. 150
Glaux car. 182
Glaucium car. 161
Gluten piscium car. 198
Glycyrrhiza car. 29
Gnaphalium car. 71
Gnifo car. 36
Gossipion car. 71
Gramen car. 74
Granata mala car. 69
Granatus lapis car. 14
Granchio car. 147
Granella car. 74
Granum paradisi car. 7
Granum tinctorium car. 24
Granum viride car. 60
Granata car. 13

Gratia Dei vel gratiola car. 190
Gruaria car. 193
Grues car. 160
Gummi arabicum car. 32
Gummi draganti car. 32
Gummi hederæ car. 191
Gummi assandi modus car. 33
Gummi heleni car. 181
Gummi nucis car. 74
Gummi iuniperi car. 66

H

Hæmatites lapis car. 85
Halicacabum car. 80
Halymum car. 128
Handacoca car. 182
Harmel siue harmala car. 54
Harundo indica car. 12
Hastula regia car. 195
Hedera car. 191
Hedera terrestris car. 78
Helenium car. 55
Helica car. 118
Helichryson car. 89
Heliotropion car. 145
Helxine car. 110
Helxine cissampelos car. 119
Hemerocallis car. 103
Hemionitis car. 138
Hepatica car. 135
Hepar lupinum car. 85
Herba S. Ioannis car. 90
Herba Sancti Petri car. 145
Herba cataria siue gatta car. 37
Herba donna car. 71
Herba bella donna car. 81
Herba dorata car. 52
Herba moschata car. 193
Herba del latte car. 107
Herba cauriola car. 74
Herba turca car. 101
Herba pedicularis car. 175
Herba venti car. 110
Herba iulia car. 49
Herba lanaria car. 175
Herba mora car. 80
Herba peuera car. 78
Herba ratta car. 170
Herba adhil car. 71
Herba gugiarola car. 89
Herba rasparola car. 176
Herba simeonis car. 167
Hericius car. 147
Hermodactyli historia car. 103
Hestedeen car. 187
Hieracium car. 136
Hiericunta car. 56
Hippolapathum car. 58
Hippoglosson car. 96
Hippomaratrum car. 10
Hipposelinum car. 63
Hirci barbula car. 88
Hircus car. 73
Hyacintus lapis car. 13
Hyrundo car. 62

Hyrundinaria car. 71
Hydropiper car. 144
Hyosciamus car. 30
Hypericum car. 90
Hypocisthis car. 88
Hypnos car. 7
Hyssopum car. 42
Hyssopus humida car. 184
Hordeum car. 99
Horminum car. 146
Hypericum car. 99

I

Iacea car. 57
Iasminum car. 172
Iberis car. 77
Ibiscus car. 167
Ichthyocolla car. 198
Illecebra car. 176
Ilex car. 150
Iarus car. 34
Inguinaria car. 33
Intyborum consideratio car. 38
Iouis glandes car. 74
Iris syluatica car. 103
Iris vel ireos car. 43
Irio car. 28
Isatis car. 142
Isopus humida car. 184
Iua arthetica car. 105
Iua moschata car. 87
Iuglans car. 74
Iuli nucum car. 74
Iuiubæ car. 106
Iuncus odoratus car. 26
Iuniperus car. 65
Iundebeduster car. 28
Iusquiamus car. 30
Ixia car. 106

K

Karon car. 187
Kanabel car. 74

L

Labrum veneris car. 168
Labrusca car. 132
Lac car. 32
Lac schiston car. 105
Laccæ opiniones variæ car. 44
Lacryma car. 64
Lacryma draconis car. 86
Lactuca car. 39
Ladanum car. 113
Lagopus car. 145
Lamium car. 162
Laparhum acutum car. 68
Lappa maior & minor car. 176
Lapis stellatus car. 24
Lapis armenus car. 24
Lapis azuli etiam lotus car. 25
Lapis cyanus vel ceruleus car. 24
Lapis specularis car. 59

Lapis

Lapis boracis car. 199
Lapis phrygius car. 64
Lapis lyncis car. 64
Lapis iudaicus car. 73
Lapis spongiæ car. 73
Lapis calaminaris car. 190
Lapis hæmatites car. 85
Lapis magnes car. 190
Lapis prasius car. 13
Lapis turchois car. 13
Lapis thracius car. 92
Laridum car. 192
Larigna resina car. 180
Lari car. 180
Laser fetidũ, & odoratũ car. 70
Laserpicium car. 70
Later car. 179
Lathyrum car. 65
Lathyris car. 170
Lauanda car. 77
Laurus car. 28
Laurus Alexandrina car. 96
Laureola car. 191
Laurentiana car. 87
Leblel car. 108
Lemnia terra car. 72
Lens, vel lenticula car. 136
Lens palustris, vel lenticula aquæ carta 135
Lentiscus car. 6
Lepidium car. 77
Lepus, ac eius vstio car. 73
Leucacantha car. 38
Leucoion car. 124
Leucopiper car. 3
Leuisticum car. 10
Lychen car. 135
Lignum aloes car. 1
Lignum guaiacum indum, aut sanctum car. 187
Ligustrum car. 174
Lilium car. 172
Lilium conuallium car. 103
Limnitis car. 195
Limonia poma car. 105
Limonium car. 110
Linum car. 42
Linaria car. 82
Lingua pagana car. 96
Lingua auis car. 16. 35
Lingua ceruina car. 138
Libanotis car. 57
Lignum balsami car. 52
Liquiritia car. 29
Lithargyros car. 182
Lithospermon car. 64
Lolium car. 28
Lonchitis car. 69
Lotus arbor car. 163
Lotus herba car. 182
Lotus vrbana car. 167
Lucius car. 160
Luph planum & crispum car. 34
Lupulus car. 81
Lupus car. 85
Lupus salictarius car. 81
Lupinus car. 74
Lumbrici terrestres car. 199
Lutra car. 28
Lybisticum, vel lygusticũ car. 10
Lycium car. 115
Lycopersium car. 77
Lycopsis car. 18
Lygos car. 123
Lyncurium car. 64
Lysimachia car. 142

M

Macer, vel macis car. 2. 4.
Macedonicum car. 63
Machaleb car. 157
Machoziri car. 8
Macropiper car. 3
Magnes lapis car. 190
Mala quæ & poma car. 18
Mala medica car. 14
Mala aurea, vel aurantia car. 136
Mala insana car. 77
Mala punica, vel granata car. 69
Malabathrũ cũ succedaneo car. 16
Malicorium car. 69
Malua car. 39
Mamiras car. 3
Mandragora car. 76
Manna cœlestis car. 82
Manna thuris car. 31 69 83
Marassus car. 127
Marchasita car. 24
Margarit car. 12
Marmacur car. 53
Marrubium car. 56
Marum car. 126
Martagon car. 103
Maiorana car. 26
Masticha car. 6
Mater violarum car. 57
Matricaria car. 144
Matrisylua car. 193 146
Meconium car. 30
Medica car. 182
Medulla car. 185
Mel empellicarum car. 18
Mel ros. car. 18
Mel aereum vel roscidũ car. 83
Mel car. 12
Mel tabarzet car. 11
Mel frugum car. 182
Melanopiper car. 3
Melanteria car. 91
Melanthium car. 28
Melilotus car. 167
Melis animal car. 197
Melissa, siue melissophyllon car. 21
Melones car. 40
Melongia car. 77
Melopepones car. 40
Memithe car. 161
Mentha satiua, & syluestris, quæ & menthastrum car. 4
Mentha romana car. 4
Mentha florentina car. 27
Mentha greca uel saracenica car. 145
Mentha aquatica car. 27
Meon, siue meu car. 51
Mercurialis car. 101
Mergus car. 88
Merlucius car. 147
Mespilus car. 130
Mezeregi car. 107
Mezereon car. 97 95
Millefoliũ, vel myriophyllõ ca. 192
Milium solis car. 74
Millemorbia car. 162
Millipedæ car. 152
Minium car. 126 188
Misy car. 91
Mocco car. 65
Moly car. 54
Momordica car. 193
Monegetta car. 38
Monoceros car. 20
Morsus diaboli car. 72
Mora celsi, rubri, bati, car. 129
Moschi opiniones diuersæ car. 17
Muscus arboreus, vel marinus c. 7
Mumia car. 86
Myagrum car. 75
Myrica car. 69
Myriophyllon car. 192
Myrobalanorum sex genera c. 18
Myrrha car. 30
Myrrhis car. 193
Myrtidanum car. 21
Myrtus, vel myrtillus car. 20
Myrtus syluestris car. 9
Myxa & myxaria car. 71

N

Nabuc car. 163
Napellus car. 161
Naphta car. 178
Napus car. 36
Narcaphtum car. 30
Narcisus car. 185
Nardus Indica & Syriaca car. 4
Nardus Montana & Romana c. 4
Nardus celtica car. 4. 77
Nardus syluestris car. 6. 84
Nasturcium car. 35
Nepeta car. 37
Nerion car. 89
Nigella car. 28
Nitrum car. 54
Nuclei pinei car. 36
Nux pinea car. 180
Nux auellana, vel põtica car. 104
Nux Indica car. 170
Nux iuglans car. 74
Nux moschata, vel myristica quibusdam vnguentaria car. 4
Nux vomica, & metella car. 4
Nymphea, vel nenuphar car. 22

O

Ochra car. 29
Ochron car. 65 164

Ocimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Ocimum citratum, caryophillatum, & carmenum car. 15
Ocimastrum car. 15
Oenanthe car. 132
Oesypum car. 184
Oleastri rhodii enarratio car. 70
Oleç æthiopicç lacryma car. 181
Oleum etiã omphacinũ car. 168
Oleander car. 89
Olibanum car. 31. 69
Olusatrum car. 63
Oliua car. 168
Olyra car. 162
Omphacinum car. 70
Omotribes car. 168
Onisci car. 152
Onobletus car. 176
Ononis car. 190
Onobrychis car. 182
Onyx car. 58
Ophioglosson car. 69
Ophioscorodon car. 194
Opium car. 30
Opobalsamum car. 51
Opocalpasum car. 30
Opopanax car. 67
Orichalcum car. 156
Origanum etiam persicũ car. 67
Orobanche car. 89
Orobancha car. 108
Orobus car. 65
Oreoselinum car. 51
Ornus, & orneoglossum car. 35
Oryza car. 162
Os de corde cerui car. 20
Os sepiæ car. 165
Ossa vuarum car. 29
Ossifragon car. 160
Oxyros car. 82
Othona car. 90
Ouum car. 74
Oxalis car. 67
Oxyacantha car. 38
Oxylapathum car. 68
Oxyphænicum car. 68
Oxytryphyllon car. 182
Oxys car. 182

P

Pæonia car. 61
Paliurus car. 163
Palma, vel palmula car. 43
Palma Christi car. 32
Palma elate car. 170
Palmula indica car. 82
Palimpissa car. 184
Paludapium car. 37
Panax car. 66
Pangratium car. 60
Panis car. 163
Panis cuculus car. 182
Panis porcinus car. 183
Papauer erraticũ, vel rubrũ c. 39
Papauer album nigrum, & cornutum car. 39. 40
Papauer spumeum car. 191
Papyrus car. 12
Paralius tithymalus car. 109
Parietaria car. 110
Paronichia car. 99
Parthenium car. 144
Passa, vel passula car. 29
Passeres, & eorum cerebella reponendi ars car. 36
Pastinaca car. 35
Pedicularis herba car. 175
Pediculus Lupinus car. 58
Pediculus Elephantis car. 28
Pelecinon car. 177
Peplium car. 108
Pepo car. 40
Perdicium car. 110
Perdix car. 160
Perfetto amore car. 161
Perlarum car. 38
Periclymenum car. 193
Persa car. 26
Persæa car. 129
Persica mala car. 129
Persicaria car. 144
Personata car. 176
Perforata car. 90
Pensier car. 57
Pentaphyllon car. 65
Pes Ceruinus car. 38
Pes Leonis car. 51
Pes Columbinus car. 193
Pes Vituli car. 34
Pettimborsa car. 50
Petroleum car. 178
Petroselinum car. 50
Peucedanum car. 63
Phalaris car. 64
Phasioli car. 164
Phœnicobalani car. 83
Phœnix car. 65
Philipendula car. 132
Philyrea car. 174
Phleon car. 138
Phlomides car. 168
Phu car. 84
Phillitis car. 138
Phyllon car. 101
Piceæ historia car. 179
Pila marina car. 165
Pilosella car. 115
Pimpinella hircina car. 72
Pineæ nuces car. 36
Pinus pinaster car. 179
Pinguedo car. 182
Piper nigrum album, & longum, variæque opiniones car. 3
Piper palestrinum car. 29
Piperitis maior, ac minor car. 78
Pissasphaltus car. 86
Pissoceros car. 184
Pistacia car. 36
Pistolochia car. 58
Pisum car. 164
Pityusa car. 107
Pix liquida car. 185
Pix græca car. 85
Pixiacantha car. 115
Plantago car. 69
Plantago aquatica car. 69
Plumbum etiam vstum car. 158
Plumbago car. 158
Polemonia car. 16
Polenta car. 163
Polytrichon car. 99
Polium car. 87
Polygonaton car. 33
Polygonon car. 150
Polypodium car. 102
Poma, & eius tria genera car. 18
Pompholix car. 156
Pomum granatum car. 69
Pomum granatum syluestre c. 38
Populorum enarratio car. 193
Porcella car. 38
Porceliones car. 152
Porrum etiam capitatum car. 68
Porrum vineale car. 183
Portulaca arbor car. 13
Portulaca car. 39
Potamogeton car. 145
Poterium car. 82
Prasium etiam fœtidum car. 53
præcocia car. 51
propolis car. 197
proserpinaca car. 150
prouinca car. 191
primula veris car. 168
pruna car. 81
psora car. 136
pseudo dictamus car. 79
pseudo melanthion car. 29
pseudo nardus car. 77
psydia car. 69
psyllium car. 87
ptisana car. 99
ptarmica car. 175
pulegium car. 43
pulicaria car. 191
pulsatilla car. 72
pulmo vulpinus etiã pp. car. 152
pulmonaria car. 145
purpura car. 185
pyra car. 129
pyraster car. 38
pyrethrum car. 55
pyrites car. 24

Q

Qualea car. 160
Quatuor semina frigida maiora, & & minora car. 41
Quatuor semina calida maiora, & minora car. 41
Quercus car. 150
Querciola car. 64
Quinque folium car. 65
Quinque radices car. 120

R

Radice car. 33

Radicula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Radicula car. 175
Radix dulcis car. 29
Ranarum diuersitas car. 177
Ranunculus car. 193
Raphanus etiam agrestis car. 33
Rapistrum car. 28
Resina abietina, laricina pinea strobilina car. 179
Resina lentiscina car. 6
Resina terebinthina car. 60
Rha, vel rheon car. 63
Rhabarbarum car. 8. 9
Rhamni genera car. 38
Rhaponticum car. 8 9 63
Rhodia radix car. 16
Rhus, vel rhois car. 66
Ribes car. 128
Ricinus car. 169
Risagallum car. 126
Rizi car. 163
Rosarum consideratio earum partes, & vires car. 1
Rosæ echinus car
Rosa Iunonis car. 172
Rosella car. 39
Rosa sanctæ Mariæ car. 56
Rosmarinus car. 57
Rostrum porcinum car. 136
Rouiglione car. 65
Ruberta car. 193
Rubia tinctorum car. 50
Rubiglia car. 65
Rubigo ferri car. 160
Rubrica lemnia car. 72
Rubus etiã caninus, & idæus c. 129
Rumex car. 68
Ruscus car. 8
Ruta car. 54
Ruta syluestris duplex car. 54
Ruta capraria car. 182
Ruta muraria car. 99

S

Sabina car. 49
Sacchari differentiæ car. 10
Saccharum candum car. 11
Sacra herba car. 170
Saccolla maius, & minus car. 7
Sadar car. 163
Sagapenum, aliàs serapinũ c. 67
Sal car. 167
Salis flos car. 167
Sal ammoniacus, vel armeniacus carta 160
Sal gemma car. 107
Sal indus car. 11 94
Sal nitrum car. 54
Sal alchali car. 59
Salamandra aquatica car. 35
Saliunca car. 77
Salix car. 122
Saluia car. 60
Sambach car. 172
Sambucus car. 172
Samia terra car. 125
Sampsucus car. 26
Sandaracha car. 16 29
Sandix car. 126
Sana munda car. 145
Sanguis car. 199
Sanguinaria car. 150
Sanguis draconis car. 85
Sanguis hircinus car. 73
Sanicula car. 144
Santala alba, citrea, rubra, & machoziri car. 8
Santolina car. 74
Santonicum car. 74
Sapphyrus lapis car. 13
Sapo mollis car. 196
Saponaria car. 175
Sarcocolla car. 114
Sarda, vel sardonius lapis c. 13
Sardonyx car. 13
Sardianæ glandes car. 150 194
Sarmenta quæ car. 9
Saturegia, sauoreia, vel segrezza car. 54
Satyrion car. 31
Sauich car. 163
Saxiphraga car. 51 63
Scabiosa car. 138
Scammonium car. 96
Scariola car. 39
Sceitragi car. 78
Scebran car. 107
Scilla car. 60
Scincus car. 35
Sclarea car. 146
Schœnanthũ, vel squinãtũ c. 7. 25
Scolopendrion car. 52
Scolymus car. 190
Scordion car. 52
Scorodoprasson car. 194
Scorodonagrion car. 52
Scorodorasarin car. 52
Scoria ferri etiam pp. car. 79
Scoria plumbi car. 27
Scorpius car. 177
Scorpena car. 165
Scrophularia minor car. 71
Scrupholaria maior car. 162
Scurzio car. 127
Sebesten car. 71
Secacul car. 33
Secale car. 162
Securidaca car. 177
Sedum car. 175
Selago car. 50
Semen balsami car. 52
Semen sanctum car. 74
Semen alexandrinum car. 63
Semenzina car. 74
Semina frigida maiora, & minora car. 41
Semperuiuum car. 176
Serica car. 106
Sericum, vel seta etiã tosta c. 23
Seris car. 38
Sena car. 81
Senecio car. 59
Sentis car. 129
Sepia car. 165
Sepum car. 182
Seriphum car. 48
Serpentaria minor car. 34
Serpyllum car. 146
Sertula campana car. 167
Serum lactis car. 105
Sesamum car. 78
Seseli car. 55
Sigillũ, vel sphragis lẽnia car. 72
Sigillum Sanctæ Mariæ, Salomonis car. 33
Silphium car. 70
Silicula car. 42
Siligo car. 163
Siliqua car. 164
Siliquastrum car. 8
Siliqua ægiptia car. 83
Silybum car. 106
Sicla car. 110
Siler montanum car. 55
Simila car. 163
Sinapi car. 36
Sinapis syluestris car. 36
Sisaron car. 64
Siser car. 33
Sison, vel sinon car. 64
Sion car 59
Sisimbrium aquaticum car. 27. 59
Smalto car. 25
Smaragdus, & eius succedaneum carta 13
Smylax, etiã hortensis car. 164
Smyrnium car. 66
Soda car. 59
Solanum, vel solatrum car. 80
Solbastrella car. 72
Soldanella car. 73
Solidago car. 85
Sonchus car. 136
Sorba car. 150
Sory car. 91
Spartium car. 123
Spechio d'asino car. 59
Sphacelus car. 60
Spagnum car. 7
Spatha car. 170
Sphondilium car. 55
Spica nardi car. 4. 77
Spinachia car. 68
Spina acuta car. 38
Spina alba car. 105
Spina arabica, vel Aegyptia carta 142
Spinaguaud car. 38
Spineola car. 38
Spinus ceruinus car. 38
Speliciola car. 59
Spica celtica car. 77
Spodium car. 19
Spongia car. 165
Spongiolæ vires car. 2
Spuma argenti car. 182
Spuma maris car. 160
Squamma ferri car. 79

Stacte

Stacte	car.	30
Staphilodendron	car.	36
Staphisagria	car.	175
Stellaria	car.	50
Stercus	car.	200
Stercus ferri	car.	79
Stercus diaboli	car.	179
Stibium	car.	159
Stœbe	car.	138
Stœchas, alias sticados	car.	89
Stratiotes	car.	192
Strigmenta balneorum	car.	168
Strobilus	car.	179
Strutium	car.	175
Stomachus gallinarum	car.	193
Stomoma	car.	79
Stypteria schiste	car.	58
Styrax calamitis	car.	29
Stirax liquidus	car.	30
Suber	car.	150
Suchaha	car.	142
Succinum	car.	15
Succinum orientale	car.	15
Succus balsami	car.	52
Succus cyrenaicus	car.	70
Sulphur	car.	61
Sumen	car.	35
Sumach	car.	66
Sycios	car.	41
Syderitis altera	car.	72
Syderitis	car.	190
Syricum	car.	188
Symphiton	car.	87
Sylibum	car.	106

T

Tagetes indica	car.	144
Talcus	car. 59	125
Talisfar	car.	3
Tamarindi	car.	82
Tamarix, vel tamariscus	car.	69
Tanacetum	car.	205
Tanaro	car.	107
Taraxacon	car.	39
Tarum	car.	1
Tartarum	car.	125
Tassus	car.	197
Tassus barbassus	car.	168
Taxus	car.	35
Tæda	car.	180
Telephium	car.	176
Tembul	car.	16
Terebinthus	car.	60
Terebinthina	car.	60
Terra lemnia, vel sigilata	car.	72
Terra armenia	car.	29
Terra samia	car.	125
Terniabin	car.	82
Testiculus canis	car.	32
Testiculus vulpis	car.	32
Testiculus serapias	car.	55
Testudines	car.	138
Teucrium	car.	63
Taleb	car.	8
Thapsi	car.	50
Thapsia	car.	59
Thimiama	car.	30
Thlaspios	car.	89
Thuia, vel thia	car.	109
Thus etiam mascula	car.	31
Thus iudæorum	car.	30
Turis cortex	car.	31
Thuris manna	car.	31
Thyctes lapis	car.	37
Tymbra	car.	54
Thymelea	car.	95
Thymum	car.	54
Tithymalorum cōsideratio	c.	107
Tordilium	car.	55
Tilia	car.	173
Tormentilla	car. 72	144
Tortellæ de seni	car.	163
Tosella	car.	162
Tragacantha	car.	32
Tragium creticum	car.	72
Tragopogon	car.	88
Tragoriganum	car.	63
Tragum	car.	163
Tragus	car.	59
Trasorum historia	car.	3
Tria santala	car.	8
Tria pipera	car.	4
Tribuli	car.	74
Tricomanes	car.	99
Trichites	car.	58
Trifolium etiā odoratū	car.	182
Trinitas	car.	183
Tripolium	car.	94
Trissago palustris	car.	52
Triticum	car.	162
Tuderi	car.	16
Turbit, vel turpetum	car.	94
Tussilago	car.	139
Tutia	car.	159
Tyrus	car.	127
Turrunda	car.	139

V

Vacina	car.	174
Valeriana maior, & minor	c.	84
Veneriæ	car.	69
Verbascum	car.	168
Verbenaca	car.	190
Vermes terrestres	car.	199
Vermicularia	car.	175
Vernilago	car.	105
Vernix scriptorū in liquidus	c.	244
Vesicaria	car.	80
Veronica	car.	75
Veronica	car.	75
Veruex	car.	198
Vicia	car.	66
Vincetoxicum	car.	78
Vinum etiam scybellites	car.	70
Vinacea	car.	29

Indiex Simplicium Finis.

Viola alba	car.	[illegible]
Viola purpurea	car.	[illegible]
Vipera	car.	[illegible]
Virga pastoris	car.	168
Virginum	car.	44
Viride æris	car.	160
Viscum etiam quercinum	car.	199
Vitex	car.	123
Viticella	car.	89
Vitis alba, & nigra	car.	107
Vitis syluestris	car.	107
Vitriola	car.	110
Vitriolum	car.	160
Vitrum	car.	73
Vlmus	car.	200
Vmbilicus veneris	car.	176
Vnedo	car.	129
Vnguis odoratus	car.	58
Vngula caballina	car.	139
Vngula asini	car.	165
Vnicornu	car.	20
Vniones	car.	12
Vmbilicus marinus	car.	189
Vmbilicus veneris	car.	176
Vmbilicus terræ	car.	183
Volubilis	car.	108
Vrsus	car.	192
Vrtica	car.	64
Vrtica fœtida	car.	162
Vinea	car.	8
Vua crispa	car.	38
Vua etiam passa	car.	29
Vua syluestris	car.	131
Vua taminea	car.	175
Vua morella	car.	80
Vulparia	car.	162
Vulpes	car.	152
Vzifur	car.	88

X


Xamin	car.	28
Xantium	car.	176
Xiloaloes	car.	1
Xilobalsamum	car.	52
Xilocaracta	car.	164
Xilomacer	car.	3
Xilon	car.	71
Xiphion	car.	53
Xinzypha	car.	106

Z

Zarnabum	car.	13
Zedoaria & eius succedaneū	c.	13
Zeg	car.	91
Zezipha	car.	106
Zibetum	car.	17
Zibibium	car.	29
Zigir	car.	5
Zingiber	car.	9
Ziniar	car.	160
Zuccharum	car.	12
Zurumbet	car. 13	17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

OMPOSITORVM, AC RELIQVORVM
QVAE HOC IN OPERE CONTINENTVR,
ELENCHVS LOCVPLETISSIMVS.



Abdomen quid car. 35
Acetum ex passis, aliàs passulatum car. 137
Acetum rof. car. 137
Acetum mulsum car. 140
Acetum scillinum, vel squilliticum car. 141
Acopa car. 181
Acorus condita car. 9
Aetii locus restitutus
Agaricus prep. siue trochiscatus ex vino albo, vel oxymelle car. 123
Aloisii Anguillarii laus car. 54. 161
Eiusdem sententiæ non probatæ car. 8. 9. 10. 19. 25. 34. 39.
Alphonsus Ferrus defenditur car. 187
Amathi Lusitani errores temeritates, ac opiniones confutatæ car. 2. 7. 8. 9. 10. 16. 17. 18. 19. 21. 26. 29. 30. 34. 47. 48. 49. 51. 53. 54. 63. 65. 68. 69. 72. 74. 75. 77. 81. 82. 83. 85. 89. 91. 103. 123. 129. 145. 148. 163. 164. 170. 177. 182. 186.
Amathi tutela car. 37. 41. 43. 59. 64. 65. 81. 105. 126. 145. 163.
Amolynta car. 181
Anna quid
Antidotus quid
Antidota vide in electariis
Antidota mollia siccis eligibiliora
Antidota quibus vasis seruanda
Antidotus esdræ, car. 88
Antidotus ex acoro Myrepsi car. 56
Antidotus Philonis car. 84
Antidotus Philonis d. Hamec car. 84
Antidotus ex lapide cœruleo car. 23
Antonii texaurii laus car. 48
Apochimatis præparatio car. 52
Apomel car. 139
Apophlegmatismus quid car. 154
Apophlegmatismus communis car. 154
Apozema car. 148
Aqua apud arabes car. 128
Aqua mulsa car. 139
Aqua fructuum car 148
Aqua ad asthma car. 149
Aqua astrictiua & ad omnẽ hæmorosagiã car. 149
Aqua ad omnes fluxus car. 149
Aqua ad oculos rubentes car. 149
Aquæ sufficiens quantitas quomodo intelligatur car. 100
Aquæ quantitas in oleis car. 100
Arabum dissidia car. 7. 13. 19. 48.
Arabum tutela car. 68
Argentum sublimatum car. 186
Aromatizare quid sit car. 79
Aromaticum rof. car. 62
Aromaticum rof. Gabrielis car. 62
Aromaticum rof. minus car. 62
Aromaticum moschatum car. 62
Aromaticum caryophyllatum car. 62
Aromaticum nardinum car. 62
Assentur semina atq; alia quomodo & cur car. 53
Athanasia magna car. 85
Athanasia maior car. 85
Auicennæ confusio lapsus, & authoritas car. 3. 16. 17. 30. 35. 46. 48. 57. 59. 78. 83. 90 93. 99. 103. 126.
Auicenna defenditur car. 31. 52.
Aueroes tutela car. 8
Aureus quid
Aureum Alexandri antidotum, aliàs Aurea Alexandrina car. 87

B

Bellonii opinio reiecta car. 86. 180
Bellonii tutela car. 49. 128. 179.
Balanus vide Glans
Belunensi non satis fidendum car. 17
Benedicta etiam Myrepsi car. 109
Bes car. 9
Brandæ Porri laus car. 102
Brasauoli lapsus, atque opiniones explosæ car. 2 5. 8. 9. 10. 14. 16. 17. 19. 20. 21. 24. 25. 26. 30. 33. 37. 42. 43. 48. 54. 57. 58. 60. 61. 65. 67. 73. 78. 79. 80. 83. 85. 86. 91. 94. 96. 99. 102. 115. 135. 142. 144. 146. 159. 164. 170. 172. 186. 190.
Brasauolus à calumnia vendicatur car. 4. 5. 6. 10. 16. 20. 21. 27. 31. 39. 40. 41. 47. 59. 63. 65. 75. 77. 81. 82. 86. 95. 108. 144. 159. 177. 192. 199. 203.
Bulliant arte vel in sufficienti aqua quid significet car. 100

C

Calenum car. 128
Calyx quid sit
Capitellum car. 197
Caput purgia car. 153
Cardani opiniones reprobatæ car. 2. 8. 9. 17. 18. 21. 22. 30. 47. 54. 59. 70. 71. 73. 77. 82. 85. 86. 91. 92. 125. 135. 160. 193.
Cardani laus car. 8
Casiæ flores car. 110
Casia fistula car. 110
Casia absolute quid car. 5
Casiæ duplum, pro cinnamomo car. 5
Casia extra pro clysteri car. 110
Casiã extra, fine foliis senæ car. 114
Catapotia vide pilulas.
Causticum car. 196

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Cera quomodo albeſcat car. 182
Ceræ lotio car. 182
Cerelæon car. 181
Ceræ quantum ſufficit, quid ſignificet car. 197
Ceratum quid ſit car. 197
Ceratũ ęſipatũ, aliàs hyſſopi Gale. aſcriptũ car. 197
Ceratum œſypatum philagrii car. 197
Ceratum œſypatum Pauli car. 198
Ceratum œſypatum Democriti car. 198
Ceratum Diapente car. 198
Ceratum Alexandri car. 198
Ceratum maſtichinum Galeni car. 198
Ceratum ſtomachale car. 198
Ceratum ex ladano car. 198
Ceratum pro ſplene car. 198
Ceratum pro coſtis car. 198
Ceratum pro renibus car. 198
Ceratum ex mucaginibus car. 198
Ceratum dbellii car. 198
Ceratum altheæ car. 198
Ceratum galbani car. 198
Ceratum vterinum car. 198
Ceratum capitale car. 199
Cerarum iſidis car. 199
Ceratum de betonica car. 199
Ceratum ad hernias, aliàs ad crepatos car. 199
Ceratum contra peſtem car. 199
Ceratum ex pice car. 199
Ceratum oxycroceum car. 102
Chilaria car. 131
Clarificare quid ſit car. 140
Clyſtere quid car. 110
Clyſtere lotorium car. 110
Clyſtere commune car. 110
Clyſtere carminatiuum car. 110
Coctio in electariis, ac ſyrupis car. 131
Collyrium quid ſit car. 158
Collyrium citrinum car. 158
Collyrium roſaceum car. 158
Collyrium album ſ. & cum opio car. 158
Collyrium thuris car. 158
Collyrium plumbi car. 158
Collyrium rubrum car. 159
Collyrium viride car. 159
Collyrium chalcarthi car. 160
Collyrium ex fellibus car. 160
Collyrium optalmicum car. 162
Coma quæ ſit car. 4
Conditum quid ſit car. 154
Conditum myrobalanorum car. 154
Conditum cotoneorum car. 155
Condirum pyrorum, ac pomorum car. 155
Conditum è pomis aromaticum car. 155
Conditum è perſicis aromaticum car. 155
Conditum ex fructibus car. 155
Condtium ex prunis car. 155
Conditum ex ſorbis car. 155
Conditum citriorum, vel aurentiorum car. 155
Conditum bugloſsi aromaticum car. 155
Conditum ſecacul car. 155
Condita alia car. 156
Confectio alchermes car. 23
Confectio & electarium quo differant car. 23
Confectio è ligno aloes car. 25
Confectio Anacardina car. 27
Confectio è ſtyrace, cum bolo armeno, aliàs magiſtralis car. 29
Confectio ex ſtacte, aliàs de ſtorace car. 30
Confectio teſticulorum vulpis car. 31
Confectio ex zingibere car. 56
Confectio de rhabarbaro car. 57
Confectio Humain car. 71
Confectio in vermes car. 74
Confectio de prunis car. 101
Confectio conditi, ex pyrethro car. 74
Confectio cornalina car. 175
Confectio hamec maior car. 105
Confectio hamec minor car. 105
Confectio ex ſtœchade car. 109
Confecta ſiue condita plura car. 157
Conſerua violarum car. 156
Conſerua bugloſsi car. 156
Conferua roſmarini car. 156
Conſeruas aliàs vide car. 156
Conſerua vide ſaccharum
Contritio in antidotis qualis
Coque in duplici vaſe quid car. 171
Cordi lapſus car. 6. 8. 31. 33. 48. 56. 58. 62. 64. 84. 92. 103. 126. 136.
Cordi tutela car. 59.
Cornarii erratum car. 119
Cornarii tutela car. 129
Cornelii Celſi protectio car. 145
Cortices quomodo ſiccandi, ac reponendi.
Ouminata Alexandrina car. 76. 124
Curmi car. 139

D

Dianich
Decocta quibus in vaſis
Decoctum ſenæ car. 148
Decoctum quid ſit car. 148
Decoctũ ex adiãtho, aliàs de capillo vener. car. 148
Decoctum fructuum car. 148
Decoctum fumariæ car. 149
Decoctum thymi car. 149
Decoctum epithymi car. 149
Decoctum ex ſtœchade car. 149
Decoctum eupatorii car. 149
Decoctum myrobalanorum car. 149
Decoctum laccæ primum car. 149
Decoctum laccæ ſecundum car. 149
Decoctum laccæ noſtrum car. 149
Decoctum commune car. 149
Decoctum aperiens car. 149
Decoctum pectorale primum car. 149
Decoctũ pectorale ſecundũ, aliàs magiſtrale car. 149
Decoctum carminatiuum car. 149
Decoctum aſtrictiuum car. 150
Decoctum capitale car. 150
Dentifricium quid car. 154
Dentifricium vulgare car. 154
Defrutum car. 128
Deſſennius Cronenburgius notatur car. 17. 24. 34. 51. 64. 92. 112. 126. 142. 148. 190.
Dextans, deunx.
Diaromaton baſilicum Actuarii car. 12
Dianacardon Actuarii car. 28
Diaſatyrion primum car. 35
Diaſatyrion ſecundum car. 33
Diaſatyrion Actuarii car. 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Diagalanga car. 37
Diarhodon Abbatis car. 37
Diarhodon commune car. 37
Diacoralliu maius, aliàs magistrale car. 41
Diacoralliu minus, aliis simplex car. 42
Diatrionsantalon car. 42
Diatragacanthes Actuarii car. 42
Diadragantum frigidum car. 42
Diatragacanthes cum bolo armeno car. 42
Diatragacanthum calidum car. 42
Diacris simplex car. 42
Diaireos Actuarii, vel Salomonis vel de melle c. 43
Diapenidion Actuarii car. 43
Diacubebe car. 44
Dialacca magna car. 44
Dialacca minor car. 50
Dialacca prima, & secunda Actuarii car. 50
Diacrocum, aliàs diacurcuma magna car. 50
Diacrocum minus car. 52
Diancoron Mes. car. 130
Diamorusia car. 52
Diacuminum primum & secundum car. 53
Diaspoliticon car. 53
Diacuminon Nicolai car. 53
Diacuminon Actuarii car. 53
Dianison car. 55
Diambar car. 55
Diambar Actuarii car. 55
Diamoschu Actuarii car. 55
Diamoschu dulce, & amarum car. 55
Diacinnamomum car. 55
Diazingiber car. 56
Diacalaminthes Galeni car. 56
Diacalaminthes Actuarii car. 56
Diatrionpipereon Mes. car. 56
Diatrionpipereon Gale. car. 56
Diacorus car. 56
Dianthos car. 57
Diacostu car. 57
Diarhabarbarum car. 57
Diamargaru car. 57
Diamargariton frigidum car. 58
Diamargariton Actuarii car. 58
Diamargariton calidum car. 59
Diahyssopu car. 60
Diaprasiu Actuarii car. 60
Diasulphur, vel diathiu car. 61
Diasulphur secundum car. 61
Dialibanu, vel diaolibanu car. 61
Diacastorion Myrepsi car. 61
Diahyrundo car. 62
Dialithosperma car. 66
Diasperma car. 67
Diamanna car. 98
Diamanna alia cer. 100
Diacasia car. 100
Diacasia cum foliis senæ car. 100
Diacasia altera, etiam cum manna car. 101
Diamyxà, aliàs diasebesten car. 101
Diaprunum compositum non laxatiuum car. 101
Diaprunum laxatiuum, aliis solutiuum car. 102
Dlacatolicon car. 102
Diacatolicon Myrepsi car. 102
Diaphœnicon car. 102
Diacydonium vulgare car. 155
Diacydonium ex succo, aliàs compositum car. 155
Diacydonium solutiuum car. 102
Diacnicum, aliàs diacartamum car. 103
Diaturpetum cum rhabarbaro aliàs car. 104
Diarob cum turbit, & rhabarbaro car. 104
Diaturbit sine rhabarbaro car. 104
Diasena car. 104
Diaphissalidon car. 108
Diacaryon, vel diacarydion car. 130
Diamoron Galeni & commune car. 130
Diacodion purum, ex melle sappa saccharo & compositum car. 151
Diacodiou Actuarii car. 152
Diapapauer car. 151
Diamarenatum car. 155
Daibutyrum car. 153
Diaphyssalidon car. 108
Diasaluiatum car. 156
Diachylon dialthea, vide in emplastris
Dioscoridis protectio car. 69. 82. 110. 172.
Dioscoridis lapsus car. 6. 172
Denarius quid
Dodrans
Dosis
Drachma
Drosatum car. 131

E

Electarium quid, & quomodo parandum
Electaria cur excogitata
Elegma vide Linctus
Egetæa car. 85
Electarium de aromatibus car. 1
Electarium de gemmis car. 12
Electarium lætificans conciliat. car. 18
Electarium lætificans Hamec car. 22
Electarium ex citrio car. 22
Electarium cordiale primum & secundũ car. 22. 23
Electarium lætificans Rhazes car. 22
Electarium ex spino ceruino car. 38
Electarium ex hyrundinibus car. 62
Electarium iustinum car. 64
Electarium Ducis car. 66
Electarium de baccis myrti car. 66
Electarium de seminibus car. 67
Electarium de baccis lauri car. 67
Electarium regium car. 68
Electarium regium alterum car. 68
Electarium de oxalide car. 68
Electarium stomachicum nostrum, aliàs ex inuentione nostra stomachi confortatiuum car. 68
Electarium nostrum alterum car. 69
Electarium alchansii car. 70
Electarium ex lassere, aliàs de assa, siue ex succo cyrenaico car. 70
Electarium Plirisarchigon car. 66
Electarium Lithontribon car. 62
Electarium cyphoides, aliàs de chifodea, de passulis aut de vino car. 71
Electarium Humain car. 71
Electarium resumptiuum, siue analepticũ car. 71
Electarium ad pestem car. 71
Electarum de cineribus car. 73
Electarium ex lepore vsto car. 74
Electarium de pyrethro car. 74
Electarium ad lumbricos car. 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Electarium ex brasſica marina car. 152
Electarium hæmagogum car. 74
Electarium de maci car. 75
Electarium de ſcoria ferri car. 79
Electarium delectabile, aliàs alharıf car. 104
Electarium indum maius car. 104
Electarium indum minus car. 104
Electarium de pſyllio car. 104
Electarium hamec primum car. 105
Electarium hamec ſecundum car. 105
Electarium Epiſcopi, aliàs eleſcof car. 106
Electarium roſaceum car. 106
Electarium de ſucco roſarum car. 107
Electarium bryoniæ, aliàs alpheſcera car. 107
Electarium mezerei car. 107
Electarium ex ſcebran car. 107
Electarium de eupatorio car. 108
Electarium volubilis, aliàs alchelengi car. 108
Electarium leniens, aliaa lenitiuum car. 109
Electarium ex ſtœchade car. 109
Electarium ad omnem epilepſiam car. 109
Electarium gratia Dei car. 109
Electarium de viperis, primum & ſecundum car. 127
Electarium de pomis aromaticum car. 155
Electarium de perſicis car. 155
Electarium de fructibus car. 155
Electarium de gentiana car. 137
Embrocha quid ſit car. 200
Emplaſtrum quid car. 200
Emplaſtrum Diachylon album aut cõmune car. 200
Emplaſtrũ Diachylon magnũ etiã cũ gũmis car. 200
Emplaſtrum Diachylou paruum car. 200
Emplaſtrum ex mucaginibus car. 200
Emplaſtrum de baccis lauri car. 209
Emplaſtrum laureum magnum car. 201
Emplaſtrum ex ligno aloes car. 201
Emplaſtrum ex Gallia car. 201
Emplaſtrum Andromachi car. 201
Emplaſtrum Andromachi cauſticum car. 201
Emplaſtrum ſinapiuum car. 201
Emplaſtra ex fermento car. 202
Emplaſtrum filii Zacchariæ car. 202
Emplaſtrum Diaphœnicon calidum car. 202
Emplaſtrum Diaphœnicon Alexandri car. 202
Emplaſtrum ex alliis car. 202
Emplaſtrum ad carbunculũ, aliàs ad morbũ car. 203
Emplaſtrum ad peſtilentes tumores car. 203
Emplaſtrum de ficubus, aliàs de carycis car. 203
Emplaſtrum ad pleureſim car. 203
Emplaſtrum Ariſtarchi car. 203
Emplaſtrum oribaſiii primum & ſecundum car. 203
Emplaſtrum meliloti car. 203
Emplaſtrum oxycroceum car. 203
Emplaſtrum ex perna car. 204
Emplaſtrum cruſtæ panis car. 294
Emplaſtrum ſolani, aliàs de ſolatro car. 204
Emplaſtrum apoſtolicon car. 204
Emplaſtrum centhaurii car. 204
Emplaſtrum ex nido hyrundinis car. 204
Emplaſtrum ex viua calce car. 191
Encatiſma car. 150
Enæma car. 110
Epithema quid ſit car. 166
Epithema commune pro corde car. 166
Epithema commune pro hepate car. 167
Errhina quæ ſint car. 153
Errhinum liquidum vulgare car. 153
Errhinum ſiccum commune car. 153
Eſdræ antidotum car. 88

F

Floris caſiæ extractio car. 110
Flores quo tempore, ſunt decerpendi, ſiccandi, ac reponendi.
Florum quantitas in oleis car. 171
Fomentum quid ſit car. 167
Fomentum commune car. 167
Fragmenta cordialia car. 13
Franciſci Pechii hiſtoria car. 41
Fructus quando decerpendi, & quomodo cõſeruandi.
Fuchſii lapſus car. 6. 8. 9. 18. 21. 24. 25. 28. 34. 58. 63. 65. 103. 144. 146. 168. 180. 191. 193.
Fuchſii tutela car. 1. 7 8. 9. 10. 41. 47. 66. 89. 123. 161.

G

Gabriellis Falloppii laus car. 50. 78.
Galeni inconſtantia, & opinio confutata car. 3. 6. 21. 26. 90. 99. 110. 130.
Galenus defenditur car. 10. 186. 203.
Gallia vide in trochiſcis
Gargarizatus quid car. 151
Gargarizatus communis car. 151
Gelu cotoneorum, aliàs gelatina car. 155
Gemmarum cognitior car. 13
Georgii Portæ medici experimentum car. 4
Geneliabin car. 18
Glans quid ſit car. 110
Glans communis car. 119
Glans acuta car. 111
Glans acutior car. 111
Glans carminatiua car. 111
Grammaticorum error car. 11

H

Hæmina
Hepſema car. 128
Herbæ quæ
Herbæ quibus locis reponendæ, ac ſiccandæ
Hermolai improbatio car. 194
Hermolaus ſuſtinetur car. 4. 9. 11. 16. 78. 172
Hexagium.
Hiera picra Galeni car. 92
Hiera ſimplex Galeni car. 92
Hiera hermetis, vel luph car. 93
Hiera Archigenis d. vniuerſali, aliàs ſimili car. 97
Hiera Archigenis paulo aliter deſcripta, aliàs d. Pauli car. 97
Hiera diacolocynthidos Rufi Epheſii car. 97
Hiera Paccii, aliàs Pacchii car. 97
Hiera nobis inuenta car. 98
Hiera Legadii Aetii, aliàs hiera Logodion, vel hiera Anthiochi ex Paulo car. 98
Hiera Logodion officinarum car. 98
Hiera Logadii Myrepſi car. 98
Hiera compoſita car. 98
Hiera picra pro clyſteri car. 98
Hiera coſt d. iram car. 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Hiera Rhazes car. 116
Hieræ infusum primum secundum, & tertiũ car. 150
Hugonis Solerii inscitia car. 34. 68. 75. 76.
Hydromel car. 139

I

Iacobi Curbii laus car. 119
Infusum quid sit car. 148
Infusum aquæ casei car. 150
Infusum ex succis herbarum car. 150
Infusum ienæ car. 150
Infusum hieræ primũ, secundum, & tertiũ car. 150
Infusum rosarum car. 134
Infusum violarum car. 134
Infusa alia car. 134
In infusis regula car. 148
Infundantur in s. aqua quid significet car. 148
Iniectio intestinalis quid car. 110
Insessus quid car. 150
Insessus vterinus car. 150
Insessus arthriticus car. 150
Interpretis officium car. 25
Iosacchar Actuarii car. 134
Irrigatio quid car. 151
Irrigatio somnifera car. 151
Isis Epigoni car. 199
Iulepum ros. primum & secundum car. 130
Iulepum quid car. 130
Iulepum ros. Actuarii car. 130
Iulepum ex succo violarum car. 130
Iulepum Zeziphorum car. 130
Ioan. Matthæi Coconati præstantia car. 50
Ioannis Lanceæ laus car. 44
Ioannis Bruyeri multiplices lapsus car. 144
Ius album car. 64. 148

L

Lac scissile car. 105
Latex car. 128
Leoniceni error car. 16. 135
Leoniceni tutela car. 50. 95
Leonicenus ante Matthiolum omnia ferè, in Plinium animaduertit car. 40
Libra quid
Linctus aut linctorium quid car. 151
Linctus ex papauere car. 151
Linctus noster aliàs ex inuentione nostra car. 151
Linctus ex casia car. 152
Linctus ex pineis nucleis, aliàs de pino car. 152
Linctus ex pulm. vulpis car. 152
Linctus bonus phthisicis, aliàs cõferẽs hecticis ca. 152
Linctus sanus & expertus car. 152
Linctus ex scilla car. 152
Linctus ad asthma car. 153
Linctus ex radice bryonię aliàs alphescera car. 153
Linctus ex amygdalis car. 153
Linctus ex emulsis amygdalis car. 153
Linctus ex alliis car. 153
Linctus ex semine lini car. 153
Linctus pectoralis car. 153
Linctus ex caulibus car. 153
Linctus ex tussilagine, aliàs de farfara car. 153
Linctus ex gentiana car. 153
Linctus ex terebinthina, aliàs albotin car. 153
Linctus ex butyro car. 153
Lithonitribon car. 62
Linimentum quid sit car. 181
Liquorum stillatiuorum modus car. 128
Loch vide linctus
Lotio capitis car. 168
Luminarium authores ignari car. 23. 28. 62.

M

Malagma Actuarii car. 102
Manardi errores car. 2. 6. 9. 14. 20. 23. 24. 35. 81. 94. 159. 160. 164. 169. 188. 192.
Manardi tutela car. 2. 3. 4. 11. 18. 25. 67. 78. 83. 92. 94. 101.
Manus christi, cum margaritis car. 157
Manipulus quid
Marcelli lapsus car. 42. 79. 124. 203.
Marcelli tutela car. 20. 129. 163.
Masticatoria quid car. 154
Matthioli errata, ac opiniones confutatæ car. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 25. 26. 27. 29. 32. 34. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 46. 48. 49. 51. 52. 53. 54. 57. 58. 59. 63. 64. 66. 67. 69. 71. 72. 73. 75. 78. 79. 81. 83. 85. 89. 90. 91. 95. 96. 101. 105. 106. 107. 110. 124. 129. 136. 138. 146. 147. 160. 164. 167. 172. 174. 177. 178. 179. 180. 180. 184. 186. 187. 189. 190. 191. 192. 193.
Matthiolus à calumnia vendicatur, laudaturque car. 10. 16. 17. 18. 26. 38. 51. 55. 56. 89. 176.
Matthiolus Italicam seriem reliquit & se retractat la tine peruertit additque car. 5. 8. 14. 16. 17. 26. 28. 29. 31. 32. 33. 46. 55. 60. 69. 84. 89. 103. 106. 123. 126. 127. 161.
Marci Antonii Cusani laus car. 45
Mauritani opprobria car. 41. 184
Medicamentum quid car. 1
Medo car. 137
Mes. lapsus ac confusio car. 2. 24. 57. 67. 92. 95. 169.
Mes. protectio car. 2. 9. 19. 31. 79. 81. 82. 94.
Mellis despumandi ratio car. 12
Mel empellicarum car. 18
Mel passarum, vel passularum car. 157
Mel rosa. foliatum aliàs cum foliis, vel non colatum & colatum car. 156
Mel ros. non colatum car. 156
Mel ros. solutiuum car. 157
Mel ros. solutiuum Alexandri car. 157
Mel violaceum car. 157
Mel myrtinum car. 157
Mel anacardinum car. 157
Melicratum etiam conditum car. 140
Mellis quantitas in electariis etiam opiatis
Mellis & puluerũ proportio in emplastris car. 200
Mentiæ Lusitanæ laus, ac mors car. 6
Metrenchita vulgaris car. 167
Micleta car. 66
Mithridatium car. 89
Mistura cordialis prima & secunda car. 22
Mucago aliàs mucilago omnis quomodo extrahenda car. 87

Mulsa car. 139
Musa ennea car. 85
Morsulorum modus
Monachorum qui Mes. antidotarium enarrarunt errores. car. 1. 6. 7. 9. 12. 15. 20. 22. 31. 35. 37. 42. 54. 56. 78. 99. 95. 106. 118. 137. 168. 199.
Monachorũ tutela car. 24. 26. 32. 34. 51. 82.
Myrobalanorum conditura car. 19
Myua cydoniorum etiam cum aromatibus car. 132

N

Nasalia, vel naritiua car. 154
Nascale vide Pessus
Nicolaus Præpositus omnia ab Alexandrino Myrepso, vel suffuratur, vel corrumpit, at neutrius mentem omnino sectatur author, & cur car. 23
Nicolus hallucinatur car. 39
Nucleus omnis quando eximendus car. 36

O

Octauiani Osasci laus car. 77
Odoramenta quæ car. 166
Odoramentum siccum vulgare car. 166
Odoramentum commune car. 166
Oenomel car. 139
Oleum quot modis fiat car. 168
Oleum simpliciter quid significet car. 168
Oleum omphacinum, vel omotribes, & vetus ac commune car. 168
Oleum quo pacto lauetur car. 168
Oleum ex amygdalis dulcis car. 168
Oleum ex amygdalis amaris car. 169
Oleum ex nucibus, vel carynum car. 169
Oleum ex auellanis car. 169
Oleum ex armeniacis car. 169
Oleum ex persicis car. 169
Oleum balaninum aliàs de ben car. 169
Oleum cicinum vel ricininũ aliàs de cherua car. 169
Oleum cnicinum, alias carthami gnidinum, hyoscyaminum &c. car. 170
Oleum nucis Indicæ car. 170
Oleum cerasorum car. 170
Oleum ex nucleis cerasi syluestris car. 170
Oleum ex seminibus citrii & aurantii car. 170
Oleum ex pistaceis & pineis car. 170
Oleum laurinum car. 170
Oleum ex baccis viribus terebinthi car. 171
Oleum ex baccis lentisci car. 171
Oleum balsami car. 171
Oleum sesaminum car. 171
Oleum seminis lini car. 171
Oleum papauerinum car. 171
Oleum ex semine lactucæ car. 171
Oleum ros. completum car. 171
Oleum ros. rude, vel non completum car. 171
Oleum chamæmelinum car. 171
Oleum meliloti car. 172
Oleum violaceum car. 172
Oleum anethinum car. 172
Oleum liliorum, vel crinelaion car. 172
Oleum liliorum compositum, siue susinum car. 172
Oleum irinum car. 172
Oleum sambucinum car. 172
Oleum iesminum officinis sambacinum car. 172
Oleum iasminum, vel leucoi off. de cheiri car. 172
Oleum papaueris car. 173
Oleum ex floribus papaueris car. 173
Oleum ex foliis lactucæ car. 173
Oleum nympheatum, aliàs de nenuphare car. 173
Oleum cucurbitinum car. 173
Oleum melinum, aliàs cydoniorum car. 173
Oleum myrtinum car. 173
Oleum ex pomis mandragoræ car. 173
Oleum enulatum car. 173
Oleum cinnamominum car. 173
Oleum ex sabina car. 173
Oleum ex pulegio car. 173
Oleum rutaceum car. 173
Oleum menthæ, & absinthii car. 173
Oleum nardinum simplex car. 173
Oleum nardinum compositũ, aliàs de spica car. 173
Oleum mastichinum car. 174
Oleum styracinum car. 174
Oleum costinum car. 174
Oleũ lygustrinũ, vel cyprinũ, aliàs de alcãna car. 174
Oleum sampsucinum car. 174
Oleum chameleæ, officinis de mezereo car. 174
Oleum thymi quibusdam sericinum car. 174
Oleum thymi secundum car. 174
Oleum sycionium, vel ex cucumere agresti car. 174
Oleum ex pomis aurantiis, aliàs citrãgulis car. 175
Oleum crocinum car. 175
Oleum ex piperibus car. 175
Oleum euphorbii minus car. 175
Oleum euphorbii maius car. 175
Oleum ex staphisagria car. 175
Oleum castorei car. 175
Oleum nerii, aliàs de oleandro car. 176
Oleum de capparibus car. 176
Oleum ad puerorum tormina car. 176
Oleum moschatum officinis muscellinum car. 176
Oleum hyperici car. 176
Oleum ex ladano car. 176
Oleum frigidissimum viride car. 176
Oleum vulpinum car. 177
Oleum de viperis officinis de serpis car. 177
Oleum è scorpionibus simplex car. 177
Oleum è scorpionibus compositum car. 177
Oleum ex ranis car. 177
Oleum è lumbricis terrestribus car. 178
Oleum de ouis aliàs de vitellis ouorum car. 178
Oleum triticeum officinis de frumento car. 178
Oleum synapinum car. 178
Oleum ex ligno iuniperi car. 178
Oleum ex gagate sacratum car. 178
Oleum philosophorum naturale car. 178
Oleum philosophorum artificiale, siue de lateribus carta 179
Oleum balsaminum primum car. 179
Oleum balsaminum, secundum & tertiũ car. 181
Oleum terebinthinæ car. 181
Oleum sulphureum car. 181
Oleum tartari car. 181
Orbiculi stomachici Actuarii car. 112
Oxymel simplex car. 140
Oxymel de radi. siue compositum car. 140
Oxymel phlegmagogum car. 140
Oxymel melanogogum car. 140
Oxymel ex calaminthe car. 141

Oxym

Oxymel ex lyguſtrio car. 141
Oxymel ſcilliticum car. 141
Oxymel ſcilliticum compoſitum car. 141
Oxymel ſcilliticum Democriti car. 141
Oxyſaccharum ſimplex car. 139
Oxyſacchar compoſitum car. 139
Oxyſacchar ex radic. Actuarii car. 133
Oxyrhodinum car. 166

P

Paſſum, eiusque ſuccedaneum, & dubitatio car. 29
Paſta regalis car. 157
Paſtillus vide trochiſcus
Paſtinacæ radix condita car. 156
Pauli reperitio car. 82
Penidiæ etiam hordeatæ car. 157
Perſica condita car. 155
Peſſus quid ſit car. 166
Peſſus vterinus vulgaris car. 167
Petri Franciſci Ferrerii Cardinalis mos car. 134
Pharmacopolæ quales car. 20
Philonium Romanum, ſiue maius car. 84
Philonium Auicennæ car. 84
Philonium perſicum car. 84
Pilula quid ſit car. 111
Pilulæ aromaticæ, alias alephanginæ car. 111
Pilulæ ſtomachicę primæ & ſecundæ car. 112
Pilulæ aggregat. Meſ. aliàs polychreſtæ car. 112
Pilulæ aggregatiuæ maiores car. 112
Pilulæ aggregatiuæ minores car. 112
Pilulæ Diarhodon car. 112
Pilulæ de eupatorio maiores & minores car. 112
Pilulæ ex rhabarbaro primæ car. 112
Pilulæ ex rhabar. ſecundę, aliàs de raduedſeni c. 113
Pilulæ de haliçaçabo, aliàs de alchechengi car. 113
Pilulæ Philagrii car. 113
Pilulę indæ haly car. 113
Pilulæ ex fumaria car. 113
Pilulæ ex lapide cæruleo, aliàs azuli car. 113
Pilulæ ex lapide armeno car. 113
Pilulæ Hermetis ex trochiſcis, colocynthidos primæ, & ſecundæ car. 113
Pilulæ ex colocynthide car. 114
Pilulę ex ſarcocolla car. 114
Pilulæ fœtidæ maiores, & minores car. 114
Pilulæ ex ſagapeno, primæ & ſecundæ car. 114
Pilulæ ex euphorbio car. 114
Pilulæ ex mezereo car. 114
Pilulæ opticæ aliàs lucis maiores car. 114
Pilulæ opticæ minores car. 114
Pilulæ ex agarico car. 115
Pilulæ ad febres bilioſas car. 115
Pilulæ ex turpeto, primæ & ſecundæ car. 115
Pilulæ aureæ car. 115
Pilulę ex cynogloſſa aliàs ad omnē catharrū ca. 115
Pilulæ ex ſtacte, aliàs de ſtorace car. 115
Pilulæ ex bdellio maiores car. 115
Pilulæ ex bdellio minores car. 116
Pilulæ ex bdellio noſtræ car. 116
Pilulæ ex opopanace car. 116
Pilulę ex hermodactylis maiores, & minores c. 116
Pilulæ ex hermodactylis noſtræ car. 116
Pilulæ ſebelliæ aliàs ſebellinæ car. 116
Pilulæ cochiæ car. 116
Pilulæ Alexandri aliàs de nitro car. 116
Pilulæ diacolocynthidos Alexandri car. 116
Pilulæ Galeni car. 117
Pilulæ arabicæ car. 117
Pilulæ ſ. quibus eſſe nolo car. 117
Pilulæ ad quartanam car. 117
Pilulæ imperiales quibuſdā ad quartanā ſecundę 117
Pilulæ ex quinq; generibus myrobalanorū car. 117
Pilulæ ex octo rebus, alias optomeræ car. 117
Pilulæ ex elacterio car. 117
Pilulæ ex quatuor rebus, alias ad ileoſos car. 117
Pilulæ de hiera cum agarico car. 117
Pilulæ ex aloe, & maſtiche car. 117
Pilulæ ex aloe lota car. 117
Pilulæ ex aloe Myrepſi car. 117
Pilulæ maſtichinæ car. 117
Pilulæ aſſairet car. 118
Pilulæ de hiera ſ. vel compoſita, vel legadii, aut benedicta car. 118
Pilulæ communes, quæ & peſtilentiales Rufi, alias de tribus vocatæ car. 118
Pilulæ de tribus cum rhabarbaro car. 118
Pilulæ bechichiæ car. 125
Plantæ quæ colligi poſtulant floribus ornatæ
Plinii errata car. 3. 6. 15. 34. 53. 99.
Plinius à calumnia liberatur car. 4. 6. 16. 28. 35. 43. 50. 59. 60. 65. 66. 67. 80. 86. 115. 129. 132. 138. 160. 170. 177. 190. 194. 200.
Pleris archonticon car. 62
Poma condita car. 155
Pomum ex ladano car. 166
Pomum vulgare car. 166
Pomum contra peſtem car. 166
Pondera quę ſectetur car. 44
Pondera eodem numero citra errorem repetuntur.
Pondo quid
Præcipitatum quid car. 186
Protropum quid car. 125
Pſoricum car. 192
Ptiſana car. 100
Pugillus
Puluis quid car. 162
Pul. ligni aloes primus, & ſecundus car. 162
Pul. Diarhodon car. 162
Pul. aromaticus car. 162
Pul. impinguans car. 162
Pul. baccarum myrti car. 162
Pul. capitalis calidus car. 164
Pul. capitalis temperatus car. 164
Pul. capitalis chirurgicus car. 164
Pul. pro ſtomacho, alias ducis car. 164
Pul. ſtomachichus car. 164
Pul. ocularis car. 164
Pul. aſtrictiuus maior car. 164
Pul. aſtrictiuus minor car. 164
Pul. pro exitu ani, aliàs inteſtini car. 164
Pul. ſiue dactylus ad prægnantes car. 174
Pul. pro puerperis, aliàs poſt partu car. 164
Pul. cordialis primus car. 165
Pul. cordialis communis car. 165
Pul. cordialis ſecundus, aliàs pro vermibus car. 165
Pul. ad vrinæ incontinentiam, vel ad eos qui ſe in ſomno promingūt, aliàs pro mingentibus in lecto 165
Pul. ad ardorem vrinæ car. 165
Pul. ad lapillum in renibus, aliàs veſica car. 165
Pul. ad gonorrheam, alias ad fluxum ſpermatis 165
Pul. pro epilepticis car. 165

Pul senæ pp. s.& cum scammonio car. 165
Pul ad gutturosos, aliàs pro botio car. 165
Pul. sternutatorius car. 166
Pul. pro epithemate cordis car. 166
Pul. pro epithemate hepatis car. 166

Q

Quatuor emollientia car. 110
Quarta, vel quadrans
Quinque radices creticæ car. 120
Quatuor semina frigida, & calida, vide semina
Quirici Augusti error car. 54

R

Radices quanto tempore durent
Radices quomodo mundādę, siccādę, ac conseruandę
Radices quomodo effodiendæ.
Radicum optimarum notæ.
Ramich, vide in trochiscis.
Requies car. 87
Resinæ quando legendæ
Rob, vide succus.
Ruellii lapsus car. 4. 6. 16. 28. 35. 43. 50. 59. 60. 65. 66. 67. 80. 86. 115. 129. 132. 138. 160. 170. 177. 190. 194. 200.
Ruellius protegitur car. 6. 7. 8. 37. 47. 57. 65. 81. 144. 172. 180. 180. 194.
Rhodopharmacum car. 134
Rosacea nouella car. 76
Rosarum exsiccatio
Rubia trochiscata car. 124
Ruptorium car. 197

S

Sacchari clarificandi modus car. 11
Saccharum ros. car. 156
Saccharum viol. car. 292
Saccharum buglos. &c. vide in conseruis.
Sacchari quantitas in morsulis, ac electariis.
Saccharea placenta car. 157
Sacculus quid car. 167
Sacculus cordialis car. 167
Sacculus frigidus pro corde car. 167
Sacculus calidus pro corde, alias tēperatus car. 167
Sacculus capitalis car. 167
Sacculus carminatiuus pro stomacho car. 168
Sacculus calidus pro stomacho car. 168
Sacculus ad fluxum ventris car. 168
Sapa quid car. 128
Saponea veneta car. 196
Sazanea car. 84
Scrupulus, vel scriptulum
Semina qualia eligenda, quo tempore demetēda, quo loco reponenda, quandiu perdurent
Semina condita siue confecta car. 157
Semicupium quid car. 150
Serapion errat car. 16. 30. 83. 95. 103. 108
Serapionis tutela car. 12. 33. 47. 150. 75.
Serum ex oxymelle car. 105
Sesquidrachma
Sextans
Sextarius
Sextula
Sicciliquum
Siliqua
Sief memithe car. 161
Sief, vide collyrium
Simplex, & compositum quid tis 161
Siræon car. 128
Solidus
Species alephanginæ car. 132
Species, vide puluis
Stephani Aquæi lapsus car. 115
Stibii præparandi modus car. 159
Sublimatum car. 186
Succi quando exprimendi
Succatio quando opportuna
Succi cuiusuis parandi ratio car. 128
Succorum ad saccharū proportio in syrupis car. 145
Succus medicatus ex ribes car. 128
Succus omphacon car. 128
Succus cornorum car. 128
Succus oxyacanthæ car. 128
Succus rhois, alias de sumach car. 128
Succus punicorum car. 128
Succus mororum, & cotoneorum car. 129
Succus pomorum car. 129
Succus pyrorum car. 129
Succus prunorum car. 129
Succus persicorum car. 129
Succus acidus citriorum car. 129
Succus myrtinus car. 129
Succus fructuum primus, & secundus car. 129
Succus prunorum agrestium car. 130
Succus passarum car. 130
Succus nucum car. 130
Succus mororum car. 130
Suffimenta suffitus, vel suffumigia car. 166
Suffitus odoratus car. 166
Suffitus vterinus car. 166
Suffrutices qui
Suppositorium, vide glandium Tractatum.
Syluii lapsus car. 6. 8. 15. 23. 24. 33. 34. 50. 54. 73. 71. 92. 93. 94. 143. 188.
Syluii tutela car. 134
Sirupus, vel serapium quid car. 131
Sirupus, ac iuleporum coctio, ac differentia car. 131
Sirupus acetatus simplex car. 131
Sirupus acetatus compositus, vel de radices car. 131
Sirupus de duabus rad. car. 131
Sirupus de quinque rad. car. 131
Sir. byzantinus, vel dinarii sine aceto, & cū aceto 131
Sirupus acetatus de succis herbarum car. 131
Sirupus acetatus de succis herbarum aromaticus 131
Sirupus acetatus diarhodon car. 132
Sirupus acetatus, laxatiuus, & refrigeratorius 132
Sirupus de pomis simplex car. 132
Sirupus de pomis compositus car. 132
Sirupus de pyris car. 132
Sirupus de persicis car. 132
Sirupus de cotoneis car. 132
Sirupus acidus ex cotoneis car. 132
Sirupus de pomis acidus secundus car. 132
Sirupus cotoneorum simplex, & cū aromatibus 132
Sirupus de fructubus car. 132
Sirupus acidus de succis fructuum car. 133
Sirupus granatorum dulcium car. 133
Sirupus acidus ex manna car. 133
Sirupus ex corticibus citrii car. 133

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Sirupus ex succo citrii acido, aliàs de acitositate citrii. car. 133
Sirupus de limonibus car. 133
Sirupus de omphacio, aliàs de agresta car. 133
Sirupus ex acerbis uuis car. 133
Sirupus ex succo myrtillorum car. 133
Sirupus myrtinus compositus car. 133
Sirupus de buglossa car. 133
Sirupus saporis, aliàs sabor regis car. 134
Sirupus ex succo oxalidis, aliàs acetosæ car. 134
Sirupus ex succo cucurbitæ car. 134
Sirupus ad catharrum car. 134
Sirupus de cannis car. 134
Sirupus ex succo violarum car. 134
Sirupus viol. ex infusione car. 134
Sirupus viol. compositus car. 134
Sirupus ex infusione rosarum car. 134
Sirupus ros. solutiuus car. 134
Sirupus ex rosis siccis car. 134
Sirupus ex succo ros. car. 134
Sirupus ex suc. intybi, aliàs end. car. 135
Sirupi ex quo vis succo istius typum, sequuntur car. 135
Sirupus ex intybo, aliàs magistralis car. 135
Sirupus ex intybo Mes. car. 135
Sirupus ex intybo Gentilis car. 135
Sirupus ex intybo compositus car. 135
Sirupus de cichorio Gulielmi car. 135
Sirupus de cichorio Nicoli car. 135
Sirupus intybaceus noster car. 136
Sirupus mundificans car. 137
Sirupus de lupulis etiam cum aceto ex passis, aliàs passulato car. 137
Sirupus è zeziphis, aliàs è iuiubis car. 137
Sirupus adianthinus, aliàs è capillo ve. car. 137
Sirupus glycyrrhizæ car. 137
Sirupus hyssopi car. 137
Sirupus prasii car. 137
Sirupus ex testudinibus car. 137
Sirupus ex succo scabiosæ car. 138
Sirupus ex scolopendrio car. 138
Sirupus nymphææ, aliàs de nenuphare car. 138
Sirupus lychenis, aliàs de hepatica car. 139
Sirupus ex portulaca car. 139
Sirupus ex papauere simplex car. 139
Sirupus ex papauere compositus car. 139
Sirupus de mentha car. 141
Sirupus de mentha maior car. 141
Sirupus de calaminthe car. 141
Sirupus ex calaminthe alter car. 741
Sirupus absinthii car. 141
Sirupus ex absinthio Actuarii car. 142
Sirupus ex eupatorio car. 142
Sirupus fumariæ maior car. 143
Sirupus fumariæ minor car. 743
Sirupus de epithymo car. 143
Sirupus de thymo car. 143
Sirupus de stœchade etiā cum aromatibus car. 143
Sirupus de arthemisia primus & secundus car. 143
Sirupus ex parthenio, aliàs matricaria car. 144
Sirupus de betonica car. 144
Sirupus caryophyllatæ, aliàs digestiuus car. 145
Sirupus ebulinus car. 145
Sirupus de aiuga, aliàs de iua car. 145
Sirupus iridis, aliàs de lilio car. 145
Sirupus ex pimpinella car. 145
Sirupus ex myxis, aliàs de sebesten car. 146
Sirupus de psyllio car. 146

T

Tagautii lapsus car. 81. 144
Theodori Gazę tutela car. 14
Theophrasti defensio car. 39. 200
Theriaca Andromachi car. 90
Theriaca Manardi car. 90
Theriaca Diatessaron, & Diapente car. 90
Theodoretos anacardinum car. 28
Theodoretos Myrepsi car. 28
Torrefactio omnis cur fiat car. 53
Tortellæ de seni car. 163
Tragea confortans stomachum car. 163
Tragea, vide puluis
Triens
Triphera magna car. 76
Triphera sarracenica magna car. 77
Triphera moschata car. 78
Triphera Galeno ascripta car. 78
Triphera minor phænonis car. 78
Triphera alia minor car. 79
Triphera parua Actuarii car. 79
Triphera ex epithymo car. 79
Triphera persica car. 80
Trochiscus quid car. 118
Trochiscus galliæ moschatæ car. 118
Troch galliæ moschatæ Nicolai car. 118
Troch. galliæ sebellinæ car. 119
Troch. galliæ aromaticę, aliàs alephanginæ ca. 119
Troch. galliæ magnæ, siue regalis car. 119
Troch. diarhodon car. 119
Troch. diarhodon Actuarii bus 119
Troch. diarhodon Nicolai car. 119
Troch. de rosis primi etiam cum scāmonio car. 119
Troch. de rosis secundi car. 119
Troch. de rosis Galeni car. 120
Troch. ex rosis, & eupatorio car. 120
Troch eupatorii car. 120
Troch. eupatorii Actuarii car. 120
Troch. rumicis, aliàs ramich car. 120
Troch. ex caphura car. 120
Troch. rhabarbari car. 120
Troch. rhabarbari Actuarii car. 120
Trochisci ex antispodio, aliàs de spodio car. 120
Troch. ex antispodio cum semine oxalidis, aliàs acetosæ car. 121
Troch. oxyacanthæ primi, aliàs de berberis car. 121
Troch. oxyacanthæ secundi car. 121
Troch. oxyacanthæ Actuarii car. 121
Troch. absinthii car. 121
Troch anisi car. 121
Troch. ex decem simplicibus, aliàs anisi alii car. 121
Troch. laccæ car. 121
Troch. terræ lemniæ, aliàs sigillatæ car. 121
Troch. colocynthidos, aliàs alhandal car. 122
Troch. santalorum primi, & secundi car. 122
Troch. hamec car. 122
Troch de viol. cum scammonio & s. car. 122
Troch. cyperi car. 122
Troch. ex caryophyllis car. 122
Troch. ligni aloes car. 122
Troch. capparum car. 122
Troch. è capparibus Actuarii car. 122
Troch. viticis off. de agnicasto, vel tamarisci c. 122

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Troch.ex scolopendrio car. 123
Troch.succini,aliàs de charabe car. 123
Troch.diaelectru car. 123
Troch.vesicariæ,vel halicacabi,aliàs alchechégi 123
Troch.diaphissalidon i. è vesicaria Actuarii car. 123
Troch.ex agarico car. 123
Troch.myrrhæ car. 124
Troch.aliptæ moschatæ car. 124
Troch.è moschati car. 124
Troch.crocomagmatis car. 124
Troch.diaion primi,aliàs diani car. 124
Troch.diaion secundi car. 124
Troch.rubiæ car, 124
Troch.bdellii car. 124
Troch.dactylorum car. 124
Troch.asteris,aliàs stellę car. 124
Troch asteris vsitati car. 125
Troch.cycadarum car. 125
Troch.bechici albi car. 125
Troch.bechici nigri car. 125
Troch.albi car. 125
Troch.auripigméti,aliàs arsenici,off. alcadicon 125
Troch.erui,aliàs orobi car. 126
Troch.cyphi,aliàs cochion car. 126
Troch.hedicroi,aliàs alhindaracaron car. 126
Troch.scillitici car. 126
Troch.viperæ,aliàs de tyro car. 126
Troch.myrobalanorum car. 19
Turunda quid car. 183

V

Vercellensis Ciuitatis laus car. 163
Vercellensium quorundam medicorum pertinacia 45
Vessalii tutela,ac laus car. 20
Vgonii Solerii error car. 68
Vncia quid
Vinum granatorum,& cydoniorum car. 128
Vinum mulsum car. 140
Vnguentum quid car. 181
Vnguentum palmeum, siue diaphœnicon, officinis de calcadis car. 182
Vnguentum palmeum arabum car. 182
Vnguentum arabicum alterum car. 183
Vnguentum Nicodemi mirabile car. 183
Vnguentum alterum eiusdem car. 183
Vnguentum chraseos, aliàs ceraseos magnum, vel apostolicon car. 183
Vnguentum apostolicon car. 183
Vnguentum chraseos paruum car. 183
Vnguentum cyclamini magnũ,alias artchamitę 183
Vnguentum vmbilicare Actuarii car. 184
Vnguentum pro splene car. 184
Vnguentum cyclamini paruum car. 184
Vnguentum Diacappareos Actuarii car. 184
Vnguentum ex cantharidibus,alias alchariel c. 184
Vnguentum rosaceum car. 184
Vnguentum violaceum car. 185
Vnguentum papauerinum car. 185
Vnguentum basilicon magnum car. 185
Vnguentum basilicon minus car. 185
Vnguentum tetrapharmacum car. 185
Vnguentum ex bdellio primum car. 185
Vnguentum alterum idem pollens car. 185
Vnguentum Diacastorion Actuarii car. 185
Vnguentum Philagrios car. 185
Vnguentum aureum car. 185
Vnguentum ex cerussa,aliàs ad phlegma salsum 186
Vnguentum siricinum car. 188
Vnguentum cerussæ crudum car. 188
Vnguentum cerussæ coctum car. 188
Vnguentum ex sandice,alias de minio car. 188
Vnguentum ægiptiacum magnũ,alias de melle 188
Vnguentum triapharmacum, alias de lythargyro crudum car. 188
Vnguentum lithargyri coctum car. 188
Vnguentum psoricon Alexandri,off. alsesericon 188
Vnguentum psoricon aliud car. 188
Vnguentum psoricon Actuarii car. 188
Vnguentum ex aloe,& myrrha car. 188
Vnguentum ad scabiem expertum car. 188
Vnguentum citreum, officinis citrinum, vel in pomo citrii car. 189
Vnguentum citrinum vulgare,siue resinum car. 190
Vnguentum digestiuum, vel citrinum, alias mundificans car. 190
Vnguentum citrinum aliud car. 190
Vnguentum gratia dei primum, & secundũ car. 190
Vnguentum fuscum,siue nigrum car. 190
Vnguentum plumbeum car. 191
Vnguentum diapompholigos,aliàs de tutia car. 191
Vnguentum hederaceum car. 191
Vnguentum ex calce car. 191
Vnguentum ex adipibus car. 191
Vnguentum psilothrum,alias depilatorium car. 191
Vnguentum Agripæę car. 191
Vnguentum aregon,alias arogon car. 191
Vnguentum marciaton car. 191
Vnguentum martianum paruum car. 193
Vnguentum populeum car. 193
Vnguentum comitis car. 194
Vnguentum antheræ maius & minus car. 194
Vnguentum santalinum car. 195
Vnguentum album Galeni car. 195
Vnguentum stomachicum Galeno ascriptum, alias emendans vitia stomachi car. 195
Vnguenrum pro stomacho car. 195
Vnguentum ad vermes car. 195
Vnguentum nympheæ citreæ, alias de nenuphare citrino car. 195
Vnguentum pectorale primum,& secundũ car. 195
Vnguentum ex tragacantho car. 195
Vnguentum dialtheę maius car 196
Vnguentum dialtheæ minus car. 196
Vnguentum nardi spicati car. 196
Vnguentum alabastrinum car. 196
Vnguentum euphorbii car. 196
Vnguentum genisticum car. 196
Vnguentum ebulinum car. 196
Vnguentum ellebori car. 196
Vnguentum pro pueris car. 196
Vnguentum staphisagriæ car. 196
Vnguentum album caphuratum car. 196
Vnguentum rubrum caphuratum car. 196
Vnguentum semperuiui car. 197
Vnguentum diuinum car. 197
Vnguentum vulpinum car. 197
Vnguentum rumicis,alias de lapathio car. 197
Vnguentum pro oculis car. 197
Vnguentum reprimans,alias defensiuum car. 197
Vnguentum ex branca vrsina car. 199
Vomitorium vsitatum car. 154

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Vomitorium validius car. 154
Vstio omnis, quomodo, & cur car. ~~116~~ 153.

Z

Zazanea car. 84
Zingiber conditum car 156
Zithum car. 139
Zulapium, vide iulep

Index Compositorum Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Joseph

Initium sapientie es est timor dei domini

Initium sapientie est timor Dni

Vircino

Porcolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D

Da Savico ßl. 23. o ..so

E:9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
194/D